Universidad de Deusto
Biblioteca

GUILLAUDI
in
Joannem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

4o-8o

CLAVDII

GVILLIAVDI

Bellijocensis Doctoris Theologi apud celebrem Eduorum Ecclesiam Præpositi, & Canonici in Sacrosanctum *IESV CHRISTI* Euangeliũ secundum Ioannem,

ENARRATIONES, *sacræ facultatis Theologiæ Parisiensis iudicio probatæ.*

Accesserunt insuper adnotamenta, ac locupletissimus Index.



BIBLIOTHECA COLLEGII OLITENSIS SOCIETATIS IESV

LVGDVNI.
Apud Antonium Vincentium.
M. D. LV.

Reuerendiſ. Cardinali DE GVISIA ARCHI, epiſcopo Rhemenſi, & Principi illuſtriſſ. D. Carolo à Lotharingia: Claudius Guilliaudus S.

QVVM in hominũ inſtitutis nihil ab illa vi præſtantis ingenij, quæ ꝙs omnibus ineſſe debet, qui res magnas aggrediuntur, alienum magis eſſe perpetuò duxiſſem, illuſtriſsime Princeps, idémque Antiſtes imprimis venerãde, quàm ſi illud ipſum turpi quærendi defatigatione deponamus, quod ſemel ſuſceptum, atque item abſolutum, pulcherrimum fore putemus. Huc vſque tandem profectum eſt, vt quũ ſuperioribus annis in ædendis in Paulinas epiſtolas, & in eas, quas vocãt Canonicas, commentarijs, nauauiſſem operã: ſuſcipiendũ etiam mihi in Ioãnis Euangelium nõ minus operæ ex officio putauerim, Ecquis enim dilata vel abrupta potiùs cõmendet ſtudia? Nemo certè manũ ad ſtiuam admouens, reſpicere debet retrò. Quinetiam acceptum à Domino talentũ exercere oportet, vt veniens accipiat quod ſuum eſt cũ vſura. Quod ego dum meditarer & agerem ſedulò neſcio quomodo mihi venit in mentẽ irritos propemodum abire omnes hominũ conatus, niſi præ-

cipui alicuius numinis fulciantur præsidio, & arduā me suscepisse prouinciā, imparémq; meis viribus, qui Aquilam illam in sublimi volantem, & in naturæ diuinę mysteriis, velut in densissima, hominúmque oculis minimè peruia nube sese subinde condērem, consequi tērarem, præcipuè implum[illegible] & obtusa oculorum acie. ideóque mihi plane metuendum esse videbam casum illum Icari, aut aliquid etiam eo grauius. Breuiter, animum despondebam, & tanquam in medio cursu deficiebam, infirmitatis meæ mihi probè consçius, nisi vnus interuenisses, & iuxta Græcorum prouerbiū, Ἄνωρ θεὸς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανείς, animū addidisses. Nam quū ante quatuor annos ad salutādum amplissimam tuam dignitatē Argilium vsq; contendissem, ibíque de literis, hoc est de iis rebus colloqueremur, (quarum te semper amantissimum cognoueram) expromo tibi eos ipsos in Ioannem Commentarios, quos tunc fortè mecum habebam penè quidem absoluros, sed tamen rudes adhuc, & omnino neglectos, vt quos ipse iudicarem digniores esse qui cum tineis & blattis in situ rixarentur ac tenebris, quàm vt aliquando venirent in lucem, & eruditorum conspectum. Eos tamen quum solita tua humanitate excepisses, & per aliquot dies cupidè legisses, non paucósque locos abstrusiores diligenter examinasses, atque contulisses adhibitis ad id negotij non modò vocalibus (quorum nunquam non habes copiam) sed etiam mutis illis tuis doctoribus, quos tibi scriniis inclusos circūuehere solet clitellarius mulus, vt siue domi agas, siue ruri, doctissimos semper habeas quibuscum loquaris. Deniq; re tota diligenter discussa, & ad vnguem (quod dicitur) explorata, monuisti perhumaniter atque adeò adhortatus es vt perg[illegible]rem, & opus institutum absoluerem ínque manus hominum emitterem. Hac ego tanti Principis atque Antistitis adhortatione, fateor, animū recepi: ac iam mihi multò quàm anteà magis placere cœperunt nostri qualescunq; Commentarij, quòd tibi præter alia candido & exacti iudicij viro displicere non videretur. Ad intermissum opus igitur vel potiùs omissum, adhortatione tua reuocatus, illud tādem ad finem (tametsi multis vigilijs) perduxi. Neq; priùs hoc toto quadriennio recognoscere, castigare, & vrsi more fœtum hunc nostrum lambere destiti, quàm extremam manū addiderim. Quinetiā (quod in primis necessarium videbatur) Lutetiam profectus, cum doctissimis collegis meis singula contuli, eadémq; ad incudem Sacræ Theologiæ facultatis (quā ego semper vt matrem reuerebor) subinde reuocaui & cudi. Age igitur bonis auibus, optime Princeps, ne stuam reliquisse, atq; retrò aspexisse videar, dum ad reliquos noui Testamenti libros aratrum duco, en prodeūt in lucem & hominū manus, nostri in Ioannem Cōmentarij, non alterius quā tuo freti præsidio, quo authore atque adhortatore sum in his absoluendis & emittēdis, vsus:

quo simul aduersus Aristarchos omnes plurimum valebūt. Nā quū lucubrationes nostras in Epistolas Canonicas eximio nostræ ætatis ornamento Principi illus. D. Episcopo Trecēsi fratri tuo, anno superiore cōsecrassem, seruaui apud me quò te è felici illa tua legatione ad summū Pontificem, iam redeuntem salutarem. Et quemadmodū Alexander rogatus cui hæreditatem relinqueret & cōmendaret, respondisse fertur, Ei qui optimus esset: Ita siquis de hisce nostris Commētarijs, me roget, tu mihi vnus occurris, Princeps & Antistes optimus omnium ore prædicatus, cui eos relinquam, atque commendem. Idque vt lubentiùs faciam, hoc potissimum nomine sum adductus, quòd nō obscuris argumentis habeam exploratum, tāto te ardore ad Euangelicæ philosophiæ lectionem rapi, vt quicquid vbique est disciplinarum, præ hac vna, nugas existimes & fumos. Digneris igitur obtestor, Antistes reuerendissime, & Princeps illustrissime, & Guilliaudi tui patrocinium, & operis tibi dicati tutelam alacriter suscipere. Qua in re si nostram expectationem benignitas tua non fefellerit (scio non fallet) animum mihi adijcies, vt eandem aleam in reliquis sacri Euangelij scriptoribus non dubitem experiri. Vale, Eduæ, Idibus Aprilis, 1548.

NICOLAI ROILLETI
Belnensis, ad Christianæ Theologiæ studium, exhortatio.

Somnia Parnassi pleno deprædicet ore,
Quem nox vna tibi fecit Homere parem:
Castalijs alius totum se proluat vndis,
Et redeat vates ex Helicone nouus,
Frigida sūt istis quæ quis de fontibus haurit,
Mistaq́, terrenæ plurima fæcis habent.
Oblectant tantùm fallaci suauia gustu,
Sed nil quod mentem roboret, intus habēt.
Aureus hic tibi fons, cælesti nobilis ortu,
Atque alueo nunquam deficiente fluens.
Hic tibi manātē Guillaudus nectare multo,
Ex Saluatoris fontibus haurit aquam, Esa. 12.
Ex illis qui potat aquis, rursum sitit: ast hic Ioan. 4.
Esse nec esuries, nec sitis vlla potest.
Hūc quisquis bibit, ex huius mox effluit aluo
In vitam æternam fons salientis aquæ.
Hoc in fonte bibens, viso Samaritis Iesu,
Ex scorto immundo reddita sponsa Dei est. Ibidem.

Hic

Hic etiã (bene si quæras) occurret Iesus
Non alio magis est obuius ille loco.
Terrenæ hîc nil fœcis habens: vis ignea quicquid
Immundum est, quouis purius igne coquit:
3.Reg.1. *Hoc igni flagrans Abisac Dauidica, corpus*
Calfacit amplexu sola senile suo.
Ibidem. *Hoc igni flagrans, mox absorbeberis imis*
Et terris ipsum raptus aduscq; Deum.
Has vires frustrà à Musis, Phœboq; requires
Sola sibi proprias quas Sunamitis habet.
In studiis alijs vbi totos triueris annos,
Facundum poterunt, non facere illa pium.
Fos hic, vt est sacræ & cælestis originis, ex hoc
Esa. 12. cap. *Sic & cælestem, qui bibit, esse facit.*
Illis Pegaseũ fontẽ, atq; Helicona relinque,
Queis pura est potior turbidus amnis aqua.
Tu Saluatoris bibito de fontibus, illas
Quas tibi tã suaues Claudius haurit aquas.

FINIS.

Sanctum Iesu Christi Euangelium secundum Ioannem.

CAP. I.

IN PRINCIPIO erat Verbũ, & Verbũ erat apud Deũ, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deũ, [a] Omnia per ipsum facta sunt: 1 & sine ipso factũ est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat, & [b] vita erat lux hominũ: 2 & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomẽ erat Ioãnes. [c] Hic venit 3 in testimoniũ, vt testimonium perhiberet de 4 lumine, vt omnes crederent per illũ. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. 5 [d] Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mũdus per ipsum factus est, 6 & mundus eum non cognouit. In 7 propria venit: & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, [e] dedit eis potestatẽ filios Dei fieri, his qui credunt 8 in nomine eius, qui non

a Christus Deꝰ per quẽ omnia facta,

b Vita. Lux.

Matth.3.a Mar.1.a c Ioãnes testatur lucem Christum venisse.

d Lux Christus.

e Filij Dei, qui Christo credunt, Fides à Deo.

1. Græci sic distinguunt. Nihil quod factũ est in &c.
2. Et lux in, &c.) Hebræ. quæ tenebris in lucebat.
3. In testimonium &c.) ad testificandum.
4. Lumine.) In ce Per ipsum, s. Ioannẽ, i. e. est, vt oẽs per prædicationẽ Ioannis, crederent in ipsum Christum.
5. Erat lux, &c.) Hebræ. Quod lumen erat verũ, illuminans omnes homines venientes.
6. Et mũdus p ipsum. Qui mũdus per ipsum factꝰ erat à quo nõ est agnitus.
7. Propria.) Hebr. sua.
8. In nomine,

&c.) id est, in nomen, id est, his qui fidem haberẽt in ipsum.

9 Ex sanguinibus, &c.) ex cõmercio virilis & mulicbris seminis.

10. Et verbũ.) Et pro Nam.

ex 9 sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. 10 Et Verbum caro factum est: & habitauit in nobis (& vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis. Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat, dicens, Hic erat quem dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Deũ nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius, 11 qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Et hoc est testimonium Ioãnis, quando miserũt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarẽt eum, Tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est, Quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Elias es tu? & dixit, Non sum. Propheta es tu? & respondit, Non. Dixerunt ergo ei, Quis es, vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto, Dirigite viã Domini, sicut dixit Esaias Prophe

f Ioãnis testimonium de Christo.

1. Timoth. 6. d

Gratia.

Deum nemo vidit.

11. Qui est in sinu,) id est, Patri acceptissimus, & consubstantialis.

Esa. 40. a Matth. 3. a

Marc. 2. a Luc. 3. a Matth. 3. c Marc. 1. b Luc. 3. c

Propheta. Et qui missi fuerãt, erant ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? Respondit eis Ioannes, dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit quem vos 12 nescitis. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti. Hæc in 13 Bethania facta sunt, trans Iordanem, vbi erat Ioãnes baptizans. 14 Altera die vidit Ioãnes Iesum veniẽtem ad se, & ait. Ecce agnus Dei, ecce qui 15 tollit peccata mũdi. Hic est de quo dixi, g Post me 16 venit vir qui 17 ante me factus est, quia prior me erat, & ego 18 nesciebam eũ. Sed vt manifestetur 19 in Israel, propterea veni ego in aqua baptizãs. 20 Et testimoniũ perhibuit Ioãnes, dicens, Quia vidi Spiritum descẽdentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, h Super quẽ videris Spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu Sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est

12. Nescitis) nõ nouistis.

13. Bethabara.

14. Altera) posterа.

15. Tollit.) id est, condonat & remittit Hebr.

16. Venit) præsentis temporis.

17. Ante me, &c.) id est, me antecessit.

18. Nesciebam) nõ noueram.

19. In Israel) Israeli Baptizare aqua.

20. Et testimoniũ &c.) pro propterea.

Agnus Dei.

g Ioãnes docebat Christũ venisse.

Matth. 3. d Marc. 1. b Luc. 3. d

h Vnde cognouit Ioannes Iesum esse Christum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Filius Dei. [m] Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem, dicit, Ecce agnus Dei. Et audierunt eum 21 duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis, Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur interpretatum, Magister) vbi habitas? Dicit eis, Venite & videte. Venerunt, & viderunt vbi maneret; & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant à Ioanne, & sequuti fuerant eum. Inuenit hic primùm, fratrem suum Simonem, & dicit ei, Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus, dixit, tu es Simon Filius Iona: tu vocaberis 22 Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinũ voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus, [n] Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, inuenimus Iesum filium

m Altera) posterа.

21. Discipuli Ioannis sequũtur Christum.

Rabbi.

Messiæ.

Simon.

22. Cephas, vox Chaldaica, quæ rupem significat.

Petrus.

n Philippi vocatio.

Nathanael.

Genes. 49. b
Deut. 18. c
Esa. 40. c. 45. b

filium Ioseph à Nazareth. Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni & vide. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se: & dicit de eo. Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei, Priusquam te Philippus vocaret, quum esses sub ficu, 23 vidi te. Respõdit ei Nathanael, & ait, Rabbi, [o] Tu es filius Dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei, Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis? maius his videbitis. Et dicit ei, Amen amen dico vobis, 24 Videbitis cælũ apertũ, & angelos Dei descendentes supra Filium hominis.

Gen. 23. a
Exech. 34. f
& 37. f
Daniel. 9. f

23. Vidi) videbã Maiora.

o. Fides Nathanaelis.

24. A modo vel post hæc videbitis.

In principio erat Verbum. CAP. I.

DICTVRVS Ioannes Euangelista de re, quæ sua natura & dignitate seipsam satis cõmendat, & omnibus sese desyderatissimam offert, diũ studuit exordium, quo sibi auditores conciliaret, præmittere: sed omisso exordio, à propositione, veluti quadam breui tabella totũ Christum, hoc est diuinitatem & humanitatẽ eius, ob oculos explicante, suum exorditur Euangelium. Est autem propositio ab hoc verbo IN principio, &c. vsque ad eũ locum, FVIT homo missus à Deo. In qua, in primis Ebionitas & Cherinthianos feriẽs, diuinitatem Christi, per quam omnia creata sunt, docet: deinde humanitatem eius proponit, quæ fidelibus & vitam desyderantibus, via est recreationis & regenerationis. Est certe conuenientissimum, vt qui per Christum creati sunt per ipsum recreẽtur regenerentũrq. Tametsi IESVS Christus verus ille ex Maria virgine homo natus, à principio tamen siue ab initio erat Verbum. Quod quum à principio siue ab initio sit: non inuenitur quando non erat. Nihil enim ante principium est. Ex hoc loco & primo

Quare Ioãnes exordio cabstinuit.

Christus Deus & homo.

Ab initio esse.

In pricipio & Ab initio idē Verbū erat, nō ea est æternitas.

capite primæ epistolæ huius Euangelistæ, idem esse docemur, IN principio, & A principio siue AB initio. Illic dicit, Quod fuit, vel vt alij legūt, erat ab initio. &c. hic. In principio erat Verbum, Verbum erat, nota est æternitatis cōprehendens præteritum absq; desitione, fine, & exitu. Qua nō est vsus Moyses Genes. 1. cap. In principio creauit Deus cælum & terram. Ex quo intelligo mundum cœpisse, Verbum autem siue filium Dei æternum esse. Non dicit, In principio Deus fecit Verbū, sed In principio erat Verbum. Non possumus in vnigenito Dei filio principium temporis intelligere: nam qui ante omnia secula est, eius æterna substantia est: cuius natura quum finis & exitus sit expers, necesse est eam semper eodem modo se habere. Iuxta illud Psal. 101, Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. At quia

Filius ante secula.

Filius æternus & ante omnia secula est, nullo tempore generatio eius mensurari potest, sed est semper in Patre, quasi in fonte, vt idem dicebat Ioannes cap. 8. Ego

Pater, fons, in quo Filius.

enim ex Deo processi, & veni. Quasi enim fontem (ait Cyrillus) Patrem intelligimus, in quo Verbum est sa-

Filius splēdor & imago Patris.

pientia, virtus, character, splendor, & imago eius existens. Quare cum nullo vnquam tempore, nullāve duratione, Pater absque sapientia, virtute, splendore, & charactere fuerit, necessarium est intelligamus Filium esse Patri coæternum. Nulla alia significatione Pater dicitur Filij principium, quàm vt ex quo, quoniam ex

Pater principium Filij.

Patre est, imò & in patre est, distinguuntur persona, nō autem essentia. Non est ergo post Patrem natura secundus, sed ex ipso Patre semper, & cum ipso, secundum in-

Generatio ineffabilis.

effabilis generationis modum. Obserua, Quum perspiciamus nouum Testamentum esse veteris Testamenti reuelationem, atque Paulum Christi diuinitatē per loca quæ ex veteri Testamento citantur, probasse non pigebit consulere veteris Testamenti locum, ad huius nostri instituti declarationem ampliorem faciendam. Gen. cap. 1. scribit Moyses, Dixitq; Deus, Fiat lux, & facta est lux. Et ita deinceps commemorat Moyses omnes creaturas, vt lucem cōditas nempe per Dicere, aut Verbum Dei dicente Domino. Fiat firmamentum, fiat sol, luna, stellæ, &c. Ex quo textu certissimè constat Deum

Verb

Verbum habere, per quod dicebat antequā vllæ essent creaturæ. Iam id Verbum nō potest esse creatura quādoquidem vniuersæ creaturæ, per Dicere, eius Verbum conditæ sunt. Hoc vt ita constanter asseueremus, euincunt Moysi verba, quæ ita habēt, Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux. Hic iam obseruamus Verbum oportere ante lucem factum, fuisse: quandoquidem lux per Verbum facta est, ac omnes creaturæ. Iam pergamus. Quū Verbum fuerit ante omnes creaturas, & sunt omnes creaturæ per Verbum factæ, necesse est vt sit Verbo alia quàm creaturarum substantia, neque ipsum Verbum factum sit, aut conditum vt creaturæ, sed sit æternum absque initio. Ipsum enim erat quum omnia inciperēt esse, nec sinet tempore includi, quod supra tempus est atque vniuersas creaturas: imò creaturæ & tempus per ipsum incœperunt. Iam quis tam insanus qui negauerit, quicquid temporarium non est, id esse æternum: & quicquid initio caret, non posse temporarium esse? Ad hæc. Quicquid non est creatura, id Deus est: quoniam extra Deum & creaturas nihil est. Quare ex his Moysi verbis concluditur, Verbum hoc Dei, quod in principio erat, & per quod omnes creaturæ dictæ & conditæ sunt, eternum Deum esse & nequaquam creaturam. Deinde nequid fieri vt Verbum, & qui illud dicit, vna persona sint, quòd Dicens nō possit Verbum esse quod dicitur. Iam constanter ex Scriptura dicitur, & aperte ostenditur quod quum dicitur, Deus dixit, Scriptura & Dicentem & Verbum distincte expressit, conuincitque fateri alium esse Dicētem & alium esse Verbum: atque Dicentem non esse Verbum, neque Verbum esse Dicentem. sed magis Verbum gigni & esse à Dicente: neque à seipso suam habere naturam. Dicens autem non proficiscitur neque accipit substantiam suam à Verbo, sed à seipso. Proinde hic textus, DIXIT Deus, fiat lux, &c. concludit duas esse in deitate personas ab initio ante omnes creaturas: quarum vna, id est Verbum, à Dicente est: altera vero id est Dicens, à seipso est. Iam quum meminimus Patris & Filij, mox intelligitur amor & nexus vtriusque, qui est Spiritus Sanctus, tertia persona in deitate, quam Moyses in hoc textu exprimit dicens,

a 4 Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et spiritus Domini ferebatur super aquas. At quum aperte dicat Scriptura vnũ solum Deum esse (Deutero. capit. 6. Audi Israel, Deus tuus vnus est:) nos constanter & catholicè confitebimur tres personas vnum Deum & substantiam vnam esse. Habemus igitur ex principio Geneseos, tres personas in vna deitate expressas. Proinde hoc Verbum, est quod Deus in seipso dicit quódque in ipso manet, neque vnquam ab ipso separatur: imò cum Paulo meditandum est, Deum secum & in seipso loqui Verbum: quod Verbum, non est inanis sonus, sed habet in se totam Dei substantiam, quẽadmodum Paulus dicit ipsum esse imaginem Dei, quæ totam Dei substantiam simul in se habeat. Quare quum Paulus videret hic signatum secundùm substantiam esse in signo, dixit imaginem substantiæ, quæ eiusdem naturæ etiam existat. Colligamus ex his quòd in Deo, Verbum non tantùm signum est aut imago: sed fert secum & in se habet totam naturã Dei, estq; verus Deus, æque ac is cuius verbum & imago existit.

[ET VERBVM erat apud Deum] Pergit ostẽdere manifestius, quàm Filius sit Patri & coæternus & consubstãtialis, licet in propria hypostasi sit similiter & Pater. Græcis legitur, ILLVD Verbũ: atq; ad hunc modũ legit Chrysostomi abbreuiator, In principio erat illud Verbum, & illud Verbũ erat apud Deum: vt ostendatur non de quolibet verbo, sed de illo singulari per quod omnia creata sunt, hoc intelligi. Verbũ hoc loco significat eum quem Apostolus ad Hebr. 1. cap. splendorẽ gloriæ, & figurã substantiæ eius, hoc est expressam imaginem Patris vocat. Propriæ Verbum subsistẽtia est personam cõstituẽs. Si quis rogauerit, quare hoc loco Euangelista potius Vocula VERBVM, quàm ILLVS, vtatur, respõdet Theophylactus, Propter auditorum infirmitatem ita dixit, ne audito statim ab initio Filij nomine, cogitaremus natiuitatẽ corporalẽ & ab affectionibus proficiscẽtem. Et eius gratia ipsum vocauit Verbũ, quòd discas, sicut Verbũ gignitur ex mente sine passione, ita & hic à Patre natus est absq; vlla affectione. Aut ideo Verbum appellauit, quia paterna nobis annuntiauit, quemadmodum omne Verbum, mentis voluntates

Non de quolibet verbo dicitur,

Et Verbum erat, Verbum Subsistentia.

Cur filius verbum dicitur.

annunt

annuntiat. Quum dicit APVD Deum, aperte ostendit Ioannes alium esse Verbum & alium Deum, hoc est Patrem. Nam quum ante omnem creaturam conditam Deus dixit, ipsum Dicere, siue ipsum Verbum erat apud Dicentem. Duæ introducuntur personæ, Verbum, & Deus Pater: Verbum apud Deum, id est, Verbum cum Deo & in sinu Patris. Vocula enim APVD, accipitur pro CVM, vt Marci 6. cap. Nonne fratres eius & sorores eius apud nos sunt? id est nobiscũ sunt, & nobiscum versantur? Sic & hoc loco Apud Deum, id est Cum Deo erat. Verbum non erat solitarium, sed Patrem habet æternum, à quo ab æterno depromptum est, cum quo semper erat, à quo nunquam substantia separatum est, nec vnquam separabitur. Nam impossibile est Deũ esse absque Verbo, sapiẽtia, & virtute: idcirco quia Verbum & sapientia & virtus Patris, est Filius, credimus ipsum esse apud Patrem & cum Patre coæternum. Quemadmodum enim riuus à suo fonte, & splendor à sole nunquam absunt, ita nec Filius à Patre. Quanquam intelligamus nullam esse similitudinẽ quæ ad viuum & plenum possit arcanã Filij à Patre natiuitatem adumbrare. Sunt enim Trinitatis mysteria potiùs adorãda, quàm nostra ratione perquirenda. Proinde nõ alta sapiamus, sed timẽtes simplici & pura fide credamus, Verbum, id est Filium Dei, Patri cõsubstantialem & coæternũ esse, & Deum ex Deo, ac lumen ex lumine. Facessat hinc Sabellius Libes, tres personas, Patrem, Filiũ, & Spiritum Sanctum, vnam esse personam docẽs. Apagetis Cherinthe: Qui fieri potuit Christũ non fuisse ante virginem Mariam, quum ab initio & ante tecula cum Patre fuerit? Apage & tu Arrii Quomodo Christus, Deus nõ est, qui tamen æternus est? per quem omnia creata sunt? Colligamus ex superioribus Ioãnem docere, apud Deũ Verbum esse, vnum quidem esse Filium, subsistentemq; in seipso, & vnum rursus Deum Patrẽ, apud quem Verbum est. Trinitatis tres sunt personæ seu hypostases, propriæ, personaliter distinctæ: quas hypostases non confundit summa identitas in vna natura & essentia. Nam vnum substãtia sunt Pater, & qui ex eo est Filius. Idcirco numero etiam vnum erunt, & natura quidẽ eadem

Apud.

Verbum & Pater duæ personæ.

Verbum esse apud Deum quid est.

Pater non potest esse sine Verbo, & sapientia.

Filij arcana à patre natiuitas nulla similitudine plenè adumbratur.

Trinitatis mysteria adorãda potiùs quàm inquirenda.

Sabellij error.

Cherinthi hæresis.

Arrij error.

Hypostases Trinitatis.

Identitas summa in vna substantia.

Universidad de Deusto Biblioteca

Trinitas. Pater Filius, & Spiritus Sanctus.

dem in vtroque. Propriè autem & verè vterq; subsistit: ita enim Pater (ait Cyrillus) verè Pater, & Filius, verè Filius erit, cõnumeratóq; Sancto Spiritu, plenitudinem sancta Trinitas maiestatemq; suam consequetur.

Christus est Deus.

[ET DEVS erat Verbum.] Præuidens diuinus Euangelista venturum Arrium & eius asseclas, posterioribus seculis, qui deitatem Christi negarent, dicentes Christum quidem Deum, sed nõ natura Deum: verùm posteà factum Deum appellationem, quasi adulterinũ & titulotenus Deum: ex duabus præpositis assertionibus concludit aduersus istos Antichristos, & magni illius Antichristi præambulones, Iesum Christum esse Deum. Vt post duas hypostases manifestatas, ostendat vnam deitatem & θεότητα vnã.

Antichristi præambulones.

Patris & filij vna substãtia.

ET Deus erat Verbum. Non solum est Verbum apud Patrem, Filius, sed & illud Verbum: hoc est, Filius est Deus. Sunt reuera Pater & Filius duæ hypostases, id est duæ personæ, sed vnus Deus. Quia ergo vna est diuinitas Patris & Filij, vna est θεότης, vna est & natura. Obserua. Videtur nõ absurdum, imò percommodum esse, si dixerimus particulam, ET, notam esse illationis, positam pro ERGO, aut simili quapiam, quæ duabus prioribus assertionibus seruiret: vt hoc syllogismo aduersus Ebionitas & Arrianos argumẽtari liceat: Quod in principio est siue ab æterno est, Deus est: Verbũ est in principio, & apud Deum, ergo Verbũ est Deus. Aut sic, Quicquid est æternũ, Deus est: Verbũ est æternũ, Ergo Deus est. Rogabis, Quid iuuat scire Christũ esse Verbũ æternũ, ab æterno æqualiter cum Deo Patre existentẽ? Respondeo: Pharmacum est aduersus oẽs hæreses: valet & iuuat ad confirmandum animũ aduersus scandala rationis. Nam ignorans Christũ Deum esse, statim sua ignorantia, imò frequentius sua malitia offenditur, & obuolutus propria prudentia, somniat Christum esse purum hominem. Qui error, alios inde parit. Vt videas in Ebionitis, Cherinthianis, Arrianis, & plerisque nostri seculi mataeologis & hæresiarchis. Pereunte enim æternitate Christi, perit & potentia: qua perdita, simul necesse est & omnia siue omnes Christi effectus, iterum presertim internarum, interire. Non credidit Arrius Christum

Et particula, nota est illationis.

Quid iuuat eo gnoscere Christũ esse verbũ & ab æterno.

Hæresum pharmacum.

Exitium hæreticorum.

Christum esse Deum, crepuit medius. Cherinthus & Ebionitæ aduersati sunt Christo, & Deo, perierũt quia nõ crediderunt. Quare necessariũ est non solùm credere Christum esse Deum & hominem, sed etiam fide viua sentire ipsum esse nobis Deum. Obserua. Quemadmodum corrupti homines occasionem dant vt bonæ condantur leges, ita bonitate Dei fit vt pestilentium hominum, & errorum occasione, saluberrimas Ecclesiæ doctrinas recipiamus. Nam Cherinthus, Ebion, & alij similes, diuinitatem Domini nostri IESV CHRISTI impiè negantes occasionem præstiterunt beato Ioanni tã magnificè de Christi diuinitate testificãdi. Hæc nos docent, ne despondeamus animos, quãuis hodie multa fingãtur insana dogmata: resumẽdæ enim potius sunt vires, & excitandi animi ad excipienda & reiaculanda illa Satanæ iacula, in abnegatione sui, & Euangelio Christi (qui suos nunquã est deserturus) proficientes.

Christus credẽdus & sentiendus nobis Deus.

Malum occasio boni.

Hæreticorum iacula retorquenda.

[HOC ERAT in principio apud Deum.] Euãgelista volens ostendere atque explicare æternitatem IESV CHRISTI, singulari epanaphora siue repetitione alterius partis propositionis de vnitate essentiæ Verbi cum Deo Patre, vtitur. HOC (supple Verbum) Filius Patris, sine affectione de Patre genitus erat. IN principio, id est ab initio, hoc est ab æterno. APVD Deum, id est, cum Deo Patre. Verbum hoc non erat solitarium, erat cum alio Deo, id est cum alio qui Deus, id est cum alio qui Pater & Deus est. Hoc Verbum, non ita Deus est vt nihil à Patre differat: nam differt ab eo persona, sed non essentia: differt proprietate, non natura. Est enim Deus de Deo, lumen de lumine. Filius Dei non dicitur opus aut factura Dei, ne quis creaturã eum puter, sed Verbum, aut mentale aut enunciatiuum quale nostrum est, quo nomine Verbum, vocat Filium Dei Ioannes, ad manifestandum absque affectione natum de Patre Filium, & quòd Verbum Dei, virtutem potentiãmque Dei (per quem facta sunt & consistunt omnia) significat. Hæc clausula indicat Christum esse æternũ Verbum vnà cum Patre Deo, verum Deum.

Epanaphora.

Verbum æternum à Patre differens persona.

Filius Dei nõ dicitur opus Dei.

Filius Dei cui Verbũ à Ioãne dicitur.

[OMNIA PER ipsum facta sunt.) Testatur Ioannes æternitatem, diuinitatem, originem, & distinctionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem Verbi, hoc est Domini IESV CHRISTI, paucioribus quidem verbis quam nostra, hoc est humana ratio aut cogitatio ferat, sed syncerae fidei sufficientibus verbis, nunc vt sese orbi Verbum insinuauerit per opus eius quod est creatio, testatur. Si cogitatione aut ratione humana siue carnali, ad ea spectauerimus quae mundum conditum praecesserunt, nihil prorsus praeter meras tenebras conspiciemus. Quòd si oculo spirituali, hoc est fide, introspexerimus, ... hoc ipso oculo videbimus aeternum Patrem, aeternũ Filium, aeternum Spiritum Sanctum. Fides, oculus noster est, genium sui authoris, hoc est Spiritus Sancti, sequẽs. Vt enim Deus antrorsum retrorsumque omnia prospicit, ita fide conspicimus & praecedentia & futura. Nam sequitur fides, Verbum in abscondita Dei ducens. Hebraeor. 11. cap. Fide intelligimus aptata esse secula Verbo Dei: vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Et ad Roma. cap. 1. Inuisibilia ipsius à creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas. Videsne CHRISTI IESV diuinitatem & aeternitatem ab ipsis operibus cõditis declaratam? Audisne inuisibilia Dei, hoc est Dei aeternam potentiam & diuinitatem ex condito orbe, id est his rebus omnibus quae factae sunt, intellectu & fide praeuideri? Creatione ergo se nobis Deus manifestauit. Obserua vim verborum: quum dicit, PER ipsum facta sunt omnia, insinuatur communicatio faciendi omnia ei ab alio: est enim Pater alius à Filio: consignificatur ergo alius à quo per ipsum facta sunt omnia. Communis est actio Patris & Filij, imò & Spiritus Sancti, qua facta sunt omnia. Dicebat enim ille, Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. Ioan. 5. & 14. Ego in patre & Pater in mè. Huius assertionis sensus est, Christum non solùm esse, per quem facta sunt omnia, sed quòd etiam sit, qui simul fecerit omnia. Atque ex solo antecedente enthymematis videtur sic argumẽtari, Per Christum facta sunt omnia, ergo aeternus est & verus Deus. Si rogaueris, cur ergo Patri in Scriptura attribuitur Facere? Respõdeo. Vt Pater à Filio & Spiritu Sancto, quantum ad personã attinet, facilius discernatur, & ne cũ Sabellio personas tres

Humana ratio nihil Spiritale attingit.

Oculus, spiritalis, fides.

Christi diuinitas ab operibus declarata.

Deus se nobis creatione manifestat.

Trinitatis operatio indiuisa.

Christus per quem creatio, etiam creator est.

Quare patri in scriptura attribuitur verbũ Facere.

Sabellij haeresis.

pro

pro vna accipiamus. Asserebat enim haereticus ille, sola nomina Trinitatem esse, sine substantia personarum. Aduerte: vsus est Ioannes praepositione PER, ne suspicaremur illum vnigenitum & absque principio esse Filium, & Deo aduersarium: eius gratia dicit quod Pater per Verbum fecerit omnia. Quod dicitur PER ipsum, Paulus: explicat IN ipso. Colos. cap. 1. Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturae, quoniam in ipso condita sunt vniuersa in caelis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestas, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso cõstant. Porrò non solùm quum de Filio mentionem facit Scriptura, vtitur praepositione PER: sed etiam cum de Patre fit sermo. Audi Paulum. 1. Corin. 1. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filij eius IESV CHRISTI Domini nostri. Et in principio eiusdẽ capitis dicit, Paulus vocatus Apostolus per voluntatem Dei. Ex his facile intelligis nihil minus in Filio quàm in Patre: imò Patris & Filij communem eandémq; esse actionem. Atque quum rerum omnium creatio per Filium facta sit, consequitur illum fuisse ante res cõditas, nos inter res creatas numerari. Obserua. Quum dicit, Omnia per ipsum facta sunt: eo modo intellige quomodo Paulus 1 Corint. 15. ait: Omnia illi subiecit indubiè, praeter eũ qui illi omnia subiecit. Sic intelligito, Omnia per ipsum facta sunt sine dubio, praeter eum, per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil factum est, ac eum qui per ipsum omnia fecit. Hunc locũ Ioannes ex Mose desumpsit, qui quum ad singulas rerum creationes scripserit, Dixit Deus, fiat lux: dixit Deus, fiat firmamentum, &c. indubiè testatus est omnia per Verbũ condita.

[ET SINE ipso factũ est nihil.] Exegesis siue expositio prioris sentẽtiae, B. Augustinus lib. De natura boni, aduersus Manichaeos, cap. 25. interpretatur SINE eo factũ est nihil: nihil aliud valere, quàm si dicas, Quicquid factum est, non absq; eo factũ est: irridẽs superstitiosam Manichaeorũ distinctionem, qui negabant hunc sensum reddi, nisi praeponeretur NIHIL, hoc ordine, nihil sine ipso factum est. Hoc & si aliàs locũ habet, tamen

Quod Per ipsum est Ioannis, id Paulus ait In, ipso.

Vsus particulae Per, in scriptura.

Augustinus.

Nihil factum sine Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

men neq; hic,neq; vbi Dominus loquitur,dicēs Ioā.18. Ego palam loquutus sum mūdo,& in occulto loquutus sum nihil,locum habet. Hunc locum enthymema illustrat: Sine ipso factū est nihil,ergo Per ipsum facta sunt omnia. Particula SINE, siue ABSQVE indicat societatem Verbi cum Patre faciente. Huc pertinet quod dicebat Christus. Sine me nihil potestis facere.

Particula Sine.

Pneumatomachi hæretici. Macedoniani.

[QVOD factum est, in ipso vita erat.] Pneumatomachi,qui Spiritum Sanctum negant esse Deum,& Macedoniani conantes ostendere Spiritum Sanctum esse creaturam,& eum annumerare inter ea quæ facta sunt, iuxta suum inuentum addunt virgulam post IN ipso:dicentes Ioānem hoc loco de Spiritu Sancto disserere:atque hunc locum iuxta suam hæreticam mentem interpretantur,Quod factum est in ipso,id est ipse Spiritus Sanctus,vita erat. Nos autem virgulam addimus postquàm dixit,Quod factum est:dicimúsque Euangelistam hoc loco nō de Spiritu Sancto disserere,sed enarrato rerum opificio,quòd omnia per ipsum facta sunt, nunc de Verbi vita & eius prouidētia,terúmque recreatione ac instauratione docere. Parum enim fuisset per Verbum creata atque facta esse omnia, nisi & vita per ipsum creatis accessisset. Quare Iesu Christi potentiam hoc loco commendat: argumēto à natura & ab effectu petito. A natura quidem, qua Verbum est ipsa vita:ab effectu verò,quia dat vitam creatis. Sensus itaque est, Quod factum est,in ipso vita erat,id est. Quæcunque creatura vnquam vixit, & adhuc viuit, per Christum vixit & viuit:non solùm corporali vita,sed & animali, hoc est qua anima viuit. Summa horum verborum est: Christus vita est & author omnis vitæ. His verbis non solùm proclamatur CHRISTVS in genere omnium creaturarum viuificator, sed etiam in speciali viuificator hominum mortuorum in peccatis. Huc pertinet quod dicit Paulus. 1.Corinth. 1. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu,qui factus est nobis sapientia & iustitia, & sanctificatio & redemptio. Non est quòd ex his colligas lapidem,ferrum,& huiusmodi viuere,& vitam habere,licet dicatur,Omne quod factum est,in ipso vita erat. Nam si consyderauerimus res ipsas in seipsis, aliquæ

Christi potentia.

Christus vitæ omnium.

quæ viuunt,vt homines, angeli,& huiusmodi,non tamen sunt vita:aliæ sunt quæ neque viuunt,neque sunt vita, vt metalla,lapides. Si verò prospexerimus res vt in Verbo & à Verbo cognitas,non solùm sunt viuentes, sed etiam vita. Nam vt verbis Beati Thomæ vtar, in Deo suum intelligere est,sua vita,sua essentia. Et ideò quicquid est in Deo,non solùm viuit, sed est ipsa vita: quia quicquid est in Deo,est sua essentia:vnde creatura in Deo,est creatrix essentia. Res ergo consyderatæ vt in Verbo,sunt vita. Quo fit vt non abs re vitam Euangelista nominauerit Dominum,eò quòd contineat vitam omnium in se:& quòd spiritualis vitæ conciliator fuerit omnibus ratione præditis. Ex his aliquot enthimemata pronūcianda veniunt:In Christo est vita,siue Christus est vita,ergo Extra Christum non est vita. Itē Christus est vita,ergo Christus est Deus. Ruant ergo omnia in præceps quæ vitam promittūt,& neque sunt Christus,neque in Christo,neque à Christo sunt,in quo solo vita est, Non desunt qui interpretantur, Quod factum est,in ipso,id est per ipsum viuit. Illud IN ipso vita erat,idem pollet quòd PER ipsum vel ab ipso vita est. Hoc vel parum Hebraismis assueti non ignorant. His non absimile est in Actis illud Pauli, In ipso viuimus,mouemur & sumus. Horum summa est, Non solùm Verbum siue Christus filius Dei sibi vita est,verùm & nobis vitam impartit. Non ergo alio abeundum est vt quæramus vitam,quandoquidem in Christo omnia inuenimus, omnia condidit, in ipso vita est, ipse Verbum est, per quod omnia condita sunt: maneamus in ipso & habebimus omnia. Ipse lux & vita est omnium hominum. Qui tibi ipsum alibi volet demonstrare,is indubiè seipsum seducit. Exhibuit enim seipsum in hac carne & in hoc sanguine:hic vult inueniri & quæri,qui Deus & homo est, quem soluunt qui Deum & non hominem,aut hominem & non Deum fatentur: quales sunt Antichristi,de quibus 1.Ioānis 4. At confiteamur ex animo ipsum esse & Deum & hominem,vt in eo filij Dei inueniamur.

Res cognitæ in Verbo.

Per ipsum, & in ipso.

[ET VITA erat lux hominum.] Docuit Apostolus in genere, omnium creaturarum vitam esse in verbo:

verbo: nunc specialius diuertit ad homines, tanquam nobiliores creaturas, ostendens Verbum ipsum duplici nomine vitam esse: propter vitam corporalem, & propter eã qua anima viuit ad iustitiã corã Deo, & vitam æternam. Græcis additur articulus, Et illa vita (supple) Verbi, erat lux, non brutorum aut quarumcunque creaturarum, sed hominum omnium. Hæc lux non est sensibilis, sed spiritalis, qua Verbum viuificat, scilicet illuminando nos homines. Secundum quam mentem accepimus & rationem ab eo Verbo quod nos creauit, ab eo dicimur illuminari. Nam ratio data nobis (à qua rationales nuncupamur) est ipsa lux, aperiens nobis quæ facienda quæve fugienda sunt. Dici potest lux hominum à cõmunicatione. Qui enim fieri potest vt ipsum Verbum ipsãmque lucem perspiciamus, nisi cum luce illa communicemus, vt idonei reddamur ad illius lucis visionem seu cognitionem? Ab illa ergo luce æterna communicatur in nobis lux intellectiua, pars superior animæ dicta: iuxta quam scriptum est in Psalm. 4. Signatum est super nos lumẽ vultus tui, id est Filij tui, qui est facies tua qua manifestaris. Obserua. Vita & lux, non tam sunt effectus, quam vocabula naturæ. Nam lux dicitur, quia natura lux est, & quia alios illuminat: sic & vita, Verbũ dicitur. Quia ergo ipsi Verbo & Deo iuxta suum genium & naturã viuificare & illuminare cõpetunt, colligamus aliquot enthymemata. Verbũ est vita suapte natura, ergo per gratiam creatura viuit. Quæ enim Deo per naturã cõpetunt, creaturæ nõ cõueniunt, nisi per gratiã: Sic Verbum viuificat: ergo Verbum est Deus. Verbũ est lux, ergo reliqua tenebræ. Verbũ illuminat, ergo Verbum est Deus. Verbũ est lux hominum, ergo nos natura cæci & tenebræ. Huc pertinet quæ ille frequens dicebat, Ego sum vita, ego sum lux mundi. Obserua verborum ordinẽ: primò ponit Vitam, deinde Lucem. Non ait, Lux erat vita hominum, sed Vita erat lux hominum. Cur ita? vt significaret in Christo omnia solida & veracia esse, & non esse lucẽ sine vita: vt in hominibus sæpe ipsis splendor inanis sine pia vita fulget. Imitandus à nobis est dux noster IESVS Christus, qui fuit vir potẽs opere & sermone. Luc. 24. & Act. 1. Cœpit Iesus

Verbum duplici ratiõe est vita.

Christus lux omnium hominum.

Lux verbi spiritalis est.

Rationalis lux, siue ratio.

Hominum lux Christus, à cõmunicatione.

Animæ pars siue portio superior.

Vultus Dei.

Filius, facies Dei.

Vita & lux voces effectuũ & naturæ.

Iesus facere & docere. En vides opera præcedere sermonem. Ioannes Baptista prædicatur à Christo lucerna ardens & lucens: nam lucere & non ardere, hypocriticum est & fallit. Vt igitur Christus agnoscatur vera & solida lux, prius dictum est, In ipso vita erat: id est omnia vera & certa atq; viuentia, quibus postea luxit luce plena.

[ET LVX in tenebris lucet.] Phrasi Hebraica qua Reliquiæ pro reliquis dicũtur, Saluatio pro saluatis, perditio pro perditis, dicit Euãgelista Tenebras pro incredulis, & peccatorũ nebula obscuratis: declarãs cur vitam illam hominũ, lucẽ vocarit. Descripta enim luce, ipsius radios manifestare oportet, quibus gratia & misericordia illius æterni Verbi insinuatur. Lucẽ lucere, non vulgatæ alicuius & sensibilis lucis est: sed illius summę, quæ suapte natura vita est & lux: vita quidem, qua cõmunicatur nobis vita & gratia: lux verò, qua veritatis & sapientiæ cognitione intellectuali nos illuminat: qua cognoscimus etiam peccatis immersi (à quibus tenebræ dicimur) quid agendum, quidve fugiendum veniat. Nam quum natura nostra ex se tanquam ex se nihil lucis habeat, & illuminatione indigeat, verè dicitur tenebræ. Quæ Dei sunt, iuxta substantiã, creaturæ: secundũ essentiam non cõpetunt. Deus siue Verbũ, suapte natura lux est. Sunt ergo reliqua tenebræ quæ illuminatione indigent. Quare tam totũ esse (vt ita loquar) quàm totũ bene esse à Creatore suscipimus, vt iure audire possimus Paulum 1. ad Corin. 4. dicẽtem: Quid enim habes quod non accepisti? Sensus huius sentẽtiæ est: Lux Verbi lucet in nobis, qui tenebræ sumus, sed irradiat lumine intellectuali nos, quo cognoscimus & veritatẽ & sapiẽtiam.

[ET tenebræ eam non comprehenderunt.] Hoc habent mundus & eius sapientia, vt Verbũ ipsum oderint, nec per se intelligere possint: & quũ luci contraria sint, (vtpote quæ ex se lucem nõ habent) tenebrarũ nomine non iniuria vocitantur. Oportet ergo vt Verbum, filius Dei, qui in tenebris lucet, lux & sit & videatur: lucens in creatura, lucet in tenebris. Nam si natura creaturarum (ait Cyrillus) filiũ Dei vt lucẽ accipit, non est dubiũ quin & ipsa tanquam tenebræ accipiat, & filius Dei tanquam lux in tenebris in illa luceat: quamuis tenebræ filiũ Dei

Hebraica phrasis.

Lucem lucere.

Quomodo Christus nobis vita & lux.

Tenebræ dicimur à peccatis?

Humana natura cæca.

Omnia habemus à Deo.

Euangelium mundus odit.

Tenebræ.

Lux in tenebris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oculus spiritalis.

Lumen intellectuale.

Comprehendere lucem.

Christus prædicatus ab orbe condito.

non cognouerunt. Hoc enim (vt puto) significat Et tenebræ eam non comprehenderunt. Hæc ille. Necessarius est oculus non tenebricosus, sed cælestis, vtputa illius lucis radius, lumen intellectuale, fides, in quo lucet & cognoscitur filius Dei. Comprehendere, non est obiter tantùm intelligere Verbum, aut illi credere: sed est illud ad salutem intelligere, & illi ad vitam credere. Ab orbe condito semper hæc lux etiam inter impios luxit, & prædicatus est Christus, quem semper increduli contempserunt. Caino & familiæ eius nunciata est hæc lux, sed increduli repulerunt. Ante diluuium, quum fabricaretur arca: Noe. 1. Petri. 3. & ijs qui sub Enoch erant. Iudæ 1. capite, nunciatus est Christus. Sub Loth ante incendium. sub Pharaone ante submersionem. sub Israelitis ante deuastationem regnorum Israëlis & Iudæ. Sed tenebræ per incredulitatem, hanc lucẽ repulerunt. Prædicatus est & Iudæis Christus, sed per infidelitatẽ & obstinatam suam malitiam, factus est illis lapis offensionis & scandali. Annunciatus est Gẽtibus, sed videmus quãta incredulitate, quanto contemptu excipiatur Euangelium IESV Christi, Tametsi in illis luceat Christus, velint nolint: tamen hunc abijciunt, luci imponunt nubem, ne videant, ne vitam recipiãt, & bona in æternum duratura assequantur.

Christi diuinitas.

[FVIT HOMO missus à Deo.] Hactenus de Iesu Christi æternitate & diuinitate nos docuit Ioannes, vt hoc mysterio & tam ardua reuelatiõe erigamur cõtra scandala mundi & carnis, de contempto Euangelio & Dei verbo: scientes nos habere Christum ducem nostrũ æternum Deum, Patri coæqualem & consubstantialem, per quem creata & conseruata sunt omnia: quique viuificat, illuminat omnes, imò & nos ab omnibus tenebris vindicat. Nunc narrare incipit de recreatione & instauratione omnium, declarans ad finem vsque libri: qua forma quóve ordine reparatio hominis gesta sit, quid Christus egerit, quid docuerit. Primo itaque loco, quia per Moysen dictum est diuinitus, Deut. 19. in trium ore aut duorum, omne verbum stare: ad legentium fidem, grauissimum testem authoritatis venerandæ virum sibi adiungit, per quem habuerit Verbum lux manifestari mun-

Doctrinæ christi summa.

mundo. Quãquam & alij Prophetæ ante Ioannem Baptistam multa de Verbo prænunciauerint, tamen non tam aperte atque Baptista, qui ob id muneris & officij peculiariter ordinatus destinatúsque fuit, non ab homine, sed Deo. Malachiæ. 3. Esaiæ. 40. & Luc. 1. Zacharias pater eius in suo Cantico ait. Et tu puer, Propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius. Baptistam commendat à vocatione seu missione, à nomine seu obsata gratia, & ab officio, aperiens discrimen inter lucem, & Ioannem lucis prædicatorem, inter personam Christi & Ioannis: inter doctrinam, baptismum, officium, & vitam vtriusque. Non venientis hoc est, non furis & latronis (quos infra 10. cap. pseudo apostolos vocat Dominus Venientes) sed missi & iussi titulo prodijt Baptista de luce testaturus, quam nemo verè proponet mũdo, nisi quis fuerit à Deo missus. Deus misit Filium suum nulla diuinitatis specie extrinsecus fulgentẽ, donec subinde clarius atq; clarius aperiretur: erat enim fragilitate carnis obuolutus. Quod Esaias cap. 53. diuinitus prædixit. Non est species ei neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus: & desyderauimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. Itaque quãdo Christus venturus erat carne & cruce absconditus, opportunum erat vt præmitteret testem & præcursorem, qui regi aduenienti viam præpararet. Quod & à Malachia. 3. cap. prænunciatum est, Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Is est Ioannes Baptista, homo natura, sed Angelus officio. Expressius dicitur, FVIT homo, vt excludatur error eorum qui dicunt propter prædictam Malachiæ Prophetiam, Baptistam non fuisse hominem, sed Angelum. Obserua, Ad hunc modum, Marcus & Lucas: sua auspicati sunt Euangelia ab ipso Baptista, quod commodum videatur Euãgelicæ hystoriæ initium, dicente Domino, A diebus Ioannis cælum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et acta testantur Iesum incœpisse à baptismo Ioannis.

Baptista huius euãgelij testis producitur.

Baptistæ commendatio.

Christi humilitas & abiectio.

Baptista, officio Angelus.

[CVI NOMEN erat Ioannes.] Exprimit nomen, tum vt historiæ certitudinem ostendat, tum vt in ipso nomine oblatam Ioãni gratiam exprimat. Ioãnes enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioãnes, in quo est gratia.

sonat, Gratificatus est, seu in quo est gratia. Non quòd Ioannes sit gratia, sed qui gratiæ particeps factus sit: vel qui lucidius & apertius gratiam primus mũdo aperuerit, quàm reliqui Prophetæ. Hoc nomen diuina præordinatione illi indicum est etiã antequam nasceretur, dicente angelo ad Zachariam Luc. 1. Et vocabis nomen eius Ioannem.

Venire in testimonium.

[HIC VENIT in testimonium.] Explicato Ioannis nomine, illius nunc officium, & in quem finem missus est (vt scilicet testaretur) aperit. Venire in testimonium, sonat Testem fieri & esse.

Prædicatores non sunt lux, sed ministri lucis.

[VT TESTIMONIVM perhiberet de lumine.] Prædicatores nõ sunt lux siue lumen, sed lucis testes & ministri. Vnde quæ Paulus vocat Christi mysteria, 1. Corinth. 4. (quorum dispensatorem se insinuat) Ioannes hoc loco lumen dicit.

Quod lumen Ioanni, Paulo mysterũ Dei est.

Prædicatorum scopus.

[VT OMNES crederent per illum.] Scopus prædicationis Baptistæ, qualis & omnium prædicatorum est: vt omnes credant: & saluentur. Hoc ipsum testificatur noster Euangelista, huius sui Euangelij testimonio cap. 20. scripto, Hæc autem scripta sunt, vt credatis quia IESVS est CHRISTVS filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Non ergo putent aliqui Ioannem Baptistam testificari de Christo, quòd huius testimonio opus habuerit Vnigenitus, quasi aliqua ex parte inops: veritas enim sui ipsius sufficiens admodum testimonium est: vt Ioã. cap. 5. Vos misistis ad Ioannem, & testimoniũ perhibuit veritati. Ego autem non ab homine accipio: sed hoc dico vt vos salui sitis. Id est, Ioannes non mea sed vestra causa ante aduentum meum missus est, vt vos per eum crederetis, qui alioqui mihi infirmitate tecto, modicã aut nullam habuissetis fidẽ. Rogabis, Num omnes crediderunt? Non. Cur igitur Euãgelista dicit, Vt omnes crederent per illum? Quòd eius intererat, dedit operam vt omnes crederent: quanuis autem euenerit cõtrarium, ille in causa non est. Nam vt Sol in hoc lucet vt omnes illuminet, & nihil ad Solem, si quis locum caliginosum adierit, & radijs Solis nõ fruatur: ita & Ioannes missus est vt omnes credant. Quòd si qui discredant, non est arguendus

Veritas testis sui.

Qui perit, sibi non Christo imputet.

Ioannes

Ioannes, sed audientium durities. OMNES inquit, vt scias lucem non esse particularem sed vniuersalem pro omnibus CREDERENT, supple verbo. Designat Euangelista medium per quod apprehenditur ad salutem prædicatio lucis. PER illum, Baptistam scilicet, tanquam per testem.

Prædicatorũ est lux, sed testis lucis.

[NON ERAT ille lux.] Hic locus facit ad cognoscendum discrimen, non solùm inter Christum & Ioannem, sed etiam inter Christũ & omnes sanctos Patriarchas Prophetas, Apostolos, & Martyres. Nam nec Ioannes, nec Sancti omnes sunt illa vera lux: id est verus ille Christus anteà promissus: sed duntaxat veræ lucis præcones & testes. Hic monemur ne lucem ex personis, sed personas ex luce spectemus. Quod diligẽter Paulus. 1. & 4. cap. prioris epist. ad Corinth. multis aperit argumẽtis.

[SED VT testimonium perhiberet de lumine.] Apertius manifestat Baptistam illum non esse lucem illam, sed testem illius lucis. Nam vt testimonium nõ est res de qua testatur, ita nec testes id ipsum de quo testantur, sunt. Quod si quis dixerit de Apostolis, dictum est Matthæi cap. 5. Vos estis lux mũdi: est ergo Baptista lux. Respondeo. Baptista est lux, sed non illa, hoc est Christus. Non enim ipse propriè lux est, sed lux per participationem, habens fulgorem à vera luce.

Lux multiplex.

[ERAT LVX vera.] Peruenusta occupatione tacitam diluit obiectionem, cõmendans lucẽ illam à potentia & officio. Fateor fuisse ante aduentum Verbi in mũdum, quandam lucẽ qua gloriabãtur Philosophi at hæc vana erat. Rom. capit. 1. Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorũ: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Fuit & lux quam Iudæi gloriabantur se habere ex doctrina legis: sed Vmbratilis erat lux. Hebr. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginẽ rerum. Erat & lux & angelorum, & sanctorum Patrum, sed participata. Sed vnum hoc lumen quod Verbum est, hæc vna lux, quæ Christus est, Vera est lux, nõ vana, non figuratiua, nõ participata: sed lux vera per essentiam, per se sufficienter illuminans omnem hominẽ venientem in hunc mundũ. Proclamatur hic Christus sola nostra vera lux, iustitia, redemptio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sanctificatio. Lux vera est Christus natura, non aliúde mutuans lucem: sed à quo lucem mutuantur creaturæ.

Christus lux non otiosa.

[QVAE illuminat.] Ne quis putaret Christum tantùm sibi lucẽ esse, aut crederet Euãgelistam de otiosa luce loqui, lucis effectum seu officium explicat: peruenustè & rectè vsus illuminãdi voce circa externas tenebras,

Manichæi error.

ad obstruendum os Manichæi dicẽtis, quòd sumus creaturæ opificis diaboli. Accede huc Manichæe: audi quia lux illa vera illuminat omnem hominem. Si igitur malignus ille opifex est tenebræ, nullum vtique illuminat, atque ita veræ lucis creaturæ sumus. Christus lux per suam naturam est: ergo omne lucens, lucet per Christũ.

[OMNEM hominem.] Agnosce quàm Christus nõ sit personarum acceptor: non vnicũ aut duos dicit Ioannes, sed omnem hominem, ostendens officia Verbi non esse particularia, sed vniuersalia pro omnibus hominibus. Vox OMNEM, lucis seu Verbi potentiam indicat.

Verbum ad omnes pertinet.

Sunt re vera homines subiecta in quibus officia Verbũ operatur. Huc pertinet, & his rectissimè conuenit quod scribit Paulus 1. Tim. 2. Qui (scilicet Christus) omnes homines vult saluos fieri, & ad cognitionẽ veritatis venire. Quomodo illuminat omnem hominem? Dei Verbum (ait Cyrillus) omnem hominẽ venientem in hunc mundum, non docendo vt homines, aut forsan angeli, sed potius creando, vnicuique semẽ sapientiæ, id est pietatis, atque intelligendi radices inserit. Et hoc modo rationalem efficit creaturam, naturæ suæ participem faciens, & ineffabilis sui splendoris quasi lucidos vapores eo modo quem solus nouit, in mentem hominis immittens. Hæc ille. Rogabis quomodo illuminat omnẽ hominem: quũ videamus tam multos obtenebratos? Quãtũ ad ipsum attinet, illuminat omnes. Quòd autẽ quidam ratione vsi non sunt, in seipsos obtenebrauerunt.

Sapiẽtię semẽ. Rationalis creatura.

[VENIENTEM in hunc mundũ.] Elegans est periphrasis hominũ virorũ naturali vita, qui venire in hunc mundũ dicũtur, quum veniũt in terrãmũ quòd anteà fuerit anima, vt falsò opinati sunt quidam hæretici, contra quos egregiè in hũc locũ scribit Beatus Cyrillus, sed spiritalibus radijs illuminat naturã hominũ nascẽtium &

Nascimur tenebræ.

esse incipiẽtium. Nascimur tenebræ, & nudi, ab hac luce

vera

vera illuminamur, vt vestiamur renati seu regeniti ex luce. Hic locus collatione singulari restificatur de verbo collato Ioanni: atq; Prædicare illud, extẽdi nõ ad vnicã & paruã regionẽ per externã prædicationẽ, (qualis erat Baptistæ functio) sed docere & insinuare eam veram lucẽ nõ modò externe, sed & interiùs, neq; Iudæos solùm, sed quoscunq; in hunc nascẽtes mundũ illuminare: Reprobos quidẽ, vt tandem à veritate ipsa coacti fiant Deo dare gloriã, & cõtra seipsos pronuntiare sententiã: electos verò, vt in Dei filios renouati, æternũ beatę lucis cõsequuntur gaudiũ. Vniuersum rerũ creatarũ globũ, vocat mundũ.

Mundus.

[IN MVNDO erat.] Loci circumstantiam explicat in quo Verbũ sua exercuit officia, nimirum in mũdo: ad explodendã Epicureorũ & Lucianorũ hæresim, qua fingunt Christũ sedisse semper & adhuc sedere otiosum rerum & hominũ spectatorẽ supra nubes. Verbũ erat, nota est æternitatis: erat ergo ante mundũ quẽ fecit, & in mũdo, propter prouidentiã & vim eius omniũ cõseruatricẽ, qua omnia moderatur & cõseruat. Hebr. cap. 1. Portánsque omnia verbo virtutis suæ. Erat etiam per prædicationem prophetarum, antequam assumeret carnem.

Epicureorum hæresis.

Christus hęri & hodie.

[ET MVNDVS per ipsum factus est.] Potentiam Verbi quadã occupatione in memoriã reducit ne putemus Verbũ de hoc mundo esse, quia dixit, In mũdo erat: deinde ne iudicemus Verbũ ante mundũ nõ fuisse, quoniam neq; mũdus ipse fuisset, nisi ille ipsum cõdidisset. Apage te Manichęe, qui dicis malignũ opificẽ produxisse omnia, audisne Ioannẽ tonantẽ aduersus tuã insaniã, Verbũ, Filius Dei, mundũ condidit: Est ergo Verbũ creator, nõ creatura. O in saue Arri, hinc abi in malã crucẽ, nisi Verbũ ipsum IESVM Christũ creatorẽ adorauerit.

Manichæi hæresis.

[ET MVNDVS eum non cognouit.] Occupatio est. Dicet aliquis: Si Verbum Dei, lux est, si illuminat homines, si semper erat in mũdo, si mundi est opifex: quomodo hæc lux tam longis temporibus ignorata est? Respondet: Et mundus eum, hoc est illud Verbum, non cognouit: qui, quia lucem non cognouit, nõ æternitatem, nõ diuinitatem, sed imbecillitatẽ & ingratitudinẽ suam accusat. illuminat enim Filius, repellit autẽ gratiã creatura: donat Filius, sed datis abutitur creatura, suffoditq;

Mundi maligna indoles.

Homo deest beneficio Dei.

Ingratitudo hominis.

illuminationem ex desidia. En mundi ingratitudinem & cæcitatem erga verbum, Filium Dei, & eius beneficia. Sed hæc est Verbi compensatio, scilicet pro beneficijs accipere ingratitudinem. Homini cæcitas aduenit, non quia prorsus luce priuatur (conseruat enim semper natura afflatam illâ intelligendi vim, & luminis virtutem diuinitus cõcessam) sed quia nescio quo terrestri & carnali habitu homo hebetatur, & vaniora peioráque sequutus, aliquo modo languere fac.. gratiæ mensuram. Hanc qui sentit in se desidiam, clamet cũ Dauide Psal. 118. Reuela oculos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua.

Legis intentio.

Illuminationis fructus.

Lex enim data est ad excitandam lucem in nobis, tollendam oculorum mentis lippitudinem & offendicula vitanda. Fructus illuminationis, est cognoscere Verbum: quod quum non cognoscat mundus, ingratus est. Mundum hic dicit homines tenebricosos, & terrenis adhærescentes. Verbum quidem semper prædicatum est, sed semper ab impijs contemptum, non est agnitum: Sancti

Mundus.

Verbum à sanctis cognitum.

& Prophetæ ipsum agnouerunt. Nam Ioannis capite octauo, Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. Et Matthæi 22. Dominus Iudæos arguens ait: Quomodo Dauid in spiritu Dominum ipsum vocat, dicens. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. & Petrus Actuum 3. capite, ait Deus autem quæ prænunciauit per os omnium

Prophetæ viderunt verbũ: fide.

Prophetarum, &c. Et eodem capite, Omnes Prophetæ, à Samuel & deinceps, qui loquuti sunt, etiam annunciarunt dies istos. Rogabis. Quo pacto multi Prophetæ & Reges cupierunt videre quæ videtis. & non viderunt, & audire quæ auditis, & nõ audierunt? Respondeo. Nouerunt ipsum Filium Dei futurum hominem, & ad humanum genus descensurum: sed neque viderunt, neque audierunt eum in carne, & cum hominibus conuersantem, quem videtis & auditis. Luc. 10. cap. Nos vero nunc

Cognoscere verbum.

fide & audimus & videmus eum. Cognoscere Verbũ, nõ est obiter recipere, sed fide viua ad salutẽ apprehendere,

[IN PROPRIA venit.] Manifestissimè de verbi incarnatione sermonem faciens, Iudaicum populum valde emphaticos PROPRIA vocat. Ad Iudæos venit, vineã dilectã, plebem sanctã atq; segregatam Domino:

ad eos

ad eos inquam, quibus promissus erat, quorũ erat adoptio, gloria, testamenta, legis cõstitutio, cultus, & promissiones. Romanorum cap. 9. Venit, sua gratia, non nostro merito. Etsi in mũdo erat, adesse tamen nõ videbatur, quum adhuc nõ cognosceretur: pòst autẽ seipsum ostẽdit, quum nostram carnem induere dignatus est, & hãc eius apparitionem & descensum, aduentũ appellat.

Christi propria.

VENIT, id est incarnatus est, hominẽ induit, & in homine sese visibilẽ præbuit. In propria, id est ad Iudæos,

Christi aduentus.

quibus promissus erat, e Iudæis natus, inter Iudæos prædicauit, & miraculis claruit. Dici potest, Venit in propria, id est in mundũ, cuius est cõditor: Domini enim est terra, & plenitudo eius. Plus tamẽ mihi arridet prior interpretatio, scilicet, Venit ad Iudæos quos elegit, vt funiculum hæreditatis, & vt portionem peculiumque suũ: Deut. 32. Quãdo diuidebat Altissimus gentes, quãdo separabat filios Adam, cõstituit termiuos populorũ iuxta

Iudæi dicti peculiũ Christi.

numerũ filiorũ Israel. Pars autẽ Domini, populus eius: vnde dicebat ille, Nõ sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. A quibus minimè receptus, ad Gentes gratiam transtulit. Quod apertè significauit Paulus. Act. 13. Tũc cõstanter Paulus & Barnabas dixerũt, Vobis oportebat primũ loqui verbũ Dei: sed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce cõuertimur ad gẽtes. Sic enim præcepit nobis Dñs, Esa. 49. Posui te in lucẽ Gentiũ, vt sis in salutẽ Vsq; ad extremũ terræ.

[ET EVM non receperunt.] Pathos per querelã admirationi coniunctã. Deplorat enim hominũ demen-

Christum reiecere.

tiam, & misericordiam Domini admiratur. Quid enim magis admirabile quàm Iudæos tanto gratiarum acer-

Qui iusti.

uo ditatos, Christum promissum, & de quo verbum habebant, non recepisse? Obserua. Recipere Christum, est apprehendere, hoc est pœnitendo, in ipsum per fidem, spem, & charitatem tendere: Non recipere, contrarium sonat. Non ergo iusti sumus, quia Christus venit, & Verbum audimus: sed quia credimus in Christum, quem recipimus, & iuxta fidei rationẽ operamur. Vocula EVM emphasim continet, id est proprij. Non dixit omnes, sed indefinitè posuit EVM, id est, Ex suis plurimi nõ receperunt ipsum. Qui Christũ pro Helia, aut Hieremia, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioāne Baptista, aut vno ex Prophetis agnouerūt, carnaliter & nō vere Christū receperūt. Matth. 16. Hūc vt verè agnoscamus & recipiamus, sequamur Petrū, Matth. 16. dicentes, Tu es Christus Filius Dei viui: te agnoscimus & recipimus Christū esse Filiū Dei. Ex his colligamus, quū aliq Verbū nō receperint, Dñm nulla necessitate nos cogere & attrahere, sed nobis volūtatē liberrimā reliqsse simul & electionē. Obserua. Non paruū veritatis argumētū est quòd discipulus Ioānes, in magistri sui cōtumelijs cōmemorādis non erubescat: sed aperte ōia literis mandet. Quæ verè sunt historiographi partes.

Solum arbitrium etiam in rebus Dei.

Historiographi officium.

[QVOTQVOT autem receperunt eum.] Hæc particulaQVOTQVOT, exponit quid suprà intellexerit per Omnem hominē: manifestās quàm Deus nō sit acceptor personarū, qui sese omnibus offert, vt recipiatur. Nā siue Iudæus, siue Gētilis: siue serui, siue liberi: siue pueri, siue senes: siue Barbari, siue Græci: siue Reges, siue priuati: sed quicunque cuiusque nationis, cuiusque conditionis receperunt Dei Verbum, dedit eis, &c.

Acceptio personæ non est apud Christū.

[DEDIT EIS potestatem filios Dei fieri.] Recipere Christū, donū Dei est, nō meritū nostrū: quod ostenditur verbo DEDIT. Hoc vt fiat, id est vt recipiamus Christum, hoc est vt fiamus filij Dei, cōmunicatur nobis potestas, non qua faciamus nos filios Dei: hæc enim actio, omnē creatā facultatē excedit: sed qua fiamus filij Dei. Quod si Paulus baptizat, & 1. Corinth. 14. dixerit, Vos in Christo per Euāgeliū genui. Vt minister Christi genuit, sed nō dedit illā vim & potestatē qua fierēt filij Dei: vt enim Dñs fecit nos, & non ipsi nos: ita regenerat nos, & nō ipsi nos. Regenerat quidē ac baptizat Paulus, sed vt minister. Quare nomine potestatis Euangelista videtur alludere ad vim illā, qua Spiritus Sanctus pellit ac mouet corda ad recipiēdū vere Verbū: vnde posteà licet filios Dei fieri. Roman. cap. 8. Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba, pater. Hæc potestas communicata est Catechumenis, qui nondum facti sunt filij Dei. Potestatem quidem habent, qua quum voluerint baptizari, gratiam adoptionis

Recipere Christum est donū Dei.

Quomodo efficiamur filij Dei.

Catechumeni.

nis consequentur, vt sint filij Dei. Hæc est Christi natura, vt qui illi side viua adhærent, & nominis & naturæ ejus fiant participes, hoc est dicātur & sint cùm dij, tum Christiani. Filios Dei vocat qui adhærentes fide viua Christo, sentiunt se habere placatum atq; recōciliatum Patrem. Accipiunt à filio Dei, (qui solus est filius naturalis) hanc potestatem in signum misericordiæ suæ atq; charitatis, vt fiāt filij Dei nō natura sed adoptione. Qui enim fieri potuit, vt imago terrestris hominis, hoc est, corruptionis (quam peccato induimus) auferatur, nisi cælestis hominis imago & pulchritudo eius vocatione adoptionis nobis imprimatur? Nam, ait Cyrillus, participes ipsius facti per Spiritū, & suo signati sigillo, ad similitudinem eius, & in primitiuam imaginis figurā conscendimus, ad quam nos fuisse creatos diuina Scriptura testatur. Ascendamus ergo ad supernaturalem dignitatem per Christū: non tamen vt proprie, sicut ille, sed vt similitudine illius per gratiam, filij Dei simus. Verus ille Filius Dei Patris est, nos verò misericordia eius adoptati, per gratiā audimus Psal. 88. Ego dixi, dij estis. Quorundam hæc est interpretatio: Recipientibus Christum datur à Deo potestas, vt in futuro seculò gratiā filiorum consummatam & glorioſam suscipiant. Ad quam vehementer suspirat Apostolus Roma. 8. Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat.

Christi vis & natura erga credentes.

Credētes fiunt naturæ Christi participes.

Qui filij Dei.

Adoptati filij.

[HIS qui credunt in nomine eius.] Credere in nomine eius, positū est pro IN nomen Christi. Quæ phrasis valet ac si diceres, Credere in Christū. Hæc indicant causam efficientem, quæ facit nos filios Dei: ea est, fides viua. Credit enim Verbo promittēti filiationē, & cōprehendit siue recipit Christum, qui dedit potestatem filios Dei fieri. NOMEN Christi, dicitur Verbum & virtus Christi: gratia & misericordia de Christo promissa. Promiscuas habēt has loquutiones Euāgelistæ, CREDERE illi, & CREDERE in illum, & in illo. Confiteri illum, & Confiteri in illo, Baptizari aut credere in nomen Christi, & Baptizari in nomine Christi. Obserua. Idem est, QVOTQVOT receperunt eum, & HIS qui credunt in nomine eius: Sicut & paulò pòst in idem venit, EX sanguinibus, Ex voluntate carnis, Ex voluntate viri.

Promissionis verbum.

Nomen Christi.

Euangelistarū promiscuæ loquutiones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adsuescēdum est huiusmodi dialectis, idiotismis, & redundantibus verborum aceruationibus, quibus, vt Hebræorum lingua, ita Ioannes qui Hebræus fuit admodum abundat.

[QVI NON ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri.] Peruenusta antitheſi generationis carnalis quam abijcit, & spiritalis, quam statuit, docet ex quibus parentibus filij illi Dei nascantur: NON ex sanguinibus, mēstruis scilicet: ex illis enim, embryo nutrimentum habet & incremētum: NEQVE ex volūtate carnis, id est mulieris, quæ caro dicitur. Geñ. 1. Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea, aut

Voluntas carnis. Volūtas viri. Caro mulier. Nasci ex sanguine.

Voluntate carnis, intelligit concupiscentiam incendentem & inflāmantem ad congressum carnalem, NEQVE ex voluntate viri, id est ex lasciuia concupiscentis ad copulam. Hæc duo apposuit verba VIRI scilicet & CARNIS, hoc est mulieris: quòd multi concupiscant quidem, at non statim à cōcupilcentia abstrahuntur sed imperāt illi, & in opus non labuntur. Aut qui ex sanguine (sanguinibus Hebraismus est) id est naturali semine nascitur, idem ex voluntate, id est desyderio carnis, id est naturæ & viri dicitur rectè nasci: aut dici potest has vocuquàm Mat. 16. Vbi Christus ait ad Petrum (facta cōfessione, Tu es Christus filius Dei viui) Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est, id est, Quòd confessus es, Petre me esse Christum filium Dei viui, non est humanarum virium opus, sed donum Dei patris.

las SANGVINIS, Carnis, & Viri, non aliter accipi

Nasci ex Deo.

[SED EX Deo nati sunt.] Ex Deo nascimur per semen immortale quod est Verbum Dei: Ex prædicatione enim pœnitentiæ agnoscimus nostram natiuitatem plenam peccatis, & in ea nos damnatos esse: postea fide apprehendimus misericordiā Dei nobis promissam, & obsecuti quam ex animo petimus & volumus, eique fiducialiter adhæremus: vnde reuiuiscimus & renascimur purgata peccatrice natiuitate nostra, remissis simul omnibus peccatis. Hæc est illa potestas & gratia adoptionis, quæ alienos à Deo coniungit, & Dei filios facit, seruisque nobilitatē Domini ex charitate largitur. Fide in

Peccatrix natiuitas nostra.

Adoptiōis potestas.

Christum

Christum baptizantur, & adoptantur fideles, nō in creaturam, sed in ipsam Trinitatem, Christo mediatore: qui Deus & homo, humana diuinis cōiungit. Propterea filij Dei & appellamur & sumus, qui fide regenerationē spiritu factam suscepimus. De hac natiuitate meminit Paulus ad Titum. 3. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suā misericordiā saluos nos fecit per lauacrū regenerationis & renouationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abundè, per Iesum Christū Saluatorem nostrū, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Non est ergo virium humanarum vt fiamus filij Dei, sed ex solo Deo, solius Spiritus Sancti cōsilio, per potentiā Verbi nascimur filij Dei. Colligamus ex superioribus, antitheseos mēbra, carnalem generationē, & diuinam. Carnalis fit per patrem & matrem, collocans natum in hunc mundū. Spiritalis & diuina fit à Deo per Verbum, transferens ex hoc mundo in cælū. Noster enim municipatus & conuersatio in cælis est. Retundit hic locus Iudæorū arrogantiā, qui ideo se pro filijs Dei venditabāt, quòd carnaliter à sanctis Patribus prognati essent. Non enim oēs (ait Paulus Ro. 9.) qui ex Israel sunt ij sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij. Sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, Non qui filij carnis, hi filij Dei sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine.

Christus mediator.

Generatio duplex. Carnalis generatio.

Iudæorum vanitas.

[ET Verbum caro factum est.] Dixerat Euangelista, In propria venit. Huius aduentus modū aperit, manifestans quàm receptissimū apud nos esse debet, homines fieri filios Dei, & ex Deo nasci. Hic locus de incarnatione Verbi, prorsus ab oculis rationis humanæ abscōditus est, quæ nec credere nec persuadere sibi potest Verbum æternum Patri per omnia æquale, in tantā humilitatem se ipsum demisisse. Vnde quidam dixerunt, Christū esse Ioānem Baptistā, alij Heliam, alij vnū ex Prophetis, alij filium fabri, alij filiū Mariæ: existimātes ipsum nō Deū, sed purum hominē. Quare Iudæis solo suo sensu ductis, factus est offendiculū, Gentibus verò stultitia (Quod docet Paulus 1. Corin. 1.) Nobis autē credentibus potentia Dei est. Verbū per quod omnia facta sunt, factū est caro, id est filius Dei, homo factus est, natus ab æterno ex Deo,

Caro prorsus ignorat natiuitatem Christi.

Varia vulgi opinio de Christo.

Iudæis Christus scandalū: stultitia Gentibus.

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per quem facti sumus: voluit ex fœmina nasci vt reficeremur. Factus enim est filius hominis, dilectissimus Dei Filius, vt filios hominũ filios Dei faceret. Verbum dicit factum carnẽ, per extenuationẽ, pro nouissimo homine, Esa. 53. Per eandẽ & Apostolus Peccatũ & Maledictionẽ dicit, quem hic carnẽ nominat Euangelista. Non ꝙ substantia eius in carnẽ sit mutata (hoc certè cogitatu impium est) sed eadẽ permanens, serui formã accepit, vt veræ carnis assumptionẽ ostendat, & obstruatur os hæreticorum dicentiũ imaginationẽ quandã & figmentũ esse quæcunque de incarnatione Verbi feruntur. Quemadmodum enim ait Chrysostomus, Quũ Christus nos redemit ex maledicto legis, factus pro nobis maledictum, nõ intelligit Apostolus substantiã eius à propria gloria separatam, in maledictũ versam: hoc enim neq; dæmones ipsi, neq; stultissimi & naturali sensu penitus carẽtes opinarentur, tantam ea opinio saperet vna cũ impietate stultitiam. Non igitur hoc dicit: sed ꝙ pro nobis maledictum accipiẽs, nõ fuit nos amplius maledictos esse. Itidem hoc in loco, Carnem, inquit, ipsum factũ esse, non ꝙ mutauerit carne substantiã, sed ꝙ carnem accepit nulla ex parte coinquinata substantia. Verbũ ergo absq; quacunque sui mutatione, factũ est caro: in Verbo incarnato neque alteratio, neq; mixtio, neq; cõuersio aliqua legitur. Nam neque alteratione aliqua alteratũ est Verbum, vt fieret caro: neque mixtio aliqua Verbi cũ carne intercessit, neq; Verbum in carnẽ versum est. Catholicè tamẽ confitemur Verbũ verè ac propriè absque sui mutatione factum esse hominẽ, hoc est Filium Dei assumpsisse naturam humanã, verè & propriè dici hominẽ. Quum dicimus, Verbum factũ est caro, nõ intelligimus ꝙ Verbum sit ipsa caro, sed ꝙ verbum assumpsit carnẽ: hoc est, Diuinum suppositũ vnitum est naturæ humanæ absq; vlla mutatione in Verbo facta: sed solũ in natura assumpta de nouo in vnitatẽ personæ diuinæ. Caue ne offendaris quum audis, Verbum incarnari: quia vt docent doctores in 3. Senten. distin. j. Incarnari nõ est pati: sed terminare dependentiam naturæ assumptæ. Incarnatio est vnio naturæ humanæ ad personã Christi. Siquid desyderaueris ex hac phrasi scholastica, recurrito ad eum quem citauimus

Christus factus esũ maledictum.

Verbum caro factum.

Filius Dei assumpsit humanam naturam.

Incarnari. Incarnatio.

tmus Sententiarũ libriũ. Locum hunc satis exponit Apostolus ad Philip. 2. Christus quũ in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ Deo, semetipsum exinaniuit formã serui accipiens, in similitudinẽ hominum factus, & habitu inuẽtus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Huc pertinet & locus ille ex 2. ad Hebræos. Nusquã enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret & fidelis Pontifex ad Deũ, &c. Christus ergo induit nostras infirmitates, vt ab omni infirmitate & ægritudine liberaremur. Factus est pro nobis peccatum, id est hostia pro nostro peccato, vt à peccato nos liberaret: maledictum, vt benedictionem consequeremur: humilis & fragilis, vt potentissimi essemus: contemptus, vt gloriosissimi efficeremur: pauper, vt diuites in illo essemus: esuriens, vt saturi essemus: mortalis & damnatus, vt immortales & saluati essemus. Omnes ergo morbos & infirmitates nostras, nostra causa tulit: per omnia nobis similimus, absque peccato tamen. Vt ei assimilaremur, & in imaginem illam cælestem peccato perditam, restitueremur, atque vt essemus filij Dei, & ex Deo nasceremur, voluit Deus ex homine fœmina nasci, hoc est, Verbum caro factum est.

Christus infirmus pro nobis.

Infirmitates à Christo pro nobis susceptæ.

[ET HABITAVIT in nobis.] Vehementẽ & apertam habet emphasim vox IN NOBIS, id est, Inter nos: inter hoïes re vera versatus est homo verus. Hoc enarrans Euãgelista, clarius exponit se, aduersus Manichæos Marcionistas & alios hæreticos. Qualẽ carnẽ assumpserit Christus, nõ cælestẽ & spiritalẽ, nõ phãtasticã, nõ contaminatã, sed nostrã humanã carnẽ, hoc & 1. cap. prioris suæ Epist. Euangelista explicat. Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidimus & testamur, Non solùm inter nos, sed & in nobis habitauit Dei Verbum in templo vno, quod à sancta Virgine Maria assumpsit: illúdque propter nos, & de nobis sibi condidit, vt omnes in se ipso habens, in vno corpore Patri (vt Paulus ait Ephes. 2.) reconciliaret. In omnibus igitur (ait Cyrillus) Verbũ per assumptionẽ

Caro Christi vera.

vnius

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnius habitauit:& quum vnus filius Dei in virtute secũdum Spiritum sanctificationis definiatur,ad vniuersum genus humanum hæc dignitas funditur. Et si per vnum generis nostri, ad vos quoque illud peruenit. Psal. 81. Ego dixi dij estis,& filij excelsi omnes: Colligamus ex his Christum habitasse in nobis, vt ad ipsum accedere, cum ipso loqui,& conuersari audenter liceret.

[ET VIDIMVS gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti à Patre.] Hæc sententia per parenthesim inseritur, qua, quantum opinor, sentit Euangelista de baptismo IESV& transfiguratione, quum audita est vox Patris, Hic est Filius meus dilectus,in quo mihi bene cõplacui,ipsum audite. Tametsi Christus caro factus, omninóq; humanam & seruilem viuẽdi rationem exhibebat,ostendit tamen & declarauit gloriosè & potenter se esse filium Dei. Emisitque nobis spectantibus de se diuinitatis radios, vt gloriam & magnificentiam eius, tanquam gloriam & magnificentiam Vnigeniti æterni Patris,qua ab eodem Patre ornatus fuit,spectauerimus,cõtemplatique sumus,nõ tantùm semel, sed iterum atque iterum. Quum dicit GLORIAM quasi Vnigeniti à Patre:nõ quamlibet intelligit gloriã, sed gloriam à Patre exhibitam, quæ declararet eũ esse vnicum Dei Filium. Gloria illa est,nõ solũ vita Christi miraculis clara, quãdo etiam Prophetæ ante eius aduentũ,& post aduentum Apostoli clarueruũt:sed etiã testimonium Patris in Christi transfiguratione,hoc est quum Christus Petro,Ioanni,& Iacobo in monte excelso aperuit diuinitatis suæ dulcedinẽ,& maiestatis suæ gloriã. Audita est vox dicẽs, Hic est Filius meus dilectus. Fuit & hæc gloria potissimum Apostolis & alijs discipulis conspicua, in Christi resurrectione,ascẽsione & Spiritus Sancti missione. Particula QVASI, hoc loco: pro Tanquã aut Veluti posita est:ẽstque non similitudinis,sed potentiæ,veritatis,confirmationis,& definitionis certissimæ dictio. Ac si diceret, Vidimus gloriam planè dignam Vnigenito Dei filio,& quæ certissimè declararit IESVM esse Vnigenitũ Dei filiũ. Huc pertinet quod paulus ait.1.ad Timoth.3. Et manifestè magnum est pietatis sacramentum quod manifestatũ est in carne,iustificatũ est in Spiritu,apparuit

Gloria Christi.

Particula, Quasi.

ruit Angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Obserua: Quod Hebræis Cabod, Græcis δόξα dicitur, & Latinis Gloria redditũ est, quidam mallent vertere Maiestatẽ aut magnificentiam. Nam sic de principe loquimur: Omnia cũ maiestate fecit, habuit se magnificè,vbi grauiter, gloriosè & præcipua cum dignitate aliquid gessit. Vnde hoc colligo τὸ δόξα, quod gloriam siue maiestatem dixeris, non solum late sparsam famam significare, & nominis celebritatem, sed etiam ea, vnde illa fama spargitur, & quorum causa quis ita celebratur: vt sunt apud eos,quos gloriosus mũdus admiratur,magnificæ ædes,pretiosa vasa,sumptuosæ vestes, splendidæ epulæ, magnæ familiarum cateruæ,ac huiusmodi. Sic Christus Matth.6.de Salomone dicebat, Dico autẽ vobis quoniã nec Salomon in omni gloria sua coopertus est,&c. Hic Gloriã pro maiestate & splendore vel magnificẽtia Salomonis posuit. Similiter Hester cap.1.dicitur, Assuerus parauit grande conuiuium, vt ostentaret diuitias gloriæ regni sui. Ergo quod Euãgelista hic posuit, Vidimus gloriã eius:perinde est ac si dixisset,Vidimus maiestatẽ eius in tot admirandis signis, mirificã dignitatẽ in sapientissima simul & potentissima doctrina,tot magnifica opera eius,& vitam,quæ omnes dignitatis numeros impleuerit. Neque vulgaris erat hæc gloria,hæc maiestas,& magnificẽtia. Vidimus enim gloriã Vnigeniti à Patre,quo expressit, quis id verbũ sit, de quo tam ipse quàm Moyses loquutus est. Vnigenitus Dei Filius est, qui omnẽ Patris gloriam & maiestatem æqualem habet, quare & Vnicus & Vnigenitus dicitur,quò à reliquis filijs Dei,qui nõ sunt naturales filij Dei, separetur, omnium excellentissimus & primogenitus.

[PLENVM gratiæ & veritatis.] Explicat Euãgelista qbus rebus CHRISTVS declarauit se esse gloriosè & potẽter Filiũ Dei vnigenitũ,nimirũ gratia & veritate. PLENVM nominãdi casus est,nõ accusandi. Estque sensus,Verbũ illud caro factũ est,& habitauit in nobis plenũ gratiæ & veritatis. Est enim Christus,gratia, id est omnibus donis Dei est impletus. Colossi.1. Quia in Christo cõplacuit omnẽ plenitudinẽ inhabitare. Colossi.2.In

Christus gratia & veritate declaratus Filius Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christo sunt omnes thesauri sapiētiæ & scientiæ absconditi. Eodem capite, in Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti. Neque enim huic ad mensuram Deus Spiritum dedit, sed effudit in eum opulenter: quod explicat Psalmus ille, Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Et Esaias cap. 61. Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me: ad annuntiandum mãsuetis misit me, vt mederer cõtritis corde, &c. Spectat ergo vox PLENVM, ad cõmendandam Christi incarnati potẽtiam, & insinuandam infirmitatẽ veteris Testamenti, in quo nõ dabatur plene inspicere in gratiam. Gratiã ergo appellat plenitudinem illam gratiæ, qua nos Deo Patri reconciliauit Christus. Veritatẽ opponit typo & figuræ veteris Testamẽti.

Plenum, Gratia. Veritas.

Plenum, contrariũ est vacuo. Nihil ergo vacuũ & inane est in Christo: sed plenitudo eius est gratia & veritas, quę vt in perfecto perfecta substantialiter inest, à Patre naturaliter habita. Vnde officium & genus IESV Christi est conferre gratiam, in veritate saluare, & omnia præstare.

Indulgẽtię plenariæ à pœna & culpa.

In hoc & ab hoc plenariæ indulgentiæ à pœna æterna & culpa ex animo & viua fide rogantibus, liberalissime & gratis cõceduntur. Iste est viuus fons, in quo & à quo plenarie gratiam, veritatem, & promissionum exhibitionẽ præsto haurire licet. Huc pertinet quod Paulus 2. Corinthior. 1. attestatur, Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo, id est in Christo sunt, & per Christum sunt, Amen. Nam omnes promissiones Dei in Christo confirmatæ sunt, & factæ sunt veraces. Reperimus quidem in sacris, Sanctos gratia plenos dici: at sublimior est gratia & veritas Christi, quàm sanctorum. Nam sancti, veluti vernę in domo sunt, Filius autem in domo sua versatur. Accedit quod Sancti non sua, sed superiore virtute operabãtur: Christus verò vt virtutum omnium Dominus, Ioannis 10. Si non facio (inquit) opera Patris mei, nolite mihi credere: sin autẽ facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis, & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre. Tanto ergo maior est gratia, veritas & plenitudo Christi, quanto Deus hominibus præstat. Quid ergo tam soliciti de plenitudine Christi rogant, quum Christus sit Deus? Deus & Dominus est, omnia

Sancti sunt veluti vernæ & serui domestici.

mnia continet, implet omnia in omnibus, super omnes est: omnia per ipsum facta sunt. Fortasis objicies quod Lucas capite 2. ait, Et IESVS proficiebat sapiẽtia & ætate & gratia apud Deum & homines. Proficiebat Christus ætate, qui corpore augescebat, & sapientia: nõ quòd illi quicquam sapientiæ accesserit à tempore quo conceptus est in vtero Virginis matris: sed quòd dotes suas, quibus erat cumulatissimus, magis ac magis exprometet, exercerẽtque, idque tũm apud homines quos erudiebat, & quorum saluti consulebat, tum apud Deum, cuius gloriã illustrabat. Ex superioribus summatim dicamus, Verbum plenum gratiæ & veritatis: Verbum factum est caro. Christus est Deus & homo, plenus gratia & veritate: quia humana natura in ipso peruenit ad ipsam veritatẽ diuinã, scilicet, quòd ille homo esset diuina veritas & gratia. Nam tametsi Deus Sanctis largas amplasque gratiæ & veritatis dotes impertiat, tamen in Christum filiũ vnicum, totum cælestium donorum fontem transfudit, vt in vno esset quod omnibus sufficeret.

Christi plenitudo.

Quomodo Christus profecisse dicitur.

Plenitudo Christi omnibus sufficiens.

[IOANNES testimonium perhibet de ipso.] Epanaphora est: Officiũ Ioãnis repetit, nõ vt ex testimonio serui, hoc est Ioannis Baptistę, Dominũ fide dignũ faciat, sed quia in pretio & magn^o apud turbas habebat Baptista, sibi ad testificãdũ de Christi Dei æterni officio adiũgeret ac si diceret, Nõ solus ergo sum, qui talia de Christo, IN principio erat Verbũ &c. prædico, sed & vester Apostolus, cui iure optimo tantũ defertis, imò & Propheta eximius idem mecũ asseuerat de IESV Christo æterno Filio Dei. Noster Euangelista diuinitatis potiorẽ quàm humanitatis explicãdæ curã in omnibus habet: nec abs re, siquidẽ præcipuã occasionẽ conscribẽdi suũ Euangeliũ præbuit defensio diuinitatis. Hæc sententia, Ioannes testimoniũ, &c. nõ sine emphasi pronũtiãda est. Testimoniũ Baptistę de Christo scribitur tũ hic, tũ Luc. 3. & Matth. 3. & Marci 1. Et pdicabat, dicẽs, Veniet fortior me, cuius non sum dignus procũbens soluere corrigiã calceamentorũ eius.

Baptistæ authoritas, & de Christo testimonium.

[ET CLAMAT.] Hic Baptistæ clamor multã præ se fert & fiduciã & libertatẽ. Nõ quosdã tantũ, sed omnes clamat: quia Baptista prædicator est publicæ, apertæ, & vniuersalis doctrinæ. Clamat, id est Fidenter, liberè, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

typicè & figuratè, sed verè, palam & publicè, omni abiecta formidine Dei aduentum prædicat: quem non solus audiui, sed latè per omnes sparsus est clamor eius.

[DICENS. Hic erat què dixi.] Particula HIC, personam signat, de qua dixit Ioannes. DIXI, scilicet pro meo officio. Quod officium? quis magistratus Ioannis? Luc. 1. Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Quid dixit?

[QVI POST me venturus est, ante me factus est.] Hæc ad ætatem, temporalem natiuitatem, & temporis prioris & posterioris qualitatem referuntur. Baptista hoc loco vult ostendere se esse modis omnibus inferiorem Christo. Præcessit quidè Saluatoris incarnationē Baptistæ natiuitas: sex enim integris mensibus, vt est in Luc. 1. Emanuel posterior fuit. Et id est quod ait, QVI post me venturus est: ac si diceret, Ego præcedo duntaxat aduentū eius vt vox & præco, ipse autem me sequuturus est, & post me venturus est, sed ante me factus est. Quid hoc est, ANTE me factus est? Qui posterior est tē-

Christus ante Baptistam.

pore, factus est prior gloria. Cur? Quia maiora de illo præcesserant miracula, in natiuitate canentibus angelis, deinde adorāntibus Magis, descēdente in eum Spiritu Sancto, testificāte è nubibus Patre. Aut dicatur FACTVS est, poni pro FVIT, ad vitādā hæresim Artianorū, q̄ hinc suæ pertinacis & falsæ opinionis causam arripiūt, asserētes, CHRISTVM esse creaturā. Nō enim aduertūt quā hic totus locus sit de dignitate & æternitate Christi.

[QVIA prior me erat.] Aetiologia dignitatis Christi ab æternitate. ERAT, verbum, nota est æternitatis. Christus est æternus, ergo Deus, ergo maior Ioāne, ergo ante Ioānē & fuit & erat: huic ergo omnis spes collocāda est. Neq; quēquā moueat q̄ habitu inueniatur vt homo. Nā quāquā prædicatiōe, baptismo, & miraculis suis post me exoriatur, tamē antecessit me: QVIA prior me erat, secundū deitatē: nō solū me ipso, sed omni creatura prior, superior, & glorioſior. Hic est qui per Prophetas promissus est: huius diem vidit Abrahā: vidit, & gauisus est. Hunc omniū piorū fides sperauit, cuius non sum dignus etiā procumbens soluere corrigiā calceamentorū, tantū ābest vt ſinam vos me tanquā Christum venerari.

Facessite

Facessite hinc à me tantillo & humuncione, hunc adite cum fiducia currentes, qui solus mundi est Saluator, & vestram omnium sitit salutem.

[ET DE plenitudine eius nos omnes accepimus.] Superiorem & glorioſiorem Sanctis omnibus Christū hæc verba indicant: nam omnes quotquot sumus, qui Sanctorum locum possidemus, proprijs ipsius Verbi bonis locupletati sumus: quicquid lucis & gratiæ in nobis est, id fatemurà Christo fonte in nos velut riuulos quosdam deriuatum esse. Atque quemadmodū in primā natiuitate de plenitudine Adam omnes accepimus, ita in regeneratiōe nos plenitudine Christi affluimus. Christi plenitudine: Circūloquitur, & expēdit omnia in Christo bona, quæ hoibus vel cōmunicantur, vel tribui possunt, vt, Baptismū recipere est de plenitudine Christi, fidē habere, resipiscere, est de plenitudine Christi, similiter misericordē, benignū, aut mundū esse, est de plenitudine Christi. Est certe Christus fons oīs boni, sapiētiæ, & scié tiæ, qui etiā superabūdat, & dat se omnibus dignis, & affluens plenus manet, ac nunquam exhauritur, plenitudine suam eandem atq; immutatā semper cōseruans.

Plenitudo Christi. Christus fons, Sancti riuuli.

[ET GRATIAM pro gratia.] Quē de Christi pleni tudine fructū accipiamus, explicat. Vbi particula ET, pro rius interpretatiue quàm copulatiuè accipi debet. Accipimus gratiā, id est, Deus Pater fauet nobis dādo gratiā suā pro gratia, id est propterea q̄ Christo filio suo, cuius nos fratres sumus, & in quē credimus, faueat. Nā hic est (ait Pater) Filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. Hoc loco, prior vox GRATIA, significat reconcilia tionē, qua per Christū sumus Deo patri reconciliati: posterior vox GRATIA, indicat nobis fauorē illū & dilectionē Dei Patris erga Filiū. Nā electi sumus in Christo, diligimur in Christo, fauorabiles efficimur Deo Patri in Filio, cui Pater fauet, cui Pater cōplacet, quē Pater diligit. Gratia est q̄ in mūdū miserit Filiū suū Pater: gratia est quòd in Christo & per Christum reconciliemur. Ergo gratiam pro gratia accipimus. Videtur Chrysostomus ad hunc modū interpretari: Lex Mosaica nonnullā habebat gratiam, plenitudinem non habebat, ex Christi plenitudine accepimus omnes, nimirū gratiam Euā-

Particula ET, pro id est. Gratiā pro gratia accipere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gratia. Spiritus timoris.

gelicã, pro gratia naturæ,& legis Mosaicæ.Hoc modo Gratiam pro gratia,dicimus.Gratiã super gratiam. Gratia est,qua Deo placemus,gratique sumus:id non fit nisi per Spiritũ eius:hũc donat Filius.Prior ergo gratia,quã à Verbo accipimus,spiritꝰ fuit timoris,quo veteres qualicunque pietate vixerunt sub legis pædagogia. Posterior gratia,spiritus est libertatis,cui ius filiorum conceditur,per quẽ sancta fiducia Deũ [illegible]rem inuocamus,qui spiritum timoris expellit.Charitas enim timorem foras mittit.Roma.8. Non enim accepistis spiritum seruitutis,iterum in timore:sed accepistis spiritum adoptionis filiorum,in quo clamamus,Abba,Pater.

Spiritus libertatis.

Iustificatio nõ est à Moyse.

[QVIA lex per Moysen data est.] Peruenusta est ætiologia.Reddit enim rationem Euangelista cur gratiam pro gratia accipiamus,argumento ab infirmitate & imbecillitate legis petito:Tantum abest ne lex iustificaret,vt ne Moyses quidem nostri iustificationem coram Deo párere potuerit.Fuit ergo necessarium vt reuelaretur gratia illa,per quam coram Deo iusti acceptaremur.Roma.8.Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem,Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne,vt iustificatio legis impleretur in nobis,&c.Legis ergo imbecillitas causam & occasionem præstitit,qua & abrogaretur,& antiquaretur.Quo fit vt nouum pactum & testamentum datum sit,in quo non solùm nobis Deus largitur peccatorum remissionẽ, sed & filiorum adoptionem.Quum de Moyse mentionem facit,vtitur hac vocula DATA: paulò post de Christo loquens,dicit FACTA. Data quidem est lex per Moysen, at non est per Moysen facta:Per Christum autem data lex, est facta,id est condita & adimpleta:hanc solus fecit, id est adimpleuit, & huic satisfecit, vt iure non possit queri lex.

Lex data est à Moyse, impleta per Christum.

Officia Christi. Gratia.

[GRATIA ET veritas per Iesum Christum facta est.] Quod hic proclamat Ioannes Euangelista,id est quod Paulus dixit 1.Corinth.1.Christus est factus nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio (nam noĩe Gratiæ,intelligo oĩa Christi officia, vt iustificare,saluos facere,remittere peccata,saluũ facere quod per

perierat,Deo reconciliare peccatores,& huiusmodi) Veritatem typis,vmbris,& figuris legalibus opponit. Aut Gratiam dicit nouũ Testamentũ,in quo remissio peccatorũ & iustificatio credẽtibus in Christũ datur, per Christũ veritatis largitorẽ: eò q̃ omnia,quæ Patribus promissa sunt,in Christo impleta sunt. Lex ergo per Moysen,hoc est,Moyses per legẽ declarauit nos esse maledictos,cõdẽnatos,& filios iræ Dei:sed gratia & veritas per Iesum christũ facta est,hoc est Christus nos in gratiã Dei restituit,& præstitit qđ antea ꝓmissum erat.Quid promissum erat?iustificatio nostri,quã neq; Moyses,neque lex præstare potuit,& vita æterna promissa erant. Hæc autẽ viua fide ornatis & in ea perseuerãtibus,abũde per Christũ præstita sunt.Hoc loco nõ dicit Euãgelista gratiam per Verbũ,sed per Christũ factam esse.Quia scopus Euangelistæ est testificari nõ de Deo aut Verbo secundũ quod Deus est,sed quod IESVS Christus est Verbũ, est Deus, est lux quæ illuminat omnem hominem. Dicamus ergo,Gratia & veritas facta est, id est,cœpit & orta est nobis per IESVM Christum.Rectè obseruauerũt Patres,quòd lex per Moysen dicitur data,qui legis author non fuit,sed gratia per IESVM Christum facta est,veluti per authorem ac fontem gratiæ. Nam & sub lege Mosaica pijs hominibus gratia nõ aliunde fluxit quàm ab hoc fonte,qui CHRISTVS est.

Veritas.

Veritas per Christũ facta.

Ioannis intentio.

[DEVM nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius, qui est in sinu Patris,ipse enarrauit.] Argumẽto ab impossibili petito confirmat neminem gratiam & veritatem posse cõferre præter vnicũ CHRISTVM: neminẽ posse habere placatum Patrem,nisi per Christũ:neminem posse reconciliari Patri, nisi per Christum. Cur?Quia Deũ nemo vidit vnquam.Hoc testimonio certè Baptista vult persuadere,vt Iudæi Christum, Moysẽ,quemadmodum se ipso Baptista maiorem, agnoscerent: præoccupans quod obijcere solebant, nempe Moysen vidisse Dominum, atque cum eo facie ad faciem, ore ad os fuisse loquutum. Hæc ergo, hac sententia DEVM nemo vidit vnquam, reijcere voluit, simul & affirmare IESVM CHRISTVM eũ esse,qui solus non solùm Deũ viderit, sed in sinu quoque eius sit,id est, in secreto & intimo

Deũ nemo vidit vnquam.

Sinus Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vterus Dei. Dei, nimirū virtūs, sapiētia, & æternū Verbū Dei. Quod hīc Euangelista ſignificauit per Sinū, Dauid per Vterum expreſsit, Ex vtero ante luciferū genui te. id eſt, Ex intimo & occulto eſſentiæ meæ, incōprehenſibili omni intellectu creato genui te, & conſubſtantialē mihi & eiuſdē naturæ, & virtutis, & poteſtatis, & cognitiōis. Moyſes Deū nō vidit, ſicut neq; alius quiſpiā, nec potuit nobis de illo manifeſtā & apertam mentionē facere, & quū ſolùm eſſet ſeruus, miniſter fuit ſolùm legalis literæ,

Moyſi officiū.

Deus inuiſibilis. Deus ſuapte natura inuiſibilis eſt. 1. Timo. 1. ergo nullis ſubiectus oculis corporeis: ergo neque Moyſi, neq; cuiuis hominī: imò lucem habitat inacceſsibilem. 1. Tim. 6. Quis illuc abijt? quis ſe ad Deum recepit? Nemo. Hæc ſententia intelligitur de viſione ſiue cognitione naturali

Videre. & ex proprijs viribus producta. Videre, hoc loco metaphoricè per deflexionē accipitur pro Cognoſcere. Non poteſt homo ſuā ipſius, qua eſt & viuit, mentem peruidere, quomodo igitur videret Deū? Quare vnigenitus Dei Filius ſolus eſt qui nobis enarranit. Matthæi cap. 11. Nemo nouit Patrem, niſi filius, & cui voluerit Filius reuelare. Quis Plato, quis Ariſtoteles, imò quis Moyſes, aut quiuis alius potuit hæc enarrare? (Ego & Pater vnum ſumus: Pater meus vſque modo operatur, & ego operor: Miſit Deus Filium ſuum vnigenitum in mundum) niſi Vnigenitus Ieſus Chriſtus quē annuntio? ait Baptiſta. Is in cælo eſt, & apud Deū in ipſo ſinu Patris: is Patrē Deū videt & cognoſcit pleniſsimē. Quum audis Sinū Paternum, non ſuſpiceris aliquid corporale de Deo: ſed Euangeliſta volens nobis inſinuare Filium eſſe Patri conſubſtantialē, coæternum ac verum, & inſeparabilē, & ex Patre propriā ſubſtantiā habere, & in Patre eſſe, huius nominis Sinus mentionem fecit. Quare filium in ſinu Patris eſſe, eſt Filiū ex Patre & in Patre eſſe: eſt Filiū Patri cō ſubſtātialē, coæternū & coæqualē eſſe: eſt Filiū eſſe Deū, & apud Deū. Vna eſt natura & ſubſtātia eſt patris, Filij & Spiritus Sancti. Quælibet triū perſonarū ſecundū naturā Deus eſt. Quid ergo dicemus Prophetæ Eſaiæ cap. 6. Vidi Dominū in throno altiſsimo ſedentem. Et Iacob Geneſ cap. 32. Vidi Dominū facie ad faciē, & ſalua facta eſt anima mea. Et de Moyſe Exodi cap. 33. Loquebatur autem

Filium eſſe in ſinu Patris.

autem Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum? Reſpondeo. Similitudinē & apparentiam quandam, non autem ipſam ſubſtantiā viderunt, quippe quæ ſimplex & pura eſt, non compoſita, nec deſcriptibilis: non iacet, non ſtat, non ambulat, hæc omnia corporis ſunt officia. Quomodo autē ſit ipſe, nouit ſolus. Solus ergo Patrem videt Filius & Spiritus Sanctus. Quandiu enim hic viuitur, aggrauatus eſt humanus intellectus propter corpus: quo fit vt ad ſummū contemplationis gradum nō pertingat. Inde Moyſi roganti videre Domini gloriā, reſpondit Dominus Exodi cap. 33. Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet. Quare quibus Deus ſe apertiore vel viſu vel allocutione reuelauit, eos dicit Scriptura Deū facie ad faciem vidiſſe, & ore ad os loquentem audiuiſſe: quum tamen ipſam Dei faciem propriā videre, hoc eſt plenā diuinitatis cognitionē aſſequi, nemo mortalium poſsit. Propter quod quum maximū Moyſi Deus vellet beneficium præſtare, poſteriora gloriæ ſuæ videre eum fecit, dicens, Exodi cap. 33. Tollámque manum meam, & videbis poſteriora mea, faciem meam videre non poteris. Hoc donum, hæc gloria videndi poſteriora Dei, magna fuit diuinitatis cognitio, at nō plena, vt viſio facici dici meruerit. Aut dicamus viſiones illas Iacob & Moyſi per hoc Ioannis teſtimonium, Vnigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. explicari. Nam quemadmodum rem quampiam propius & expreſsius agnoſcere non potes, niſi facie eius & imagine tibi ob oculos poſita: ita Deū nemo videre poteſt, niſi faciem & imaginem eius cōtempletur. Dei expreſſa & viua facies ſiue imago eſt Verbum, ſeu Chriſtus, Hebræ. 1. Coloſ. 1. Deum ergo contemplatur & videt, qui Verbū audit, credit, & Chriſtum viua fide accipit. Quare, quum Moyſes & Iacob acceperint promiſsiones Dei obſignatas quibuſdam externis apparentijs, (propter quas facie ad faciem Deo loqui dicebantur) & Verbum Dei fide & reuelatione acceperint, rectè & verè de eis ſcribitur, ſe Deum viderint, & loquuti fuerint facie ad faciē, audientes Verbum Dei cui crediderunt. Spectat huc ſententia non abſimilis. Abraham vidit, diem meum: vidit, & gauiſus eſt.

Corporis officia.

Carcer animi corpus.

Facie ad faciē videre.

Ore ad os loqui.

Poſteriora Dei videre.

Imago viua Dei, Chriſtus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vidit fide: Credidit enim Abrahã Deo, & reputatũ est illi ad iustitiã. Sed quod ad Moysen dictum est, Posteriora mea videbis, faciẽ autẽ meã videre nõ poteris: de humanitate Christi longè pòst reuelãda dictũ est. Nam Moyses faciem Dei vidit, hoc est, cognitionẽ & apparentiam Dei habuit, quia Verbũ Dei, quod est in speciem facies eius, audiuit, & in Verbo contẽplatus est Deũ: sed & faciẽ eius non vidit: quia nondũ erat Verbũ incarnatum: aut quia essentiã diuinitatis nõ vidit. Augustinus tomo 4. lib. De essentia diuinitatis. Loco adducto Exodi cap. 33. precabatur Moyses vt Christũ filiũ suum præmitteret, qui præcederet populũ dicens, Si nõ tu ipse præcedes, ne educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus ego & populus tuus, inuenisse nos gratiam in cõspectu tuo? Paulo ante dixit, Et tu præcipis vt educã populũ istũ, & non indicas mihi quẽ missurus es mecum: præsertim cũ dixeris, Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. Si ergo inueni gratiã in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam: hoc est reuela CHRISTVM, qui est facies tua, vt præcedat populum. Respondit Dominus, Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi: hoc est, Verbi mei potentia & ductu educam populum istum: sed hoc Verbum, Filius meus, nondum humanitate orbi manifestabitur. Eam autem faciem nunc non videbis, sed posteriora mea, id est, in posterioribus tẽporibus carne & humanitate induta, eã faciem orbi declarabo. Augusti. lib. 1. De essentia diuinitatis, tomo 4. fol. 691. A. sit, Posteriora filij Dei, incarnatio eius accipitur, quæ extremo tempore ob redemptionem humani generis facta est. De qua posteriori parte Filius in monte Sinai ad Moysen per Angelum ait, Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris. ac si diceret: Incarnationem meam videbis, diuinitatem meam videre non poteris. Hactenus ille. Quare quum Deus adeò totum sese impresserit Christo Filio suo, vt nusquam alibi efficacius & rectius Dei voluntatem quàm in Christo discere possimus, necesse est vt nulli nos ipsos addicamus magistro, quàm Christo: quem in omnibus oremus, vt quæ salutifera sunt, enarret. Deum enim aliorũ nemo vidit, nemo audiuit: vnde incerta, imò vana esse oportet quæcunque

cunq; sine numine CHRISTI, de Deo & eius religione affirmauerint. Patris volũtas est vt saluet: sed vbi quęso hãc voluntatẽ Patris agnosces? nõ in tua ratione aut prudentia, quæ vt specie est optima, ita iudicio pessima: nõ Moyse & Lege tanquã ex Moyse, qui terriculamẽta adducit: nõ in tuis viribus, quæ nihil boni ex se tãquam ex se operãtur: Ergo è CHRISTO discamus hãc Dei voluntatẽ, qui est viuum ἐξέφλαρ volũtatis diuinæ, dicens, Nõ misit Deus Filiũ suũ in mundũ vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mũdus per ipsum. Nemo ergo nouit quæ sit Patris voluntas, quidve Deo placeat, nisi solus Christus, qui & enarrauit nobis voluntatem Patris, & in quo totum Deum & diuitias omnes diuinitatis reperire licet. Qui enim (inquit) videt me, videt & Patrẽ meũ. Pater diligit Filium, omniáque demonstrat ei quæ facit. Cõcludamus ex his, Viuus doctor veritatis CHRISTVS est. Nemo hic agens vidit diuinam essentiã in seipsa, sed per subiectam creaturam viderũt aliqui. Solus Deus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, naturam diuinam compręhẽdit. Solus enim infinitæ potentiæ est, qui infinitè cognoscere potest. Et quia tanta est virtus in cognoscẽdo, quãta est eius natura & essentia existens, ideo solus totaliter (vt ita dicam) suam essentiam compręhẽdit. At nullius creaturæ infinita est facultas & virtus cognoscẽdi. Quare nulla creatura Deum compręhendere, seu omnes perfectiones eius, & quæ de eo dici possunt virtutes cognoscere potest. Beati in cælo vident essentiam per Christũ. In lumine tuo videbimus lumen, ait Propheta. Matth. 5. Beati mundo corde quoniam ipsi Deũ videbunt. Cognitio fit similitudine quadam: at qui Christo Filio naturali adhæret, similis illi fit: vnde per Christum volũtatis diuinæ enarratorem, ad cognitionẽ & assimilationem accedimus, vt & videamus & cognoscamus. 1. Ioan. 3. Nũc sumus filij Dei, & nondum apparuit quid erimus: quum autem ille apparuerit, similes ei erimus: hoc est, per illũ beabimur, & cognitio diuinitatis nobis cõmunicabitur.

Compręhẽdere.

Lumen in lumine.

Cognitio & similitudine.

[ET HOC est testimoniũ Ioannis.] Amplificatio est testimonij Ioannis Baptistæ, vt intelligamus Baptistam non solùm verbis, sed & facto, aperte testatum esse de Christo, Et hoc est testimonium. Quale? Quod superius

perius dixit, Qui post me vēturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Rogabis, Quare Euāgelista tam sæpe & tam magnificè testimonium Ioannis repetit? Certè vt Iudæis cùm incredulis, tum improbis impietatem suam exprobret. Nam Baptistam omnes vt virum Dei, & sanctū Domini suspiciebant: fidem tamen ei adhibere noluerunt, quum testaretur quia CHRISTVS est Messias & mūdi Saluator. Porrò inuidia excæcati, Christum veluti peripsema mundi reiecerunt. Summa huius prædicti & sequentis testimonij Ioannis Baptistæ est, vt discernat se, doctrinā suam, officium, baptismum, & vitam, à persona, officio, baptismate, & doctrina Christi.

Baptistæ authoritas apud populum.

[QVANDO miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum.] Celebrat, & munit Baptistæ testimonium à circunstātia temporis, locorum & personarum. Hæc nobis insinuant eum, quem Hierosolymis Iudæi ritum comitia celebrandi habebant. Nam quum in rebus fidei propter diuersorum prædicationes oriebatur disidium & cōtrouersia, (cuiusmodi erant inter eos, quorū pars Pharisæis, pars Ioanni Baptistæ, pars Christo adhærebant, acclamabat vulgus partim se in maiorum fide perdurare velle, partim nouæ prædicationi seipsos addicebant) à summatibus Iudaicæ religionis cogebatur concilium in Hierusalem, Iudææ metropoli, vt dispicerent de re cōtrouersa, & certò ordinarent quid credendum, sequendúmve esset. At quoniam eo tempore Christus & Ioannes videbantur præ alijs rerum nouato res, & in Euangelica doctrina antesignani, habita sunt Pontificum & sacerdotum comitia, ad dispiciendum de hac noua & tam ardua doctrina. Decernūt ad Ioannem honestam Hierosolymitarum legationem, quæ constabat ex Leuitis & Sacerdotibus, hoc est, viris doctissimis & sanctitate presbyterij honorabilibus: isque ex laudatissima inter Iudæos Pharisæorum secta, qui nomine totius concilij laudem & honorē Messiæ, ipsi Baptistæ deferrent, vt si Messiam se agnosceret, occasionē sæuiendi in Christum acciperēt. Non amore Ioānis hanc legationem mittunt, sed inuidia & odio Christi, vt si hunc Ioānes reciperet honorem, Christi authoritas antiquaretur & adimeretur. Quod infra capite 5. Christus illis exprobrat

Comitia Iudaica.

brat, Vos misistis ad Ioannē, & voluistis ad horā exultare in luce eius. id est, Detulistis illi veri Messiæ honorē, tantóq; viro abuti voluistis, vt me meámq; authoritatē adimeretis, at secus quàm sperabatis cōtigit. Nā Ioānes testimonium perhibuit veritati, & à veritate nō recessit, nulla vel summarium authoritate Sacerdotū, vel honoris ambitione motus: Sed cōstanter asseuerauit se nō esse Messiā. Mallebant certè Iudæi doctrinā Ioānis Baptistæ cōprobare potius quàm Christi, idque faciebant inuidia moti & excæcati, deinde offensi humilitate Christi. Postremò iudicabāt Baptistā Christo longè sanctiorē, qp in eremo vitā duriter transegisset. Ad hæc genus spectabāt, vtpote qui ex Zacharia Sacerdote natus esset. Huiusmodi est improborū genius, vt nauim perforēt, qua pereāt.

Cur legati ad Baptistā missi.

[VT interrogarent eum.] Scopus huius legationis fuit, vt ambitione Baptistā tentarent, & adulatione illaquearent: quo irretito, Christi authoritatē, & si qua fieri posset via, adimerent, molestaréntq; personam, cuius doctrinam capere nō possent. Cur non veniebant ipsi? Certè Ioannes prædicabat omnibus pœnitentiam, hanc illi ridebant. Quare certum est quòd nulla bona intentione ad Ioannem suos legatos miserunt.

[TV quis es?] Hæc interrogatio nō sine dilemmate (hoc est argumento quod vtrinq; aduersariū capit) à legatis pronuntiatur. Nam vtrūuis respondeat Baptista, captus est interrogantium iudicio. Hac interrogatione quærunt non solùm de Ioannis persona, sed etiam de doctrina, officio, baptismate, & vita eius. Huc venimus (ita narrare videntur) totius cōcilij Hierosolymitani nomine missi, tuā doctrinā, officium tuū, dignitatem tuā approbaturi, modò te Christū agnoscas. Quòd si te Messiā fatearis, te tuámq; doctrinā canonizabimus. Tu quis es?

Dilemma.

Legatorū Leuitarū captio.

[CONFESSVS EST.] Respōsum magna emphasi ornatum, quo Baptistæ cōmendatur cōstantia: qui quantem certò sciuerit, hanc confessionē, suam authoritatem obscuraturā, & inuidiam apud Iudæos allaturā, confessus est veritatē, & sinistram illorum mētem, qua non statim eum interrogabant. Túne es Christus? sed tu quis es? reprimit. Non respōdit statim quis sit, sed ad scopum vtriq; illorū respiciens, & vndequaq; illos ad credendum alliciens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

alliciens, quòd alius sit Christus, quem ipsi putant vilem & ex vili patre, fabro videlicet, & contempta patria Nazareth: ex qua nil boni esse credebant. Confessus est veritatem, & non negauit.

Baptistæ confians testimonium.

[ET NON negauit.] Hæc verba Baptistam ab adulatione & arrogantia alienum prorsus indicant. Non negauit, id est, non retractauit testimonium antea Christo datum, Qui post me venturus est, ante me factus est, &c. sed ingenuè ad mètem interrogantium rursus Christo, sicut antea, suam authoritatem adseruit, & testimonio iterato vindicauit.

[ET confessus est.] Hæc repetitio constantiam Ioannis exaggerat, & tollit omnem arrogantiæ & adulationis suspicionem. Nam nihil dissimulans, & ingenuè ac liberè quod res erat, confessus est.

[QVIA NON sum ego Christus.] Euangelista eleganti hac ætiologia confessionis à veritate, aperit & docet quid Ioannes ingenuè, non secretò, sed palam & publicè cõfessus est. Respondet Ioannes, Nõ sum ego Christus: ac si diceret, Persona mea nõ est persona Christi, doctrina mea aliqua ex parte rigidior est quàm Christi, officium meum aliud, baptisma meũ, vita mea: ego illius minister sum, non sum Christus. Hi peritissimi erant in lege, ex qua didicerant Messiæ tempus adesse, propterea quòd sceptrum à Iuda erat ablatum, alienigena Herodes in regno Iudææ dominabatur: agnoscebant item tẽpus hoc, ex Danielis hebdomadibus, aduentasse. Quid ergo hunc rogant, Tu quis es? quem sciebant non ex Virgine, non ex tribu Iuda, sed Leui natum, nempe sacerdote Zacharia? sed dabant operam vt ex ore eius audirent quòd Messias esset, ad deprimendam Christi authoritatem, quem suspicabantur Messiam esse ex testimonijs tũ Prophetarũ, tũ ipsius Ioannis interrogati, vt fide digni.

[ET interrogauerunt eum.] Suo optato in animis frustrati, pergunt malitiosa diligentia scisciatari, authoritati eius & gloriæ subinuidentes. Impij enim non statim cedunt, etiam si semel victi.

[QVID ergo? Elias es tu?] Quasi dicerẽt: Si Messias non es, quod tamen plerique tibi tribuunt, quum prẽter Scribarum & Pharisæorum authoritatem prædicare, & bapt

baptizare audeas, imò nouam authoritatem vsurpes, & populum in tui admirationem rapias, non sine iactura & detrimẽto publicę Sacerdotum & Pharisęorũ authoritatis: Certe oportet te esse quẽpiam Messiæ proximũ. Num igitur Elias es tu? Nam legimus apud Malachiã. Eliam Thesbitem Prophetam mittendũ esse, antequam veniat dies Dñi, qui restituet omnia. Num igitur Elias ille es tu? Legerant illi Prophetam Malachiã vlt. capite, Ecce ego mittã vobis Eliam Prophetam, &c. sed non intellexerant, nec erãt digni qui mysterium hoc discerẽt, ꝓ animo maligno scisciterentur. Intelligebãt enim carnaliter, vt est populus carnalis, nõ aliũ quendã in spiritu & veritate Eliæ Thesbitis mittẽdũ: sed illũ ipsum Eliã in curru igneo raptũ. Putauerim etiã quibusdã Iudęis olim creditã fuisse παλιγγενεσιαν, id est, iteratã generationem, quã & Pythagoras docuit. Ex qua suasiõe falsa, Herodes putabat Ioãne quẽ decolauerat, in vitã redijsse, & Iesum iã vocari, ex eodẽ errore, & vulgi pars Dũm, Eliam, pars Ieremiam aut alium quempiam ex Prophetis putabat.

Etias præcursor Domini.

Currus igneus Eliæ.

Regeneratio. Pythagoræ dogma.

Herodis rumor ex errore.

[ET dicit, Non sum.] Baptista sermonem suum ad legatorũ intellectũ attemperans, negat se Eliam esse, nõ ꝓ nõ esset aliquo modo Elias, q spiritu Eliæ, præcursor erat Christi, sicut & Angelus de ipso loquitur, Luc. cap. 1. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ, sed quòd non esset ille Elias Thesbites, igneo curru raptus in aëra rediturus, quem in hoc seruari sensit Propheta Malachias, vt præcursor sit secundi aduentus IESV Christi. Huc pertinet quod scribitur Matth. cap. 17. Et interrogauerunt discipuli, dicentes, Quid ergo scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primum venire? At ille respondens ait eis, Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Dico autẽ vobis, quia Elias iã venit, & nõ cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcũque voluerunt. Sic & Filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Quòd ergo vita, moribus, & officio similis esset Eliæ, dictus est Ioannes, Elias.

Baptista, Elias

[PROPHETA es tu?] Particulatim singula narrat Euangelista explicandæ veritatis & confessionis gratia, quæ vel ob oculos posita Iudæorum imperitiam denudet:

Universidad de Deusto
Biblioteca

det: qui quũ se sapiẽtes putent & fateãtur, abũdè stulti facti sunt. Nã exquisitã Legis cognitionem & Prophetias, earúmque sensum tenère credentes, his interrogationibus se maxime imperitos & ignaros produnt, aperiunt, detegunt. Si legẽ & Prophetas calluissent, nónne nouissent ex Deuter. cap. 18. Moysen prædicasse Dominum & Messiam venturum é medio fratrum Iudæorum? Item Esaiam cap. 4. significasse præcursorem, Vox (inquit) clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas dei nostri. His tertius accedit Elias Thesbites, de quo Malachias cap. 4 dicit, Ecce ego mittã vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorũ, ne forte veniam, & percutiã terram anathemate. Quũ ergo legati illi plurãs illis tribus promissis expectarent, nec quicquã de præcursore interrogent, manifestè errant, nescietes Scripturas. Nam quum rogarent an ipse Baptista Christus esset, Respodit, Non sum ego Christus. Quid ergo (inquiunt) Elias es tu? Ioãne respõdente, Non sum Elias ille Thesbites: reliquum erat vt de præcursore illius magni Prophetæ interrogarent. Sed imperitiam & suam prodẽtes ignorantiam, redeunt ad ipsum Christum, vrgentes vt se Christũ profiteatur, deficiẽte illis percontãdi materia, propter suam ipsorum & ignorantiam & affectatã cæcitatem. Prophe ta es tu? Hæc interrogatio fit cũ articulo, hoc est, Es tu Propheta ille qui expectatur, de quo dixit Moysẽs Deut. 18. Prophetã suscitabit vobis Dominus, &c. vt illum audiamus omnes, quem non ignoramus Messiam esse.

Scriptura de Messia venturo.

Malachias vltimus Propheta.

[ET respondit, non.] Percontantium animũ inspiciens, respondet se non esse illum Propheram desyderatissimum, séque nihil tale esse, quale multi suspicabãtur. Aut tanta percussi erant cæcitate, vt putarent suam ætatem nõ dare Prophetã. Propterea ũmpliciter intelligenda veniret quæstio: Es tú ne aliquis ex antiquis Prophetis rediuiuus? aut Es ne Propheta quispiã quales fuerunt Elias, Esaias, & alij? Respondet, Non. Nullum enim Prophetam à tẽpore Malachiæ habuerant, qui omnium extitit nouissimus, quique vetus Testamentum conclusit vaticinio illo, de aduẽtu Eliæ: vt ita Ioãnes proximus & primus

primus Propheta visus sit expectãdus. Cur vero Ioannes se Prophetã esse neget, quum Christus dicat ipsum esse Propheta excellentiorẽ? Respondeo. Quia Ioannes Christi negotium agens, quem ob oculos, & conspectum omnium aspiciendũ proponere studebat, extenuationis & humilitatis suæ gratia, negat se etiam Prophetã esse: ac si diceret, Quid est quod de me tam magna suspicamini, & prædicare vultis, qui tãtillus sum? En habetis Christum, qui Prophetarũ Dominus est, qui solus omnia est, præ quo ego nihil sum, ne Propheta quidem, si cum ipso conferar. Aut, dixit se non esse Prophetã: quia plusquam Propheta erat. Nempe clarius Christũ prædicans quàm quisquã retro prophetarum, noui Testamenti doctor verè dictus, iuxta illud Matthæi cap. 11. Lex & Prophetæ vsque ad Ioannẽ. id est, prædicante Ioãne cœpit manifestius gratia Euãgelij annuntiari, cœpit abrogari lex, cœperunt etiã Gẽtes gratiam & lucem excipere. Ad hęc Iudæi intelligebant Prophetæ nomine eum, qui de futuro Christo prædiceret. Ioannes autem monstrabat præsentem, quod iterum alterius quàm Prophetæ officiũ erat. Propheta igitur erat, & non erat Propheta. Ioannes Propheta erat, quia de Christo prophetabat: & plusquã Propheta, quia indicabat præsentẽ. Rursus non erat Prophe ta, quia idem præsens erat, quẽ prophetabat: cui omnes docendos committebat, ipse nolens, nisi dum inciperet suo munere fungi, populi doctor & Propheta esse. Vt autem ad Christũ prẽsentem, populũ mittere multo maius erat, quàm Prophetę per se munere vsq; fungi, iure optimo Christus eũ plusquam Prophetam esse testatus est, nõ quidem propter ipsius dignitatem, sed propter incomparabilem eminentiam præsentiæ Christi, vt non tam Ioannis quàm Christi hic præstantia agnoscenda sit.

Baptista cur se prophetam negauerit.

Baptista plusquã Propheta. Doctor noui Testamenti.

Propheta.

[DIXERVNT ergo ei, Quis es, vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso?] Quum Baptista neque legatorum authoritate, neq; honoris delati amplitudine flecteretur, authoritate cõcilij Scribarum, Phariſæorum, & Sacerdotũ vrgẽt: vt vel metu potestatis profiteatur quis esset. Quasi dicerent, Videmus te hic nouam quandã docẽdi authoritatẽ vsurpare, non sine iactura publicæ Sacerdotum & Phariſæorũ authoritatis. Con

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumpta est diuinatio nostra: aliquid tamen responsi referendum est ijs qui nos huc miserunt. Quem tu te esse profiteris? Obserua quàm difficile desistãt, qui illaqueare student.

[AIT, Ego vox clamantis in deserto.] Dicturus Baptista ad illos qui legis & doctrinę Prophetarũ sibi gnari videbantur, ne sibi videretur hoc ipsum, quod erat, humana temeritate arrogare, authoritate prophetica illis ministeriũ sibi cõmissum exponit, nihil veritus Sacerdotum authoritatem, & Leuitarum iustitiam. Ego (inquit) nec sum Messias, nec Elias, nec vllus Prophetarũ rediuiuus, & in hanc lucẽ reuocatus. Nec tamen hoc docendi munus meapte authoritate vsurpaui, quum ante multos annos authoritate Dei huic prouinciæ fuerim destinatus. Sũ enim ille, de quo vaticinatus est Esaias ca. 40. Venio (inquit) dicturus in ianuis ipsum iã esse qui expectatur. Quum dicit VOX clamantis: principaliter Ioannes suam personam & officium à persona & officio Messiæ distinguit. Ego sum vox clamãtis, id est, Ego sum instrumentũ, testaceũ vasculum, & testis, per quem clamat in me Deus: nõ sum ipse clamor, non sum ipse Verbum: vox sum, præterea nihil. Rogabis, Vox clamantis ait. cur nõ potius dicit, Clamans sum voce? Qui enim homo possit vox esse? Respondeo. Idiotismus est Hebraæ linguæ. Similis est Exodi cap. 4. vbi Dominus dicebat Moysi, Aaron erit os tuũ. id est, Pro te loquetur. Ita hoc loco, quod dicit, vox clamãtis ego, perinde est atque, Ego sum clamãs, vocisque nomine vocor, propter officium clamãdi: sicut aborandi officio, Aaron dictus fuit os Moysi. Itaq; quod Hebraismo, Vox clamãris dicitur, Latine reddi poterat, Vox clamans. Eadem loquendi figura Paulus 1. Timot. 3. dixit, Pieratis sacramentũ, pro Sacramẽto & mysterio pio. Vt ũ dicã, Splẽdor gloriæ, pro Splẽdor glorioſus. Huiusmodi formæ loquẽdi nõ sunt infrequẽtes apud Hebræos. IN deserto, scilicet, vt vel loco ostendã qualis doctrina mea sit: mirũ horrida & rigida ex prędicatiõe legis desertę. Ad literam, locũ insinuat vnde cœpit prędicationẽ suam. Omnes enim qui in lege erãt, submisẽ, & humiliter sonabãt, vt pote qui nondũ peruenerant ad tẽpus Euangelicæ veritatis. Et hæc sane erat vocis ruditas

Vox clamantis.

Baptistæ testimonium de se ipso.

Baptista quomodo vox clamantis.

in Moyse, quia lex obscura erat, & non manifesta. Christus autem veritas, omnia quę sunt illi à Patre admandata, clamans. Quare, Ioannes verè dicitur Vox clamantis, id est, Christi veritatem annuntiantis. Non absre dicitus Ioannes Vox, eo quòd præcursor erat Christi, sicut vox Verbum præcurrit. Et, vt manifestius dicã, ait Theophylactus, Vox quidem est spiritus inarticulatus, qui à pectore egreditur, quando autem lingua articulatur, tũc fit verbum. Primum igitur vox, & deinde verbum: prior Ioannes, & deinde Christus secundum aduentum in carne. Et baptisma quidem Ioannis non erat articulatum, non enim fiebat in spiritu. Christi vero articulatum erat, nihil vmbrarum & figurarum continens, sed fiebat in Spiritu. Hactenus ille.

Baptismi Ioannis & Christi differentia.

[DIRIGITE viam Domini: sicut dixit Esaias.] Baptista sui officij dignitatem ex testimonio Esaiæ adserit, ne sciolo cuipiam videatur hoc suum munus sine authoritate Scripturæ vsurpasse. Esaias cap. 40. vnde hic sumptus est locus, officiũ præcursoris Christi describit. Officium Ioannis est dirigere viam Domini, hoc est, prędicare: vt omnis mons & collis coram Christo humilietur, & omnis cato non pluris quàm fœnum se æstimet: cuius gloria est veluti flos campi. Dirigite, id est, Præparate viam Domini, omnia obstacula & impedimenta malarum cupiditatum quę aduentui eius aduersari possunt, tollite. Dirigetis viam, hoc est, præparabitis, si peccata, & animi impietatem abnegantes, resipueritis. Quæ hæc exhortatur & prædicat, ad Christũ mittit. Dirigite viam: nam flexus vię facit, quominus prospiciatis aduentantem: venio dicturus in ianuis ipsum iã esse, qui expectatur: vt parati sitis proficisci quocunque iubebit. Ambulastis hactenus in via Moysi, modò viam Christi susci pite. Parate ergo viam Domini: In via enim Dominus est, viam vitæ præsentis est ingressus, & qui secundum se semper idem est, secundum nostræ mutabilitatis varietates, ad grande opus proficiscitur: in via nunc est. Ecce tanquã sponsus procedẽs de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendã viã. Vnde & quo est iturus? A summo cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius. Cauete ergo hũc offendere, à via auertere, cum

Officium Ioannis ex prophetz.

offendiculo huic obuiare. Nam Luc. 20. Super quẽ cecide rit, comminuet eum. Sed dirigite viã domini. hoc est, abiectis cupiditatibus, præparate animos vestros in illius aduentum, vt vobis salutifer adueniat. Moyses illum vobis adumbrauit, Prophetę olim venturũ vaticinati sunt: ego vobis iam aduenientem ostendo.

Viam domini dirigere.

[ET QVI missi fuerant, erant ex Pharisæis.] Signanter hoc putauerim additum ab Euangelista, vt explicet cuius sectæ fuerint Sacerdotes & Leuitæ missi ad Ioannem, nimirum Pharisæi, qui tum temporis peritia legis, opinione sanctimoniæ, & authoritate prȩcellebant cæteris. Qui de Iudęorũ sectis plura volet cognoscere, legat Iosephum de Antiquit. lib. 28. cap. 1.

[ET interrogauerunt eum, & dixerunt ei.] En viuum cęcitatis exẽplum in missis ad Ioannem, qui quũ volunt periti legis videri, & admoniti etiã in Scriptura de Ioannis officio, tamen ignorant quis sit Ioannes. Certè ambitio, auaritia, & inuidia corruperat illorum animos. adeo pestifera res est etiã sacrarũ literarũ cognitio, nisi adsit animus liber ac vacuus à terrenis cupiditatibus. Propter eà his verbis alter fuit Ioanni tẽtationis aries admotus, & quidẽ à sinistro latere: à dextro, tẽtatus fuit oblatione honoris, quẽ vbi respuit, aggrediuntur à sinistro, vertentes se ad calumniam, & damnantes quod agebat.

Scriptura sine pietate pestifera.

[QVID ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta?] Quum neque Christus sis (inquiunt) id est, promissus Messias, Sacerdos & Rex ad instituendum nouum regnum, & ritus nouos, neque Elias Messiæ prȩcursor, neq; eximius aliquis Propheta, sed sola quædã vox, nõ debueras baptizare, & tibi istã abolendi peccata sumere authoritatem. Quis igitur authoritatem tibi dedit noua quædam docendi, veteres ritus innouandi? Agnoscere debes nos rerum nunc potiri, & tanta authoritate prȩditos, sine qua nihil cuiquam innouare licet: imò te morigerum nobis iuxta Moysi præscriptum esse conuenit, neque nouum aliquid citra nostram scientiam & admissionem incœptare. Vnde ergo sumis tibi hanc baptizandi potestatem & ritus innouandi? Bene monitis nostris acquieścito, certè malũ tibi ipsi quæris, & inuenies.

RESPO

[RESPONDIT eis Ioannes, dicens, Ego baptizo in aqua.] Vt blanditias eorũ & falsos honores, ita & iã minas & vituperia contẽnit, perstans in cõfessione Christi vt anteà. Quòd ego baptizo, ait, iniussu quidem vestro facio, neque id me mouet, sed quod ago, non sine diuina authoritate ago, id quod iã ex testimonio Esaiæ probatum est. Luc. cap. 3. ait, Factum est verbum domini super Ioannem: quo scilicet videbatur diuina authoritate baptismum pœnitentiæ prædicare. Talem meum baptismum cognoscite, qualis est mea prædicatio, meum officium, mea vocatio. Nam quemadmodũ non est perfecta mea prædicatio: sed tantùm præparat animos vestros Euãgelicæ doctrinæ: ita & baptismus meus tãtùm aqua constans, non abolet peccata, sed præparatio est ad verũ baptismum iuxta Spiritum: vt veteris vitæ pœnitentia prȩparati, capaces sint illius baptismi, quo Messias omnium in se credentiũ sordes abluturus est. Ego, inquit, baptizo aqua, hoc est, doceo mortificationem earum rerum, quæ possunt impedire aduenientem Christum, gratis iustificantem in se credentes.

Baptismus Ioannis præparatio erat ad Spiritum.

[MEDIVS autem vestrũm stetit quem vos nescitis.] Aduersus istorum calumniam, mansueta est Ioannis responsio. Sed ita vt libere & suam humilitatem agnosceret, & Christi dignitatẽ profiteretur. Alius, inquit, adest, qui id muneris mihi admãdauit: iam nunc adstat in hac populi multitudine, & tãquã vnus è numero populi versatur in medio vestrum, quem nõ agnoscitis, quòd iuxta mundi æstimationem humilis & abiectus est, nulla se ea rum (quibus mundi cultores hominem metiuntur) pompa venditans. Nondum illi visum est vim & magnitudinem suam exercere, sed illius mihi quàm vestra aliquanto sanctior est authoritas. Is verus est Saluator & iustificator, quem vos nescitis, hoc est, quem cõtemnitis, cuius doctrinam veluti hæreticam iudicatis, qui à vobis abiectus habetur. Hunc si agnoscere possetis, nõ interrogare vos vltro baptizandos offerretis. Aut, Stetit medius vestrũ, &c. ac si diceret, Ne porrigite in futurũ oculos vestros, iampridẽ inter vos in medio populi Iudaici steti, & conuersatus est non minus annis triginta, de quo o-

Testimonium Ioãnis de Christo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mnes Prophetæ loquuntur. Attendite vobis ipsis, ne ipsi vobis desitis. Vos enim quidē ignoratis quare ego veni eum vobis indicaturus. Quum hic audis Ioannis baptismum, non intelligas solam aquæ ablutionem & intinctionem, sed totū Ioannis negotium, munus & officiū.

[IPSE EST qui post me venturus est, qui ante me factus est.] Tertiò, hanc sententiam in hoc capite ponit, vt indiuulsius hęreat auditorum animis. Cōmendatio Christi est ab ęternitate & diuinitate, quū dicit IPSE est. Nā idem dixit Moysi, Ego sum qui sum. Qui post me venturus est, supple prędicatione: qui ante me factus est, hoc est ante me fuit, quia ab æterno Deus cum Patre.

[CVIVS ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti.] Vehemēs est hæc Ioannis Tapinosis siue humiliatio, qui nihil minus agnoscit quàm arrogātiam. Adeò quòd ne quidem satis sibi aperte tribuat quę illi vendicat Scriptura. Ac si diceret, Tantus est cuius auspicijs hæc facio, vt equidē indignus sim qui soluam corrigiam calceamenti, hoc est, qui Christo in minimo seruiam, siue qui agam Christi præcursorem. Tantúmque abest illi æquandus veniam, vt me prorsus præcursoris officio indignum profitear. Exemplo sui Pharisæos ab arrogantia in humilitatem traducere conatur. Ad hunc modum dici solet, Indignus sum vt ei matellam porrigam.

[HAEC IN Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioānes baptizans.] Certitudinē historię à loci circunstantia adserit. Nam apud studiosissimos scriptores receptissimum est, loca vbi aliquid prędarum gestū expositúmve est, memoriæ diligentius commendare. Aut quòd hic locum indicat Euangelista, in causa est quòd in hoc testimonio sane summa salutis nostrę sita est. Videtur ad hunc modum dicere Euangelista: Publicè hęc gesta sunt, nō secretò, sed coram & in omnium cōspectu, eo loco, quo turbę se recipiebant vt baptizarētur à Ioanne. Tam manifestum est hoc Ioannis testimonium vt nemo inficiari possit. Chrysostomus admonet in vetustioribus & emendatioribus exemplaribus non legi Bethaniam sed Bethabaran, quòd Bethania non sit trans Iordanem, nec in deserto, sed citra Iordanem proxima Hierosolymis.

Bethabara.

mis, Respondet & locus officio Ioannis: Bethabara enim sonat domum præparationis: & baptismo, quia circa Iordanē. Locus hic propter aquę paratam copiam, ac desertum proximum, Baptistæ & pœnitentiæ præconi accommodus erat, in quem quotidie è diuersis Iudææ regionibus confluebant turbæ, baptismi gratia: nam illic & prædicabat Ioannes & baptizabat.

[ALTERA die.] Quadam posteriore die ab ea die qua legati venerant interrogaturi Ioannem, Baptista rediit eodem functurus suo officio, qui hactenus ita testificatus de Iesu, vt in turba stantem nec nominaret, nec digito ostenderet, quò minus concitaret in illum Pharisæorum inuidiam: & magis simplicium animos desyderio videndi illum inflammaret. Iste enim est Ecclesiasticæ scopus, animorum ad Deum ex animo diligendum inflammatio, sicut doctoris illuminatio. Propterea factū est, vt quum multi è plebe studiosè quærerent quisnam esset ille tantus vir, de quo tam ardua pronuntiat, & cuius dignitati cedit Ioannes, venit Christus seorsum ad Ioannem, qui admistus erat turbæ. Prædicatorū scopus.

[VIDIT IOANNES Iesum venientem ad se.] Ex singulari Dei consilio & dispositione, Ioannes ad se venientem Christum videt. Hic Iesu aduentus ad Ioānem fuit post exercitatum & peractum quadragesimæ ieiunium in deserto. Postquam ergo tam multis Ioannes cōfessus est se non esse Christum, decorum fuit eum ostendere quis est Christus, ne tandiu suspensos auditorū animos occuparet. Quare venit Iesus ad Ioannem? Ne quis suspicaretur, quòd quasi peccatis obnoxius, æqualiter cum alijs baptizatus sit. Idcirco iterum venit, dans Ioanni occasionem tollendi corrigendique hanc suspicionem. Vnde subiungit Baptista, Ecce agnus, &c.

[ECCE.] Hac particula attentos reddit auditores, quasi dicat, Ego monstrabo vobis verum Christū, Filiū Dei & Saluatorem mundi. En breui tempore Prophetæ simul & Apostolus Baptista declaratus. Quē enim venturum prædicabat, hunc iam præsentem demonstrat. Vnde ex hac ostensione, Prophetarum excesit mensuram, vt ad Iudæos diceret de ipso Christus, Quid existis in desertum videre? Prophetam? Etiam dico vob

Baptista apostolus & Prophęta.

Animorum affectus gestu corporis indicantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vobis pluſquam Prophetam. Chriſti puritas tam excellens erat, vt ſeipſam vultu ipſo, oculis, inceſſu, totóque corporis habitu exereret, quēadmodū ex aduerſo vitijs obſitus & furijs plenus animus, ex ipſo corporis geſtu ipſiuſq; imagine cognoſcitur. Ecce, inquit, is quē vobis annuntiabam, quem plerique veſtrum viderūt in Iordane à me baptizari: quem Iordanis vnda non purificauit, ſed potius aquas Iordanis ſanctiſicauit. Hic ſolus eſt, qui ab omni peccato immunis eſt, nam Agnus eſt, &c.

Agnus Chriſtus.

[AGNVS.] Argumēto à natura agni petito, metaphoricè Agnū vocat CHRISTVM. Videmus agnū placidū, manſuetū, mitem, nō tumultuantē, talem ex Prophetarū & Euāgelij teſtimonijs Chriſtū fuiſſe, vt ſua māſuetudine homines ad ſe alliceret, cognoſcimus. Is eſt de quo Eſa. cap. 53. dicebat, Tanquā ouis ad occiſionē ductus eſt, & ſicut agnus corā tondēte ſe, obmutuit. Hic eſt, quem agnus ille Moſaicus adumbrabat, cuius innoxius cruor filios Iſrael ab angeli gladio vindice præſeruauit.

Agnus Dei.

[DEI.] Addidit, DEI, ad differētiā agni Iſraēlitici, qui Chriſti veri agni vmbra & figura erat. Dicitūr Dominus, Agnus Dei, eò q̄ Deus Pater propter charitatē ſuā erga nos, illū dederit ad mortē. Ad hunc modū dici ſolet, Sacrificiū hoc illius eſt. id eſt, Ille hoc ſacrificiū obtulit. Ita & Chriſtus agnus oblatus, à Patre traditus eſt: eſt igitur hic agnus Dei. Aut Agnus Dei, id eſt, Agnus qui Deus eſt, iuxta dialectō Hebraicā dictus eſt. Nā his verbis cōmendat nobis Baptiſta Chriſtū, vt æternū & verū Deū. Propterea Græcis appoſitus eſt articulus, ὁ ἀμνὸς, id eſt, ille Agnus: non ſolū Emphaſim dignitatis, verumetiā relationis indicans. Hic eſt puriſsimus ille Agnus, quē Deus iuxta vaticinium Eſaiæ, ſibi gratiſsimam victimam deſtinauit. Hic agnus ille ipſe eſt, qui ipſa innocentia eſt: hic vt homo veluti agnus manſuetus portari potuit ad victimam, quique dedit corpus ſuum percutientibus, & genas ſuas vellentibus, vt carnibus eius cibaremur, & lanis eius operiremur, & confixus clauis & lancea, vt ſanguine eius poſtes noſtrarum frontium ſignarentur. Ea autem ratione, qua Deus tollit peccata mundi, hanc habet authoritatem, hanc excellentiam, qua tollit peccata mundi: hic enim, vt prius dictum eſt, plenus eſt gratiæ & veri

veritatis, de cuius plenitudine nos omnes accepimus.

Victima agni paſchalis.

[ECCE QVI tollit peccata mūdi.] Summam totius Euangelij breui compendio Baptiſta perſtringit, & legalia ſacrificia, præſertim victimā agni Paſcalis, exponit. Quid in vniuerſo Euangelio quæri poteſt quàm remiſſio peccatorūq̄ qui habet, omnia habet: nam Chriſtū habet. Omnia veteris legis ſacrificia in vnū ſolū Chriſtum reſpiciebāt: quæ cum iuſtificare non poſſent, reliquum erat vt illorum veritas, hoc eſt, CHRISTI ſacrificium, peccatum aboleret, remiſsionem peccatorum faceret. Hebr. cap. 9. & 10. Quemadmodum qui mortem tollit, vitam largitur: ita qui peccata tollit, iuſtitiam donat. Tollit peccatum, hoc eſt ipſam tyrannidem, & vim omnium peccatorum, vt iam nullum ſit in eis peccatum. Obſerua quòd dixerit, TOLLIT, & non Remittit aut Abſtulit, vel quia penitus tollit, & huius gratiæ remiſsionis author eſt, vel quia in ſe recepit. Tollimus enim onera quæ nobis ipſis imponimus. 1. Petr. capit. 2. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati ſumus. Ad hæc, obſeruanda eſt temporis ratio vt annotauit Chryſoſtomus, non dictum eſt, TVLIT aut TOLLET, ſed TOLLIT, verbo præſentis tēporis, quòd ab illo ſemper proficiſcatur omnis purgatio criminum: veluti dicas, Helleborum purgat cerebrum, ſignificans illi perpetuam & natiuam ineſſe vim purgandi. Quotidie Chriſtus tollit peccata noſtra, & aliorum quidem per baptiſmum, aliorum autem per pœnitentiam. Aiunt iuriſperiti rem tranſire cum vniuerſitate ſua. quo fit vt ex peccato intelligas & rem cognatam, hoc eſt, pœnam æternā. Qui enim tollit peccatū, tollit & pœnam æternam peccato debitam. Quærit Chryſoſtomi abbreuiator, quare non dixit Peccata, ſed Peccatum? reſpondet, Fortaſſe quidē per quod dicit peccatū in genere, dixit & de omnibus. Apud receptiſsimos authores locus hic allegatus habet Peccatum mundi, numero ſingulari, quod quidē plus exprimere videatur quā ſi dictū eſſet, Peccata. Quemadmodum in ſua canonica Ioannes ſummam omnis impietatis & ceu mundum vitiorū omnium, malignitatem vocat, quum ſcribit mundum in maligno poſitum,

Verbi tēporis præſentis energia.

Singularis numeri virtus.

Peccatum mundi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

situm, ita hic Peccatum mundi vocat omnium vitiorum colluuiem, ipsam tyrannidem, & vim omnium peccatorum. Ne credas Christum tantùm speciem quasdam peccati tollere, non omnia peccata, quemadmodum illi erroneè sentiunt, qui scribunt Christum tantùm pro originalibus peccatis satisfeciſſe, aut tantùm pro præteritis actualibus Patrum. Tollit peccatum qualequale illud sit, non de loco ad locũ alium, sed tollit ita, vt nullibi appareat, nullibi sit. Huc pertinet quòd dicitur 1. Ioan. 2. Sed si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud Patrem IESVM CHRISTVM iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nõ pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.

[HIC EST de quo dixi.] Ne putetis me Christum esse, néve credatis de alio Christo dicere, quàm de illo qui assumpsit carnem: siquidem scio mundum mægnificam personam, non vilem & contemptam in Christo expectare. Hic est ille de quo prius semel atque iterum, ceu per ænigma, dixi Pharisæis, Qui post me venturus est, &c. Ne ignoretis illum, digito vobis hunc designo & ostendo.

Mundi iudicium de persona Christi.

[POST ME venit vir.] Non magis ex charitate quàm veritate & necessitate Ioannes testatur se Christo cedere. POST me venit: Quia post me incarnatus & reuelatus est mundo, & post me prædicabit. VIRVM vocat propter ætatem perfectam: erat enim triginta annorum quando baptizatus est. Aut fortasis dici potest quòd omnis animæ vir sit, & Ecclesiæ sponsus, dicente Paulo (ait Theophylactus) 2. Corinthiorum 11. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere CHRISTO. id est, vt virginem animam & castam exhibeatis Christo: ac si diceret Baptista, Ego quidem pronubus & internuntius, venit autẽ post me vir. Nam ego quidẽ traho post me animas ad fidem in Christum: ipse autem vir est, quia illas sibi adiunget.

Christus vir animæ. & Ecclesiæ sponsus

Baptista pronubus.

[QVI ANTE me factus est.] Tametsi vobis apparet prior, ipse tamen ante fuit: quia ipse Deus æternus & verus apud Patrem existens.

[QVIA prior me erat.] Aetiologia est, cum venusta expolitione rhetorica, qua idem dicit quod illis verbis,

bis, Qui ante me factus est: quæ pro his dicta sunt, Qui ante me fuit. Hic tantus est, vt ego quem vobis etiam digito demonstro, quem vos suspicitis, nullo modo sim illi conferendus. Nã hic Deus & Dominus, ego seruus: hic author totius salutis, ego tantũ alienæ liberalitatis administrator: ego nihil aliud sum, quàm eius famulus & præcursor. Apagesis Arri, nõ ait Ioãnes, Prior me conditus est, sed ante me erat. Faceſſe hinc Pauli Samosateni secta, Hic erat ante me: nõ ergo cœpit esse Dominus à Maria, quum præcursore prior fuerit secundũ substantiam suã, quam ante secula habuit. Quid nugamini Dominum à Maria virgine initium suæ substantiæ assumpsisse, quum præcursore prior fuerit? Cœpit re vera homo esse in virgine: sed Deus erat ab æterno.

[ET EGO nesciebam eum.] Ista indicant Baptistam frequenter varijs tentationibus à suis familiaribus impetitum fuisse: Quid agis, quòd tam magnificum de viro tam ignoto, vili, & abiecto testimonium præstas? cur illi tantũ honorem defers? hunc tibi potius honorẽ accipe, quẽ vel tota plebs præstitura est: Sed constanti animo perseuerat Baptista authoritatẽ IESV Christi, quantũcunq; humilis & abiecti, adserere, dicens, ET ego nescibam eũ. Hoc est, Quid est quod tã frequenter me de humilitate & abiectione eius obtunditis: pro qua, vestra opinione, nõ possit esse Christus? Non est in hoc tam arduo negotio & tam sacro mysterio iuxta carnalẽ sensum iudicandum. Nam & ego etiam ante baptismũ eius illum nõ agnoscebam, & impeditus essem formis crucis & humilitate personæ. Tanta humilitate tectus erat, vt tam meæ rationi quàm vobis fuerit absconditus. At postquã Spiritus mihi reuelauit, agnoui eum: à cuius cognitione neque Pharisæorum, neque quorũcunque minæ me abducent: Sed quoad vixero huic testimonium veritatis præstabo. Colligamus ex his, facie tantùm Christũ Ioannem fuisse ignotum, antequam ad baptismũ veniret, quem tamen æternaliter genitum à Patre, & temporaliter ex Maria natum credebat. Aut dici potest, ne quis obijciat, Quomodo qui Dominum in vtero cognoscens exultabat, qui à matris ventre discipulus Domini fuit, fatetur se non

Christus propter formas crucis mundo incognitus.

Christus de facie ante baptismũ Ioanni incognitus.

Homo sine mẽte dijt nõ cognouit.

se non cognoscere? Certè ex se & cognitione illa naturali non cognoscebat, sed Spiritu reuelatore cognouit. Omnia enim, ait Cyrillus, à seipso absque alicuius doctrina, Deus solummodo scit: creatura verò omnis non à se, sed ab alterius discit doctrina: & Spiritus in sanctis hominibus habitans, replet quod natura non potest, & bonum suum naturæ humanæ largitur: & ita illuminata, futura, & occulta cognoscit mysteria. Obserua, Ioannes dicit se nescire secundùm humanam cognitionem, & tamen fatetur Christum venisse, vt ostendat se ex reuelatione ipsius Dei hoc testimonium de Christo præstare, quo facilius credant Iudęi, & Christũ honorifice exciant, quos nihil morari debet tanta Christi humilitas.

Prædicationis Baptistæ scopus.

[SED VT manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans.] Scopum missionis & prædicationis suæ Baptista aperit: vt manifestaretur scilicet Agnus Dei esse, qui peccatum mundi tolleret. Adijcit IN Israel, quia Israeli promissus erat. Ego quidè baptizo in aqua: at baptismus meus & mea prædicatio sunt veluti præludiũ cęlestis doctrinę, & spiritualis virtutis, quã ille vobis allaturus est. Nec in aliud iussu Dei huc veni, nisi vt prædicarem resipiscentiam, & delictorum pœnitentiã, pũtiarémque regnũ Dei instare, & aqua vos tingerem, vt rudimentis huiusmodi à me præparatis, facilius innotesceret vobis. Nõ ergo huc sum ego missus, vt mihi hũc honorem Messię vsurpem, sed vt mea doctrina & baptismo parem Israelem & populum vniuersum ad Messiam mundi Saluatorẽ & Redemptorẽ. Paro autem mortificans lege populũ, dum peccata ostendo & declaro. Nisi enim prius peccatum tuũ cognoueris, Christi iustitiã nunquàm vere spiraueris. Docent hæc quàm necessaria sit ipsa pœnitentia fidei cõiuncta, quæ aditus est ad Dei cognitionem & manifestationem. Obserua ex superioribus: Ioãnes manifesto signo testatus est CHRISTVM mundi Saluatorem esse præsentem. Rursus aperto signo præparauit viam CHRISTO Saluatori & viuificatori: item signo aperto docuit mortificationem. Hęc omnia certe eò tendunt, vt per Christum iustificentur, & viuificẽtur homines: quòdque Ioannes præcedit Iesum nõ vt iustificator, sed vt iustificatoris testis & declarator.

[ET TESTIMONIVM perhibuit Ioannes, dicens.] In primis obseruandum putauerim, quanto ardore Baptista studuerit populo Christum, vt vnicum salutis authorem, commendare: imminuique ipse quæsierit, vt ille magnus agnosceretur. Non absimilem animi zelum & ardorem in Paulo legimus, qui non solùm se obscuratum, sed etiam anathema esse à Christo, Roma. capi. 9. optauit, hoc solo duc̃us animo, vt plurimi Christum agnoscerent. Reuelationem hanc diuinam, siue hoc testimonium Baptistæ Euangelista adducit, vt quod dictum est confirmet; Christum non posse cognosci, nisi datum fuerit desuper. Nemo enim (ait ille) venit ad me, nisi Pater meus traxerit illum. Dehinc hæc reuelatio vt aliter iudicet mundus, docet hunc esse Christum Filium Dei, verum agnum paschalem, tollentem peccata mũdi.

Baptista minuitur, vt promoueatur Christi gloria.

[QVIA VIDI.] Fortissimum & fidelissimum testimonium visus Ioannis, quo primùm confirmat Iesum esse Messiam filium Dei, mundi Saluatorem: deinde ne in tentatione, de diuinitate, æternitate & potentia Christi dubitemus: Ac si diceret, Datum est mihi videre cęleste signum in baptizato, vt meo præconio vos quoque cognoscceretis vestræ salutis authorem.

Oculus, locuples testis.

[SPIRITVM.] Spiritum Sanctum intelligit. Patri & Filio æqualem & consubstantialẽ. Hic enim vnus est qui confirmat nos de Christo. Ioan. 15. Ille testimoniũ perhibebit de me. Et capite 16. Ille me clarificabit.

Spiritus Sanctus.

[DESCENDENTEM.] Descendit verè non fallaciter. Quid hic narrat se vidisse Spiritum Sanctum descendentem in Christi verticem, & manentem super eũ? An quòd antea Christus Spiritu Sancto caruerit? Absit. Nam non solum à natiuitatis principio Spiritum Sanctum habuit, verumetiam ab æterno vnus Deus cum Spiritu Sancto erat. Certè hic descensus siue aduentus Spiritus Sancti, erat reuelatio ipsius Spiritus in Christo existentis & habitantis. Christus nunquam sine Spiritu Sancto fuit: sed dum adolesceret, vsque ad baptismum, nullo tam euidenti signo exteriori declaratus est habere Spiritum Sanctum. Quare tropo Scripturæ, Spiritum descendere, aut Deum descendere, vt legimus, Gene. 11. & Exod. 12. est Deum præsentiam suam aliquo speSpiritus Sancti aduentus ad Christum.

Spiritum siue Deũ descendere quid sit.

cial

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciali & externo signo declarare. Descendit Filius in vterum Virginis, factus homo: descendit Spiritus Sanctus super Discipulos in linguis igneis, id est, Linguæ illæ sunt signum externum quo declarat Spiritus Sanctus se in Apostolis residere: similiter & in monte Sina, fumo & tonitru declarata est præsentia & aduentus Domini ad Moysen. Ita & hoc loco descēdit Spiritus super Christum, hoc est, visibili columba declarata est præsentia Spiritus Sancti existentis & habitantis in Christo. Hic descensus Spiritus, omnibus qui aderant & Ioanni assidebant baptizandi, aut verbum audituri venerant, apparuit, & non soli Ioanni. Quòd si rogaueris, cur non crediderunt? Respondeo, eò quòd propria malitia obtenebratum erat insipiens cor eorum, qui quum etiam illum viderent miracula facientem, non crediderunt, sed malitia obduruerunt. Non desunt qui asserunt non omnibus, sed solis pijs hoc cæleste signum apparuisse: sicut Prophetæ multa sensibili specie viderunt, alijs tamen incognita.

Particula Quasi. Columba vera Spiritum Sanctū designans.

[QVASI columbā.] Quasi, particula est veritatis & potētiæ. Vera erat colūba, non ex ouo colūbę producta, sed virtute Dei de nouo creata. Augusti. tomo 3. fol. 547. B. lib. 1. De agone Christi. cap. 22. Sed omnipotenti Deo qui vniuersam creaturā de nihilo fabricauit, nō erat difficile verū corpus colūbæ sine aliarū columbarū ministerio figurare, &c. Et libro De cognitione veræ vitæ, cap. 18. Sancti Spiritus substantia nō in colūbam vel ignem est trāsmutata, sicut nec Verbi in carnem est trāsmutata: sed Spiritus Sanctus colūbæ corpus condidit, in quo se ad horam super corpus sibi inseparabiliter vnitū, ad testimoniū hominum visibilem præbuit: ipse verò inuisibilis in essentia Patris & Verbi inseparabiliter permānsit. Idē eadē parte tertia, lib. 3. De mirabilibus sacræ Scripturæ, cap. 5. Quāuis vero corporali specie Spiritus Sanctus super Dominū descendere dicitur, nō tamē de auibus sumptisse colūbā, sed ex aere minimē dubitatur, &c. Idē eadē parte lib. 2. de Trinitate, cap. 5. & 6. multa scribit de missione & descensu Spiritus Sancti in specie colūbæ, & ignis. Licet sub hac colūba Spiritus Sanctus apparuerit, non tamen assumpta est in vnitatem personæ Spir

Spiritus Sācti: sicut humana natura assumpta est à Filio Dei. Nō enim venerat liberaturus colūbas, ait Augustinus loco allegato, lib. 1. De agone: sed hoibus significare voluit innocentiā & amorē spiritualē: quod in colūbæ specie figuratū est. Filius autē Dei qui venerat liberaturus hoies, assumpsit naturā humanā in vnitate personæ, ita vt dicatur Deus & homo: nō itē Spiritus Sanctus dicitur colūba. Visus est Spiritus Sanctus specie colūbę, ad designandā maximē colūbinam in Christo non simplicitatē tantū, de qua Matth. cap. 10. præcepit, Estote simplices sicut colūbæ: sed summā etiam pro suis solicitudinē & curā Flagrantissimæ enim erga pullos suos affectionis est colūba, quos summo studio fouet: ita & Christus tanto ardore amoris erga suos ductus, pro suis mori voluit, vt saluaret. Alludit fortasse ad illud Geneseos cap. 8. vbi legimus, colūbā relato ramusculo oliuę, pacē humano generi redditā ipsi Noē nuntiasse: ita Christus ad hoc tū ostēdebatur, vt gratiā Patris orbi annūtiaret.

[DE cælo.] Multa commendatione miraculum explicat, & testimonium munit argumento à circunstantia loci petito. Quæ dico, omnia mihi cælitus aperta sunt. Vobis igitur è cælesti fonte petenda sunt omnia, quæ pertinent ad iustitiam ac æternam fœlicitatem.

[ET mansit super eum.] Vt certum suum elogium esse persuaderet, memorat quàm euidenti & infallibili signo hīc esse Christū nouerit: ac si diceret, Antequā veniret hic ad baptismū, præmonitus fum à Patre cælesti, Hoc certo signo cognoscēs Filium meum: Inter multos quos aqua tinxeris, super quē videris specie colūbæ descendentē & manentē Spiritū Sanctū, eū sc. cito dicitòque esse qui baptizat Spiritu Sancto. Mansit aliquandiu hęc columba super Christi verticem, non solùm vt veré confirmaret Ioannem de Christo, sed etiam vt indicaret quòd Christus summam simplicitatē atque charitatem non tam docturus, quàm suis largiturus venerat: hoc enim animali colūba, nihil vel simplici? est vel erga pullos suos affectus ardētioris. Indicarū præterea eo fuit lesum hunc illum esse, in cuius persona apud Esaiam capi. 61. legitur, Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit me: ad annuntiandū mansuetis misit me, vt mederer

Baptismi Christi certitudo.

Columbæ erga pullos affectus.

cont

Universidad de Deusto
Biblioteca

contritis corde,& prædicarem captiuis indulgentiã,&c.

[ET EGO nesciebam eum.] Non agnoscebat illũ de facie. Nã ab ineunte ætate Ioãnes in deserto extra paternam domũ versatus erat. Quid mirũ si Christũ nescierit antequã super eũ visibiliter descẽderit Spiritus Sanctus? Quòd si ante baptisma (ait Chrysostomus) eum cognouit, prohibebat enim eũ, dicens, Ego à te debeo baptizari. hoc enim signũ erat certissimæ cognitionis, nõ tamẽ multo autẽ tẽpore eius notitiam habuit. Si antea illi notus fuisset, nõ vtique dixisset, Vt manifestetur in Israel, propterea veni baptizans. Hoc autẽ loco discimus (ait Theophylactus ex Chrysostomo) miracula quæ in Christi pueritia feruntur, non esse vera. Nam si à pueris miracula facere cœpisset, non sanè eum Ioannes ignorasset: nec reliqua multitudo indiguisset magistro, qui ipsum manifestaret. Venit ergo Ioannes nõ humana sed diuina authoritate baptizãs aqua, ad demonstrandum Messiam. Quemadmodũ Samuel in Bethlehem missus, sciẽs esse in filijs Isai quẽ vngeret in Regẽ, 1. Regũ cap. 16. sed facie nõ cognoscẽs quis esset è filijs vngendus: ita & Ioannes ad Iordanem omnes ad se venientes baptizans, sciebat Messiã quidẽ venisse, & inter Israelitas versari, sed in persona qs Christus esset nesciebat: tãta enim humilitate tectus erat Christus, vt à Ioãne nõ cognosceret. Atq; vt Samuel ex occursu, facie ipsum Dauide agnouit, erat eñ rufus & pulcher aspectu, decoráq; facie, certior factus est illũ esse Dauidẽ, quẽ vncturus venerat, dicẽte Dño, Surge, & vnge eũ, ipse est eñ, &c. Sic & Ioãnes Christũ veniẽtẽ ad se, & nescio quos diuinitatis radiolos, oculis, gestu, deniq; toto corporis habitu præmonstrantem agnouit, reuelatore simul & doctore Spiritu: Hic est qui baptizat in Spiritu, dixit, Ecce agnus Dei, &c. Et ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me.

Miracula quæ vulgo de pueritia Christi circunferũtur apocrypha.

SED QVI misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quẽ videris Spiritũ descẽdentẽ, & manentẽ super eũ.] Videamus Ioannis humilitatem: nõ ingerit se huic officio: Nõ mea authoritate, ait, sed diuina huc prodeo. nam misit me Deus. Ioannes ne suspectum faceret testimonium de Christo ob cognationem mutuam, ait, Ego nesciebam illum: testimonium refert ad Deum & ad Patrem

Patrẽ, Pater (ait) reuelauit mihi hũc in baptismate. Matt. 3. Hic est Filius meus, &c. Misit me baptizare in aqua, id est, præparare Christo viã, & certo signo mortificare homines, ad viuificatorẽ Christum benigno & pio animo excipiendum. Differt Ioannes à Moyse, quia Christũ reuelauit, qui adhuc in Moyse abscõditus erat. Baptismus Ioannis fiebat pura aqua, quæ erat index pœnitentiæ: at non conferebat gratiam & iustificationem: quia non erat Dei, sed hominis baptismus: qui repeti & reiterari poterat. Hic Ioannis baptismus, item prædicatio, & doctrina, mortificabat propter legem, & parabat conscientiam ad futuram viuificationem conferendam per Christum, qui in Spiritu baptizat, hoc est, viuificat. Hortabatur enim vt crederent in eum, qui post ipsum venturus erat.

Baptistæ fidele testimonium. Testimonium cognatione suspectum.

Baptismus Ioannis qualis fuit.

[HIC est qui baptizat in Spiritu Sancto.] Hæc certa est demonstratio, quemadmodum & illà quæ à Matth. cap. 3. expressa est, Hic est Filius meus, &c. & cap. 17. Hũc audite. Baptismus Ioannis ablutio solùm erat externa: at baptismus IESV Christi ablutio est interna, hoc est, remissio peccatorũ. Ipse Spiritus Christi attingit ipsum spiritum, qui est anima, per lauacrum regenerationis, & renouationis: quia baptismus à Christo institutus, vim & energiam mortis & resurrectionis Christi habet. Nõ est pura aqua, sed viuificatio & regeneratio. Vt sicut Christus mortuus & sepultus reliquit omnes infirmitates ab Adamo assumptas, & resurrexit gloriosus: ita & qui baptizatur, quum mergitur, significatur mori & sepeliri cum CHRISTO, ita vt sit peccato & veteri homini mortuus: & ab aqua erectus, cum Christo resurgit gloriosus, quia renouatus & regeneratus per hoc regenerationis lauacrum. Non abs re à Christo dictum est, Ego si exaltatus fuero, traham omnia mecum: qui re vera omnes electos vt secum morerentur, moriens in virtute traxit, simul & resurgens resurgentes reddidit & cõuiuificauit. Electos quidem non modò præsentes, sed & præteritos & futuros virtute tantæ suæ litationis ad se traxit: ipse enim omnia in omnibus, & omnes in illo, & extra hunc nullus. Huc pertinet quod scribit Paulus Roma. cap. 6. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mor

Baptismus Christi vim resurrectionis habet.

Obserua hæc de virtute baptismi.

Christus in cruce omnes ad se traxit electos.

o tem:

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriã Patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Si enim cõplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus: hoc sciẽtes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltra nõ seruiam' peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiã viuemus cũ Christo. Sequitur, Ita & vos existimate vos quidẽ mortuos esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu. Quare quotquot fuerunt, sunt, & erunt viuificati, in solo Christo viuificantur, & sunt Christi: quia autẽ sunt Christi, sunt & ipsius Spiritus Sãcti, qui est Spiritus Christi, & habitat in viuificatis. Vt docet Paulus Rom. cap. 8. Vos autẽ in carne non estis, sed in spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autẽ Spiritum Christi nõ habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidẽ mortuum est propter peccatũ, spiritus verò viuit propter iustificationẽ. Quòd si spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.

[ET EGO vidi, & testimoniũ perhibui.] Baptista ait se vidisse tantũ mysteriũ, quod certè sit expertus, & manifesto miraculo confirmatus: vnde testimoniũ perhibet.

[QVIA hic est Filius Dei.] Peruenusta ætiologia explicat qualitatem testimonij de Christo à Ioanne exhibiti, Quòd Christus est Filius Dei. Articulus HIC emphasim habet, cum asserta certitudine, vt ille solus esse ostendatur, qui Filius Dei est, qui legis Mosaicę figuris adumbratur, qui Prophetarum scriptis prædicatur, qui solus

Baptista declarat qs sit Christus.

baptizat, quia verus & naturalis Filius: adoptati autem filij, sunt ministri. Totum Ioannis testimonium vrget, & eò tendit vt probet Christum esse filium Dei, æternum ac verum Deum, contra Ebionitas, & reliquos hæreticos. Quod testimonium totum Euangelij negotium comprehendit: nam ostẽdit in quo solo est nostra salus, in filio scilicet, in quo, & per quem solum Filij sumus. Vt enim omnis in cœlo, & in terra paternitas ex Patre est, quoniam ipse propriè, primùm, & verè solus Pater est,

Antidotũ aduersus Cerinthianos & Ebionitas.

Paternitas siue in cœlo siue in terra est à Patre Deo.

sic

sic & omnis Filiatio ex Filio est, quoniam ipse propriè, primùm ac verè solus Filius est, ex substantia Patris, nõ per aliquam decisionem, aut passionem, sed vt ex vno vnus æqualis, & cõsubstantialis Patri. Et quũ solus sit hic Filius naturalis, & nullus alius, necessarium est, si filij Dei esse volumus, & habere Patrem desyderamus, vt in hoc Filio simus, in quo existentes, filij erimus, non naturales, sed adoptiui, h. e. est, pro filijs nos habebit Pater, quem in Filio propitio nobis placatum dicemus, & confitebimur. Erimus autem filij Dei, si huic vero Filio fide viua adhæserimus, qua veterem exuemus hominem, & nouum induemus. Scopus aduentus IESV Christi ad nos, est, vt in eo simus, & in ipso filij efficiamur Patris, quem sua latione nobis placauit. 1. Ioãnis cap. 5. Scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius.

Filiatio, quæ dicimur & sumus Filij Dei, est à Filio.

Adoptiui filij, qui in Christo sunt.

Christi aduentus scopus.

[ALTERA die stabat Ioannes.] Constantiam cum perseuerantia Ioannis manifestat: nam nihil Pharisæorum minas moratus, quo magis eluceat eximia Saluatoris cognitio discipulis, & auditoribus, redit eosdem docturus eadem, quæ de Saluatore semel atque iterum dixit.

[ET EX discipulis eius duo.] Signanter discipulos adesse dicit, insinuans affectum, quem erga baptistam præceptorẽ gerebant. Vnde difficile erat eos à præceptore suo, quẽ veluti Messiam propter vitæ austerioris sanctitatẽ putabant, ad Christũ traduci. Est optimi præceptoris, quod adhuc non rectè intellexerunt auditores, diligẽter repetere vt mala omnis persuasio frequẽti exhortatione expulsa, pura & syncera doctrina locũ habeat, & repetita persuadeatur. Quod diligenter Paulus exercuit, vt indicat locus ille ad Philip. 3. Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.

Repetitæ doctrinæ vtilitas.

[ET respiciens Iesum ambulantem dicit.] Respicit & intuetur IESVM, admirans gratiam & potentiam eius: quasi diceret discipulis, Quid est quòd me tanquam veram lucem, verum redemptorem & iustificatorem suspicitis, & vsqueadeo iuxta externam speciem mihi adhæretis? Ego non sum agnus ille tollens peccatum mundi. Christum respicit ambulantem veluti semper in maius

Universidad de Deusto
Biblioteca

progressurum, & vndique cælestis doctrinæ discipulos colligentem.

[ECCE agnus Dei.] Quòd Ioannes tum miraculorũ inspiratore Spiritu, certo scit & animo volutat, non potest non ore, in aliorum salutem eloqui: qui recessurus à suis discipulis, more optimi Domini & præceptoris, eos meliori & ditiori præceptori elocat. Certè videtur mihi Baptista pronubus esse. Est pronubus, vt author est Donatus, qui nubentem in domum mariti deducit ac comitatur. Tacet Christus, vt sponsus: Ioannes pronubus omnia loquitur, Ecce Filius Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Hæc pronuntians, humanam naturam spõso adducit, & Dominus sicut sponsus ad multitudinem venit. In nuptijs celebrandis non sponsa ad sponsum, sed sponsus ad sponsam abit, etiam si Regis filius sit. Ideo & Dominus naturam nostram desponsaturus, descendit ad eã in terram quæsiturus sponsam, quam sua gratia inuenit, & multis ditauit ornamentis: quam factis nuptijs assumptus tulit in domum Patris sui. Itaq; pronubus Ioannes intuitus in IESVM indicat sponsum, Ecce agnus Dei, scilicet, qui instar agni, placidus & mansuetus, placidè & mansuetè recipit peccatores, consolatione & viuificatione egentes: hunc sequimini salutis authorem: huic enim soli vos doctrina & baptismo meo paraui. Quare quum lex ad summam lineam peruenerit, non est longius progressura, sed mox cessura, & quũ iam præsens sit CHRISTVS, æquum est, vt ablegata lege, & me relicto, hunc solum sequamini.

Pronubus.

Similitudo sumpta à nubentibus.

[ET AVDIERVNT eum duo discipuli loquentẽ, & sequuti sunt Iesum.] Non est verbum Dei otiosum, fructum affert copiosissimũ, quẽ à doctrina Baptistæ quàm citissime sequutum videmus. Tẽpus aderat vt Christus Ioanne præcursore & prædicante, Ecce agnus Dei, agnoscereretur. Vnde incrementũ huic Ioannis præconio Deus in cordibus illorum duorũ discipulorum dedit, vt audito Ioanne testificante quia hic est agnus Dei, hic est Filius Dei, ilico IESVM sequerentur. SEQVI vere IESVM, est effectus viuę fidei, qua quis apprehẽdit & sentit Iesum agnum Dei, viuificatorem & Saluatorẽ. Mira est vis & potentia verbi & viuæ fidei, quæ statim fecit vt discipuli nihil

Verbum Dei non est otiosum.

Iesum sequi.

nihil respondarent suo magistro, sed fidẽ habentes illius sermoni, relicto Ioanne præceptore, sequuti sunt IESVM Euangelicæ salutis authorem. Taciti sequebantur, flagrantes amore sublimioris doctrinæ, cuius spẽ ex præceptoris testimonio conceperant: sed quia cum Christo nulla interfuerat familiaritas, nõ audebant eum interpellare. Non tamen sic illum sequebantur, quasi iam illi inhærerent non recessurũ. Nam apertissimum est quãdo illi inhæserunt, nimirum quum de naui eos vocauit. Alter horum erat Andreas frater Petri.

[CONVERSVS autem Iesus, & videns eos sequentes se.] En veræ philanthropiæ siue humanitatis & benignitatis exemplum, quo Christus se talem declarat & exhibet, qualem præcursor testatus erat: nempe esse agnum Dei placidũ & mansuetũ, Saluatorem pro peccatoribus. CONVERSVS est Iesus. En gratiam præuenientẽ, & humanitatẽ Christi: qui intelligens quo animo sequerẽtur, vt manifestaret quàm obuiusesset ijs qui syncero animo Euangeliũ sitiũt, nõ expectata interpellatione, versus est ad illos, & conspicatus est, & cõpellauit. Hæc conuersio re ipsa confirmat quod Psal. 33. canimus, Quæsiui Dominum, & exaudiuit me?

Gratia præueniens.

[DICIT eis: Quid queritis.] Timiduli & subuerecũdi sequebantur, sed illorũ subleuat verecundiã, prẽueniẽs illos sua gratia, quod magnę humanitatis signũ est. Interrogat Christus nõ ignorãs quid peterẽt, qui nouit vniuersa: sed vt illis animũ addat, eosq; cũ fiducia petere doceat, & sibi cõciliet, atq; familiares reddat & audẽtiores, illos cõpellat dicẽs, Quid quæritis? ac si diceret, Quid voltis vt faciã vobis? qd à me petitis? huius vestrę peregrinationis & progressus, quo me sequimini, qs scopus? quę causa?

[QVI dixerunt ei.] Apertum & magnum argumentum est recta eos mente sequutos esse Iesum, quod nullo hortatu (suspicionem enim fuisset) sed solo auditu, sibi persuasissent Iesum esse qui in Spiritu Sancto esset baptizaturus: vnde ipso statim nomine profitentur se discendi desyderio teneri, dicentes,

[RABBI.] Argumento à dignitate personæ petito, captant beneuolentiam, vt se quales esse volunt apud Christum, insinuent, nempe discipulos. Auidi ergo iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantæ doctrinæ, paratique se illi in discipulos tradere.

Rabbi. Rabbi, id est, præceptore illũ vocant. Humiliatio est vocare Christũ Rabbi, & se discipulum agnoscere. Omnes nos discipulos esse addecet, Quia vnus est magister vester (dicebat ille, Matth. 23) Christus. Sola Christiana philosophia est, quæ supercilium nescit.

Christiana doctrina ignara supercilij.

[QVOD dicitur interpretatũ, Magister.] Lectori vt linguæ Hebrææ imperito, interpretationem dictionis Rabbi Euangelista inseruit: quod re vera signum est ardentis charitatis in Ioanne: quem si imitati fuerimus, omnia dona nostra ad charitatẽ dirigemus. Quòd primo verbo Christũ vocarint Rabbi, coniectura aperta est, vt vitæ doctorem Christum habuerunt. Talem sanè eum expectabat Samaritis illa, dicens infrà cap. 4. Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus: quum ergo venerit ille, annuntiabit nobis omnia.

[VBI habitas?] Discipulorum discẽdi desyderium, & feruorem erga Christum ostendit hæc interrogatio. Deũ enim sic percontantur, Vbi habitas? declarãt se velle sequi eum, modò sciant vbi habiter, & se familiarius secretiora quedã velle discere, quæ fortasis in publico dicturus nõ esset: in quiete enim cõmodius & familiarius aliquid dicitur & auditur. Obserua veræ pœnitẽtiæ discipulos, qui vbi primùm cognouerũt Christũ, nihil amplius morati sunt Ioãnis Baptistæ habitationẽ: quasi dicãt, Te magistrũ quærimus: hactenus cũ Ioãne nostra fuit cõuersatio: te sequi & tecũ habitare parati sumus, modò sciuerimus vbi habitas, tibique non fuerit molestũ, vt doctrina tua, imò te ipso iustificante, & illuminante fruamur.

Pœnitẽtiæ discipuli.

[DICIT eis, Venite & videte.] O mirabilẽ, ô suauissimam IESV Christi philanthropiam siue benignitatẽ, humanitatẽ & facilitatẽ, non solùm erga hos duos discipulos, sed etiã erga totũ genus humanũ? Prius interrogauit quid velint, nũc vltrò inuitat eos ad diuersoriũ suũ. Certè quicquid habet totũ Euãgeliũ, his duob⁹ verbis, Venite, Videte, expressũ est. Delectatus Christus illorũ pio discẽdi desyderio, nõ se morosum præstitit, nõ excusat instãtẽ noctem, nõ iubet eos redire postridie: sed comiter blandéq; ad domesticũ colloquiũ inuitat eos, Venite, inquiẽs, & videte. Christus non adiecit signum domus, sed solùm

Euangelij summa, Venite & Videte.

ait,

ait, Venite & videte: vt intelligamus non sufficere quòd didicerimus vbi domus Christi, id est, Ecclesia fundata sit, sed discere oportet vt per fidem viuam in eam veniamus. Hæc fides ex auditu est: auditus autem per Verbum. Qui igitur quærit vbi Christus maneat, vbi Deus habitet, is audiat Verbum ac sequatur, tunc vere Christũ inuenier. Est enim Verbum veluti columna nubis, quæ præcessit filios Israel in deserto. & 2. Petri capit. 1. Habemus firmiorem Propheticum sermonem, cui benefacitis attẽdentes, quasi lucernæ lucenti in loco caliginoso, donec dies illucescat. Et Psal. 118. Lucerna pedibus meis, Verbũ tuum. Christus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: omnes inuitat dicens, Venite & videte. Omnes quotquot ad se fide viua venerint excipit, nullum abijcit, quin potius omnes ad se vocat, dicens, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. tantum abest vt quempiam venientem, quantumuis grani peccatorum mole obrutum, repellat. Fortasis⁹ respõsabit aliquis. Hic locus videtur explicare Christũ habuisse domũ: quũ tamẽ Luc. cap. 3. dicatur, Quòd Filius hominis non habeat vbi caput reclinet. Respõdeo: Nihil pugnãtiæ est in his locis: mã quũ dicit ꝙ Filius hominis nõ habet vbi caput reclinet, nõ eò dicit ꝙ nullũ oino habeat diuersoriũ, sed ꝙ nõ habeat propriũ.

Verbum columna nubis.

Christus dicet sortiũ propriũ non habuit.

[VENERVNT & viderunt vbi maneret: & apud eũ manserunt die illo.] En genius viuæ fidei, quæ mox seipsam exerit, & in opera prorumpit: quod in obedientiæ exẽplo horũ discipulorũ apertissimũ est, qui læti tã optato respõso, venerunt, & non solùm viderunt vbi IESVS habitaret, sed eo die commorati sunt apud illum, atque adeo sermone & familiari colloquio inflammati sunt, vt non solùm sibi de tãto beneficio gratularentur, sed etiã ad hoc tam suaue verbum alios inuitarent.

[HORA autem erat quasi decima.] Circunstãtia tẽporis & horæ nominatim expressa, non solum ad certitudinem historiæ facit, sed etiam ad auiditatẽ & ardorem Apostolorum explicandum: qui quum aduesperascceret, tamen vehementer desyderant cum Christo, quem ardenter spirant, seorsim & familiariter colloqui: vt nulla mora, ne nocte quidẽ prohibiti, Christũ sequuti sint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad hunc modum conscientia fide viua ornata & munita, nullis terriculamentis mouetur, nullo seruili metu aueritur, nullum periculum, nullos ignes, nullos gladios, nullam crucem formidat, modò ad Christum conscientiæ consolatorem penetret. Indicat & hæc hora miram IESV Christi humanitatem, qui nõ iusserit eos postridie ad se redire, excusans ꝙ nox instaret: HORA est quasi decima, id est, Sub vesperum. Nam Iudæi duodecim horarum interuallo diem absoluebant: vnde ipsis ab exortu Solis horas numerantibus sexta meridies est, decima vergens ad vesperam. Meminit Euangelista horæ decimæ, vt nos moneret (ait Cyrillus) quia non incipientibus seculis, sed post eorum magnum progressum, Saluatoris nostri mysterium reuelatum est. In nouissimis enim diebus (vt scriptum est Ieremiæ capit. 31.) docibiles Dei omnes effecti sumus. Nulla ergo hora, nullum tempus, nullus locus non opportunus est discendis his quæ spectant ad æternam salutem, ad quam vel quouis momento Spiritus ille Christi nos inuitat.

Dies Iudæorum.

[ERAT AVTEM Andreas.] Narrationis & historiæ certificandæ gratia, nomen alterius discipuli, vt personæ magis perspicuæ addit. Quòd alterum taceat, id putant ex modesta tapinosi, siue humiliatione ipsius Ioannis Euangelistæ factum, qua noluit adijcere nomen suũ. Sicut & in plerisque alijs sui Euangelij locis, de seipso mentionem faciens, tacet nomen suum.

[FRATER SIMONIS Petri.] A cognatione Andream commendat: frater erat Petri, cui IESVS ob excellentem fidei ardorem postea pollicitus est claues regni cælorum, & eidem ter amorem professo commisit oues suas pascendas.

Andreæ commendatio.

[VNVS EX duobus, qui audierant à Ioanne.] Insinuat quàm fuerint ipsi Baptistæ morigeri & obedientes discipuli, quorum animi ad philosophiam Christianam capessendam adeò attenti erant, vt mox eandem magno studio læti docuerint.

[ET SECVTI fuerunt eum.] Explicat illorum ardorem, & desyderiũ ad vitæ puritatẽ cognoscendã: quũ nulli parcerẽt labori, quin potius omnem mouerint lapidẽ sequendi audiẽdiq; gratia Ioannẽ Dñi præcursorẽ.

INVE

[INVENIT hic primùm fratrem suum Simonem.] Hic locus viuæ fidei & religionis Christianæ energiã aperit, cuius genius longe alius est ab ingenio mundano: si quem egregium & abundantem thesaurum nacta est, nõ celat, alijs inuidẽs. Quamprimũ per fidem in Christũ renati sumus, mox gestit animus sese alteri effundere, & declarare quantum bonũ & excellens margaritum inuenerit. Hoc habet ipsa charitas, otiosa esse nõ potest, seipsam exerit in vtilitatem & habentis se & proximi. Verè huc pertinet locus Pauli Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Nam postquam Andreas credidit in Christum, laborauit confessione suæ fidei alios ad Christum adducere. Qui verè Christũ induit, cõfitetur Christũ vel ore, etiã si mille mortes ob oculos positæ fuerint, vel charitate in ꝓximũ, cui impartitã gratiã cõmunicat, gestiẽs suũ bonũ alijs esse cõmune. Andreas inuenit fratrem, certe Dño sic disponẽte.

Christianæ religionis libertas.

Charitas non otiosa.

Christus & animo & ore confitendus.

[ET DICIT ei, Inuenimus Messiam.] En viuæ fidei naturã, quæ seipsam exerit, non potest gratiã reuelatam tacere. Credidit Andreas, propter quod loquitur & studet lucrari fratrẽ, dicens, Inuenimus Messiã. His verbis prædicatio Euãgelij significatur, quæ docet esse Messiã. Verbũ INVENIMVS, videtur cũ emphasi dictum: indicat enim desyderiũ Petri expectãtis & flagrantis videre illud promissum, vt ita hæc Andreæ fratris renuntiatio cũ mutuo gestiente animo facta videatur, ac si dixisset, Gaude frater, quẽ vterque tam anxie expectamus à Prophetis promissum, & tot iam seculis expectatũ, inuenimus. Is prior nos inuenit, & rogauit quid quæreremus, vt inuenti illum inueniremus. Inuenire enim verbũ est gratiæ & liberalitatis diuinæ donantis, vt ad Deum accedamus & inueniamus, hoc est, fide viua induamus.

Messiam inuenisse.

Inuenire.

[QVOD EST interpretatum Christus.] Charitatis est seruor in Ioãne, ꝙ dictiõis Hebraicæ interpretationẽ addiderit, volẽs linguæ Hebraicæ imperito consulere, & eundẽ vocis significãtiã & proprietatẽ docere. Quod Hebræis est Messias, hoc Græcis est χριστὸς, & Latinis Vnctus. Hoc nomine dictus vocatúsq; est IESVS, ꝙ sit à Deo cõstitutus Rex sacerdos, vt docet Pauli ad Hebræos epistola. Inungebãtur enim & vnctione cõsecrabantur in lege

Messias Christus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reges & sacerdotes Christi.

Reges,& Sacerdotes,& ita ad officia sua initiabãtur,qui Christum adumbrabãt.Solus autẽ CHRISTVS IESVS vnctus est à Deo,Psal.44. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.Item Esaiæ cap. 61.Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit me, ad annuntiãdum mansuetis misit me,&c. Quid enim oleũ lætitiæ quàm Spiritus Sanctus, qui vt diuinitatis,ita & sempiterni gaudij compotes facit? Et hac causa meritò

Christus per antonomasiã.

Vnctus sine adiectione aliqua per antonomasiam vocatus est,nostras spontaneas mentes suo spiritu vngens & leniens ad salutem sempiternam. Soli data est potestas omnis in cælo & in terra:solus est ille Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech:qui sui corporis hostia & litatione,generi humano Deum Patrem reconciliauit, & nos in filios adoptauit. Quare hac voce MESSIAS,Andreas expressit officia Christi præcipua,quæ

Christi officia.

sunt instar Sacerdotis intercedere & interpellare pro nobis:item pro nobis veram hostiã ad æternam iustitiam offerre:item instar regis nos regere atque defendere.

[ET ADDVXIT eum ad Iesum.] Verisimile est Andream multa persuasioni Christianæ accõmodata narrasse,quæ breuitatis gratia tacuit Euãgelista: vnde tam optabili nuntio Simon lætus,nõ simpliciter fortasse recepit sermonẽ Andreæ,aut nõ cõtentus audiuisse,voluit videre & audire IESVM. Nam non satis est ad conuersionẽ audire prædicationẽ Euangelij,nisi & adducamur ad Christum, vt ipse loquatur nobis, & vocet nos: qua vocatione sentiamus illum nobis propitium. Andreas iam Domini IESV philanthropiam & benignitatẽ expertus,mox adducit Simonem fratrẽ ad IESVM. Quòd autem frater fratrem attraxerit ad IESVM,felix fuit nascentis Ecclesiæ auspicium,quæ fraterna charitate & mutua concordia constat. Prima Andreę prędicatio ostẽdit

Andreæ prima prædicatio.

quàm sibi profuerit,& alijs vtilis & necessaria fuerit:talentum enim sibi creditum,Domino reddit multiplicatum. Obserua quàm breui tempore fide & Dei verbo Simonis animus tactus,se benevolum & docilem præstiterit,qui quòd venerit visurus quem frater commendauerat,alioqui non crediturus, non leuis,sed constantis & studiosæ mentis argumentum dedit.

INTVIT

[INTVITVS autem eum Iesus.] Qui omnia nouit, nõ solum faciẽ Simonis (in qua legebatur & relucebat purioris animi præparatio) sed animũ potius simplicitate colũbina ornatũ,est intuitus. Et antequã de eo interroget, tã ipsum quã Patrẽ eius,nomine eius appellat, insinuans discipulo se esse cui omnia nuda & aperta sunt, hoc est,vt cognoscat & credat Deũ,quẽ certò scit & videt esse hominẽ:sitq; sibi hac prima lectione persuasum,quis ad quẽ per Andreã fratrẽ adductus est, Deus & homo est.Obserua hanc intuitionẽ esse gratiã prẽuenientẽ,& specialẽ vocationẽ,quã Simõ sensit in se:agnosce & hoc intuitu philanthropiam,hoc est, humanitatẽ, benignitatem,& comitatem Christi erga homines,quòd videas Christum ad se venientes non terrere,sed comiter,amice,& cum miseratione quadam intueri,& excipere.

Intuitus Christi.

[DIXIT.] DIXIT, prophetando de ijs,quæ conferenda venirent Simoni. Verbo Christus vocat. Vocandi erant ministri IESV Christi,quòd iam cœpisset regnum ipsius:ob id Dixit,id est,vocare cœpit Simonẽ Tu es,&c.

Vocatio Petri.

[TV ES Simon,filius Iona.] Primo congressu ex nomine patris iuxta mysticam significationẽ futuras aliquot Simonis diuitias prædicit,simul declarans animi eiusdem simplicitatem:nam IONA, colũbam sonat aut gratiam: SIMON, auditorem vel obedientem significat. Crediderim hoc à Domino emphaticè dictum:quasi dicat IESVS, Tu es ille Simon filius Iona,tuo simul & paterno nomini respondens,tu te obedientem præstitisti, vt verè sis filius Iona,hoc est,simplicitatis,hoc est,sis Spiritu Dei donis donatus,qui columbina specie designatur. Verè enim tibi aspirauit fauor Dei, & audiuit tuas preces,vnde & audire te fecit vocem fratris tui te ad me vocantis & adducentis.Gratulare tibi qui ad me veneris, faciã te Petrũ.Obserua vbi Græcus textus habet ὁ τοῦ Ἰωάννου,id est,filius Iona,ibi Nõnus legit ὁ τοῦ Ἰωνᾶ,id est,filius Ioannis:cui conuenit illud quod scribitur infra capi. 21. Simon Ioannis diligis me plus his? putauerim hunc Ionam binomium fuisse.

Iona. Simon.

[TV VOCABERIS Cephas,quod interpretatur Petrus.] Mos erat antiquis receptissimus,vt nomina à rebus ipsis imponerẽtur:quod & Dũm fecisse legimus,qui

Nomina rebus consona.

Nomen naturã rei designet.

Abram

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abram Abraham, & Sarai Saram, Iacob Israël vocauit. Multis à natiuitate nomina imposuit, vt Isaac, Samson, & Ioanni Baptistæ: quod temerè non est factum, sed vt ea appellatio imponatur (ait Chrysostomus) quæ sit diuini beneficij perpetuum monumentum, & memoria per prædicta nomina auditorum animis imprimatur. Vt ergo ostendat Dominus se esse qui olim nomina indiderit, & sicut nunc, ita & tunc nomina aut mutauerit, aut auxerit, non dixit, Nunc vocaris Petrus: hoc enim nomen maioris erat & potestatis & authoritatis. Nolebat ab initio authoritatem eius indicare, eò quòd nondum firmam in illum fidem haberet, sicut nec alij. Sed ait, Vocaberis, quasi diceret, Vbi fides tua robur & vires collegerit, vt aduersus omnes insidias, & Satanæ tentationes infracta & incõcussa manere possit, vocaberis Cephas, quod Græcis est πετρὸς Petrus, & Latinis Saxum. Nomen postea (Marci cap. 3.) imposuit, dicente Euangelista, Et imposuit Simoni nomen Petrus, &c. Huius nominis additamentum nonnihil mysterij adumbrat: Dominus enim hoc nomine & cognomine Petri, omnes credentes docet, vt rationem fidei viuæ discant. Principio vocatur Simon, id est, auditor: Fides enim ex auditu est: deinde additur cognomen Petrus, id est, Solidus & firmus: vt hoc nomine intelligant credentes, se nunquam firmiores constare, quàm fide in petra, quæ est Iesus Christus. Obseruemus, rogo, Petrum piorum spectaculum esse, qui si aliquando lapsi sint, resipuerunt postea: si afflicti, abiecti, & varijs mundi procellis agitari fuerint, videãt & contemplentur Petrũ vt tractatus fuit, licet hoc cognominis à Deo accepisset. Nunc blandis verbis à Christo compellatur, nunc asperioribus increpatur, aliquando Satan vocatur, nunc confidens Christo adhæret, nũc ab eo recedit, nunc flet, & iterum resipiscit: nunc etiam post acceptum Spiritum Sanctum à Paulo Galat. 2. reprehenditur. Ita si hæc pijs aliquando contigerint, non animos despondeant, sed ad petram accedentes, Petri nomen induant, id est, solidi in fide fiant.

Petrus.

Nomen Petri mutatũ, fidei augmentũ designat.

Infirmorũ cõsolatio ab exẽplo Petri.

[IN crastinum voluit exire in Galilæã.] Postero die quo Petrus adductus est ad Christum, voluit Iesus exire, subaudi à Iudæa, in qua fere annum moratus erat, à tempore scilicet quo baptizatus est: & redire in Galilæam, qua non alia Iudææ regio tum erat contemptior: nemo enim magni nominis ex ea ortus agnoscebatur. Sed diuino consilio ita visum est vt circa eam exoriretur primùm Euangelica lux (quod non tacuerat Esaiæ vaticinium) & ab humilibus, indoctis & rusticis viris è cõtempta & obscura patria oriundis, suam auspicaretur Ecclesiam. Voluit, verbum, est gratiæ, non meriti nostri. Voluit, quia ita illi visum est.

[ET inuenit Philippum.] Domino ita disponente, Philippus factus est Christo obuius: & à Dño quos sibi asciscere vellétque Ecclesię primores, quærẽte, inuẽtus est Philippus. At inuentus Christi intuitu & præsentia, iam propenso præparatóque animo ad sequendum Christum ornatur. Inuenire, quęrentis est verbum.

Philippi Vocatio.

[ET dixit ei Iesus, Sequere me.] Vocali & audibili verbo Christus Philippũ vocat, Sequere me: vox Domini vim quandã & virtutẽ habet, nõ solũ tangẽdi ipsam animam (ad Hebrę. 4. Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingẽs vsque ad diuisionẽ animę & spiritus, &c.) sed etiam dignos intrinsecus inflammandi ad Dei amorem: dicente Cleopha, Lucę 24. Nonne cor nostrum ardẽs erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?

Vocis diuinæ virtus.

Sermo Dei efficax.

SEQVERE me, hoc est amplexare Euãgeliũ. Philippus quamprimũ credidit, & nihil cunctatus ilico sequutus est Iesum, de quo iam multa & testimonio Ioannis, & populi rumore cognouerat. Obserua hoc loco efficacem loquẽris sermonẽ, & promptum fuisse audientis animũ, simul & finẽ vocationis nostræ esse, amplecti Euãgeliũ.

[ERAT autem Ppilippus à Bethsaida, ciuitate Andreę & Petri.] Pergit Euangelista ad narrationis & historię certitudinem. In primis vrbem eorũ qui iã Christum comitari cœperant, addit: deinde vt ostendat occasionem aliquã præsentiæ Philippi, quia municeps erat Andreę & Petri. Hieronymus in locis Hebraicis ostendit Bethsaidam esse ciuitatem Galilęę, vicinam stagno Genezareth. Hoc municipium & patriæ consortium aliquid mysterij habet: Euangelicam certe præsagiebat concordiam: & omnium Gentium diuersitates, in vnam

Bethsaida.

Eccles

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesiam, velut in vnam ciuitatem coituras indicat: & hoc vrbis nomen quales officio & munere futuri erant, hi municipes Andreas, Petrus & Philippus. BETHSAIDA enim, interpretatur domus venatorũ: hi certè egregij fuêre venatores, qui à Domino audierunt, Matth. 4. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Obserua quàm citò hic Philippus venaturus cucurrerit: inuenit Philippus Nathanael. Præter hęc autim dicere cum Chrysostomo, credibile esse Philippum & qui cum Petro erant, viso & audito Ioannis de Christo testimonio, eum sequutos, & Christi sermonem non parum in illis operatum.

[INVENIT Philippus Nathanael.] Pauciſsimis perſtringit Euangeliſta Philippi vocationem, apud quẽ certè nihil deliberationis cum carne & sanguine fuisse videtur: Christo vocanti ilico credidit, & sequutus est eum, lætúsque magisterio IESV non potuit non multiplicare talentum sibi à Domino concessum. Quærit quẽ ad CHRISTVM adducat, inuenit Nathanaelem (Inuenire enim, verbum est quærentis.) Vides quàm sese exerat vis fidei viuæ, quæ otiosa esse nequit, sed erumpit per confessionem in propriã aliorum salutẽ: vt & alijs non inuideat, sed adducat ad CHRISTVM, & inuentũ bonum communicet. Nathanael, Latinis est A Deo datus. Obserua veræ charitatis exemplum in Philippo, nõ æmulatur, non ambit, non quærit quæ sua sunt, sed omnia in vtilitatem proximi profundit, non potest tacere verbum auditum, propter quod loquitur etiam Dei mysteria paruulis & abiectis Galileis reuelata.

Nathanael. Charitatis parens.

[ET DICIT ei, Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetę, inuenimus Iesum.] Mirabilis in Philippo charitatis feruor: totus verbo Christi & viuę fidei ardore æstuat. Neque enim Nathanaelem salutat, neque verborum apparatu, seu aliquo præludio ad tam arduum mysterium Nathanaeli insinuandum vtitur: sed statim ab exordio legis & Prophetarum testimonium adducit: veluti quem nouisset incredibili desyderio teneri Messię venturi. Vnde verisimile est, hunc diligenter versatum fuisse in Prophetarum oraculis, quibus obseruaret, vnde & quando venturus esset Messias. Et ob id illum tanquã leg

legis & omnis Prophetię peritum alloquitur, Dicens se inuenisse Christum illum, qui ab omni Scriptura ventu rus prędicatur, QVEM scripsit Moyses in lege: infra cap. 5. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. Primùm Deutero. 18. Prophetam suscitabo eis (ait Dominus Moysi) de medio fratrũ suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loquetúrque ad eos omnia, quę præcepero illi. Deinde vbi instituit varia sacrificia & cultus diuinos, quæ omnia Christũ adumbrarunt: rursus ait, Prophetas de hoc, quẽ annuntiat, scripsisse: quod testatus est Petrus Act. cap. 10. Huic omnes Prophetę testimonium perhibent, remissionem peccatorũ accipere per nomen eius omnes qui credunt in eũ. Quoties enim cõcionantur Prophetę de relitis saluandis, populum suum ad Christum Dauidi promissum remittunt.

Nathanael legis Mosaicæ peritus. Lex & Prophetæ de Messia.

[IESVM.] Nominatim dicit quem prophetarum oracula futurum Messiam concinebant. Quod nomen rectè illi diuinitus inditum est, quòd benedictus hic filius Dauid missus fuerit, vt sit salus Domini vsque ad terminos terrę. Esaię 49. & per hunc vnum contingat redemptio electis. Iesus, Hebręis sonat Iehosua significãs Saluatorem. Solenne enim est, vt quos Dominus ad singulare aliquod munus deligit, secundum etiam id, nomen indat: ad hunc modum designato Abramo patre multarum gentium, dedit illi Dominus nomen Abraham, quo nomine id expressit, ad quod eum deputabat: auctum nomen multiplicatam gentem significat. Similiter quia præcursor erat Baptista primus declaraturus orbi Euangelium Christi & gratiæ prædicationem auspicaturus, diuinitus datum est illi nomen, vt Ioannes vocaretur, quod Gratiosum significat.

Iesu nomen. Nominis mutandi ratio.

[FILIVM Ioseph à Nazareth.] A stemmate seu genere studet Philippus de eo, quem annuntiat, certiorem facere Nathanaelem: sequutus vulgarem Iudæorum opinionem de Saluatore nostro, ꝙ Nazarænus esset. Dictus est Nazarçnus, quia in Nazareth educatus fuit. Matth. 2. Ioseph admonitus in somnis, secesit in partes Galilææ: & veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictũ est per Prophetas, quoniam

Nazar

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nazarænus. Natiuitas Christi in Bethlehem.

Nazaræus vocabitur. At Christi natiuitas ipsi Bethlehē consecrata erat: iuxta vaticinium Michææ cap. 5. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquā minima es in principibus Iuda. Quia ergo in Nazareth ciuitate Galilææ versatus est Ioseph, creditus pater Christi, ab eo tēpore quo redierat ab Aegypto (in quā cū Virgine & puero IESV ob Herodis tyrānidem fugerat) dicebant Ioseph Nazarænum, & Christi patrē. Itaq; IESVM vocat Philippus & Nazarænum, & filium Ioseph. nō quòd hunc asseuerare velit ex cōiunctione maris & fœminæ natum esse, quē de virgine nasciturum ex Prophetarum oraculis dixerat: sed vt de domo & familia Dauidis (à quo ipsum Ioseph descendisse nouerat) secundum Prophetas, eum venisse doceret. Neque cuiquam offendiculū esse debet, si Philippus dixerit Christū filium Ioseph, quum & ipsa intemerata Virgo mater IESV, quæ virū non nouerat, sequuta vulgi opinionem dixerit Luc. 2. Fili quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego, dolētes quærebamus te.

Ioseph, pater Iesu.

[ET DIXIT ei Nathanael, Potest aliquid boni esse?]

Hæc vbi audiuit Nathanael, tam læto nuntio fauens sibique gratulatur, & gestit eius animus desyderio iam videndi tantum thesaurum. Sed offenditur scrupulo, quem illi tacitè mouebat Propheta, Michææ cap. 5. Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima, &c. quæ palam promittit Christum exoriturum ex Bethlehem. Nec mirum, nam Nathanael sine dubio in Prophetis versatus erat, sciens à quibus & vbi nasciturus erat Christus. Interrogatione est vsus: cui postea Philippus vt satisfaciat, respondet, Veni & vide: quasi diceret, Philippe, rem lætissimam nuntias: sed quòd illius loci Nazareth memineris, vide ne fallaris. Num à Nazareth potest aliquid boni exoriri, cuius non meminerunt Prophetæ: sed ipsius Bethlehem patriæ Dauidis, ex quo nasciturus CHRISTVS? Scio tempus & diem Messiæ instare, imò adesse iuxta nostri patris Iacob vaticinium. Gen. 49. Nō auferetur sceptrū de Iuda, &c. & hebdomadas à Daniele scriptas. Sed quòd Nazareth memineris, facit vt hæreat animus. Nathanael ortum & natiuitatem, non autem educationem & nutritionem Christi contemplatus, hæsitabundus de nomine loci, verecundè loquitur interrogando.

gando. Et non dixit, Nihil boni fert Nazareth: sed à Nazareth potest aliquid boni esse?

Philippi prædicatio.

[DICIT ei Philippus, Veni & vide.] Hunc nodum quum ipse Philippus fortasse rudis adhuc, & tyrunculus nolet disputatione aliqua, aut diuite quapiam oraculorū copia dissoluere, inuitat eum ad fontē ipsum, non dubitans quin viso, & audito Iesu statim sit crediturus. Quasi diceret, Si mihi credere dubitaueris, veni & vide, vt certificeris ab ipso Christo eum esse verum Messiam, de quo testati sunt Prophetæ, & ego tibi loquor. Si videris, si sermonē cū eo cōferas, facillimè mihi assēties. Securus loquitur Philippus de salute inuēta, cuius periculū fecerat, sciens quòd si Nathanael verba Christi gustaret, non esset discessurus, sed audita & inuenta facilè probaturus.

[VIDIT Iesus Nathanael venientem ad se.] Audito tam salutari nuntio, non est cunctatus Nathanael, sed ilico venit magno videndi desyderio quem nuntiauerat Philippus. Syncerum & simplicem veniētis animum intuetur Iesus, aperiens suæ gratiæ oculos, quibus nos omnes, antequam essemus, vidit & prædestinauit. Homo faciem videt, Deus autem cor intuetur.

[ET dicit de eo.] Aperitur gratia IESV Christi, qua ipsum Nathanaelē præuenit, vt priusquam esset per Philippum de illo admonitus, ostendat & exerat suam philanthropiam: & quòd sit ille, de quo sermonē fecerat Philippus, scilicet Iesus filius Ioseph ē Nazareth, id est, qui Filius Ioseph factus est, & in Nazareth nutritus, vt in carne existens, id est, homo factus, nobis in carne existentibus mederetur, & saluos nos faceret.

[ECCE.] Iesus ad suos conuersus, attentos reddit illos, dicens, Ecce, Nathanaelem demonstrans: quasi vellet insinuare paucos tum verè Israelitas fuisse.

Iacob Israel dictus. Nathanael vere dictus verus Israelita.

[VERE Israelita.] Hæc non est Christus testificatus quum Andream & Petrum vocaret. Hūc eorā Deo & homini bus virum iustum, & probum cōmendat, argumento à syncero cognoscendi studio, & simplici credulitate, petito. Ecce qui verè à Iacob Patriarcha Deum videntem, vnde Israel dictus est (Gene. 25.) genus ducit. VERE Israelitam vocat adhærentem indiuulsē, & constanter Deo & promissionibus de CHRISTO MESSIA.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quis verus Israelita.

[IN quo dolus non est.] Iste est animi Nathanaelis candor & synceritas, esse sine dolo: qui vna manu lapidē non gerit, & altera panē ostentat: qui duo corda non habet, alterū quo veritatem videt, & alterū, quo cōcipit mēdacium, habēs labia dolosa: vt est in Psalm. 11. vbi subtexitur à Propheta. Labia dolosa declarāte, IN corde, & corde loquuti sunt mala. Quid est in corde & corde, nisi duplici corde: sed hic simplici & non ficto animo pergit, & Messiā quærit, à Patre tractus, à spiritu Christi ductus, à Christo misericorditer visus. Is à malo per Christū purgatus, in puritate innoxiæ conuersationis eiusdem cū suo parente Iacob vero Israele verus est Israelita, puro & nō laruato animo incedens. Quare nō est, quòd quis miretur, si hūc verè Israelitā esse testificatur Christus, & in quo dolus nō est, quū tam celebre, & solenne sit istud de Nathanaele testimoniū à Christo corā iam accitis discipulis, quod neq; Andreæ, neque Petro, neque Philippo, dictum est. Quare inter Apostolos nō est annumeratus?

Nathanael nō est in apostolatum accitus.

Respōdeo post Augustinum: Certè Nathanael eruditus & peritus Legis erat, propterea noluit illū Dominus inter Apostolos ponere, quia idiotas, & debilia elegit, vt fortia quæque confundat. 1. Corinth. cap. 1. Videte vocationem vestrā fratres, quia non multi sapientes secundū carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ nō sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Si doctus eligeretur, fortasse ideò se diceret electum, quòd doctrina sua meruerit eligi. Sed superborum ceruices volens Christus frangere, per elegantem oratorem nō quæsiuit piscatorem, sed piscatore lucratus est & oratorem, & imperatorem. Magnus Cyprianus orator. sed prius Petrus piscator, per quē postea crederet & orator, & imperator. Ne ergo cuiquam videretur Dominus doctos elegisse, quasi ex ipsa doctrina electio Apostolorum esset, elegit iuxta suum beneplacitum quos voluit: voluit autē rudes, & debiles eligere in Apostolos, vt agnosceremus quanta esset virtus Domini, qui debiles erigit, & potentes ac superbos deprimit, & quod virtus

Apostolos ex illiteratis fecit Christus.

virtus Apostolica neque ab homine, neque ab humana doctrina est, sed à virtute Dei. Indicās Christus Nathanaē his animum, hoc indicio rerum occultarum subindicauit diuinam virtutem suam quòd Deus esset.

[DICIT ei Nathanael, Vnde me nosti?] Videtur constantiæ Nathanaelis tribuendū, quòd statim non acquieuit, sed interrogat non sine admiratione, vnde hoc laudis encomium ad eum peruenisset, nihil adhuc Iesum suspicarus esse quàm hominem. VNDE (inquit) me nosti, qui tibi de facie non sum notus? scisciatur vnde Christus ipsum nouerit. Iste est piorum genius, vt exactam exquisitámque rerum doctrinam desyderent.

[RESPONDIT Iesus, & dixit ei.] Hæc familiaris, & amica Christi cum Nathanaele colloquutio, ostendit, indicátq; quàm Christus sit philanthropus, quàm nos amarit, quam nostræ sit salutis sitibundus: seipsum tacitè Nathanaeli insinuans, omnem eius suspicionem Saluator excutit, & suam detegit deitatem, declarans se non latere quantumuis occultas hominū cogitationes: vnde verè cognosci poterat esse Deus: solius enim Dei est, corda hominum cognoscere.

Deus corda inspectat.

[PRIVSQVAM te Philippus vocaret, quū esses sub ficu, vidi te.] Confirmat Christus se cognoscere Nathanaelem argumento à loci longe distantis circunstantia, & ab opere diuinitatis, petito. Nam sub ficu vidisse Nathanaelem etiā de facie non visum, quòd corpore absens esset, opus est diuinitatis in Christo. Rursus colloquium fuerat Philippi & Nathanaelis, neque quisquam erat arbiter, qui potuisset renuntiare. Hoc responso CHRISTVS erigit Nathanaelis animum ad fidem, vt eum agnosceret Deum, & humilitate personæ non offendere-

Nathanael etiam absens à Christo cognitus.

Fici mysterium.

tur. Non sine mysterio notata est ficus, sub qua oculis misericordiæ suæ vidit electos suos, videlicet quum primus parens mandati transgressor factus, consutis fici foliis (Gene. 3.) succinctoria faceret, quos iam euocare ad se misericorditer disposuerat.

[RESPONDIT EI Nathanael, & ait.] Verbum istud IESV Christi non fuit vanum: nam hoc ipso in Nathanaelis animum tacitè illapsus, & sese in eum plenissimè inspirauit, vt efficacissimè Nathanael sen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

serit diuinitatem eius. Vnde hoc vnico diuinitatis argumento, statim Christo acquieſcit, & in hanc celebrem, & egregiam confeſſionem mox erumpit, dicens,

[RABBI.] Hæc vt audiuit Nathanael (quibus ſibi perſuaſit ſoli Deo eſſe perſpicua cordium ſecreta, & homine maius eſſe quod audiret) abiecto ſcrupulo de natali loco, primo verbo captat beneuolentiam, argumento à dignitate perſonæ petito, qua ſe inſinuat diſcipulum, Ieſum verò magiſtrum.

Fides catholica. Christus Deus & homo.

[TV ES Filius Dei, tu es Rex Iſrael.] Iſta eſt catholica fides, vna & neceſſaria fides, vt confiteamur cum Nathanaele Chriſtum eſſe verum Deum & hominem. His verbis diuinitatem confitetur, TV ES filius Dei. Quaſi diceret, Tu es ille Filius Dei, per quem Pater decreuit liberare populum ſuum. Humanitatem fatetur, dicens, TV es Rex Iſrael: ac ſi diceret, Tu es ille Rex Iſrael Prophetarũ oraculis olim Iſraeli promiſſus. Obſerua: FILIVS Dei Hebræis idem pollet quod Deus, ſicut Filius hominis idem quod Homo: & Geneſ. 6. Filij Dei, pro Dijs poſitum eſt. Conſtat Nathanaelem confeſſum eſſe IESVM maiorem homine, & appellatione auguſtiore ſalutaſſe illum Filium Dei, quod doctus eſſet ex Dauide & alijs, hũc ſolum verè dictum Filium Dei: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Item, Ego ero ei in Patrem, & ipſe erit mihi in Filium. Atq; ex hac flagrantiſſima fide videtur per antitheſim ad nuntium Philippi, Iſum, Filium Dei vocaſſe: quaſi diceret, Nequaquam tu filius Ioſeph ex Nazareth, vt te nominauit Philippus, ſed Dei filius è cælo. Obſerua, Dominus Ieſus peculiariter in Scripturis vnigenitus Filius Dei prædicatur, quòd in eo ſolo expreſſa ſit Patris imago, hoc eſt, plena ſapientia, iuſtitia, atque poteſtas, Deus verus de Deo vero. In verbo REGIS, ſimul confitetur & officia Chriſti, quæ ſunt pios regere, tueri & defendere, vt non putes Chriſtum otioſum eſſe, & nihil nos curare.

Filius Dei, id eſt Deus.

Christus verè filius Dei.

Rex Christus.

[RESPONDIT Ieſus, & dixit ei.] Perſeuerat Chriſtus dona in Nathanaele amplificare, & hac familiari colloquutione ſuam philanthropiam, ſiue ſuam humanitatem erga homines exercere. Qua exre docemur quomodo ſenſim ducimur ad maiorem CHRISTI ſeu Verbi

Cognitio Verbi ſenſim augetur.

Verbi cognitionem.

[QVIA dixi tibi, Vidi te ſub ficu, credis.] Aetiologia eſt, cauſam adducit cur Nathanael crediderit, ſiue certò ac ſine dubitatione ſtatuerit, Ieſum eſſe deũ, & promiſſum Regem Iſraelis. Quaſi diceret, Ex hoc magnificè de me ſentis, & fidem cõcepiſti, quòd ſim Dei filius ille promiſſus, & Rex Iſrael, quia dixi te mihi viſum fuiſſe tum, quum eſſes cum Philippo ſub ficu.

[MAIVS his videbis.] Hoc vno opere vtcunque me tibi, & aſſidentibus declarabo: at poſtea plenius ac multo celebrius me orbi aperiam, & manifeſtabo qui ſim, experieriſque me eſſe verum Deum, verum Dei Filium, & Regem Iſraelis. Nam augebo fidem tuam, ſecundum cuius menſuram ſenties meæ diuinitatis, & regiminis beneficia, creſcetq; tua de me opinio, & ſententia: aut vi debis olim euidentiora ſigna. Reſurrectione enim, aſcenſione, & Spiritus Sancti miſſione manifeſtiſsimè declarabo me Filium Dei, & Regem Iſraelis me eſſe. Obſerua viuam fidem gradus aliquot habere, & aliam alia maiorem, ſecundum quam conferuntur dona. Epheſ. 4. Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti.

Fides ſuos habere gradus.

[ET dicit ei, Amen amen dico vobis.] Confirmatio eſt à iuramẽto petita, qua non ſolum Nathanaelem, ſed & omnes credentes confirmat maiora viſuros, id eſt, perfectè cognituros Chriſtum eſſe vnicam ad Patrem viam. Mox ergo ad Nathanaelem, & ad reliquos (quorum nullus adhuc de ipſo pro dignitate ſentiebat) conuerſus Ieſus, ait, AMEN amen dico vobis. id eſt, illud pro certo habete. Quidam textus habebant, AMODO: atque ita legit Chryſoſtomus, & eius abbreuiator: vt confirmata præſenti manifeſtatione, promittat & futura: excitenturque credentium animi ad expectationem maiorem miraculorum, & ex his ad cognitionem ſublimiorem.

Amen Amen.

[VIDEBITIS cælum apertum.] Videtur ad hunc modum ſuis colloquutus: Nondum pleuè manifeſto, & reuelo meam diuinitatem, ſed poſthac VIDEBITIS cælum apertum: id eſt, poſteaquàm aſcendero ad Patrem meum in cælum, & Spiritum Sanctum miſero, tum manifeſtiſsimè reuelabitur me eſſe Filium Dei, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum apertum factum & patere. Oculus noster spiritalis, est fides: quare VIDERE cælũ apertũ, est certò scire per Christum patere aditum seu viam in cælum. Vnde hoc promissum cõpletũ esse & credimus, & fide experimur. Nam posteaquàm Deus homo cælum penetrauit, & ad dexteram Patris ascendit, etiam nobis in eum credentibus, apertum est cælum, atque supernæ illius & cælestis patriæ aditũ per Christum cognoscimus. Hæc liberalis promissio videtur mihi innuere, ũiscipulis Christi cęlos apertos frequenter apparuisse. Cõstat satis ex tropis Scripturæ, Apertionẽ cælorũ, visionem fuisse aperientis se & corã exhibentis maiestatis diuinę. Sicut & Ezechiel cap. 1. cõmemorat apertos sibi fuisse cælos, quum vidit visiones Dei. Ita & Stephanus Act. 7. ait, Ecce video cælos apertos, & Filiũ hominis stãtem à dextris virtutis Dei. Quid hoc est aliud, quàm apertior aliqua diuinæ maiestatis reuelatio, & manifestior Christi apparitio? Vt enim Cælum creatura est excellẽtissima, in quod qui de diuinis meditantur, intueri solent, quod Stephanum fecisse legimus Act. 7. Intendens in cælum, &c. ita cœpérũt spiritalia per Cælos peculiariter significari, sedésque Dei Cæli dici. Et quæ præter communem naturæ ordinẽ diuinitus donantur, dicuntur cælitus demitti. Quo fit, vt patrem in cælis inuocemus, & nostram dicamus in cęlis conuersationem, gloriemúrque nos habere domum nõ manu factã, hoc est in rebus spiritalibus & supernis, in quibus Deus præsentius videtur, & lux diuinitatis reuelatius & manifestius relucet. Interdũ nomine Cæli significatur firmamentũ expansum illud in quo astra insunt. Gen. 1. cap. Et ex hoc tã magnifico opificio, opificis Dei maiestatem & potentiã Scriptura cõmendat, vt Iob 9. tũ in Psalmis, tum Prophetis. Significãt interdũ cæli, iuxta metaphorã, præsentiã Dei siue reuelatiorem lucis diuinæ reuelationẽ. Accipitur interdum Cælũ pro loco nubiũ vnde pluit, grandinat, coruscat, fulgetrat, & tonat: vt in Exodo, & alibi. Colligamus ex his: Aperiri dicuntur Cæli, quum manifestius & apertiùs diuina lux se aperit. Item in CAELVM recipiuntur, qui ad præsentiorem diuinitatis perfruitionẽ admittuntur. Rursus de Cælo venire aut mitti dicuntur, quæ diuiniora hab

Cælum apertum videre.

Apertio cælorum.

Cæli nomen.

habentur.

[ET ANGELOS Dei ascendentes & descendentes supra Filium hominis.] Suæ diuinitatis reuelationem amplificat CHRISTVS à re, quam videndam promittit, longè sublimiore. Altius re vera & sublimius videtur Regem esse totius orbis, atque etiam Angelorum, quàm vidisse sub ficu, & Cælos aperire. Quod innuit dicens, ET Angelos Dei ascendentes & descendentes, &c. Significat enim Angelos veluti sedulos ministros, obsequij seruitiique gratia, sursum ac deorsum commeaturos super Filium hominis. Quid hoc aliud est quàm declaratio diuinitatis IESV, & significatio, licet Filius hominis esset, quòd regnaturus esset super omnẽ principatum & potestatem, & quòd omnia illi subiecta sunt, qui cum Patre omnia habet communia? Licet nusquam sacra historia nominatim memoret, quòd Apostoli, & Discipuli Domini viderint Angelos ascendentes & descendẽtes super Christum, vti memorat Spiritum in specie columbæ super Christum descendisse, & vocem Patris delapsam: item quum post tentationem Satanæ huic ministrarent Angeli, & quòd in agone sudanti solatium exhibuerit Angelus: tamen indubium est, quod hic visuros Christus promisit, Discipuli viderunt: atque potissimùm implebitur hoc promissum, quum venturus est in nubibus in maiestate sua, cum vniuerso Angelorum exercitu, iudicaturus viuos & mortuos, ac traditurus regnum Deo & Patri. Spiritali intelligentia fœcundus hic locus interpretatiuus est illius scalæ Christum præfigurantis, quam Iacob (Genes. 28.) in somnis vidit. Illic scribitur, Viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum, angelos quoque Dei ascendentes & descendẽtes per eam, & Dominum innixum scalæ, dicentem sibi, Ego sum Dominus DEVS Abraham Patris tui, &c. Quid, rogo te pie lector, aliud est hæc scala, quàm CHRISTVS tangens cælum & terram? qui homo factus, terram cælo coniunxit, & nos terrestres, cælestes esse fecit. Nostris viribus fieri non potest illuc ascendamus, qui nascimur pondere & grauitate pressi. Est nobis igitur opus euectore, & adiutore

Angelos ascendere, & descendere supra Christũ, quid est?

Scala Iacob.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nõ puro homine, sed Deo homine, hoc est, CHRISTO. Nemo enim (infra cap. 3.) ascẽdit in cælum, nisi qui descendit, Filius hominis, qui est in cælo. Hic ad nos è cælo descẽdens, id est, factus homo, viã strauit ad Patrẽ, & rursus ascendit in cælũ vt omnia impleret. Ephe. 4. Qui omnia in omnibus adimplet. Ephe. 1. Nomine ANGELI, intelligimus missum: vnde siue sint spiritus, siue virtutes, siue dona cælitus demissa. Angelos dicere possumus. Potest re vera Deus sua virtũte operari aliquo in loco absq; missione spirituũ. Angelus, nõ subsistãtiæ sed officij nomẽ. Quia ergo omnium bonorũ thesauri in Christo sunt, & per eum in nos qui sumus in eo, illabuntur: videmus Angelos ascendentes & descendentes super Filium hominis, id est, pij & spiritales (qui omnia de plenitudine Christi accipiunt) vident fide cælestes & spiritales omnes diuitias descendere in Dei electos per hanc scalam, hoc est CHRISTVM, & per eandem ascendere, hoc est, donis spiritus CHRISTI illustratos & iustificatos in cælũ recipi. Hæc scala vnica via est qua in cælum itur: non est alia via, qua quis ad superos ascendat. Proinde paucis absoluamus negotium hoc spiritale. Quia Dominus per Angelos operari & descendere dicitur, vt est in Psalmo 9. Angelis suis mandauit de te, &c. Gene. 11. Descendit autem Dominus vt videret ciuitatem, & turrim, &c. Sequitur, Atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco. Item Num. 11. Descẽdit Dominus per nubem, &c.) & omnia bona in Christo & per Christũ nobis contingunt, & eueniunt, ideò dicimus angelos supra Filium hominis siue in Christo ascendere & descẽdere: quia in Christo omne auxilium suum est, omnis defensio, potestas, regimen & gubernatio. Dicitur Dominus innixus scalæ; quia Christus Deus, est fortitudo nostra, columna nostra, in quod, vt summatim dicam, omnia Dei bona sunt. Hæc omnia aperta sunt ijs, qui sentiunt, certóque apud se statuunt Resurrectionem & Ascensionem Christi cum Spiritus eius missione. Obserua, Dominus se Filium hominis nuncupat, quem Nathanael dicit Filium Dei, & Regem Israel. Quod idẽ fecisse Petrum ex Matth. cap. 16. discimus: rogãti enim Domino, Quẽ dicũt esse Filium hominis? & addẽũ, Vos autẽ quẽ me esse dicitis? Respondit

Angelus quid dicitur.

Christus quare se filium hominis respondet agnoscenti Deum.

spõdit Petrus, Tu es CHRISTVS Filius Dei viui. Id singulari quadã dispensatione factum, vt quum vtraq; substantia CHRISTI cõitenda esset, puri homines Petrus & Nathanael adsererẽt diuinitatẽ eius: ipse verò CHRISTVS per vehementẽ tapinosim ostẽderet extenuationẽ sui & humiliationem propter nostri reparationem. Illi fatentur altitudinem & sublimitatem eius, hic verò suã humilitatem. Verbum nanque caro (id est, verus homo) factum est, non angelos, sed semen Abrahæ assumpsit: verus filius Dauid est salutatus, verè Virgo Maria intemerata eum hominẽ peperit, in similitudinem hominũ factus, absque peccato tamen: id est, verus, & alijs similis homo factus est, de ossibus & carne nostra: propter hæc dicit se Filium hominis, id est, hominem.

Caro, id est homo.

Dauidis filius.

Filius hominis.

PRIMA CONCILIATIO.

Aduersãri inuicẽ videntur hi loci, OMNIA per ipsum facta sunt. & Ecclesiast. 10. NON est creata hominibus superbia. Respondeo. Probaturus Ioannes IESV Christi æternitatem & diuinitatem, aperuit Vebum Dei in principio fuisse ante omnes creaturas, & ipsum non esse ex creaturis factis, sed Deum esse creatorem & factorem omnium, dicens, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Hoc est, quicquid factum est, authore isto Verbo conditum, moderatum, portatum, & gubernatũ est. Quod autem Ecclesiasticus ait, Superbiam non esse hominibus creatam id verum est, nam Sapientiæ cap. 11. scribitur, Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil eorum odisti quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti. & Genes. 1. Viditque Deus cuncta quæ fecit, & erant valde bona. Odit autem Deus & superbiam & peccatum ipsius. Cur ergo creasset superbiam homini, quam odit. 1. Ioan. capit. 3. In hoc apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera diaboli: tantũ abest vt illorum sit cõditor. Ecclesiast. 7. Solummodo hoc inueni quòd fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Quare superbia neque opus Dei est, neque Verbo Domini creata est, sed Satanæ inuentum, qui primus hac intumuit, & proiectus est in terram. Apoc. 12. Quemadmodum Deus mortem Verbo suo non fecit, Sapientiæ primo, ita nec superbiam cõdidit per verbũ suum, sed

Creaturã suã Deus nõ odit.

Odit Deus peccatum.

Superbia non est opus Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa è Satana emanauit in orbẽ terrarũ, ex quo tanquam ex abyssо irreplit quicquid vspiã est vitiorum. 1. Ioã. tertio, Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniã ab initio diabolus peccat. Quẽadmodũ ait beatus Thomas, Ars non est principium seu causa alicuius defectus in artificiatis: sed per se est causa perfectionis ipsorũ & formæ ita & Verbũ, quod est ars Patris plena rationum viuentiũ, non est causa alicuius mali vel inordinationis in rebus, & præcipue mali culpæ, quòd habet perfectam rationẽ mali: sed huius mali causa per se est voluntas creaturæ declinãs à fine, ad quẽ naturaliter ordinatur. Quo fit, vt peccatũ dicatur defectus voluntatis, non autẽ artis alicuius. Et inquantũ tale, nihil est, nõ est creatura, defectus est, priuatio est. Proinde nõ odit Deus Esau hominẽ, sed odit Deus Esau peccatorẽ. Legito Augustinũ lib. 1. ad Simplicianum, quæst. 2. pag. 451. tomo 4.

Peccati Deus nõ est author.

SECVNDA CONCILIATIO.

Quomodo concordiam habent hæc, quæ tum hoc loco ait Ioannes, OMNIA per ipsum facta sunt, In propria venit, & sui eum non receperunt. tum capit. 8. VOS propterea non auditis, quia ex Deo nõ estis, vos à Patre Diabolo estis. Si ex diabolo sunt Iudæi, quomodo ad Iudæos tãquam suos venit: quomodo ipsi per Verbũ creati sunt, si ex Deo nõ sunt? Respõdeo. Spiritales si fuerimus, faciẽ agnoscemus aliud esse viuere, aliud peccare. Atque licet peccatoris vita, in collatione iustæ vitæ, sit, dicatúrq; mors, asserere tamẽ audemus vtrũq; in peccatore inueniri, vt dicatur viuus, siue viuere, & peccator, sed viuus est ex Deo: omnia enim per ipsum facta sunt. Peccator autem non ex Deo, sed mala sua voluntate, & diabolo inuentore. Quum itaque Euangelista dicit, SVI, commendat Dei opera, significans Iudæos à Deo esse, & vitam habere, quibus promissus erat, & ex ipsis nasciturus: Salus enim ex Iudæis est. Deinde quod dicit, Non eum receperunt, Insinuat malam eorum voluntatem, hoc est, malitiam, cuius CHRISTVS, Verbum Dei, non est author, sed mala voluntas, & diabolus. Vnde eorum peccata arguens ait, Vos à patre diabolo estis. Homines ergo peccatores, eò quòd homines sunt, à Deo sunt: quòd verò peccatores, non ad Deum, sed diabolũ pertinet, cuius sunt

sunt filij per peccatũ, quod est inordinatio ac peruersitas, id est, à præstantiore conditore auersio, & ad condita inferiora conuersio: ait Augustinus, lib. 1. ad Simplicianũ, quæst. 2. Legito eundem parte 6. libr. 1. contra Manichæos cap. 7. pag. 103.

Peruersitas.

CAPVT II.

1 Factæ) fiebant.

2 Et deficiẽte) vbi defecisset vinum.

3 Vel, Quid est mihi quæ & tibi sit mulier? subaudi, commune. Aut quid est mihi tecũ commune, vt agendorum me admoneas? Scio quæ sunt legationis meæ, & quo tempore agendæ.

ET DIE tertia [a] nuptiæ[1] factæ sunt in Cana Galileæ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias. [2] Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum, Vinum non habẽt. Et dicit ei Iesus, [3] Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris, Quodcũque dixerit vobis facite. Erant autẽ ibi lapideæ hydriæ sex, positæ secũdum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsq; ad summum. Et dicit eis Iesus, Haurite nunc, & ferte Architriclino. Et tulerunt: vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autẽ sciebant qui hauserãt aquam, vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei,

a In nuptias aquam in vinum conuertit Christus.

Omnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnis homo[4] primùm bonum vinum ponit,& quum [5] inebriati fuerint,tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum [6] vsque adhuc.Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ:[b] & manifestauit gloriam suam:& crediderunt in eum discipuli eius.Post hæc descendit Capharnaum ipse & mater eius,& fratres eius,& discipuli eius: & ibi manserunt non multis diebus. Et propè erat Pascha Iudæorum,& ascendit Iesus Hierosolymam:& inuenit in templo vendentes oues,& boues,& columbas,& nummularios sedentes.Et quum fecisset quasi flagellum de funiculis,[c] omnes eiecit de templo,oues quoque & boues,& nummulariorum effudit æs,& mensas subuertit. Et his qui columbas vendebant,dixit, Auferte ista hinc,& nolite facere domum Patris mei,domum[8] negotiationis. Recordati sunt vero discipuli eius,quia scriptum est,Zelus domus tuæ comedit me. Respondērūt ergo Iudæi,& dixerunt ei,Quod signum ostendis nobis quia hæc facis?Respōdit Iesus,& dixit eis,[d]Soluite templum hoc,& in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædific

4 Primùm) prius vel primo loco.
5 Inebriati) &c Hebr. 2 liberaliter & egregiè biberint.
6 Vsque adhuc) vsque nunc,vel vsque ad hoc tempus.
7 Æs,) nummulam pecuniam.
8 Negotiationis.) emporij vel mercatus.

b Gloria Christi.
c Vidētes de templo ejiciūtur.
Domus orationis.
Psal. 68. b
d Tēplū suæ corpus Christi soluendum à Iudæis.

ædificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Quum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ[9] & sermoni quē dixit Iesus. Quum autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo,[c] multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat. Ipse autem Iesus[10] nō credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat vt quis testimoniū perhiberet de homine: [f] ipse enim sciebat quid esset in homine.

Matth. 26.f 27.e Marci 14.f 15.e

9 Scripturæ) supple prædicenti resurrectionem.
10 Non credebat) non fidebat eis.

c Credūt Christo multi propter miracula.
f Hominē nouit Christus.

Et die tertia.

CAP. II.

SVPERIORA his connectit à circunstantia temporis, remittens lectorem ad ea,quæ dixit,videlicet,Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis,&c. Deinde in crastinum voluit exire in Galilæam. Nunc ait, ET die tertia, supple,postquam in Galilæam Christus venerat,celebratæ sunt nuptiæ,&c. Præcedenti capite multis argumentis ostensum & dictum est CHRISTVM esse verum Deum, Filium & Agnum Dei.Nunc in hoc capite, miraculo declaratur CHRISTVS verus Deus,Filius & Agnus Dei:qui quia cœperat noua & inaudita mundo prædicare, voluit illa miraculo confirmare, vt auditus crederēt homines,& in fide solidarētur.Iste enim est vnus non postremus miraculorum finis.

Miraculi scopus.

NVP

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canæ duæ.

[NVPTIAE factæ sunt in Cana Galilææ.] Primo loco exordij natiuitatis nostræ, quantum ad carnem attinet, meminit, vt non tam per nuptias miraculo occasionem afferat, quàm etiam nuptiarum commendationem, & sanctificationem explicet. Hieronymus indicat duas esse Canas, maiorem iuxta Sidonem, & minorem in tribu Aser, quam adhuc sua ætate extitisse testatur. Addidit, GALILAEAE, ad differentiam alterius Canæ. CANA, interpretatur Zelus vel æmulatio.

Iesus nuptijs adfuit.

[ET erat mater Iesu ibi.] Loci circunstantia, in Cana, simul & personarum, multum roboris affert ad historiæ confirmationem: quia Virgo intemerata nõ minima pars est sequentis miraculi: addit, ET erat mater IESV ibi. Hoc non mediocrem coniecturam facit, matrem nõ fuisse cum Domino in Iudæa, deinde & familiarem fuisse ijs, quorum erant nuptiæ: adserere tamen non ausim Ioannem Euangelistam in his nuptijs sponsum fuisse, è quibus vocatum à Domino quidam dicunt: quòd Dominus stabiliturus venerit id quod lege æterna & volũtate Patris sancitũ est, Quos Deus coniũxit homo nõ separet.

Nuptiæ à Christo honoratæ.

[VOCATVS est autem & Iesus ad nuptias.] Singulare est humanitatis exemplum in sponso & nuptiarum præfectis, Christum & discipulos inuitasse. In Christo verò quid legimus, quàm ardentem philanthropiam, singularémque eius in sponsum humanitatem & beneuolentiam, quòd nuptias inuiserit? Ex his docemur Dominum & matrem eius Virginem Mariam honestas & præclaras nuptias habuisse, vt verè sunt, & eubile eorũ, qui in Domino conueniunt, agnouisse immaculatum. Hebræorum cap. 13. Honorabile cõnubium in omnibus, & thorus immaculatus. Quid ni? Christus ipse in matrimonio nasci voluit: imò & sanctissima Virgo sustinuit nubere viro, & si nulli viro cognoscenda, quæ ante & post partum Virgo intemerata permansit. Faceſſant hinc nescio qui male feriati homines & hæretici, veluti Tacianus, Marcion, & alij, qui nuptias vt spurcas habuerunt, statúmque matrimonij damnarunt, cuius osores acerrimi fuêre: qui tamen adeò placens gratúsque est Domino IESV, vt illum sua præsentia adornauerit, atque miraculo honestauerit. Emanauit & irrepsit error ille ex sapien-

Connubiũ honorabile.

Tacianus & Marciõ hæretici.

pientia huius seculi, propter quam dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Dicunt enim hi matæologi, & huius mundi sapiẽtes. Si duxeris vxorem deformem, habebis γύναιον, id est, pœnam: si pulchram, habebis ἑταίραν, id est, communem: non est igitur sapienti vxor ducenda. Huc pertinet quod Cato ille, qui prudentissimus habitus est, dictabat, Si absque fœmina posset esse mundus, conuersario nostra non esset absque dijs. Vnde & apud Plutarchũ & alios iactãtur regulæ & apophthegmata, Mulier est necessarium malum. Aperte quum est mala mulier, tum demum est bona: Libero lecto nihil acceptius: Et multa huiusmodi. Sed, obsecro, quid hoc aliud videtur, quàm mulierem, bonam Dei creaturam, conuiciari? Hoc fundamenti atque consolationis habet matrimonium, quòd à Deo est institutum, & singulariter diligitur: vnde Christus nuptias adeo honorauit, & eisdem benedixit, vt probarentur ab hominibus: & qui in matrimonio sunt, læti omnia agerent, & perferrent quæcũque res postularet: certi quod suum viuendi genus à Deo est, & probatur. Respondebit forte aliquis: Qui in matrimonio est, grauia matrimonij onera sustinet, multis laboribus, anxia solicitudine, molestijs, fastidijs, ac varia cruce & aduersitate tam onerosa premitur, vt frequẽter animum desponderet: &, vt vno absoluam verbo, conqueruntũr fere omnes de matrimonij molestijs. Respõdeo: Hæc in matrimonio peculiaria esse, illáque vehementer ab externo homine sentiri, at in interno hoïe hæc habẽtur iucunda, qui intelligit experitúrque matrimoniũ habere crucẽ, veluti perpetuũ comitẽ, quæ est disciplinæ Dei scholæ: vnde Dñm suũ subinde magis atque magis agnoscere discit. Atque hoc sane noïe cõmẽdatissimus debet esse cõiugij status, quòd fidẽ erga Deũ, & dilectionem erga proximum in vnitatem corporis & animi indissolubilem compræhendit. Hac sua præsentia simul Christus significauit sibi non displicere vel sumptum nuptiarum, vel alia, quorum in nuptijs vsus est, vt est ornatus vestium, solito maior lætitia, comedere & bibere, iuxta modum tamen & rationem nuptiarum: licere etiam ita nuptias celebrare, vt scilicet sponsus & sponsa ornentur vestibus aureis, argenteisque annulis.

Matrimonio aduersa.

Matrimonij cõmendatio.

Crux discipũlæ Christi schola.

Sponsæ ornamenta.

Nam

Nuptiarũ sumptus.

Nam & multis adeò locis Scriptura citra reprehensionem meminit ornamentorum sponsæ, vestium nuptialium inuitatorum ad nuptias, & cõuiuiorum, quæ sumptuosiora in nuptijs solent agitari. Ita legimus seruum Abrahæ, Rebeccæ sponsæ Isaac, ac fratribus eius donasse inaurem, & alia aurea & argentea munera. Quare facessant hinc superstitiosuli quidam & tetrici homines apud se sanctuli, quibus nihil placet nisi id doceant: non sinentes sponsam sparsis crinibus, gemmis, auro & sertis ornatam, ad ædem sacram eum inuitatis ad nuptias proficisci. Certè in huiusmodi non offenditur religio, hæc nihil moratur Deus, dummodo fides adsit, & dilectio perseueret, & modus secundum cuiusque conditionem obseruetur. Rogabit forsitan aliquis, Quis harum rerũ modus? dicam quid sentio. Videtur mihi satis esse si agricola in nuptijs duplo plus ornetur quàm solet reliquo tempore: eadem mensura & ciui plebeio præscribenda videtur: nobilis autem duplo maiorem ornatum quàm ciuis accipiat: Comiti duplo maiorem quàm nobili præscribo ornatum: Principi duplo quàm Comiti: ac ita reliquis secundum rationem dignitatis ita ornari permittitur. Sic & ciborum, potus, & conuiuarum ratio habenda est, vt si quando liberet conuiuari, ac genio nonnihil indulgere, id instituatur iuxta modum, ac mensuram, ad exhilarandum scilicet animum, non autem ad furorem ebrietatis, & insaniam instituatur. Rogabit forsitan aliquis, An peccatum sit adhibere nuptijs musicam, & saltare choream? Respondeo: Equidem nescio an etiam huiusmodi ad numerum saltationes apud Iudæos fuerint necne: sed quum apud nos Gallos publicus mos sit ita in nuptijs dialogos & comœdias agere, saltare, & choreas ducere, non minus quàm conuiuari, ornari, edere, bibere, & lætitiæ indulgere, nequaquam ista damnauero, si modus & pudicitia adsit. Respondebit forsitan aliquis, Hæc non licent, quandoquidem multa inter choream committitur peccata. Equidem non imputauerim hæc choreæ, ex se neque choreæ, neque saltatio mala est: nam & in mensa, imò in templo peccata committuntur: ob id tamen nemo cibo aut templo culpam huius imputauerit. Quare vt nemo cordatus moderatas in nuptijs conuersationes damnat, ita neq; in nuptijs choreas, & saltandi publicum morem (si tantùm modestia, & honestas non præterea ítur) ego negauero, vel improbauero: sed simul quoties occasio fuerit, & decentia nõ abfuerit, lubẽs ista videbo: nõ enim fides & dilectio, si nihil præter modum admittatur, vel saltando vel sedendo amittuntur.

Præscribitur modus sumptibus nuptiarũ.

Choreæ & saltationes in nuptijs licitæ.

Chorea. Saltatio.

[ET discipuli eius.] Vocatus Iesus occasionẽ præstitit vocandi discipulos, quos modò collegerat, Andream scilicet, Petrum, Philippum, & Nathanaelem. Sequuntur Dominum discipuli ad nuptias illas cælestes, in quibus tostus ille agnus conuiuis rediuiuus apponitur.

[ET deficiente vino.] His significatur eos, quorum erat nuptiarũ sumptus, & impensam facere, admodũ tenues fuisse, vt quos in medijs nuptijs vinũ defecit. Non hic videtur magnifica pompa, nõ sumptuosus apparatus: neq; enim Christus cõtra suam doctrinã vixit, vt delicijs superfluis pompaq; superbientibus adfuerit, qui re vera pauper, pauperibus semper potius, quàm diuitibus, & se adiũgere, & cõuiuere fuit solitus. Quòd si aliquãdo à magnis, & diuitibus se ad conuiuiũ exorari passus fuit, ita se habuit arguendo, & increpãdo (veluti in domo Simonis, vbi Magdalena ipsum vnxit) vt non magnã ab eis gratiã inierit, sed ferè offensos reliquerit. Taceo quòd ipsorũ cõuiuia miraculo nõ cohonestauit, vt hic fecit. Defectionẽ vini præmittit ceu occasionem sequentis miraculi. Quũ iam incaluisset cõuiuiũ, defecit vinum, idq; euenit in medijs nuptijs, nemine etiam cogitante, vt cognoscamus omnia singulari Dei cõsilio & prouidentia fieri in hoc, vt futuro miraculo manifestetur potẽtia, & gloria Christi. Non sine emphasi dicitur DEFICIENTE vino, quòd ad nuptias vinũ res sit necessaria. Hæc defectio indicat tempus, quo potissimũ officia Christi locum habent, videlicet quando adest aut instat defectus.

Christus frugaliter conuiuantibus adfuit.

Vinũ nuptijs necessarium.

[DICIT mater Iesu ad eum.] Ex hoc loco, & præcedente, ERAT mater Iesu ibi: videtur, & apparet nuptias eas fuisse cognatorũ, aut amiculorũ, vt Mariam oportuerit matris officio defungi, & adfuisse tanquam quæ nuptias instituerit, & disponẽdis quæ ad nuptias pertinent, fuerit vel præfecta, vel peculiariter occupata: nam quum in medijs etiam nuptijs vinum defecisset, pudoréque pe-

Maria Virgo nuptiarum ministra licita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ricitaretur sponsus, quòd parum liberaliter apparasset nuptias, simulq; metus esset, ne conuiuium redderetur parum hilare, solicitis hac de causa conuiuis, officiosa Virgo cupiés huic incõmodo mederi, dicit, & loquuta est Filio. In hac colloquutione, & petitione nõ agnosco Virginem affectã humano aliquo affectu, vt iam hominũ gratiam conciliaret, & ipsa clarior Filij gratia efficeretur, cupida eius miraculis sibi famam cõparare: nihil huiusmodi in Deipara Virgine intemerata legendum offertur: sed pro certo apud me statuo, & ita affero Virginẽ sic colloquutam ex charitate in proximũ, & ex fide prosilijsse, quã habuit erga Filiũ suum IESVM Christum, & quem credidit hoc posse, vt vino succurreret nuptijs. Ro. 10. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Ad hæc facit quod sibi persuaserat Filiũ id potestatis habere, quem ex angelo Gabriele conceptione, partu eius, stella, regum aduentu, Angelorũ cantu, pastorum visione agnouerat non hominẽ solum, sed & Deum esse. Omnia enim hæc conseruabat Maria in corde suo. Hanc viuam fidem Virginis confirmant sequentia, in quibus præcepit famulis vt faciant secundum præcepta Christi.

Mariæ fides.

[VINVM non habent.] Proponit conuiuarum necessitatem, conquerens apud Filium id incõmodi: singulari quadam modestia paucis insinuans auxilij petitionem, quã multis fatis diserte proloquens, non dixit, Da Fili quæso vinũ: sed cum modestia ait, VINVM non habent: quo nimirũ indicauit quantũ bonitati Christi tribueret: quasi diceret, Tanta eius est philanthropia, siue erga nos humanitas & bonitas, tam effusè bonus est, vt non modò preces nostras exaudiat, sed & si verbo solùm ei indicauerimus id quo egemus, etiã sua sponte plus dabit, quàm petere auderemus, tantum abest petentibus, & necessitatem patientibus non adsit, vt vltro & sponte se offerat. Iste est viuæ fidei genius sic se habet, ita sibi Dei bonitatem pollicetur expolitam, nihil dubitans ab ea se omnia impetraturum. Quo fit vt ex animo suam quamlibet grauem, & magnam proponere audeat necessitatem, & petere auxilium quouis loco, & tempore nihil vereatur.

[ET dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi est mulier?] Ore sponsum admiratione dignum. Filius à matre vnice dilectus,

lectus, non matrem, sed mulierẽ vocat illam, nõ tantùm hoc loco, sed & alibi, quid mihi & tibi est mulier? ideo id factũ putauerim, vt declararet se maiorẽ esse quàm Filiũ Mariæ, hoc est, vt nõ solũ agnoscerẽt homines illũ esse Filiũ Mariæ, siue hominẽ, sed etiã Filiũ Dei, à quo salutem sperarent. Durius quidẽ respõdet matri (nõ quòd hãc vt matrem vnicè nõ diligeret, nihil interim quod Filij esset erga illam omittens) vt hoc opus miraculi non matris, sed Patris authoritate fieri declararet, ac diuinæ virtuti totã gloriam vindicaret. Simul & hoc respõso eõfirmauit illud quod in lege ante præceptũ fuit, Deuteronomij cap. 33. Qui dixit patri suo, & matri suæ, nescio vos: & fratres suos, ignoro illos, & nescierũt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactũ tuum seruauerunt, iudicia tua ô Iacob, & legẽ tuã ô Israel. Hic locus Prophetæ aperit & declarat in rebus Dei, & ad ipsius cultũ, & gloriam pertinentibus, neq; patrem, neq; matrẽ agnoscendos: sed solo Dei mãdato, sola Dei gloria nõ paterno materno ve affectu duci nos oportet: vt infra in Cõciliatione prima apenemus. Itaq; Christus hoc responso nõ abnegat matrem, sed ab huius negotij (quod gerendũ erat) authoritate, declarans alienã, respõdit, Quid mihi & tibi est mulier? siue, Quid mihi recũ rei est mulier? hoc est, Nihil mihi & tibi commune hic agnosco: non est quòd mihi præscribas tempus in hoc negotio: hoc enim miraculũ quod à me petis, deitatem requirit, in cuius operibus tibi præscribendi ius ademptum est: vnde sequitur,

Christi durũ responsum ad matrem.

Cognationis in rebus Dei non est locus.

[NONDVM venit hora mea.] Quasi diceret, Est mihi præscriptum tempus à Patre, quãdo & quibus modis agere debeam negotium humanæ salutis: id nondum venit, hactenus tibi morem gessi: posthac mater quidem mihi eris, sed quoties in Patris negotio versabor (quod ex ipsius arbitrio, & non ex humano præscripto gerendum est) mihi nihil aliud eris quàm mulier. Non negat re vera, sed differt CHRISTVS auxilium vsque ad extremum necessitatis articulũ, vt inopiam omnes ante probè sentiant, & videant omni se & consilio, & auxilio destitutos, quòd scilicet gratiæ natura declaretur: cuius nemo particeps fit, qui antè satis haber, & inopiã suã nõ sentit. Non enim saturos, sed esurientes pascit, & replet

Gratiæ sensus extra necessitatem minor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominus, licente Virgine in Cantico, Esurientes implevit bonis, & diuites dimisit inanes. Adhæc, vbi inopia agnoscitur, & probè sentitur, non ilico eam farcit Dominus: sicut neq; simul atq; animus, exaudit, sed aliquandiu differt, nos tentans, scilicet fidem nostram, si in fiducia erga ipsum perseueret, vti hic locus aperire videtur: imò aliquando durè ita respondet, ac si omnino nolle nos exaudire, & iuuare: sed caue dum ne his auditis animos despondeamus. Comminatorij enim sermones diuini, non sunt qui spem nobis adimant: habent adiectam cõditionem, nisi resipuerimus: aut si durum fuerit respõsum, mollietur tandem, si in fiducia perseuerauerimus: vult enim solus glorificari: vnde finit omnia alia in interitũ collabi, vt adiuuando, & liberando, solus glorificetur. Sic passus est vt Ioseph conijceretur in carceres, sed in media desperatione extulit eũ de carceribus in regnũ Aegypti: sic visus est cõniuere ad oppressionem Israelitarum sub Pharaone, sed in medijs malis liberauit eos de manu tyranni: sic & ipsum Christum in sepulturam permisit, sed non reliquit animam eius in inferno. Ita & hoc loco non statim à principio ex aqua vinũ facit, sed expectat donec indigentia vini omnibus conuiuis manifesta fiat, vt solus Deus glorificetur: vnde ait, NONDVM venit hora mea: quasi dicat, Nondum sciunt omnes vinum deesse: oportet omnes intelligant hospitẽ habere penuriam vini: & tunc erit hora auxiliandi, vt omnes honorificent auxiliatorem, quem certò cognoscant Deum esse.

Diuinæ cõminationes nõ sine cõditione.

Mater hæc audiens, licet hoc responso satis duro repulsam pati videretur, nequaquã tamẽ hæc in animo suo ea quam ab irato, & qui suam hic negare bonitatẽ vellet, dicta interpretabatur: sed perstabat in firma, & stabili fiducia bonitatis Filij. Docemur ex his hunc honorẽ Deo habendũ, vt eũ benignũ, & propitiũ credamus, atq; confiteamur, etiã si ipse se aliter nobis exhibere atq; loqui videatur, etiam si omnes sensus nostri aliter iudicent. Ad hunc enim modum sensus noster mortificatur, & vetus homo interit, quo plus in Dei bonitatem fidimus.

Mariæ fiducia.

[DICIT mater eius ministris.] Tametsi ex responso Christi nusquã auxilij consilijúmve appareret quo reciperetur inopia illa, & vini defectio, certa tamẽ fuit Virgo benignæ

benignæ Filiũ se habiturũ: propterea omnẽ rem eius bonitati cõmittit. Nõ præscribit illi auxiliãdi neq; tẽpus neque locũ, non rationẽ aut modũ, non personã aut vllũ nomen, ipsius arbitrio omnia cõcredit, nõ dubia ipsum suã bonitatẽ, & virtutẽ declaraturũ esse, siue in medijs nuptijs, siue in fine, siue post conuiuium. Quũ Virgo hac ductaretur fiducia, accitis ministris clam in aurem dicit.

Fidei proprietas.

[QVODCVNQVE dixerit vobis facite.] Sunt hæc magnæ fidei, & spei verba: magnũ est spei exemplũ in Virgine: siquidẽ quod fide credidit, id per spẽ expectat. Hic verus fidei genius declaratur, patiẽter expectare exauditionẽ: apprimè hoc ostẽditur in Abrahamo, Ro. 4. Qui cõtra spem in spẽ credidit. Virgo ac si apertã habuisset prolixionẽ, demãdat seruis, vt faciãt quodcunq; iusserit Filius. Hæc nos docẽt quàm efficax est perseuerãtia in oratione fidei, quæ nobis certitudinẽ de impetratione eius, quod petimus, parit.

Spes dilata probatio est fidei.

Oratio fidei efficax.

Sic Moyses pergebat in liberando Israel ex Aegypto, vt maxime omnia diuersa accidere videbatur: sic Dauid in acquirendo imperio semel promisso: sic Ezechias in defendenda vrbe Hierusalem: sic mulier Chananæa, Matth. cap. 15.

[ERANT autẽ ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secundũ purificationẽ Iudæorũ, capientes singulæ metretas binas vel ternas.] Euangelista recẽsere nõ omittit media, & occasiones præsentes, quibus circa hoc miraculũ Christus vtitur, quæ re vera nõ sunt negligẽda: omnia enim cõferunt ad tanti mysterij cognitionem. Est HYDRIA vas, aquæ, Græcis ὑδρία sonat aquam.

Hydria.

METRETA, est genus mẽsuræ liquidorũ (annotatore magno illo Budæo) continens cõgios decẽ, qui sextarios sexaginta valẽt, id est, amphorã, & quadrantẽ. Ad nostrã mensurã Heduensem aut Parisiensem non facilè metreta reduci potest, propterea quòd nõ tã mẽsuræ, quàm mensurarũ nomina soleãt, nõ solùm iuxta regiones, verũ etiã oppidatim, & vicatim immutari. De metreta si libet lege Budæum lib. 5. De asse. Placuit hoc annotare, vt videremus quàm largum fuerit Domini beneficiũ ex magnitudine vasorũ, quę binos aut ternos cados capiebãt, vt nec loco facilè moueri possent.

Metreta.

[SECVNDVM purificationem Iudæorum.] Lapideæ illæ hydriæ in eum vsum illic stabant, vt si quis iuxta Iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Palæstina siticulosa.

Purificatiões Iudæorum.

Baptisma multiplex.

Iudæorum error.

dęorum consuetudinẽ, lotione se purgare vellet, paratam haberet aquæ copiã. Palęstina enim siticulosa est, & inaquosa, nec vbiuis fontibus ac fluuijs irrigua est. Purificationes apud Iudæos variæ erant: aliæ à Moyse, aliæ ex traditione Pharisæorũ erant: de quibus ait Marc. ca. 7. Pharisæi enim, & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, nõ manducãt, tenẽtes traditionẽ seniorum: & à foro nisi baptizentur, nõ comedunt: & alia multa sunt, quę tradita sunt illis seruare, baptismata calicum, & vrceorũ, & æramentorũ, & lectorum. Iudęi admodũ superstitiosi sunt in operibus non solũ legis, verumetiam humanarũ constitutionũ iustitiã quęrẽtes. Proinde aqua pura subinde sese lauabant, existimantes hac lotione etiã peccata remitti, fæcesq; omnes peccatorũ ablui, & per hanc purgationem sese sanctiores fieri. Vnde coram Christo Pharisæi discipulos accusabant, Matth. cap. 15. Quare discipuli tui (inquiunt) trãsgrediuntur traditionem seniorum? nõ enim lauant manus suas quum panem manducãt. Non absre ab Euangelista dictum est, Secundum purificationem Iudæorum: ne quis infidelium suspicaretur rubrum infusum esse vinum, deinde infusa aqua lympidissimum vinum effectum. Quare hoc dicto, Secũdum purificationẽ Iudæorum, nunquam in hydrijs vinum fuisse significat.

[DICIT eis Iesus, Implete hydrias aqua.] Manifesturus Euangelista victũ seu potum ex mandato Dei prouenire, addit verbum Dei iubentis: nam Iesus sentiens tẽpus adesse, quo suis innotesceret, iubet ministris impleant hydrias aqua, vt ministros ipsos testes haberet, qui aquam hausissent, ne qua fraus, ne quod præstigium putaretur. Hic locus aperte insinuat quàm verum est, quod Paulus prædicat Rom. cap. 5. Spes nõ confundit: nõ est Virgo spe sua, quã de Filij bonitate induerat, frustrata: nunc bonitatem suam à Virgine & conuiuis expectatam exerit Christus, iubens implere hydrias aqua. Est re vera nobis Deus qualem nobis fide per charitatem operante credimus, & persuademus. Nam qui hac fide credit Deum sibi propitium, mox propitium sibi experitur, & sentit: qui misericordem, & misericordem habet. Rursus qui nihil boni de Deo optimo pollicetur, iam planè Deum, & omnem eius bonitatẽ pernegat.

Deus nobis qualem credimus.

Cred

Credidit Virgo Filium posse id incõmodi siue eam vini defectionem resarcire: non sine ardentissima spe ducta, optatis gausa est.

[ET impleuerunt eas vsque ad summum.] Paruerũt famuli, & vt iussi erant, impleuerunt hydrias vsque ad summum, miraculi subiectam materiam parantes.

[ET dicit eis Iesus, Haurite nũc.] Hęc sunt verba Christi iubẽtis, ad cuius verbũ & iussum ex aqua fit vinũ. Nã implere hydrias aqua, & haurire aquã hydrijs, nõ efficit vinũ: sed quia Christus iubet, ideò fit vinũ. Qua in re cõmendatur virtus & potẽtia Christi tãquam ab effectu: exerit enim vim suã Christus, ostendens se eum esse, qui vineas irrigat, pluuiam per vitis radicem in vinum vertit (ait Chrysostomus) quum quod in planta longiori tẽporis spatio efficitur, id repẽte operatus est in nuptijs.

Vinũ ex aqua

[ET ferte Architriclino.] Ne forsitã aduersarij de vini bonitate calumniarentur, dicentes fuisse aquam, sed à conuiuis iudicari vinũ, quod illorum gustus corrupti essent, & palata iam multo vino obsurduissent: propterea Euangelista ait, conuiuas nõ tulisse sententiam de vino, sed Architriclinum, qui sobrius nihil adhuc gustauerat. Etenim nemo ignorat hãc præfecturam, qua quis curando conuiuio præficitur, viro maximè sobrio & temperato demãdari. Is cæteris bibẽtibus abstemius esse consueuit, saporũ peritus, & palati iudicio callidus: vnde maiore & synceriore fide prouẽtiare potest de vini bonitate, quã cõuiuæ, quorũ palata iam varijs escis affecta, ad saporis iudiciũ ferendũ non tam idonea vidẽtur. Hæ nuptiæ tametsi pauperũ fuerint, tamen tres mensas habuisse, id verbi denotat, Architriclinus, quod præfectũ tribus mẽ fit significat, siue à tribus lectis accubitorijs dicitur. Triclinium, locus est tribus constratus lectis ad discumbendum. Ad hæc sponsus ipse non ministrauit, sed habuit suos ministros. Obserua quomodo fiducia neque suo voto frustratur, neque à Deo deseritur, adeò vt plus eius benignitate accipiat, quàm ausa fuisset petere. Nam conuiuis ifus non solùm vini defectionem resarciuit, sed vini (quod desyderabant) & eius pretiosi, magnam suppeditauit copiam. Quid hæc nos docent, nisi vt Deo constanter fidamus, etiam si auxilium aliquantisper

Architriclin⁹.

Triclinium.

Fiducia certa est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

differat? Certò apud nos statuamus quàm ille sit verax, bonus, & propitius: id non potest de se non præstare, & opere contestari, qui seipsum negare non potest, dummodo à nobis mala nostra voluntate non remoretur.

Miraculis nõ temere credendum.

[ET TVLERVNT.] Læti quod sibi admandatum est, facere perrexerunt: bonũ & odoriferũ Architriclino vinũ pitissandũ obtulerũt. Si huius loci allegoriam quæsieris, bi Ministri, sunt Apostoli & ipsorum discipuli: Infundere aquã & haurire vinũ atq; bibendũ offerre, est acceptã ex Scripturis huiusmodi legis atq; Euãgelij intelligẽtiã vniuerso orbi, ac omnibus, q ad CHRISTI nuptias vocati sunt, prædicare. Norũt hi ministri (vt Euãgelista ait) vnde hoc vinũ adsit, & vt aqua fuit: hoc est, legẽ fuisse & ex lege reuelatum Euãgeliũ: translata est lex in Euangeliũ.

[VT AVTEM gustauit Architriclinus, aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam.] Verbum, GVSTAVIT, hoc est, pitissauit, quasi vel primoribus labijs attigerit: indicat Architriclini officium. ET non sciebat vnde tam pretiosum esset vinum, nisi accersitis ijs, qui locũ, & vas vnde haustum erat, cognoscerent. Sciebant ministri aquam vinum factam.

[VOCAT SPONSVM Architriclinus, & dicit ei. Omnis homo primùm bonum vinum ponit, & quum inebriati fuerint, tũc id, quod deterius est. Tu autem seruasti bonũ vinũ vsq; adhuc?] Posteaquã tum fragrãtiã, tũ suauitatẽ vini, Architriclinus nescius miraculi, sensit, suspicatur statim errore ministrorum, conuiuij ordinem inuersum esse, quòd tale vinum distulissent in extremũ conuiuij, præter communem omnium morem: cupiens discere quãnam occasione is error accidisset, non ministros, quos iam tanti erroris accusare videbatur, sed sponsum ad se vocat: Solenne est (inquit) & ab omnibus receptissimum, principio conuiuij, qui solent opiparius conuiuas excipere, optimum quodque vinum apponunt, atque ita pincernæ per me admandatum erat: posth vbi iam tumulenti minus dijudicant palato, & intemperantius bibunt, apponitur si quod est deterius. TV AVTEM seruasti, id est, præter aliorum morem fecisti: nam hoc vinum, quo nullũ suauius, quòdque magis pa-

lato arrideat, in finem conuiuij apponendum curassti: hic error, hæc faba in te cudetur: nolim culpam & erratum hoc tam ineptum in me reijci: non meo, sed tuo consilio id factum est. Rem & miraculum præsentibus ministris, qui aquam hauserant, ſpõsus Architriclino aperuit, sciẽs tale vinum non apparatum fuisse: re posteà ex famulis perquisita, cognitũ est nõ solum aquã versam in vinũ, sed etiã in vinũ optimũ longe suauius vino nostro Belnensi, qd (vt est omniũ cõsensus) præsens nulli cedit: quæ enim per CHRISTI miracula fiunt, multò his meliora sunt quæ per naturam fiunt. Itum est ad hydrias (de quibus nulla erat suspicio, quin soli aquæ fuissent consecratæ) & compertum est eiusdẽ generositatis vino plenas esse. Hæc nobis insinuant Deum in dispensando Euangelio dissentireà toto mundo, qui primò dat bonum vinum, & applaudit, posteà id, quod deterius est, & contristatur: at Deus primum quidem terret prædicatione legis, posteà verò solatur. Possumus intelligere & VINVM quidem, sermonem Euangelicum, AQVAM autem omnia quæ ante Euangelium, quæ liquidiora, & insipidiora erant, nunquam ad vini siue Euangelij perfectionem peruenientia: qui enim illa iuxta literam accipiebat, nihil saporis sentiebat: sed si Spiritu quis incedit & intelligit abscondita, inueniet aquam mutatam in vinum, aciditatem in dulcedinẽ, legem in gratiam, vmbram in veritatem, sterilitatem in fertilitatem, inopiam in copiam.

Vinum Belnense.

[HOC FECIT initium signorum Iesus in Cana Galileæ.] Post suum baptismum hoc fuit primum signum quod CHRISTVS edidit. Atque hoc miraculum tunc temporis non ita multis animaduersum est: sed pòst maiore cum fide res manauit ad omnes. Vnde in hunc vsq; diem celebratur, & in occulto nõ est. Putarim istud esse initium signorum, non solum eorum quæ in Cana, sed quę alibi edidit: quod Euangelista dicit, ET manifestauit gloriam suam.

Primũ Christi miraculorum post baptismum.

[ET MANIFESTAVIT gloriam suam.] Iste vnus est effectus miraculorum CHRISTI, scilicet CHRISTVM manifestare gloriam suam: mox alterum subijcit Euangelista, vt per miracula ducantur homines ad credendum Christo GLORIAM hîc vocat potentiam

Miraculorum vsus. Gloria, Christi potentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& virtutem CHRISTI. Hoc signum index est potentiæ CHRISTI. Quo magis nos abijcimus & abnegamus, eò magis Christi gloriam & virtutem agnoscimus, qua validiores & firmiores aduersus omnia mundi & Satanæ terriculamenta efficimur. Manifestauit hoc signo Christus latentem in se gloriam diuinæ potentiæ.

[ET CREDIDERVNT in eũ discipuli eius.] En alter miraculorũ Christi effectus, cognito miraculo trahi per Spiritum è carnis & Satanæ tyrãnide, & duci volũtatẽ cũ obedientione ad credendũ in Christũ. Vt nobis persuadeamus CHRISTVM esse Deum & hominẽ, Christum esse Messiam, Christum nostrum redemptorẽ, per quem pacatũ habemus Patrẽ Deum, nõ putauerim tam opus esse externis signis & miraculis, quã Spiritu Christi, hoc est, Spiritu Sancto, qui dat fidem: fides enim donum Dei est, nõ ex operibus, vt ne quis glorietur, Ephesiorum secũdo. Discipuli CREDIDERVNT in eum, id est, fidem ampliorẽ & firmiorem acceperũt. Prius quidẽ crediderant, sed non tã firmiter: habet certè suos gradus fides. Nã Cananæa mulier multũ fidei habuisse dicitur Matth. 15. veluti & Centurio ille, Luc. 7. At Matth. cap. & nauigantibus discipulis & clamantibus, Domine, salua nos, perimus: dicit eis IESVS, Quid timidi estis, modicæ fidei? Ex his obseruemus: quemadmodum miracula quædam diuinæ virtutis declarationes sunt, ita animos electorum attrahunt, vt illam agnoscant, eique se dedãt: reprobis verò, & male feriatis hominibus (quales erant Pharisæi) scãdalo sunt: tat cæci sunt & duces cæcorũ.

Spiritus Christi.

Fidei gradus.

[POST HAEC descendit Capharnaum ipse.] POST HAEC, particula, cõnectẽdi vim habet. Finitis nuptijs editóq; miraculo Canã Galilææ exijt, & pro suo officio, vt doceret, aperirétq; Dei Patris sui voluntatẽ, DESCENDIT Capharnaum: ea est ciuitas in eadẽ Galilæa gentiũ, iuxta laccum Genezareth, finitima Zabulon, & Neptalim, propter opum affluentiã luxu diffluens, & superbia tumẽs. CAPHARNAVM, interpretatur Ager pœnitentiæ, vel Villa cõsolationis, aut propitiatio pœnitẽtis. Hic descensus ante Ioãnis carcerem fuit, non ille, de quo alij meminerunt Euangelistæ, ante quẽ iam multa ediderat miracula, neq; ille, quo è Nazareth mansurus Capharnaum migrauit, quã multis cohonestauit miraculis, in eáq; frequens est versatus, vnde & eius ciuitas appellata est. Matth. 9. & 11. Obserua: Vt Prophetæ, ita & Christus in celebrioribus vrbibus ferè docuit, vt Euãgeliũ cõmodius spargeretur, & ibi potiorẽ virtus Dei declarẽt ad saluandũ, vbi præcipuè viguisset vis Satanæ ad perdendũ.

Capharnaum.

[ET MATER eius.] A circunstãtia pronarũ cõfirmat historiã: quoniã ait Chrysostomus, vt mihi videtur, quũ paulò post esset Hierosolymã ascensurus, ante Capharnaum petijt, ne quocunq; fratres secũ & matrẽ traheret.

[ET FRATRES eius.] Cognati erãt à parte matris Virginis, & Ioseph patris, iuxta morem Scripturæ, quæ cognatos & consanguineos fratres vocat, Gene. capit. 13. Facessant hinc Heluidiani isti, aduersus quos disertissimè scribit magnus ille diuus Hieronymus.

Fratres Christi.

Heluidij hæreticus.

[ET DISCIPVLI eius.] Sitibundi eruditionis Christianæ comitantur Christum discipuli, Andreas, Petrus, Philippus, & Nathanael.

[ET IBI MANSIT nõ multis diebus.] Fortassis illic paulisper moratus est gratia matris & cognatorũ, aut propter ingratitudinẽ Capharnaũ: sicut de illa cõquerit Matth. 11. Et tu Capharnaũ, nũquid vsq; in cælũ exaltaberis? vsq; in infernũ descẽdes, &c. Hic locus indicat (ait Chrysostomus) christũ nõ ante multos dies Paschę fuisse baptizatũ.

[ET PROPE erat Pascha Iudæorũ.] Matre & cognatis in Capharnao relictis, pergit quærẽs tẽpus ac locũ idoneũ palã declarãdę virtutis & authoritatis suę, quã à Patre acceperat. En circũstãtia tẽporis idonei: PROPE erat, id est, instabat celeberrimus ille dies Iudęorũ, q dicitur PASCHA, quod Hebræis sonat Transitũ: in memoriã illius beneficij Dei quo maiores eorum donati, ex Aegypto incolumes mare trãsierũt, terrã promissam petituri.

[ET ascendit Iesus Hierosolymã.] Nõdũ lex antiqua erat, oĩbus adhuc vigẽs, & mãdans, Exo. 23. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis: solẽnitatẽ quoq; Azymorum custodies: Ter in anno apparebit omne masculinũ tuũ corã Domino Deo tuo. Quum igitur eo tempore magna esset Hierosolymis hominum frequentia, qui ad diem festum ex cunctis Syriæ regionibus confluxerant, eò veluti ad locum tabernaculi

& ador

Universidad de Deusto
Biblioteca

& adorationis(alibi enim non licebat celebrari Pascha. Deuterono.16.)Dominus concessit, & se contulit, vt in celebriore loco,& frequentiore hominum concione, Patris negotium curaret,& quod illis typo & figura celebrabant,hoc verè ageret:nimirum,vt homines per Euangelicam fidem,& Christianam pietatem relictis vmbris corpus & veritatem exciperent, abiectis tenebris in luce ambularent, atque à vitiorum caligine, ad lucem & vitę puritatem transferrentur,verum celebrãtes Pascha. Quæret fortitan aliquis,Quum Christus nihil legi deberet,cur tempore Paschæ ascẽdit Hierosolymam, & subdit se legi?Respondeo:Quemadmodum Christus volẽs mortuus est,vt morte sua mortem nostram destrueret, & rediuiuus vitam in se credentibus donaret:ita volens se legi subiecit, vt ipse,qui illius typici agni & Paschæ Iudæorum,veritas est,Pascha typicum & figuratum fieret.Deinde vt sub lege maledictos,à legis maledictione liberaret,ad Galat.3.

Christus volens legi subditus.

[ET INVENIT in templo vendentes.] Noua occasio declarãdæ diuinitatis suæ Christo templũ ingredienti(qui locus sacrificijs,& orationibus dicatus est)euenit: nam templũ ingressus, non tẽpli, sed fori & mercatus speciem offendit.Hunc mercatum ex auaritia quidem Iudæi instituerant, prætextum tamen aliquem ex lege habebant:nam Deuteronomij decimoquarto legimus mandatum,vt qui longius à templo habitarent,sua dona domi venderent,alia ea pecunia empturi in loco Domini.Hoc prætextu religionis, sordidum atque iniquũ etiam quæstũ exercebant, religionis occasionẽ vertẽtes in rapinam: hospitibus enim,ne deesset quod offerrent magno vendebant,sed interim pacti erant cum Sacerdotibus & Leuitis,vt eadẽ animãtia accepta abijs qui obtulerunt,rursum ipsis venditoribus reuenderent,atque ita turpe lucrum ex eodem animante frequenter redieꝝ inter venditores & Leuitas diuidebatur.

Templum, orationis locus.

Leuitarũ sordidus quæstus.

[OVES & boues,& columbas.] His tribus quicquid ad sacrificia & oblationes necessarium erat, comprehendit Euangelista.

ET nummularios sedentes.] Quò paratior esset turpis hæc negotiatio,sedebant ad mẽsam nummularij siue cermatistę & collybistę, qui minutiore monera mutarẽt maiorem,(vt in prophano mercatu fieri consueuit) aut aurũ argẽto,aut peregrinã pecuniã,eius loci moneta verterent:vnde sordidus ille cõflabatur quæstus, non multũ abhorrẽs ab vsura.Hic mos & hodie durat apud multos.

[ET quum fecisset quasi flagellũ de funiculis.] Præcedenti miraculo in nuptijs,iuxta Nathanaelis cõfessionẽ se Filiũ Dei,& verũ Deũ manifestauit:nunc hoc illustri & cordato facto declarat se & Deum verum simul & Regẽ,nõ mundanũ aliquẽ aulicũ,sed spiritualem, qui in tẽplo agat, & quæ in tẽplo purganda veniunt,purget & expiolet.Ad templũ Dei pertinet religio & præcipuè cultus Dei:quẽ quũ Christus adulteratũ & defalsatum videret,voluit illũ à falso vindicare,& natiuũ,purumque reducere cultũ. DE IVNICVLIS, quos reperit vbi oues & boues vendebantur,contexuit sibi FLAGELLVM, quo ceu sceptro,ceu armis regalibus vsus est.Si roganeris,Cur flagello ad ejciendos emptores est vsus:dico, Vt ostenderet emptores tanquã canes è domo Dei profligãdos,eosdemque fustuario dignos,qui latrones essent:docerétque quid ciuilem magistratum apud Iudæos, contra illos sacrificiorum negotiatores,decuisset.

Christus rex spiritalis non aulicus.

Zelus Christi.

Sceptrũ Christi,flagellum.

[OMNES eiecit de templo.] Nõ solet Christus frustatim sanare,aut morbos tollere: vnde hoc loco omnẽ impiũ cultũ & non tantũ partem tollit.Magna certè indignatione simul & authoritate(quam radiolis quibusdam vultu ipso gestũque corporis exerebat)omnes illos è templo exegit negotiatores.

[OVES quoque & boues.] Non solum sacrificiorum nundinatores eiecit, sed & oues & boues tanquam res nõ iuxta naturam,quæ bona est, sed sacrificorum auaritiam,impium cultum,& quæstum priuatum promouentes.Tanta isti auaritia ductabãtur,vt nihil prætet priuatum quæstum in votis haberent,quem vt augerent,sæpe vendebant non integra sacrificia,& ementes sæpe vt parcerent pecuniæ & laboribus,non integra emebãt,& offerebãt:id quod spectabat tũ in dehonestationem cultus Dei,tum contra admandatum Leuitici cap.1.Optima offeretis Domino:masculũ absque macula offeres.Deuteronomij cap.15.& 17.Domino nihil immolabitur claudum &

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum & debile,&c.

[ET NUMMULARIORUM effudit æs,& mẽsas subuertit.] Magnæ virtutis & authoritatis erat hæc profligatio, vt quæ etiam auarissimos, & maximè quæstui studẽtes, rẽ, quã pro Deo habẽt, relinquere coëgerit: nimirũ, collybistarum æs effudit in terram, mensas etiam proprijs manibus subuertit, docens hæc prorsus esse conculcanda viris pijs,& religionis Christianæ cultoribus.

Simplicibus Christus mitior.

[ET HIS qui columbas vẽdẽbant, dixit, Auferte ista hinc.] Eiecit qui colũbas, turtures, & minutulas res in templo vendebant. Quid si vidisset Christus lenocinia, puellarũ nundinationes, contractantiũ impudica colloquia, passim in locis, non typico tabernaculo, sed sacrosanctæ Eucharistiæ præsentia ornatis, & multa id genus quæ huc adscribere abhorret hic calamus, fieri: non puto flagellis, sed scorpionibus huiusmodi nundinatores eiecisset. Mirabile visu, dum in medio feruore districtionis, in ipsa flamma zeli ardentis, dũ sine cura sacerdotij, merces è templo exturbat, mitius cũ columbarũ venditoribus agit: quibus indignabũdus tantũ dixit: Auferte ista hinc,&c. & non subuertit eos. Si enim auiaria quibus crura Iumbæ claudebãtur, euertisset, euolassent colũbæ, vnde his simplicibus viris multũ incõmodasset, & hoc damno affecti in extremã fortasis inopiam cecidissent. Faciunt hęc vt coniiciamus hos simplices fuisse homines, & quo minùs magnis illis sacrilegis, Scribis, & Pharisæis peccarent. Verbũ Auferte indicat expressum esse Christi mandatũ, non modò tollere impiũ cultum, sed etiam omnia illum promouẽti: nihil enim cõmune habet cultus Dei cum impio Belial & eius affectis. Obserua hoc factũ non semel Christũ fecisse: nã qũ Matth. ca. 21. cõmemorat, fecit Christus prope tẽpus passiõis in die Palmarũ: quod autem hoc loco legitur, fuit in exordio signorũ Christi.

Prædicatoris officium.

[ET nolite facere domum Patris mei.] Indignabundus flagello istos nundinatores è domo Dei exturbans nõ põt nõ exercere Christus officiũ suum, quod est, verũ cultũ DEI ab abusu vindicare, & docere: quę sunt opera cuiusq; ecclesiasticæ partes, purgare scilicet ab omni impietate cultũ Dei, & nõ sinere Euãgeliũ Christi impuritate næniarũ, & quorundã somniatorũ inuentis sordidari.

dari. Nolite (inqt) id est, cauete, & omni studio conemini, ne ex domo Patris mei feceritis domũ negotiationis, in qua exercetis quęstũ illicitũ. Domum Patris sui vocat simpliciter ipsum tẽplũ, quod domus Patris Dei erat, quia ad illud Pater se alligauerat verbo, & ꝓmissione: illudq; in vmbrã Christi cõsecratum erat: in quo Christo Pater orãtes exaudit, & cuius solius sacrificiũ acceptũ est Patri: idcirco sanctũ erat: at quia sanctũ, idcirco nõ cõtaminandũ & prophanandũ impio cultu, priuato quęstu, & imperfectis sacrificijs. Plerique eo tẽpore nõ existimabãt Christũ vocasse Deum, Patrẽ suũ, sed appellasse Deũ, Patrem, iuxta Propherarũ exhortationes, Ieremiæ 3. Patrẽ vocabis me. Quũ ergo typicũ illud templũ & figurarũ, ab impietate purgare voluerit Christus: quãtò magis studendũ est, ne verũ templũ (in quo Christus vere est, in quo sacrificiũ illud cõuiuiũ nobis apparatũ est, in quo sacramẽta illa septẽ à Christo instituta nobis communicãtur, in quo oramus & exaudimur, in quo docemur, & verbũ Dei audimus) aliqua vel minima impuritate contaminemus? Proinde nõ vult vt hęc nostra Ecclesia, siue hoc tẽplũ, in quod cõuenimus aut sacrificaturi, aut audituri verbũ, & precaturi Deũ, fiat domus mercatus, quia Pater per Christũ omnia gratis condonat & largitur, nil pretio nostro nobis vẽdit. Quis enim dedit illi prior, & retribuetur ei? Gratis ergo in hoc tẽplo quę accepistis, gratis date, & nolite res sacras & cultus vendere, nolite aliquo religionis prętextu simoniã cooperire: Deus omnia etiã corda videt & intuetur: nolite eleemosynarũ colore turpem hũc vestrũ quæstũ pingere: quoniã ex pauperũ, viduarum, & aliorũ calamitatibus & miserijs lucra cõportatis in interitũ vestrum & iustam condemnationẽ. Non est ꝙ quetus pingues & abundantes, qui si ijs qui bene præsunt ex æquo diuidantur, omnibus abundabunt: qui si non abũdarent, quis dubitauerit subueniẽdum his qui bene præsunt, & altario ministrant, non vt dominentur, & aulico rum partes agant, magis rebus seculi priuatisque cõmodis seruientes, quàm diuino cultui, & gregis sibi commissi custodiæ studentes? Hos ad se vocat Christus, Matth. 10. dicens, Scitis quia principes Gentium dominantur

Domus Dei.

Templũ non violandum.

Templũ Christianorum colendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nantur eorum,& qui maiores sunt,potestatem exercent in eos:non ita erit inter vos.

[RECORDATI sunt vero discipuli eius.] Sensim & sensim apud se meditantes discipuli,vt quid hos extra templū profligaret Magister,abundātius in fide promoueruut: quibus sic disputantibus, subijt in mentē quod à Dauide Psal.68.prænuntiatum est,aut huius facti tam mirabilis recordati sunt, scilicet post resurrectionem, quum accepto Spiritu Scripturas intelligerent: vt hic Euangelista mox in hoc capite explicabit.

[QVIA scriptum est,Zelus domus tuæ comedit me.] Occupatio est.Dicet fortasis aliquis,Qui fieri potuit quòd Christus omnium mitissimus, tanto impetu, cum vehementi indignatione, hos nundinatores è templo ejecerit? Respondeo: Nihil temere per Christum actum est, sed quòd tam seuerè in istos,qui templi religionem sordido quæstu prophanabāt,animaduertit, ex præscripta prophetia & singulari zelo fecit.Voluit enim qui filius Dei erat,& Rex Israel,verū Dei cultū ab abusu vindicare.Hæc verba ex Dauide Psal. 68. citata sunt. Ipsius Christi crucē & externā necessitatem patientis, hæc sententia, ZELVS &c.ætiologia est:reddit enim rationem crucis & persequutionis Christi:nam paulo antè in Psalmo scribitur,Extraneus factus sum fratribus meis,& peregrinus filijs matris meæ:quasi diceret, Fratres mei omnes in me scandalum passi sunt,nocte passionis meæ, & à fratribus meis,id est,Iudæis,confusionem & opprobrium sustinui:à proprijs fratribus Iudæis, quasi alienigena sum habitus: Samaritanum me vocauerunt, seductorem,dæmonium habentem, & multa id genus dixerunt: & peregrinus factus sum filijs matris meæ, id est, Iudæis filijs Synagogæ,qui tametsi illorū frater esset,dixerunt,Hunc nescimus vnde sit. Quid causæ fuit? Respondet Psalmographus in persona Christi, Quoniam zelus domus tuæ comedit me.hoc est,Ideo crucē & persequutiones à Iudæis patior, quia cultum tuū ab abusu vindico,& ex zelo adhæreo veritati.Hic zelus me multum comedit, dum nō potui sustinere ignominiam domus tuæ.Hic zelus in CHRISTO, neque fuit carnalis, neque corruptæ naturæ affectus, sed affectus Spiritus, quem

Crux Christi ex zelo.

Zelus Christi.

quem,quia Christus nondum exuit, timeant sibi domus Dei,id est, Ecclesię Christianæ contemptores,blasphematores,persecutores,in primis qui pro pastoribus fures,& latrones sunt facti,qui non verbum,& Euangelium prędicant,quod certe nō plusquàm equus,& mulus, quibus non est intellectus,nouerunt, tantum abest doceant, sed suam ambitionem, & priuata commoda sectantur. DOMVM hic vocat Ecclesiam, & totum Dei cultum, quem qui violat, male apud Christum audit.Zachariæ cap. 1. Zelatus sum Ierusalem, & Sion zelo magno: & postea, Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. ZELVS domus tuæ,id est, vehemens & ardens spiritalis affectus: comedit,id est, commouit & incitauit me,id est,à te missum,vt ab abusu verum tuum cultum vindicarem, vnde sequuta est mors mea. Verbum COMEDIT (quod est, præteriti temporis, media longa) amplificat zelum in Christo: eóque potius vsus est, quàm verbo Inflammauit,aut Accendit,quòd zelo hoc ductus,pro suorum conseruatione comederetur, hoc est,moreretur, & ab impijs occideretur. Hic zelus huc è cælo Christum adduxit, vt suos liberaret:& opprobria exprobrantium tulit,ne perderentur electi. Quare quòd in hac emptorum,& venditorum profligatione seuerus visus est, non libido, non inuidia,non temeritas est,sed diuinus zelus, & indignatio iusta. Non absimili zelo ductus est Moses (alioqui mitissimus) in trucidandis idololatris, Exodi 32. Similiter Phinees Numer.cap.25. Huc pertinet quod Act.ca. 7. dicebat Stephanus, Dura ceruice, & incircuncisi cordibus,& auribus,vos semper Spiritui Sancto restitistis, &c. Cauendum est ne quis hunc zelum sua authoritate sibi vsurpet,ne ex zelo fiat scelus: sed totis viribus adnitendum est, vt iuxta scientiam sit zelus, qualem non habuerunt Iudæi CHRISTVM persequentes:cuius zeli meminit Paulus Roma.cap. 10. Testimonium enim perhibeo illis, quòd æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. & 1. Corinth.3. Quum enim inter vos sit zelus & contentio,nónne carnales estis, & secundum hominē ambulatis? Agi ergo oportet Spiritu Dei, qui filij Dei sunt,non autem sua duci ratione, & authoritate.

Mosi zelus.

Spiritu Dei agi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondere pro Dicere.

[RESPONDERVNT ergo Iudæi, & dixerũt ei.] Familiare est Euãgelistis, quẽlibet ad alios factũ sermonẽ, etiã si nullus ab illis præcesserit ad quẽ referatur, appellare RESPONSIONEM: vnde quum Dominus coram hydropico, quem sanaturus erat, rogaret Legisperitos, & Pharisæos num liceret sabbato curare, Lucæ 14. cap. præmisit. Et respondens Iesus, dixit, &c. Sic & hoc loco Ioannes dixit Iudæos respõdisse, quos nõ interrogauerat Dominus. Accipitur interdum RESPONDERE pro loqui sermonẽ ve ordiri ad aliquem, Esaiæ cap. 14. Vniuersi respondebunt & dicẽt tibi, &c. Placuit hoc annotasse ad tollendas quorundam scrupulosorũ quæstiones, quærentiũ vbi primum verbum Respondendi offenderunt, quis sermo præcesserit, cui respondendum veniat: quod quærendũ non est, quum Respondere pro Sermonem facere simpliciter accipiatur. Ad hunc modũ vsi sunt Euangelistæ pro exordio sermonis, licet ad alterius verba nihil regererentur.

Apta similitudo.

Quandiu tonat, tacent, & nõ coaxant ranæ: quandiu fremuit, & tonare visus est Christus, tacuerunt impij Iudæi in suæ obstinationis palude taciti sordescentes: at vbi tonitruum quieuit, cœperunt adhuc tanto Domini zelo tumentes, loqui & rogare Dominum. Ait Euangelista, IVDAEI in genere & nõ nominatim Scribæ aut Pharisæi: vt insinuet non tantum Scribas & Pharisæos hoc Domini facto commotos fuisse, sed etiam vulgares, & plebis

Plebs credula.

fæcem, qui magnorum hominum authoritate facile ad quęuis incitati ductantur.

Vulgi opinio de ploua Christi.

[QVOD signum ostẽdis nobis, quia hæc facis?] Quod putarent Christum simplicem hominem, abiectũ, & infimæ sortis virum, vt puta fabrum lignarium, & filiũ Ioseph fabri, venerunt in magnã de illo admirationẽ, ex facto illo tã stupendo & admirabili, quo vendẽtes & ementes tenui flagello, & tanta authoritate eiecerit. Vnde accedunt ad Dominũ quæstionẽ proposituri, quæ tacitè insligat de vocatione seu missione Christi: itẽ de authoritate, & iure quo licuit illi sic nundinatores illos (quorũ apparatu sacrificia promouere videbantur) è templo tam seuerè exturbasse. Quasi dicerent, Ista facis & operaris contra Sacerdotũ maiestatem, & authoritatem: sine quorum permissu vix in templo sternutare licet, tantum abest

mensas euertere. Videris gloriari te eiecisse collybistas istos nõ temeritate, sed authoritate diuina: cautum est, & prohibitũ nobis, ne nouæ doctrinę credamus, qualem tu doces citra signũ: declara nobis aliquo signo, ne temerariũ te existimẽt nostri Pontifices & doctores, qua authoritate, quóve zelo ista feceris: nã & zelatus est Moses, & signis legationẽ suam Israelitis probauit, Exo. 4. Zelatus est & Phinees, sed zelus eius authoritate diuina compro batus est, Numeri ca. 25. Tu igitur ede & facito signũ aliquod, vt intelligamus tibi licere ementes, & vendentes è templo eijcere. O profundam Iudæorũ cęcitatem! non videbant miseri id ipsum, quòd tam humilis in oculis eorũ tantam exerceret potestatẽ, signũ, & miraculum esse plane stupendum, quo iam suæ diuinitatis radios Dominus exercebat, vnde agnoscere poterant, eum hominem, & plusquam hominem esse, hoc est, & Deum & hominem.

Phinees.

[RESPONDIT Iesus, & dixit eis.] Tanta est Christi Philãthropia, vt istos suo responso dignetur, cuius si fuam desyderaueris, hæc est: Licuit Christo eijcere nundinatores istos è templo, & vindicare ab abusu cultum Dei. Hoc docet argumento ab opere diuinitatis, ab ipsa resurrectione petito.

[SOLVITE templum hoc, & tribus diebus excitabo illud.] Quæritis signum quo confirmem vos vt credatis me non temerariè istos sacrificiorũ venditores è templo exturbasse, potuistis quidẽ hoc facto iam cõfirmari: ego ad resurrectionem meam prouoco, quando quidẽ nullo efficaciore signo probaturus sum me esse Deum, & Dei Filium, quàm resurrectione mea. Rom. cap. 1. Qui prędestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum IESV Christi Domini nostri. Subnectit Christus, & interpretatur quod adumbratus fuit per templum Ierosolymitanum. Nam SOLVITE (inquit) templum hoc, quasi dicat, O Iudæi, qui signum quæritis propter veritatem, quam vobis annuntio, occidetis me ipsum, qui verum illud templum sum, in quo omnes orationes factæ exaudiuntur, in quo solo propitius, & pacatus reperitur Pater. ET EGO tribus diebus excitabo illud, hoc est, Tertia die à mortuis resurgam, & rediuiuus apparebo cum magna

Christus prouocat ad resurrectionem.

Resurrectio sufficiens argumentum diuinitatis.

Christus templum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gloria & potentia: vnde apertissimum erit me verum Filium Dei naturalem, & promissum Messiã: & eam (quã nũc in profligatiõe horũ nũmulariorũ sum vsus) authoritatem, nõ rapinam fuisse, sed ad me spectare, & hoc zelo, Dei cultum ab abusu vindicasse. Quum dicit SOLVITE, tacite insinuat Christus crucem & mortem suam, ne fortassis apertiore modo eam explicans, præsentes discipulos nondum satis confirmatos deterreat. Soluere, occidere est. Soluite, prænuntiatiuũ verbũ & permissiuum, ac si diceret, Soluetis quidem, siue occidetis me, etiam permittentem, siue non resistentem. Sic apud Zachariam 13. Percute pastorem, & dispergentur oues. Percute, pro percuties positum.

Soluite, verbũ crucẽ indicat.

[DIXERVNT ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatũ est templũ hoc, & tu tribus diebus excitabis illud?] Talis fuit illorum responsio qualis fuit intellectus. Quadraginta sex annis sudatũ est (inquiunt) in hoc templo, post Babylonicam captiuitatem, instaurando, & tu triduo excitabis illud? Nec solũ id videbatur absurdum, sed etiam impium: nam impium erat, iubere solui tantæ religionis templum: tam operosam fabricam intra triduum excitare, dictu absurdum videbatur. Huic obiecto nihil respondit Christus, sciens se nihil profecturũ, si illis suum aperuisset sermonẽ, quum nec posteà tot editis miraculis, & prædicationibus crediderint. Quare manifesta erat cæcitas Iudæorũ in re, quã quum satis aperte insinuaret, dicẽs, Soluite, & non ait Soluã ego: & tamen non intellexerunt, sed ad templũ materiale retulerũt. Quum hæc dicunt, non respiciunt ad primam ædificationẽ, quæ tempore Salomonis cœpit, & septem annis perfecta fuit, postea per Nabuchodonosor regẽ Babylonis deuastata: sed ad templum, quod sub Esdra restauratum est, Esdræ cap. 6. Cœpit restaurari templum primo Cyri anno, & absolutum sexto anno Darij filij Hydaspis: inter quos, supputatoribus Hebræis, numerãtur quadraginta sex anni. Intelligamus structuram aliquando intermissam fuisse, quòd impedirentur à vicinis Idumæis.

Instaurationis templi tẽpus.

[ILLE autẽ dicebat de tẽplo corporis sui.] Ne quis in aliũ sensum quę Christus dixit Iudęis interpretaretur, exponit Euangelista, de quo corpore loquutus sit Christus.

QVVM

[QVVM ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius.] In dies vndique rebus singulis Scripturarum moniti discipuli, multum & abundè in Euangelio promouerunt: multò tamen clarius cognouerunt post resurrectionem, tum propter dona Spiritus Sancti, tum propter doctorem CHRISTVM glorioſum, qui posteaquam resurrexit, familiariter illis colloquutus est, aperiens sensum illorum, vt intelligerent Scripturas, Luc. 24. Fuit hoc dictũ, seu aliquod semen in animis auditorum: quod discipuli in pectore recondẽtes, quid sibi vellet admirabantur, donec peracta resurrectione, à Spiritu Sancto docti & illuminati sunt CHRISTVM temporis vocabulo, suum ipsius corpus significasse. Iudæi verò hoc semen indignabundè in pectore seruarũt: qui postea recordati, obiecerũt illi hunc sermonem veluti capitale crimen, apud Sacerdotes impios, qui impiũ & sacrilegũ duxerunt violare saxeum illud templũ, nihil veriti sacratissimũ illud templũ sanctissimi corporis, in quo inhabitat plenitudo diuinitatis corporaliter, impie demoliri. Sed hic ipse verus Salomon, qui sibi ex Virgine Maria condiderat templum, hoc ab illis solutum restituit intra triduum, iuxta Prophetarum oracula.

Apostoli post resurrectionẽ, quæ prius incognita clarius cognouerunt.

[QVIA hoc dicebat.] Aetiologia est: adducit enim rationem recordationis à re præterita: præteritorũ reminiscimur. Reuocauerũt discipuli in memoriam CHRISTVM dixisse hoc, Soluite, &c. de tẽplo corporis sui.

[ET crediderunt Scripturæ.] Non omnia vno tẽpore, sed statis & à se determinatis tẽporibus, iuxta suũ beneplacitum, bona sua Deus dispensat. Est certè gloria CHRISTI, & regnũ eius nobis Spiritu Sancto communicatum: at quia pati CHRISTVM autè oportuit, quàm regnum suum & gloriam ingredi (Luc. 24.) spiritus eò tam opulẽtè nõ est datus, quòd IESVS nõdum esset glorificatus: vnde oportuit discipulos mansisse rudiores, donec mortuo & inde glorificato CHRISTO, Spiritus illorum paracletus ipsis aduenire, quo repleti crediderunt tũc Scripturæ dicenti de resurrectione CHRISTI: nõ quòd tunc cœperint credere Scripturæ, sed quia tunc explicitè crediderũt impletas esse Scripturas Prophetarũ in resurrectiõe Iesu Nazaræni. Aperuit eñ Iesus sensum illorũ,

Spiritus statis temporibus reuelatus.

Spiritus apostolis scripturas aperuit.

hoc est, donum intellectus, scientiæ, & clarioris cognitionis, vt intelligerent Scripturas, & quid Scripturis ipsis Spiritus significaret.

[ET sermoni quem dixit Iesus.] Quum rediuiuum, & gloriosè resurgentem viderunt, explicitum habuerunt sermonem illum quem Iesus Iudæis obiecit, Soluite templum hoc, &c.

Paschæ solennitas.

[QVVM autem esset Ierosolymis in Pascha, in die festo.] Nominatim festi Paschæ septem diebus iuxta legis præscriptum durãtis meminit: quòd in Ierusalem eo festo confluerent, & conuenirent Iudæi, per tribus & familias, audituri legem, & oraturi cum solennitate agnidq; fuit Christo argumentum manifestandæ suæ potentiæ & doctrinæ, cui crediderunt.

Credere in nomine Iesu.

[MVLTI crediderunt in nomine eius.] Fructus prædicationis & miraculorum Christi, est credere in nomine eius, id est, verbo eius, & omnibus quæ de eo verè dicuntur. CREDIDERVNT in nomine eius, id est, crediderunt, & agnouerunt eum esse Prophetam, & Filium Dei, qui nominabatur, & verè erat.

[VIDENTES signa eius quæ faciebat.] A signis causam reddit, cur multi crediderint: qui verbo non crediderunt, signis conuicti crediderunt. Insinuat hic locus Christum multa in hoc festo Ierosolymis fecisse signa, quæ tamen Euangelista memorare non duxit operæpretium: qui enim Christum ex his, quæ scripta sunt, non sibi persuaserit, neque agnoscet eum, etiam si ad vnum relata essent omnia. Quanta autem fuerint, docet Euangelista in fine huius historiæ, dicẽs, Sunt autẽ & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribãtur per singula, nec ipsum arbitror mundũ capere posse eos, qui scribẽdi sunt, libros.

[IPSE autem Iesus non credebat semetipsum eis.] Consultò seipsum subduxit à Pharisæorum, Scribarumque consortio, & familiari consuetudine, ne traderent eum morti, priusquam suo defunctus esset officio, neue illi etiã occasionem maioris mali accepissent: vnde quum non seipsum illis crederet, illorum malitiæ peccandi materiam subtrahebat.

[EO quod ipse nosset omnes.] Rationem reddit, cur Christus semetipsum eis non crediderit: nouerat omnes intus

intus & in cute: videbat multorũ animos auaritiæ adustos, quos tanta authoritas premebat, quum viderent CHRISTI doctrinã suo lucro & quæstui offecturã: videbat Pharisæorum & Scribarũ liuorem nondũ in manifestam calumniam erupisse: sed tamen iam odium & inuidiam in cordibus conceperant, captantes occasionẽ lædendi. Obserua, quod CHRISTVS omnes nouerit, argumentum est, CHRISTVM esse Deum, qui solus omnia cognoscit. Ex his didicit Ecclesia, apud quam mos inualuit vt catechumenis corporis & sanguinis communionẽ nõ tradat, quia CHRISTVS nõ credidit seipsum his (quorũ hic meminit Euãgelista) Iudæis, & incredulis esset, nec renati ex aqua, & Spiritu Sancto. Catechumenis non communicatur eucharistia.

[ET QVIA opus ei nõ erat vt quis testimonium perhiberet de homine.] Amplificatio est certitudinis & causæ cur se illis CHRISTVS non crederet: horum liuorem & conceptum in animis odium tam manifestè cognoscebat CHRISTVS, vt tametsi nemo sciat quæ hominis sunt, Corinth. 2. nisi hominis spiritus, qui in ipso est: tamen non habet opus vt quispiam apud eum testificetur de homine, id est, de natura hominis, cuius vires & superiores, & inferiores apertè cognoscit. Hebr. 4. Et non est vlla creatura inuisibilis in cõspectu eius, omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Vt ergo credamus Christum natura Deum vnigenitum esse, adiecit Euangelista, ET quia opus ei non erat, &c. Probatio diuinitatis Christi.

[IPSE enim sciebat qd esset in homine.] Præcedentẽ sententiã simili Aetiologia cõfirmat, argumẽto à notitia quam CHRISTVS VI verus Deus de homine & genio eius habet, petito. Cognoscebat ex seipso non solum quod scribitur Genes. cap. 8. Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: sed etiam quid lateret in recessu cordiũ vniuscuiusq;. Quã male ergo quis locaret spem & fiduciam suam in homine, cuius a puero mala est cogitatio, quàm sanctè hortatur Dauid dicens, Nolite confidere in principibus, neque in filijs hominum, in quibus non est sãlus. Nemo itaque, ait Paulus 1. Corinthiorum 3. glorietur in hominibus. Denique quòd nouerit Dominus quid in homine sit, deterreat nos ab hypocrisi, & confidere faciat in Hypocrisis antidotum.

eum, qui tam benignus & propensus est ad miserendū.

CONCILIATIO PRIMA.

Quid hic docet Ioannes CHRISTVM se non credidisse Iudæis? Itáne docet vt nulli hominum confidendum sit? nam quum per charitatem ipsam iubemur omnes etiam inimicos diligere, non videtur syncera charitas, vbi diffidentia de amico fuerit. Respondeo: Fide agnoscimus omnes homines mēdaces, & ad malum pronos, à quibus, ceu ab ipsis, nō est cōnūere: est enim omne bonum à Deo: vnde his nō est fidendū, ne re caduca innixi labamur & præcipites ruamus. At charitas quæ de proximo nō cogitat malū, sed de ipso omnia sibi bona pollicetur & sperat, facit vt proximo multa committamus, quæ sunt pietatis. Quòd si spe sua frustratur, non inuidet, non conuiciatur, sed omnia suffert, omnia sustinet. Amica est charitas proximo, quem proprijs etiam bonis adiutare parata est. Dicamus igitur, quantum ad fiduciam de salute attinet, nulli hominum fidendum esse: Nā omnis caro fœnū, & gloria eius sicut flos fœni. Quantū vero ad charitatē attinet, de quouis homine bene sperandū est: cui nosipsos credere licebit iuxta charitatis præscriptum: quod CHRISTVS fecit, cum illis aliquando conuersatus, aliquando se causa salutis illorum subducens, & materiam peccandi remouens.

Homo res caduca.

Charitatis ingenium.

Homini nō fidendum.

CONCILIATIO SECVNDA.

Quòd in his nuptijs durè responderit CHRISTVS matri, videtur præstare occasionē hoc suo exēplo, vnde filij contemnant matres & duriter eas tractent. Respondeo: Absit, vt qui virtutis & omnis spiritalis doctrinæ est absolutissimū exemplar, hoc doceat. carnali durum videtur responsum: spiritalis autē, hoc dicto, fidei rationē cognouit: nā in his quæ sunt & pertinent ad charitatem, honorem & obedientiā parentibus debemus: quod ipse Christus exēplo docuit, quū parētibus (quibus subditus erat) se morigerum præstiterit. Commendātur Rechabitæ apud Ieremiam cap. 35. quòd patri morem gesserint & obediuerint. Rursus hoc à Deo admandatum est, vt indicat Decalogus: In his verò, quæ spectant ad fidem & pietatem Christianam, si me auersatur pater aut mater aut frater, relicto parente amplexabor Euangelium. Est procul

Rechabitarū studium erga parentes.

Euāgelio plus quàm parentibus debetur.

procul dubio veræ pietatis opus, aduersus parentes crudelem esse in fidei negotijs, hoc est, parentis gratia non relinquere CHRISTVM, & quod à Deo demandatum est, exequi, siue placeat siue displiceat parenti. Huc pertinet quod scribitur Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrēm, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, nō potest meus esse discipulus. Rursus Matth. 10. Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium: veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suā, & nurum aduersus socrum suā: & inimici hominis, domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plusquā me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Quare CHRISTVS suā sanctissimā doctrinā, sese piū erga matrē & officiosum præstitit, quoties charitatis opus præstandum fuit: sed quum negotium Patris sui cælestis agendum tractandúmve fuit, neque Matris, neque Ioseph, neque parentum personam respexit: sed quodammodo durus virsus est, docens Patris negotium non indigere consanguineorum opera. vnde Luc. 2. dicebat Veritas, Quid est quòd me quærebatis? nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?

CAPVT III.

RAT autem homo ex Pharisæis [a] Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus quia à Deo venisti [1] magister: nemo

[a] Nicodemus nocte accedit ad Christū vt doceatur.

[1] Magister) nominatiuus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi sit Deus cum eo. Respondit Iesus,& dixit ei,Amen amen dico tibi, nisi quis [2] renatus fuerit [3] denuo [b], non potest [4] videre regnum Dei.Dicit ad eum Nicodemus,Quomodo potest homo nasci, quum sit senex? nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire & renasci?Respondit Iesus, Amen, amen dico tibi,nisi quis renatus fuerit [c] ex aqua & Spiritu Sancto,non potest introire in regnū Dei. Quod natum est ex carne,caro est:& quod natū est ex Spiritu, Spiritus est. Nō mireris quia dixi tibi, Oportet vos nasci [5] denuo:Spiritus vbi vult spirat,& vocē eius audis,sed nescis vnde veniat, aut quò vadat: sic est omnis qui natus est ex Spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus,& dixit ei, Tu es [d] mà gister in Israel,& hęc ignoras? Amē, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis.Si terrena dixi vobis,& nō creditis, quomodo si dixero vobis cælestia credetis [6]? Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descēdit de cælo Filius hominis qui est in cælo.Et sicut

b Nasci denuo.

c Nasci ex aqua & Spiritu Sancto.
Caro.
Spiritus.

d Magister.

2 A Deo renisi) Deus te misit, non homo,vt doceas nos.Renatus &c.) genitus fuerit desuper.
3 Denuo) iterato vel secundo.
4 Videre regnum &c.) id est nō potest esse civis regni Dei.
5 Denuo) vel de supernis.
Magister Israelis.
6 Et nemo) &c. nemo nouit res cælestes præter me.

cut Moyses exaltauit [e] serpentē in deserto,ita exaltari oportet Filium hominis : vt omnis qui credit in ipso , non pereat , sed habeat [f] vitam æternam.Sic enim Deus dilexit mundū,vt Filium suum vnigenitū daret:vt omnis qui [g] credit in eum, non pereat,sed habeat vitā æternā. Nō enim misit Deus Filium suum in mundum,vt [7] iudicet mundū,sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eū,non iudicatur:qui autē nō credit,iam [h] iudicatus est:quia nō credit [8] in nomine vnigeniti Filij Dei.[9] Hoc est autē iudicium: quia lux venit in mundū,& dilexerūt homines magis [i] tenebras quā lucē: erant enim eorū mala opera.Omnis enim qui malè agit,odit [k] lucē,& nō venit ad lucē,vt nō arguātur [l] opera eius: qui aūt facit veritatē, venit ad lucē, vt manifestētur opera eius, quia [10] in Deo sunt facta. Post hæc venit [m] Iesus & discipuli eius in Iudęā terrā: & illic morabatur cū eis,& baptizabat.Erat autem & [n] Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim , quia aquę multę erant illic,& veniebant & baptizabātur:Nondū enim missus fuerat Ioānes in carcerē.Facta est autē quæstio ex discipulis Ioānis cū Iudæis [11] de purificatione. Et venerunt

e Serpēs in deserto Numer. 21.c
f Vita æterna. 1.Ioan.4.b
Dilectio.
g Fides in Christum.
h Iudicium.
i Tenebræ.
k Lux.
l Opera.
m Christus in Iudæa.
n Ioannes baptizat.

7 Iudicet) cō demnet & infrā.
8 In nomine) in nomē.
9 Hoc est autem) id est, hæc est autē condemnatio vel causa condemnationis.
10 In Deo) id est instinctu Dei sunt facta.
11 De purificatiōe,) id est de baptismo, quod fiebat nomine Christi.

runt ad Ioannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim, °Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui. Qui de sursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur: qui de cælo venit, super omnes est. Et quod vidit & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit eius testimonium, [12] signauit quia Deus verax est. Quē enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensuram dat Deus Spiritum. Pater diligit Filium: & omnia[13] dedit in manu eius. Qui credit in Filium, ᵖhabet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, [14] non videbit vitam, sed[q] ira Dei manet super eum.

o Ioānes docet discipulos suos se non esse Christum. Sponsus.

p Fides, vita æterna. 1. Ioannis 5. b

q Ira Dei.

12 Signauit, &c.) id est, velut signo apposito declarat, quòd Deus fuerit promissis. 13 Dedit filio, permisit ei omnia eius potestati. 14 Non videbit, &c.) Hebræ. Sempiternam Dei indignationem morti æternæ erit addicta.

Erat

Erat autem. CAP. III.

SCOPVS Euangelistæ est narrare quomodo Iesus Christus se orbi aperuerit esse Filium Dei & Messiam in lege promissum. Quum igitur præcedenti capite duo insignia miracula eius (ex quibus diuinitas Christi cognosci potest) memorauerit, peropportunū visum est nunc disputationem, quam cū Nicodemo Christus habuit, adiungere: in qua & quid ipse præstiturus venerat, vt ciues regni eius simus, & quid à nobis requirat, dilucidè explicatur. Docuit Euangelista in fine præcedentis capitis, multos qui ex conspectis Iesu miraculis Christo crediderant: vnde verisimile est Nicodemum fuisse vnum ex his qui Christi miraculis persuasi, crediderunt verbo. Antequam ergo Euangelista procedat ad familiare colloquium Christi & Nicodemi, diligenter suis pingit coloribus personam Nicodemi: qui nobis proponitur ceu vnum exemplar prudentium & sapientium huius mundi, antequam perueniāt ad renascentiam, & regnum cælorum.

Nicodemus Pharisæus.

[EX Pharisæis.] Commendat Nicodemum à secta Pharisaica, quam sequebatur. Hic erat ex eorum ordine, qui apud Iudæos religiosiores habebantur. Quatuor sectas apud Iudæos fuisse meminit Iosephus, Pharisæorū, Sadducæorū, Essenorū, & eorū, qui, authore Iuda, Saulonitæ, tempore census fuerāt exorti. Horū dogmata pariter & mores paucis descripsit libro belli Iudaici secundo, cap. 7. lib. Antiquitatum 15. cap. 8. & lib. 18. cap. 2. Pharisæi legis studiosiores, fatum cum libertate tamen notarisæ voluntatis agnoscebant, animam credentes immortalem. Pharisæi dicuntur Hebræis Phorschai, vel Phorschin, quasi Expositores & legis interpretes: quod postea Græci nonnihil immutantes dixere φαρισαῖοι, id est, Pharisæi. Pharisæus interpretatur Diuisus. Ex Pharisæis, id est, ex doctissimis. Huiusmodi enim habebantur prudentissimi & sanctissimi, quòd horum institutum sanctissimum diceretur, vt nihil prorsus in eo desyderaretur.

Pharisæorum dogma.

Pharisæus quis.

[NICODEMVS nomine.] Grauem quam explicaturus

Universidad de Deusto
Biblioteca

turus est disputationē Euāgelista cōfirmat à circūstantia personę, quā notatim scribit. Nicodem⁹, Hebraicè interpretatur Innocens sanguis, Græce verò Victoria populi.

Nicodemi etymon.

[PRINCEPS Iudæorum.] Adscriptus erat in ordinem eorum qui apud Iudæos primores erant, non solùm in doctrina legis præcipuus doctor, sed etiam magistratu & præfectura in populo insignitus.

[HIC venit ad Iesum.] Tametsi princeps esset inter Iudæos, & ageret inter Pharisęos, hoc est, grauiores Christi hostes, tamen semen Dei in eo vincebat omnes has tricas, & honoris titulos, quibus impedire solet mundus ne ad Christum accedatur. Hoc indicat verbum Venit, quo commendatur studium cognoscendæ veræ religionis in Nicodemo, qui venit vt de doctrina vitæ æternæ certior fieret, & mysteria Dei plenius disceret.

Nicodemi studium.

[NOCTE.] Circunstantia temporis ostēdit hunc tum timore potius quàm impietate, & pudore humano verius quàm peruersitate teneri: pudebat enim fortasse eum, qui primariæ authoritatis inter Iudæos erat, humilem Iesu discipulum videri: deinde timebat ne si conspiceretur Iesum Christum, primus esset in Synagoga cui hoc conuicij à Pharisæis & principibus Synagogæ obijceretur, & à senatu expulsus anathema fieret. Hic tamē quia diligebat Christum, clandestinò adeundi occasionē quærebat, vt cum ipso loqueretur, & suum affectum in ipsum exercere posset. Occultus ergo hic accessus ex infirmitate & formidine est, ne fortasis si ab alijs videretur, hæreseos accusaretur: vnde manifestum est veterem Adamum adhuc in illo fuisse necdū veram lucē assecutum, dum ad noctem ambulat. Nam si nouum hominē induisset, in luce vel meridiana venisset, omni secluso timore.

[ET dixit ei, Rabbi.] Secretiorem domum ingressus, Christū salutat, captans beneuolentiam à persona Christi seu dignitate personæ. Hanc salutationem putauerim ex bona mente prodijsse: modestissima enim & prudentissima est hæc Nicodemi disputatio cum Christo. Nō cōuenit Christū, vt malitiosè eū tentet, aut peruicaciter cōtendat, aut astute capiat eū in sermone: sed ciuilis & candida est disputatio, qua sitit discere quæ sit vera iustificandi ratio, quæ methodus ad iustificationem, quis eius

eius modus. Aliorum autem Iudæorum disputationes, aut sunt captiosæ, vt ea quæ est Matth. 22. de censu, & Matthæi capite 19. de libello repudij: aut inuidiosæ & maligna, vt Matthæi capite vigesimosecundo, de resurrectione, & mandato magno in lege: aut infideles & procaces, vt Ioannis cap. 2. quum signum postulabant. Bona verò & sancta est hæc Nicodemi disputatio. Rabbi Hebraicè sonat Magister mi.

Iudæorū multiplices & captiosæ disputationes.

Rabbi.

[SCIMVS QVIA à Deo venisti Magister.] Magna hæc Nicodemi confessio, qua confiteretur Christi officium, quod est doctorem & magistrum orbis esse, hoc est, docere: & simul singulari commendatione aperit dona Christi, & potentiam eius: quasi diceret, sanctitate vitæ & miraculis tuis hoc mihi persuasum est, te doctorem à Deo huc venisse. Magistrum vocat ipsum, quasi purum hominem, de quo non aliam adhuc maiorem induerat opinionem. Magister hoc loco nominandi casus est, non vocandi.

Christi officiū.

[NEMO ENIM potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.] A ratione confirmat Nicodemus quod dixit Christum à Deo venisse. Istud est à ratione propinquum argumentum, Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis: ergo à Deo venisti Magister: nam hanc ipsam quam præ te fers docendi authoritatem, res ipsa loquitur, non ab homine traditam esse, sed à Deo. Quis edere posset hæc miracula quæ profers, nisi Deum habuerit sibi & præsentem & opitulantem? Hæc ostendunt Nicodemum nihil aliud suspicatum adhuc esse de CHRISTO, quàm quod propria virtute miracula non ederet, sed eum solùm Prophetam aliquem esse, cui Deus opitularetur, & in edendis miraculis faueret. Quasi dicat, Scio quàm malè de te suspicentur nostri Pharisæi & seniores legis, quos revera aut parū prudentes, aut inuidos putauerim: sed hoc nihil me moratur: verū aliqd est quod me potissimū mouet, nēpe q⁹ aduersus Moysen videris docere: putāsne cōtemnendum esse, quod ego tot annos in secta Pharisaica omnium sanctissima irreprehēsibilis vixerim? Sint qui tuæ doctrinæ adhæserint, ego tamē laboriosis illis meis studijs nihil tuæ doctrinæ sum assequutus: aut igitur doce

Nicodemi opinio de Christo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

doce me hanc tuam doctrinam, quam non sum assequutus, & fac intelligam, aut suspicabor te malè docere.

[RESPONDIT Iesus, & dixit ei.] Quod docuit Paulus Ro. 14. infirmum in fide assumite, didicerat ex hoc, & alijs sui præceptoris Iesu Christi factis, qui mansuetissimus doctor, quique (vt est apud Esaiam cap. 42. calamum quassatum non comminuit, nec linum fumigans extinguit) Nicodemi infirmitatem, & imbecillitatem non est auersatus, timidum atque intempestiuum salutatorem repulit, sed qui præcipuè propter ægrotos venit, huic & doli & malitiæ expertem (propter quod dignus videbatur, qui paulatim ad sublimiora proueheretur) comiter & benignè accipit, continuò summam doctrinæ suæ illi proponens, subobscuris tamen verbis, vt eliciat hominis ruditatè paulatimque erudiat, & ab affectu carnali traducat ad intelligentiam spiritualem.

Iurat Christus in re seria. Amen, amen.

[AMEN, amen dico tibi.] In re seria & certa, imò & quæ se aliter habere non potest, iurat Christus. Amen vox Hebraica, qua confirmatur quod narratur, & significat Fiat, vel Verè & firmum. Gemina hæc vox Amè, amè confirmationem intendit, & exaggerat Nicodemi ruditatem, & somnolentiam: facitque vt attentior reddatur Nicodemus, & sublimiora audiat mysteria. Quidam interpretatur Amen positum pro nomine veritatis, vt sit sensus, Amen, id est, Ego qui sum veritas, amen, id est, veritatem dico tibi. In qua significatione interpretatus est locũ illũ Apocal. cap. 3. Hoc dicit Amen, testis fidelis, &c.

[NISI quis renatus fuerit denuo.] O doctrinam cælestem & cælitus demissam, qua quis non clarè & aperte videt quàm Christus abiectam & prorsus inutilem ostendat istam ex Adamo natiuitatem, vt carnalem damnat, quæ neque capax est eorum quæ sunt ipsius Spiritus, neque sufficiens & idonea qua eatur in cælum? Videtur ad hunc modũ dicere Christus, Quia adhuc carnalis es, & Nicodeme, vt pote qui de me nimis humiliter sentis, nempe me magistrum esse & Deum mecum esse, non autem me Deum esse credis, meritò ita de me sentis: quia nondum renatus es, & caro eò te vehere non potest, sicut nec tui similimos. Quare qui tãto desyderio flagras nouam ex me discere doctrinam, quam tãto labore, toe annis, tam

nis, tam magno sudore in voluẽdis tuis libris, tuisq; istis viribus non es assequutus, intellige & habeto pro indubitato neminem nisi renatũ, totúmq; innouatum, neminem adhuc excitati & veteri pelli immersum, nisi veterem pellem exuerit, posse regnũ Dei videre. Huic, quod dico, indiuulse adhæresci to. Nisi tu, & quisquis alius fuerit, ex Deo renati fueritis, piam, & dignam de me opinionem habueritis, extra regnum cælorũ estis. Infinita est hæc propositio, NISI QVIS, &c. pro vniuersali: Omnibus enim hominibus regnum cæli ingredi desyderantibus loquitur Dominus. Reiecta carnali natiuitate, commendat alteram quæ per renascentiam fit, tanquam spiritualem, capacem rerum spiritualium, & efficacem, per quam nobis est via, & ingressus in cælum. Quare vt regnum cælorũ ingrediaris, hoc est, vt verè accipias ea, quæ sunt in regno cælorum, siue vt verorum bonorum particeps fias, non satis est obiter cognoscas Christum, historiali fide de Christo sis ornatus, confitearis verbo Christum, & potentiam eius commendaueris. Hæc enim fides est mortua, quæ nulla ornatur charitate, sine qua pereunt omnia: sed necessaria est renascentia ex aqua, & Spiritu Sancto.

Natiuitas duplex.
Renascentia spiritalis.
Fides mortua

[NON potest videre regnum Dei.] Iuxta dialecton Hebraicam dictum est VIDERE regnum Dei, pro eo, quod est Participem esse regni Dei, accipit pro omnibus rebus ad regnum illud pertinentibus. ad Rom. 14. Regnũ Dei est iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto. Certa perceptio salutis, quæ fita est in iusta Dei cognitione, & obsignatione Spiritus Sancti. Quibus hæc contigerunt, nũc spe beati sunt, & in futuro ijs bonis plene fruentur. Quare quum hæc omnia ab eo pendeant, quòd suo nos Deus spiritu afflet, inflammet, & ad se trahat, rectè dictum est à Domino, Neminem, nisi qui renascitur, & exuta omnino veteri pelle, induerit ex integro nouum hominẽ, posse videre regnũ Dei: hoc est, adhærere rebus cælestibus, & verè cognoscere quæ ad beatitatẽ illam cælestem & supernam pertinent: vnde Paulus nouum hominem, & nouam in Christo requirit creaturam, quę in nobis cœpit, simul atque datum est credere in nomen Christi, & sic esse in Filio. Perficitur autem quotidie à Spiritu

Regnum Dei videre.
Nouum hominem inducere.
Credere in nomen Cgristi.
Esse in Filio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei, qui ad imaginem Christi nos in dies magis ac magis reformat. Legito de his Paulum 2. Corinth. 3. 4. & 5. Galat. 3. & 6. Ephes. 2. & 4. & Colos. cap. 3.

[DICIT ad eum Nicodemus.] Humi adhuc serpit Nicodemi animus, qui quum putaret se in negotio pietatis aliquid intelligere, nihil intelligebat, tantum abest vel prima principia, quibus itur ad pietatem, & religionem Christianam, cognouerit, prorsus ignorans renascentiam, & nouam in Christo natiuitatem. Cogitat enim suo, non nisi ad patrem & matrem ac puerum pertingit: & sibi persuadet denuò infantem fieri oportere. Vnde quia carni ignota ingratáque est renascentia, eidem fortiter se opponit caro, qua non plene adhuc tersus Nicodemus, puerilia rationis carnalis argumenta adducit aduersus renascentiam.

Carnis cæcitas.

[QVOMODO.] Perturbatus Nicodemus, & rem non intelligens, non sine honoris exhibitione inquirit de hac renascentia, argumẽto ab impossibili iuxta humanã sapientiam petito. QVOMODO, vox est incredulorum.

Quomodo, vox incredulitatis.

[POTEST homo nasci cum sit senex?] A circunstantia ætatis adducit impossibilitatem. Qui fieri potest vt homo iam prouectæ ætatis, quemadmodum ego sum, nascatur denuò?

[NVNQVID potest in ventrem matris suæ iterato introire & renasci?] Confirmatio est prioris argumenti. Nicodemi adhuc carnalis & animalis, qui non percipit ea quę sunt Spiritus. 1. Corint. 2. nihil vltra res humanas cogitans, corporalem quendam ventrẽ, & reditũ hominis rursus ad partũ fingere cogitur, dicẽs, Num quà fieri potest, vt in vterum maternum rursus quis redeat, & intret, atq; inde nascens denuò prodeat? hoc re vera fieri nequit. Quę est ista noua doctrina? neq; Peripatetici, neque Academici nouerunt. Tot annos sum apud Moysem, & inter sapientissimos huius seculi versatus, nihil huiusmodi aliquid docuerunt. Nasci semel noui: sed renasci nullus hominum nouit. Renasci, Quid istud est? parricidium fiam? fundendus est matris vterus? si mihi in illum intrandum fuerit, vt renascar, morietur illa. Aut quomodo renascetur, cuius mater animam efflauit, & cuius corpus in cinerem redactum est? Qui fieri hoc potest? actutum est de

Nicodemus ignorat renascentiam.

est de me nisi renascar? Hic à Deo magister docet necessariò renascendum esse: quomodo renascar qui matrem perdidi, patrem non habeam superstitem? Neque solum hæc renascentia animum Nicodemi perplexum reddebat, sed etiam quòd audiret regnum Dei promissum, & renatos participes fieri donorum spiritalium, & habitationis supernæ. Hæc inaudita illi erant, quòd hactenus apud Iudæos nomen Regni cælorum non esset auditum: sed promissio terræ, & bonorum ipsius: quòd si quid de Regno Dei cognouerunt, hoc per vmbras & ænigmata didicerunt. Colligamus ex his, vnicam nouerat Nicodemus natiuitatem ex Adamo & Eua: ex Deo & Ecclesia nondum nouerat. Nouerat solùm parentes qui ad mortem generant, nõ qui ad vitam: nouerat parentes qui generant successores, non nouerat eos qui semper viuentes, & permãsuros generant: nouerat natiuitatem de terra, non de cælo: vnam de carne, non illam de Spiritu: vnam de morte, non illam de æternitate: vnam de masculo & fœmina, non illam de Deo & Ecclesia.

[RESPONDIT Iesus.] Tanta est Christi philanthropia, tam vehemẽs erga homines amor, vt ne hoc quidem tam crasso responso Nicodemi offensus fuerit: ignorantem nõ reiecit, sed erudit eum amice ad meliora, non grauatus interpretari quid sit renasci denuò siue è supernis.

[AMEN, amen dico tibi,] Paucis mysterium renascentiæ absoluturus, iurat & iuramento confirmat quàm necessarium fuerit eum renasci, qui voluerit regni cælestis particeps fieri.

[NISI quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto.] Reiectis velaminibus, vt imbecillior Nicodemus erudiatur, renascẽtię causas seu media explicat. EX AQVA, visibili sacramento, & Spiritu inuisibili, sit hæc renascẽtia, ô Nicodeme: quę nõ carnalis est, sed spiritualis: nec constat propagatiõe corporũ, sed trãsformatione animarũ. Nec hac natiuitate rursus efficiũtur filij hominũ, sed filij Dei. Si quis rogauerit me, Quomodo potest aqua generare? hũc interrogabo, Quomodo semẽ & ipsum aquosum existẽs, potest in hominẽ trãsformari? Quare respõdeo, Sicut in corporali semine totũ est gratiæ diuinæ, ita & in Baptismo, aduentante verbo, Ego te baptizo in nomine Patris

Aqua quomodo regenerare potest.

Baptismi virtus.

Renascentia per baptismũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Filij & Spiritus Sancti, ex fide prolato, ad elementū, sit sacramentū, hoc est, vim & efficaciam mortis, & resurrectionis Christi habet hic Baptismus, ex dono & liberalitate Christi, qui omnes ab Adamo vsq; ad nouissimū hominem secum in crucem, sepulturā, & resurrectionē traxit. Dicebat enim, Ego si exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum. Quare quum nō amplius moriatur, & vna oblatione, siue corporis sui litatione consummauerit in sempiternū sanctificatos, Hebr. ca. 10. dedit vim & energiam suæ mortis, & resurrectionis ipsi Baptismo. hoc est, per Baptismum exuimus veterem hominē, & induimus nouum hominem. Ephes. 4. Qui secundū Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Ad Titum 3. Secundū suā misericordiā saluos nos fecit, per lauacrū regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti. Obserua quisquis es qui Spiritu ductaris, Symbola mortis seu sepulturæ, & resurrectionis, in aqua illa conferuntur. Qui baptizatur, mergitur in aquam: istud est sepulturæ symbolum: conmoritur Christo, & quia huic baptizato propter peccatū debebatur mors, hanc passus est Christus pro eo, cuius vim recipit in hac mersione, quæ trina triduum mortis Christi designat: deinde ex aqua erigitur, & redit fulgidior, & clarior, incorruptionis ferens indumenta, qui in aqua corruptionem submerserit. Sicut Christus moriens omnes ab Adamo acceptas infirmitates in morte submersit, & glorioſus resurrexit, ita & baptizatus cū mergitur, moritur ipsi veteri Adamo, hunc abnegat, & resurgit cum Christo Filio Dei, recipiens Spiritum adoptionis, quo per Christum Dei Filium naturalem adoptatur à Patre, & fit Dei Filius. Ista Paulus Roma. 6. abunde declarat, An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, &c. Hæc non carneo, sed spiritali oculo, hoc est, fide, videntur. Quid videtur? puellus peccator in fontem descendit, sed purificatus ascendit: filius præuaricationis descendit, sed filius reconciliationis ascendit: filius mortis descendit, sed filius resurrectionis ascendit:

Symbola mortis & resurrectionis.

Mersio trina in baptismo.

dit: filius iræ descendit, sed filius misericodiæ ascendit: filius diaboli descendit, sed filius Dei ascendit. Hæc aqua indicat nobis mortificationem. Quam? carnis, quæ maxime necessaria tum baptizato tum post Baptismū resipiscenti, & pœnitentiā agenti. Resipiscentibus suadebit Palingenesia, hoc est, Regeneratio, vt expendamus, perspiciamusque quales sumus, vt tale quiddam quod pauoni accidit, & nobis accidat, qui explicatas pennas ilico demittit, & fastum deponit simul atque pedes inspexerit. Quis enim, si animo serio dicat, Ego caro sum, in peccato conceptus, cum peccato natus, sum veluti peccati coagulum, nullus ex me spiritus, nulla vita, hæc omnia dānata & abiecta sunt tanquam inferorum titiones: quis inquam, gloriabitur? Ista contemplatus re vera demittet fastum, & superbiæ alas deglabrabit, dicetq; coram Deo, Domine Deus, ego agnosco me peccatorem, omnes vires meas nihil esse, iustitias meas pannos esse menstruosos: quare tuæ gratiæ me dedo, de qua iuxta tuum promissum non diffido, spiritu tuo guberna me, aufer à me veterem istum hominem, & indue me nouum, vt non secundum sensum meum, & stultam meam rationem, vitam hanc transigam, sed collige me tecum, & in sinu tuo foue. Hæc est vera nostri mortificatio, & viuificatio ex Spiritu. Obserua. His verbis Christus explicat pactū & fœdus quod nobiscum pepigit, Qui crediderit & baptizatus fuerit, hic saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Hoc fœdere Deus pollicetur, & pacto conuenit cum homine, quòd illi peccata remittet, & illum propter Christum recipiet in filium, donabitque illum Spiritu Sancto pro pignore hæreditatis, qui viuificet, & sanctificet. Hoc grauissimè testatur Petrus 1. Epist. cap. 3. Quod & vos nunc similis formæ (inquit) saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed cōscientiæ bonæ interrogatio in Deum, per resurrectionē IESV Christi. Quasi diceret, Baptismus præcipue est instrumentū, quo nobis aufertur peccatum, & confertur gratia: ésq; pactum bonæ conscientiæ erga Deum, per resurrectionem IESV Christi, quo Deus erga nos testatur se nobis placatum esse, propter resuscitatum Christū, vt vicissim hoc fœdere bona conscientia bene respondeat apud Deum, confi-

Aquæ significatio.

Palingenesia. Regeneratio.

Mortificatio nostri. Viuificatio nostri ex Spiritu. Christi fœdus nobiscum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pactũ cũ Deo.

fideus se habere placatum Deum propter Christum. Vide quæ in illum Petri locum annotauimus. Quantum ad nos attinet, percutimus fœdus cum Deo, cui astringimur ad mortificandum per omnem vitam membra peccati, abrenuntiantes Saranæ, mundi gloriæ, & pompis eius. Quare dum baptizandus mergitur, verbum Ego te baptizo, &c. pronuntiandum est cũ fiducia, quæ inuitatur promissioni, Qui crediderit & baptizatus, &c. Nã authore Augustino, In aqua verbũ mũdat, detrahe verbũ, & quid est aqua nisi aqua? accedit verbũ ad elementum, & fit sacramentum: vnde ista tãta virtus aquæ vt corpus tangat & cor abluat, nisi faciente verbo? non quia dicitur, aut pronunuatur, sed quia creditur: Nã & in ipso verbo aliud est sonus transiẽs, aliud virtus manẽs. Propterea dixit Apostolus Eph. cap. 5. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundãs eam lauacro aquæ in verbo vitæ, &c. Hæc ex Augustino. Quare quum minister dicit Baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, videtur significare hoc visibili signo, Ego Iesu Christi minister, te baptizo, & tecum paciscor ac testor, te reconciliari Deo, te recipi à Deo qui est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Hoc Dei pactũ cum homine, soluit eam difficultatem, qua quidam perplexus erat de necessitate huius sacramenti, quod ianuam dicimus regni Dei, quum multi in cælis sint, quales erãt patres veteris Testamenti, qui Baptismum ignorauerũt, quid de illis dicendum? Respondeo: Renati erant ex Spiritu, quibus lex noua nõ admandata erat ex aqua, & Spiritu renasci: aut quemadmodum Catechumeni non admittuntur ante Baptismum ad cõmunionem corporis & sanguinis Christi, aut reliquorum sanctæ Ecclesiæ sacramentorum, licet corde credant, & ore cõfiteantur fidẽ Christi: ita nec quotquot fuerunt patres ab origine mundi, quanti quanta fuerint iustitia ornati, in illam communionem gloriæ & visionis Dei sunt recepti ante mortem & resurrectionem Christi, in qua baptizati sunt & loti inundatione sanguinis & aquæ de latere CHRISTI profluentis. Eorum quæ diximus summa est. Renascentia, siue Baptismus necessarius est ad salutem, qui ritè exhibitus, est exhibitio remissionis peccatorum, beue-

Sacramentum baptismi.

Baptismus, ianua regni Dei.

Renascentia. Baptismus ad salutem necessarius.

beneuolentiæ Dei suscipientis nos in filios, consecratio hominis in gregem CHRISTI, cooptatio in eorum numerum, qui Spiritu Dei donati, peccatis cum Domino verè moriuntur, & iustitiæ viuunt: eóque verè mundantur, saluantur, regenerantur, & renouantur, non per externam illam ablutionem & depositionem sordium in carne, vt prænotauimus ex Petro, sed per Spiritũ Dei viuificantẽ & fouentẽ nos, nostróq; spiritui testificãtẽ de Dei erga nos beneuolẽtia: vnde bona erga ipsum sumus cõscientia. 1. Petri. 3. Et ad imaginẽ Dei transformamur à gloria in gloriã, tanquã ab eodẽ Spiritu Dñi. 2. Corinth. 3. Hũc autẽ spiritũ dignatur Dominus exhibere & largiri suis ministerio Ecclesiæ in Baptismate.

Baptismi fructus expenditur.

[NON potest introire in regnum Dei.] Videtur mihi locus sic intelligendus: Nisi quis peccatorum remissionẽ Sanctumq; Spiritũ percipiat, & ita in meũ gregem recipiatur, si quæ ordinaui. Baptismo fieri neglexerit, indignus erit qui Christianus nominetur, neq; vere cognoscet Deũ, neq; iustitiæ eius, pacis & gaudij: in quibus sitũ est regnũ Dei) particeps in Spiritu Sancto fiet. Huiusmodi est ingressus in regnũ Dei. Nõ putauerim tamẽ, aquæ Baptismũ ad salutẽ per se necessariũ esse, adeò, vt si aqua, minister, aut aliquid necessariũ abfuerit, oporteat eum qui baptizari cupit, perire. Certò asserendũ est, si crediderit in CHRISTVM, Spiritu Sancto baptizatũ esse: à Spiritu enim præcipua est Palingenesia, id est, regeneratio, quẽ qui habuerit, etiã si aquę Baptismum non perceperit (modò recipere nõ contempserit) noua nihilominus in Domino creatura est, & ciuis cælestis. Nemo pius temerè negliget aquæ Baptismum, & receptionem in Ecclesiam Dei, quòd hoc instituerit CHRISTVS, vt Baptismo nobis peccata abluãtur, nouáque & diuina vita conferatur. Potuisset CHRISTVS nouam natiuitatem statuere, sine aqua aut aliquo alio sensibili: sed quando ita illi placitum est, quis es vt respondeas Deo? Sequere ergo humilis præscriptum CHRISTI, quem timebis, non alta sapiens. Quod prius dixerat Videre regnum Dei, hoc loco vocat Introire in regnum Dei.

Regni Dei subsistentia.

Baptismi necessitas.

[QVOD natum est ex carne, caro est.] Pergit pro singulari sua humanitate CHRISTVS admirabundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

in renascentiæ negotio adhuc & hæsitabundum, imò in ambiguo quò res euasura sit existente Nicodemum erudire, adducens ætiologiam, seu causæ redditionem eius quod præmisit, Nisi quis renatus fuerit, &c. Nam omnis natus ex carne, prima illa & naturali natiuitate, nihil est nisi caro: hoc est, nihil sapit nisi carnem: carnales sumus venditi sub peccato. Rom. 7. Scimus quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Simile enim nascitur de simili. Quod ergo è carne nascitur, nihil aliud est quàm caro: Sed omnes quotquot sunt, è carnali Adamo prognati sunt, ergo omnes prima natiuitate carnales sunt. Vt enim lupus nō gignit agnū, nec asca non parit elephantem: ita Adam carnalis nō gignit spirituales. Iam Adam per inobedientiam amisit imaginem Dei, & factus est imago Satanæ, mancipium peccati, mortis & inferni: &, quod maxime est dolendū, impotens factus suis viribus, quibus ad amissam effigiē resurgere nequit: tales ergo habet posteros. Quare omnis homo ex Adā natus, præter carnalia nihil capit, sapit, intelligit, ac potest. 1. Corinth. 2. Animalis homo nō percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, stultitia enim est illi, & nō potest intelligere, quia spiritualiter examinatur.

Caro carnē, & Spiritus Spiritum generat.

[ET QVOD natum est ex Spiritu, Spiritus est.] Argumētatur CHRISTVS à necessario, probans oportere nos renasci, si volumus in regnū Dei ingredi, & illius regni bona verè cognoscere: Nam cùm caro à natura non possit aliter de Deo & regno eius sentire quàm carnaliter, necessariò oportet hominem renasci ex Spiritu: hoc est, quicquid in homine est, per Spiritum viuere, & Spiritus sit, hoc est spiritalis sit, sapiat Spiritum, vt per Spiritum introeat in regnum Dei, & verè intelligat quæ sunt regni Dei. Quare quātum interest inter carnem & Spiritum, inter corpus & Deum, tantò præstantior est hæc spiritalis natiuitas ea, quæ corpus propagat è corpore. Effectus nostræ natiuitatis est carnem esse, hoc est, sapere carnem, & in regno Dei & Euangelio seu rebus spiritalibus nihil intelligere: effectus spiritalis natiuitatis, est Spiritum esse, hoc est, sapere Spiritum, & ea quæ sunt regni Dei & Euāgelij, intelligere, participem fieri regni & filiorum Dei. Ad Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: quicunq; enim Spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Hi ergo vt hæredes intrabunt in regnum Dei Patris.

Carnis nostræ effectus. Natiuitatis spiritalis effectus.

[NON mireris quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuo.] Potest hæc sententia ex superiori inferri, Quasi diceret Dominus, Aperui tibi, ô Nicodeme, à causa & ea quidem necessaria, cur dixerim, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sanctō, non potest introire in regnum Dei, noli ergo id mirari. Aut legi potest per occupationem, qua Dominus præuenit Nicodemum, qui fortasis videns nō posse suis viribus renasci, obijciat, ergo nemo renasci potest. Rursus quia videt se suis viribus nō posse regnū Dei assequi, obijciat, Ergo nemo potest ingredi regnum Dei. Quare hunc præuenit & docet id possibile esse Spiritui Sancto, quod homini est impossibile. quasi diceret, Quod referebas ad carnis & hominum generationem, impossibile visum est, vt verè est: propterea monuite, hanc regenerationem esse per Spiritum Sanctum, vt sic, doctus, in posterum non mireris, non tua ducaris ratione in metiendis & intelligendis spiritualibus negotijs, sed fide sta & crede, quòd sit alia nascēdi ratio, qua quis visibiliter natus sit Filius hominis, & qua inuisibiliter secundum Spiritum renatus sit Filius Dei, & sit Spiritus, id est, spiritalis & aptus regno cælorum, quod spirituale est, & non carnale.

Quod homini impossibile est, possibile est apud Deū.

[SPIRITVS VBI vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat aut quò vadat. Sic est omnis qui natus est ex Spiritu.] Superiorum explanatio est à similitudine petita. Grauissimi doctores Cyrillus, Chrysostomus, & eius abbreuiator Theophylactus, locum hunc de vento & flatu aëreo intelligunt. Quasi diceret Christus, Nicodeme, si hactenus quæ enarraui de regeneratione non intellexeris, Sume tibi imaginem ab ijs rebus, quæ cum spiritualibus multam habent congruentiam, & sensibus corporeis percipi possunt. Deus res est simplicissima, inuisibilis, & ab omni sensu semota. At hic aër, quo vegetamur, & cuius multam vtilitatem percipimus, quoniam ad nostra corpora collatus multò subtilior est, Spiritus dicitur. SPIRITVS, vbi vult spirat. id est, Ventus

Spiritus, ventus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus & flatus aëreus nõ cohibetur hominum arbitrio, sed impetu suo fertur, per omnia sese diffundens quò vult: nõ quòd flatui insit voluntas, sed hoc verbo VVLT, liberum eius à natura impetũ significat, ait Chrysostomus.

Venti natura.

Flans variã inserit vim rebus corporalibus, nonnunquã purificat aërem, nonnunquam corrũpit, aliquando vitã affert, aliquando morte, nunc trãquillus & placidus, nũc rigidior & violentior sese prodens ab effectu: interim ab Oriente, interim ab Occidente, interim ab alijs atq; alijs mundi partibus. illius quidẽ vocem audis & præsentem sentis, quem neq; vides, neq; manibus apprehẽdere potes, neq; scis quàm longè à te spiret, aut quàm remotè abeat, vt de eo aliud quicquã scias quàm eius transitũ. Quòd si hæc quæ naturæ via fiunt tua ratiõe inuestigare nõ possis, multo minus per eandẽ rationẽ diuina opera quæ Deus in te & tui similibus in dies operatur, scrutaberis. Tale quiddã habet ipse Spiritus. Hoc vt explanarius dicatur, cõiungamus Ventũ & vocẽ, Spiritum & Verbum. Ventus flat vbi vult: de Spiritu Sancto ait Paulus, Hæc operatur vnus atq; idem Spiritus, diuidens singulis prout vult, & quos vult regenerat. Mirificã vim vẽtus inserit corporibus, longè excellentiorẽ cõfert ipsis animis ipse Spiritus: Ventus nõ videtur, quanquã vocem eius audias: ita Spiritus Sanctus non videtur, quanquam interim audiatur Verbum per quod Spiritus Sanctus operatur in renascentibus. Et quemadmodum Ventus & vox quæ de vento auditur, non separantur: ita nec Spiritus Sanctus & Verbum. Rursus quemadmodum sonus venti diuersum quiddam est à vento, quanquam sint res coniunctæ: ita Verbum diuersum est à Spiritu, cui tamen est coniunctum. Item quemadmodum nescimus vnde veniat ventus, aut quò vadat: ita ignoramus vnde Spiritus Sanctus veniat: id est, nescimus ex qua ratione procedat in tale opus, aut quò vadat, hoc est, ignoramus quis sit illius spirationis scopus & finis. Prophetas vtique audiebat populus diuina disserere, in quo vocem Spiritus clarè percipiebat, at vnde ille Spiritus eis adueniret, aut quò abiret, ignorabant. Propriè enim rationes diuinorũ operum apud Deum, sunt nobis incognitæ & à scientia nostra semotæ.

Proprietas Spiritus & Venti.

SIC

[SIC EST omnis qui natus est ex Spiritu.] Accommodat similitudinem ad eum qui renascitur. Non ait, SIC est omnis natiuitas spiritalis, sed SIC est: non aliquis, sed omnis qui renascitur. Intelligit hominem quidem per Spiritum renasci, sed quomodo id fiat aut accidat, non sentit, non videt, non intelligit quæ sint causæ, quis finis. credit fieri iuxta Christi præscriptum & institutum, quis enim sensum Domini nouit, aut quis eius consiliarius fuit? Roman. cap. 11. Hac sententia comprehenduntur paruuli infantes renati, qui licet actum voluntatis & intellectus non habeant, habitum habent per Spiritum Sanctum, qui puellos renatos tribus illis infusis donibus, fide, spe & charitate ornat. Quum ex Scriptu-

Spiritus nomine, virtus Dei significatur.

ris didicerim nomine spiritus sine additione, non adeò frequenter ventum seu flatum, sed virtutem Dei significari, & quòd non minus idonea est manuductio ipsũ Nicodemo legis perito ad cognoscendum quid sit homo renatus ex Spiritu, si exemplum de Spiritu Dei, afflante quos vult, acceperimus, & fortè explanatior erit interpretatio, quàm si de vento intellexerimus. Non putauerim hanc expositionem de Spiritu Sancto priori postponendam, imò fortè familiarior & germanior videtur: vtranuis tamen sequaris, nihil aut parum admodum refert, quum huius sententiæ & vtriusque interpretationis summa sit, hominem renasci quidem per Spiritũ Sanctum, sed quomodo id fiat aut accidat, ignorare hominem, vt prænotauimus.

[RESPONDIT Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri?] Tarditatis exemplum in credenda renascentia nobis proponitur in Nicodemo, qui adhuc crassior nõ repugnãs quidẽ TAMEN, sublimiora discutienti mysteria, sed sermonis intelligentiã nõ assequens, & clarius etiã quæ audierat exponi cupiens, dicit Iesu, QVOMODO possunt hæc fieri? Argumentatur ex iudicio rationis & prudentia ex lege. Quasi dicat, Si tuam exordiaris prædicationem ab hac renascentia, quam dicis ex aqua & Spiritu sancto, quomodo hanc tuam doctrinam in ordinem rediges coram nobis in lege peritis, qui habemus circuncisionem, templum, sacrificia, & tam varios Dei cultus, qui sunt, faciũtque ad pietatem?

Qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caro renascẽtiam non cognoscit.

Qua ratione possunt ista fieri, vt homo corporeus renascatur in Spiritu, & ex Deo nascatur diuinus? Hæc manifestant quàm difficilis sit creditu doctrina de regeneratione, quod caro exosam habeat renascentiam, quam aprehendere non potest. Videtur confirmare & probare sua tarditate Nicodemus, se acquiescere renascentiæ, illam credere, donum esse Spiritus Sancti, qui tametsi omnia plenè non capiat, capiet amplius posteaquam Paracletus venerit. Nondum enim hora erat vt Spiritu plenè Nicodemus omnia edoceretur. Rogans ergo, Quomodo possunt hæc fieri? credit quidem ita esse, sed de modo regenerationis interrogat: sicut Virgo Maria credidit se concepturam, audito Gabriele Archangelo: sed de modo cõceptus interrogauit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?

[RESPONDIT Iesus, & dixit ei.] En vera in Christo philanthropia, & singularis humanitas, qui non desistit tardum, & in Iudaica adhuc imperfectione hærentẽ Nicodemum instituere, quo eum Patri lucretur.

[TV ES magister in Israel, & hęc ignoras?] Generalis est hæc increpatio & obiurgatio, qua Dominus Nicodemum tarditatis ad credendum arguens, simul totum Pharisæorum & Rabbinorum ordinem repræhendit, qui humana sapientia turgidi, magno supercilio Legis literam profitentur, nihil interim Spiritus & cælestis doctrinæ assequentes. TV ES magister, &c. Quasi dicat,

Christus Nicodemum obiurgat.

Referebat omnino tua, hæc de renascentia nouisse, quũ ex eorum sis ordine, qui populum Dei erudire debeant? sed de ea re nihil te ipsum scire comperio. Doctorem iustitiæ te in populo profiteris, & interim tam ignarus es veræ iustificationis? Si tanta est in rebus diuinis præceptoris tarditas, quanta erit discipulorum? Si tu doctor, qui lumen diceris, tenebræ sis, quantæ erunt tenebræ? Tu es magister, qui aliorum doctor esse vis in religione vera tradenda alijs, & interim principia ignoras, quibus itur ad religionem veram? Te peritum legis profiteris, & ista tam cantata in Scripturis te latent? Quid enim aliud est cordis circuncisio vobis diligenter à Moyse commendata: quid, inquam, toties inculcata populi sanctificatio, quàm ista (de qua loquor) animorum innouatio, &

tio, & spiritualis natiuitas? Satis superque satis omnis Scriptura testatur, omnem carnem tantùm ad malum propẽsam. Quomodo igitur nisi renata & sanctificata, regnũ Dei, quod iustitiæ regnum est, possidebit? De hac loquuti sunt Ieremias cap. 31. Ezechiel. 11. & 36. & passim Ezechi. Idipsum Psalmi de hoc innouãte Spiritu plusquã dilucidè canũt. At Nicodeme, hęc tibi nequaquã ideo obprobro q; desperare de cælesti sapientia debeas: cœpisti mihi credere, perseuera & persta, qui ampliora percepturus es quũ venerit ille Paraclet⁹ quẽ missurus sum. Interim credidisse profuerit quod intellectu non potes assequi. Hæc nos hortantur satis esse ad salutem, si non possis ilico omnia Dei mysteria pernoscere, vt animo tamen totus pẽdeas à Christo, fidãsque ei vt Saluatori. Vides enim hic Nicodemum & plerisque locis discipulos multa à Christo audiuisse, quæ non intellexerunt ante receptum Spiritum Sanctum; interim tamen persuasi erant eum habere verba vitæ æternæ, & esse ab eo expectanda omnia. Quare quos videmus non posse continuò capere fidei nostræ mysteria omnia, hortemur vt saltem agnoscant Christum esse orbis ipsorumque Saluatorem, & vnicum cælestis doctrinæ magistrum, neque errare posse qui verba eius (& si ea nõ possint omnia planè intelligere) vera crediderint, neque posse plenam tandem salutem nõ consequi, qui illam ab eo expectauerint. Fides præstabit vt hæc sentias, etiam si non videas. Obserua. Græcis dicitur, Tu es ille magister Israelis. hoc est, Tu es ille doctor gentis Israeliticæ, cuius tam celebris est opinio, & hæc ignoras?

[AMEN, amen dico tibi, Quia quod scimus loquimur.] Vt certior magisque in credenda renascẽtia promoueatur Nicodemus, iuramento confirmat Christus prædictam de renascentia doctrinam. Quasi dicat, Nicodeme, rem quam tibi narro, & quomodo hæc renascentia fiat, nec acu quidem aut digitis tibi commonstrabo, quum id vsu venire nequeat, sed fidem mihi adhibeto, quòd hominem de integro renasci oporteat, verè verè ita res habet. Quando quidem tu me à Deo venisse doctorem confessus es, crede ergo mihi, omissa exquisitiore inuestigandi diligentia: simpliciori fide recipe quæ te

docco.

Universidad de Deusto
Biblioteca

doceo. Si enim credis, intelligis. Hæc tibi vera esse asse-
ro: quia QVOD scimus, de renascentia & alijs rebus ad
Deum pertinentibus, loquimur: id est, pro certo asse-
rimus. QVOD scimus, dictum putauerim per enallagen
Enallage. siue immutationem numeri, vt idem sit ac si dixisset,
Quod scio. Chrysostomus putat hoc intelligi posse, tan
quam Dominus id de se & Patre dixerit.

[ET quod vidimus, testamur.] Quod vidim⁹ in cælo,
& certò sumus experti, hoc vos testificamur in terris.

[ET testimonium nostrum non accipitis.] Hoc idem
Christi testi- est ac si diceret, Pauci vestrum recipiunt, aliquot enim il
monium. lud receperunt. Non absimile est ei quod supra dictum
est cap. 1. In propria venit, & sui eum non receperũt. Sen-
sus est, Quia ex carne estis nati, tantùm ea quæ carnis
sunt intelligitis, non recipitis testimonium asserentis &
annuntiantis spiritalia. Quæ ego doceo, certissima è Pa
tre meo cælesti cognoui, nullus tamen vestri ordinis re-
cipit nostram doctrinam aut testimonium: pars inuidet,
pars conuiciatur, pars non requirit, pars non intelligit,
vsque adeò aut inuidi aut rudes rerum diuinarum estis.
Observa. Quoniam (ait Cyrillus) Patrem ac Spiritum
Christus plu- in seipso Saluator naturaliter habet, plurali numero
rali numero lo- personas testantium protulit. Hæc Dominus sub quodã
quitur. inuolucro dicebat, significans se Deum, & diuinam natu
ram sibi esse, quanquam corpus mortale circunferret.

[SI TERRENA dixi vobis, & non creditis, quomo-
do si dixero vobis cælestia credetis?] Si mihi terrena
quædam adhuc vobis prædicanti, hoc est crassam simili-
tudinem proponenti, de carne, posteà de vento, itẽ quod
natum est ex carne, caro est (quæ certè terrena sunt, hoc
est ad vos terrenos pertinent, & sunt de rebus terrestri-
bus) nõ credis ô Nicodeme, quid facturus esses, vbi mul-
ta de Deo recenserem tibi? De exigua re verba feci tibi,
nec percipere potes: & quomodo intellecturus eras, si ti-
bi prædicarem quòd hoc corpus meum tam lucidum re-
surget tertio die à morte mea, imò & omnes tandem re-
surgent, & electorum corpora tam lucidum & clarum
splendorem præbitura sunt, vt Solari splendore inferio-
ra non sunt, & quicquid post mortem sequetur? omnino
non caperes. Si res humanas nõ intelligis, quomodo sa-
piens

piens in supernaturalibus eris, & cælestia intelliges? quæ
tamen ipse & vidi, & certius cognoui, quàm quæ tu ocu-
lis corporeis vides.

[ET nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cæ
Christi⁹ Nico- lo, Filius hominis qui est in cælo.] Pergit Dominus im
demũ erudit. becillum Nicodemum erudire, paucula quædam illi de
cælestibus prælibãs, ne indoctior abeat: quãdoquidẽ bo-
no affectu iustitiam sitiente, accesserat. Quasi diceret
dominus. Si mihi hanc regenerationem narranti nõ cre
dis, sed multos in singulis testes poscis, quis cælestia vi-
dit mysteria, quẽ possum in testem tibi adducere? Nemo
enim ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo, Filius
hominis, qui est in cælo. Ista est concio cælestis, quam nõ
Cœlestis cõcio. capit humana ratio. Hoc tantum est ac si diceret, Roga-
sti me, ô Nicodeme, quomodo potest homo renasci ex
Spiritu, vt ingrediatur in regnũ Dei: Nemo neque viam
neque aditum ad cælũ nouit, nemo ingredi potis est, ne-
mo illuc abire potest, nisi cui Filius hominis hoc impar-
tit: nemo ascendit in cælum nisi Filius hominis: quia so-
lus inter homines assequutus est beatitudinem cælestis
patriæ solus iustus est, Deo gratus & acceptus: huius so-
lius iustitia in conspectu Dei valet, qua & alij fiunt iusti,
& iustitiam & beatitudinem assequuntur. QVI descen
dit de cælo, id est, qui quum verus Deus esset, homo fa-
Descendere de ctus est: vnde Filius hominis dictus est. Ille igitur est,
cælo. per quem vitam & salutem accipiemus. Nemo ascendit
in cælum nisi CHRISTVS: qui ergo illi non fuerit per
fidem vinam insitus, & membrum eius factus, In cæ-
lum, id est, in consortium diuinitatis, participationémq;
eorum, quæ verè bona sunt, nunquam perueniet.
Filium hominis quum audieris (ait Theophylactus)
descendisse de cælo, ne existimes quòd caro è cælo
descenderit: hoc enim Apollinarius docuit, quòd CHRI
Apollinarij STVS habuerit corpus de cælo, quod per Virginem
hæresis. transierit quasi per canalem. Verum quia in vna hy-
Hypostasis. postasi, hoc est, vna persona duæ vniuntur naturæ, di-
Naturæ duæ uina scilicet & humana, ideò omnia quæ sunt homi-
in vna hypo- nis, dicuntur de Verbo: & item ea, quæ sunt Verbi, at-
stasi vnitæ. tribuuntur homini. Sic & hoc quoque loco Filius ho-
minis dicitur descẽdere de cælo, eò quòd vna sit persona,

& vna

& vna hypóstasis. Addit, QVI est in cælo. quasi dicat, Quòd descenderit de cælo, ne putes, ô Nicodeme, ipsum deseruisse cælum, quoniá qui versatur hic in terris mortalis, idem apud Patrem est Deus immortalis, qui spectat ad cælum, qui dat vobis vt cælum ingrediamini, qui acceptus est Deo Patri in cælo. Non ergo caro Christi descendit de cælo, neque ante tempus ascensionis erat in cælo. Obserua particulam Nemo: Priuatio est ab impossibili exaggerans beneficia Christi, & tollens confidentiam in viribus humanis. Ex his conflari potest Syllogismus, Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Sed solus Filius hominis descendit de cælo, ergo Nemo nisi Filius hominis ascendit in cælum. Respondebit aliquis, Virgo Maria & Apostoli ascenderunt in cælum, & tamen non descenderunt. Respondeo. Tanta est Sanctorum cõiunctio cum Christo, vt cum virtute quadam spiritali descendisse dicantur, qua & ascenderunt. Ascendit ille vt caput, Sancti vt membra ascenduut: sunt enim vnum cum Christo. Ephes. 2. Deus autem qui dives est in misericordia, quum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu. Quare quempiam Ascendere in cælum, significat illum fide viua acquiescere regenerationi, seruari per Christum, habere veram iustitiam, accipere vitam æternam. Cælum, non solum significat lucem inaccessam, quam Deus inhabitat, sed etiam spiritalia omnia, quibus ad eam lucem trahimur, quæ omnia per solum Christum consequi possumus. Vnde hoc syllogismo argumentari licet: Nemo ascendit in cælum, nisi per eum qui descendit de cælo, Sed solus Filius hominis descendit in de cælo, ergo Nemo nisi per Filiũ hominis ascendit in cælũ. Colligamus ex his: Quum nemo vnquã ascenderit in cælum, nisi Filius hominis qui descendit, necessario sequitur vt quicũque voluerit in cælum conscendere, hunc oporteat ascendere in Christo tanquam in scala: de qua abunde scripsimus suprà in fine primi capitis. Habet hæc sententia rationem & consolationem. Rationem, Si nemo in cælum ascendit, non est mirum quòd homines nequeant capere cælestia: Consolationem,

Nemo, pars priuatiua.

Ascensus in cælũ propter descensum á cælo.

Ascendere in cælũ quid est.

Cælum.

Scala ad cælũ, Christus.

nem, Per Christum possunt homines cælestia capere, & assequi, atque in cælum subduci.

[ET sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis.] Natura hominum ita comparatum est, vt in omni eorũ genere quæ vulgatiora sunt, per similitudinem & analogiam in cognitionẽ perducant eorum, quæ secretiora, & abstrusiora sunt. Sic ex corporalibus spiritualia intelliguntur, & ex paruis Dei operibus, atq; visibilibus, maiora, atq; inuisibilia cognoscuntur. Sic & Christus hoc loco à collatione exempli differit, & aperit ipsi Nicodemo, de beneficio, quod nobis per crucem factum est, & quomodo cõmuniceat suam iustitiam & salutem. Est autem hæc historia de exaltatione serpentis scripta Numer. cap. 21. quum Iudæi Moyse ductore in deserto errarent, ac contra Dominum & Moysen murmurarent, ob viæ prolixitatem, pane, & aqua defecti, nimiùm impatientes fiebant: eo offensus Deus, immisit in eos serpentes ignitos, à quibus plurimi icti peribant. Siquidem in ea terra tantæ vastitatis deserta sunt, quàm potest esse ditio aliqua in Gallia, in quibus nihil esculentum vel poculentum reperias, vt etiam opulentissimi, quales fuerunt Herodes & Romani, commeatum secum eà peragraturi, vehi curarent: multi itaque sunt illic noxij vermes & serpentes. Sed hoc genus serpentum insigniter noxium erat: si morsum homini infergant, magnos æstus & ignes in homine incẽdunt, & tam vehementem & inextinguibilem sitim, vt ipsi morientium fiat. Atque hanc ob causam Igniti serpentes vocantur, Græcis Dipsades. Quanquàm etiam legatur, quosdã tam esse igneos in eis regionibus, vt si quando spirent, igneum vaporem efflent. Magnus igitur ciulatus ex hac immani plaga in populo, & clamor ad Mosen oriebatur, qui & ipse consilij expers erat: sed quàm primùm deprecatus est, misericordia Deus super eos motus, dixit Moysi, Numer. 21. Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecitque Moyses serpentem æneum, quem pro signo posuit, vt qui morsi essent, si hunc aspicerẽt, sanarẽtur. Ista est prior collationis pars. Sequitur altera: ita oportet (quia Pater sic disposuit, & quia salus humani generis sic poposcit) EXALTA

Serpentes ignei, Dipsades.

Serpẽs æneus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RI (quo verbo insinuat quo genere mortis esset perimendus) Filium hominis æstimatum vilem, & contemptam personã, sicut & serpens contẽptus & vilis exaltatus fuit.

Christi cũ serpẽte collatio.

[VT omnis, qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitã æternã.] Hac sentẽtia explicatur quomodo Christus in historia de serpẽte veré fuerit adumbratus: quẽadmodum illic serpẽtis similitudo formã quidẽ habet bestiæ, venenum autẽ nõ habet: ita & hoc loco Christus homo in similitudine carnis peccati venit, hoc est, in similitudine carnis peccato obnoxiæ, quæ tamẽ non erat caro peccati. Serpẽs erectus erat sanatiuus propter verbũ & promissionẽ additã, vt habet Psal. 105. Misit verbũ suũ, & sanauit eos. Sanitas cõmunicabatur per aspectũ: ita enim habet verbũ, Quicunq; aspexerit eum, viuet. Deus afferebat sanitatẽ verbo per serpẽtem, percussi recipiebãt sanitatem aspectu: hęc erat vmbra, cuius veritas est in Christo vero sanatiuo serpẽte. Nam serpẽte illo igneo Satana icti sunt omnes homines, morti (quæ est peccati auctoramẽtum, & merces) obnoxij. Proinde erectus est Christus nõ tam in cruce, quàm per passionẽ, ad resurrectionem, ascensionem, & Spiritus Sancti missionem: & hac sua exaltatione cõscendit super omnes cælos, siue per crucem, & passionẽ eò venit, vt ad dextrã Patris peruenerit, vbi fide videri potest, vt omnis, siue masculus, siue fœmina, siue liber, siue seruus (est enim vniuersalis Saluator pro omnibus Christus) peccatis vulneratus, & à Satana percussus, cum aspexerit, hoc est, in ipsum crediderit, hoc est, certa fiducia statuerit se habere per Christum iustificationem, siue iustitiam, salutem, vitã æternam, redemptionem, &c. Aut omnis, qui credit in ipso, &c. quasi diceret Christus, Qui nõ dubitat se per me restitui in gratiã Patris, & Spiritu veræ vitæ donãdũ credit, (id quod omnibus promitto) is certe jam in gratiã Patris restitutus est, & meo spiritu viuit vitam æternam. IN ipso dicitur, quia viuæ fidei obiectũ est Christus, qui iustificat, & saluat: in quo omnes Dei promissiones sunt, est & amẽ. 1. Corint. 1. Deus administros suos habet ad exercenda media, quibus cõmunicatur salus & iustitia, quæ sunt sacramẽta, prædicatio, & verbũ. Itaq; tria sunt in iustificatione requisita. Primũ, Christus, salutis author, qui iustificationẽ dat. Secundũ, media, quibus cõfertur iustitia, qualia sunt Sacramenta, & Prædicatio, quia fides ex auditu est, & auditus per verbũ. Tertium est recipiẽs, vnde hîc dicitur, sed habeat vitam æternã. quasi diceret Christus, In me est iustitia, & salus, quam mihi soli nõ reseruo, (cõmunico enim eam alijs) vt omnis, qui in me credit, iustificetur, & mecum in cælũ ascendat. Atq; hic est effectus viuæ fidei, non perire, & in cælũ ascẽdere. Vniuersaliter dictum est NON pereat, pro in omnibus rebus non confundi, & non frustrari. Rursus his verbis Nõ pereat, commendatur nobis potentia Christi, & eius potentissimum officium, nimirum eripere à faucibus inferni, peccati, & mortis, & saluum facere. SED habeat vitam æternam, hoc est, non solùm gloriam illam, & beatitatẽ, qua in cælis Sancti fruuntur, sed etiam omnia bona & beneficia Christi, quæ ad vitam æternam, tanquam ad finalem scopum diriguntur. Rogabis, Ad quem finem diriguntur, obsecro? Respondeo, Ad vitam æternam.

Iustificatio tria requirit.

Fidei viuæ fructus.

Non perire.

[SIC enim Deus dilexit mundũ, vt Filiũ suũ vnigenitũ daret.] Perseuerat Christus adhuc Nicodemũ instituere, rationem suorũ in nos beneficiorũ adducẽs: idq; indicat argumento à causa efficiente petito, cum præoccupationẽ, ad radendas, euellendasq; quorundam cristas, qui se suis meritis primam iustificationem consequutos existimãt. Nostra iustificatio est ab aduentu Christi ad nos, hius aduẽtus causa, neq; hominis alicuius, neq; Angeli, aut qualis qualis creaturæ meritum dicitur, sed dilectio, & amor Dei iuxta eius beneplacitũ. Nos enim, quãdũ in nobis est, semper mãsissemus in peccato, in morte, & inferni faucibus, nisi Deus è cãdida cordis sui dilectione, & ardẽtissima philãthropia (qua nos etiã adhuc iniustos, impios peccatores, & apostatas cõplexus est) dedisset nobis, non Prophetã, aut Angelũ quempiã, sed propriũ Filiũ, & cum quidẽ, quum multos nõ haberet, vnigenitũ: qui, quũ ex substantia Patris sit, genitori est consubstantialis, & verus profectò Deus. Particula SIC, emphasim eũ ingẽti, & admirabili dilectione insinuat: quasi diceret, O quomodo, & quàm vehementer Deus dilexit homines, qui vnigeniti Filij beneficia non acceperũt quia meruerunt, sed quia Deus dilexit. Ex ergo causa Christi missi & omniũ beneficiorum Christi in homines, quum dicitur, DILEXIT mundum. Habent & hæ voces, VT FILIVM

Iustificationis aduentus.

Christi benignitas erga homines.

Particula sic.

suum vnigenitum daret, singulæ exaggerationem simol & amplificationem explicandæ dilectionis Dei erga homines. Quis nesciat, maximam esse illam dilectionem, ex qua quis non parcit filio suo, & illo vnigenito, quin illum det, etiam pro inimicis suis? Verbum DARET, liberalitatem, & donum gratuitum Dei dicit. Per VNIGENITVM non solùm personam Christi intelligimus, sed etiam omnia, quæ postea nobis per Christum contigerunt, beneficia: & ob id omnia salutis nostræ, diuinæ dignationi tribuenda. Non abtimile huic legimus 1. Ioann. 4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, (caro enim prorsus ignorans Dei est) sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Roma. 8. Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Roma. 5. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam quum adhuc peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est. Obserua hic nihil aliud Christum agere, quàm vt nobis Patrem dulcem efficiat, nósque per se ad Patrem reducat: atque vniuersa Christi opera eò respiciunt, vt eximiam, amabilémque ad Patrem fiduciam adipiscamur. Hoc beneficium non assequemur sine medio: siue, non est nobis ad Patrem sine medio aditus. Propterea ex ardenti dilectione, Deus Filium suum longe charissimum tradidit, nobisque ad se perueniendi statuit medium, quod Christus est. Agamus ergo gratias Deo, quòd ita ordinarit rem, vt inter nos & ipsum collocauerit eum, qui Deus est, ac Deo æqualis, & homini non dissimilis, per quem ad Patrem tuti veniamus.

Verbū daret. Vnigeniti nomine quid significatur.

Christi opera fiduciā nobis offerunt. Media ad Deū necessaria. Christus, mediator à Patre ordinatus.

[VT omnis.] Peruenusta occupatione repellitur canalis quædam obiectiuncula. Dicet aliquis, Quæ nobis vtilitas hinc venit ex hac Filij missione in mundum? Respondet, Deus misit Filium suum in mundum, id est, Filius Dei vnigenitus incarnatus & factus homo, omnibus bonis, & thesauris Dei ornatus, huc venit, vt ea bona communicaret credentibus, vt omnis, siue masculus, siue femina, siue seruus, siue liber, qui credit in eum, saluetur, eo-

Christi aduentus vtilitas.

enim Christus pro omnibus, non pro vno aut altero datus est, ita & omnibus credentibus est salus. Nihil aliud deposcit quàm salutem hominū, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

[QVI credit in eum.] Iste est gradus, quo ad Deum perueniamus, ascendamúsque, nempe firma & secura in Christum fides & fiducia, cuius genius est, impetrare nobis Christū, & omnia eius beneficia. Fide viua ductus, figit gradum in verba Christi promittentis salutem: quē neque diabolus, neque infernus, neque mors supprimere queat, vtcunque res cadat. Hæc fides stabilit, confirmátq; fidentem, vt dicat, En Verbum, en promissio salutis mihi promissæ, illa petra mea est, illa anchora mea est, ad quam recurro: idque Verbum permanet, ac vbicunque permanserit, ego quoque persistam: nam neque falli, neque fallere nouit Deus: quinimmò cælum anteà & terrā interire oporteret, quàm minimum ἰῶτα, aut apex de verbo suo periret. Propterea vnicus mihi Christus est, in quem ex animo intueor, quem non potes exosum habere, ó Deus optime: hoc solo ego innitor, & eo verbo confido, quòd per illum me suscipere velis, nec me reijcere, nisi eum anteà reijcias. At certò scio, & apud me statuo, te non illum reiecturum, quem vnice amas, & exaudis, pro eius reuerentia. Quo fit, vt pusillanimis, destitutáque conscientia vires resumat, & pacata fiat, certò apud se statuens, Deum sibi pacatum per Christum.

Grad⁹ ascendi ad Deū. Ascensus ad Deum. Fiduciæ natura.

Auxilium aduersus pusillanimitatem.

Conscientia pacata.

[NON pereat, sed habeat vitam æternam.] Argumento ab vtili & commodo excitat Nicodemum non solùm ad amplexandum tantum salutis beneficium, sed etiam ad cognoscendum, credendúmque quòd qui hæc loquebatur Christus, erat Deus & homo, quum vitam polliceretur æternam, illiúsque se largitorem insinuaret. Duo enumerantur hoc loco Christi beneficia ex dilectione Patris ad nos missi, quæ quisquis hominum, siue Iudæus, siue Græcus, siue Barbarus per fiduciam impetrat. Hæc enim, quum Christum pro obiecto habeat, (qui veritas est) pudefacere nequit. Quare credens in Christum non solùm non perit, sed etiam vitam habet æternam, & indissolubilem.

Credēs habet vitā æternam.

[NON enim misit Deus Filium suum in mundum vt

iudicet mundum.] Sua in genus humanum beneficia, seu officia confirmaturus Christus, singulari, & ea quidem æriologica occupatione carnis aduersus Spiritum, argumenta præoccupat, & prorsus euertit. Luctabitur fortasis caro contra Spiritum ad hunc modum, Deus solis iustis misit Filium suum, vt credendo in eum non pereant, sed habeant vitam æternam: sed mundus totus in peccato est, & peccata habet, ergo Christus non est datus pro mundo. Hanc carnis obiectiunculam refellit Christus, asserens se non propter iustos, sed peccatores, quibus medendum erat, venisse: & sic propter mundum, hoc est, propter homines, qui omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, Roma. cap. 3. MVNDVM dixit in genere pro omnibus hominibus, ne particularem, & non vniuersalem, illum quidam somniarēt Saluatorem. Non est missus VT IVDICET, id est, reijciat, perdat, & damnet peccatorē: hæc non sunt Christi officia, hæc non est finalis causa Christi missi, non finale eius officium, non magna illius philanthropia: sed venit saluare mundum, & dare omnia, quæ sunt, faciuntve ad salutem, & vitam æternam consequendam: vnde subiungit,

Christi aduentus propter peccatores.

Mundus.

[SED VT saluetur mundus per ipsum.] O suauissimum verbum, NON misit Deus, &c. sed vt saluetur, & alta mente & fide reponendum! O ingentem consolationem in omnibus afflictionibus & petendam, & memorandam! Vis, rogo te, bonam Dei voluntatem agnoscere? qui non ideò tibi irascitur, vt te perdat, non tibi te affligit, vt te in interitum tradat: Eia, collige teipsum, & respice per fiduciam in CHRISTVM, è quo omnem Dei voluntatem, etiam absconditissimam, petes, discès, non (inquit is, qui in sinu Patris est) misit Deus filium suum in mundum vt te condemnet, sed te seruet. Est Patris voluntas, per Filium seruare. Dices fortasse, Peccata nos cōdemnant: condēnant quidē, sed per Filiū tollentur, & saluamur: si cruce affligeris, at Pater per Filium seruat, & liberat: si morte obrueris, at Pater per Filium seruat, & vitam dat æternam. Hæc sit nobis in quouis negotio anchora, hæc sint arma aduersus omnia mundi, carnis, & diaboli terriculamenta. Proinde certò statuamus Christum ad nos pertinere, & nobis à Patre datum, vt con-

Voluntatis diuinæ cognoscendæ ratio.

Peccata condemnant.

demnemur, sed saluemur, & cum eo æternùm viuamus. Qui habet hāc spem in eo (1. Ioannis 3.) sanctificat se, sicut ille sanctus est. Ex his colligamus, quum non possimus nostra virtute & gressu, ad Deum properare, & accedere, en ad nos ipse properat obuius, Filium suum nobis proponens Seruatorem, & propitiatorem, nō autem iudicem & condemnatorem, sed mitem, pium, & misericordem: vnde nobis ingens, grandisque confidentia ad Patrē crescit, quòd cōscientia nostra super fundamentū, quæ certissima, indissolubilisque veritas est, stat secura de sua salute, & cōseruatione, ne in præceps corruat, & pereat. His non absimile est, quod Ezechielis cap. 18. legitur, Nolo mortem peccatoris, sed magis vt viuat, & conuertatur.

[QVI credit in eum, non iudicatur.] Elegans est hæc antithesis ex oppositis partibus conflata: Qui credit in eum, non iudicatur: Qui autem non credit, iam iudicatus est: iqua summam totius prædicationis Euāgelicæ cōprehendit. Quicquid enim Biblia docent, vnicum ostendunt Christum salutis authorem: in quem qui credit, saluatur: qui non credit, condemnatur. Hac priore antitheseos parte præoccupat, & quibusdam matæologis occurrit, qui fortasis obijcerent, Filius hominis missus est, non vt iudicet mundum, ergo mundus inique agens non iudicabitur: quare viuamus vt lubebit, sequamur quæcunque grata erunt, etiam carni accepta. Respondet, Qui credit in eum, non iudicatur: qui credit in eum, Spiritu Dei ducitur, propter quem nihil damnationis in eo reperitur: quare hoc responsu excipit credentes. Interim tamen mundus quantum volet suis cupedijs, & carnis desyderijs sordescat, sentiet tandem Christū iudicem, & condemnatorem in nouissimo die, iustòque Dei iudicio luet pœnas nunquàm interituras. Obserua: viuæ fidei effectus est, non iudicari, id est, non perire, non intranquillam habere conscientiam, non reijci, non frustrari spe, non despondere animum, non damnari. Hunc effectum grauiter & magnifice amplificat Paulus ad Romanos capit. 5. Iustificati ergo ex fide pacem habemus ad Deum, per Dominū nostrum IESVM Christum. Vehemens est hæc Tapinosis, hoc est, humiliatio in Christo

Incredulus damnatur.

Fidei viuæ fructus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicente IESV: humilitatis gratia ne quidē nominat se.

Infidelitatis effectus.

[QVI autem non credit, iam iudicatus est.] Vt fidei viuæ effectus est, nō iudicari: ita infidelitatis effectus est, iudicari, habere tumultuantem & intrāquillam conscientiam, ejici, damnari, &c. Non ait, Iudicabitur, sed IAM iudicatus est: hoc est, condemnatus est ex sua incredulitate, & propter suam incredulitatem: designat enim particula IAM, impiorū iudicium, intranquillitatem, & infernum hīc incipere in signum æterni iudicij: sicut pij iam, à Paulo dicente, Roma. cap. 8. Spe salui facti sumus, monentur tranquillitatem, pacem, & vitam æternam in ipsis hīc incipere, in signū æternæ pacis, & beatitudinis.

Particula, IAM.

Salutis causa. Fides viua. Damnationis causa, incredulitas.

[QVIA nō credit.] Aetiologia est: adducit enim causam, cur nō credētes iudicantur, & dānantur. Vt fides viuā causa est salutis, ita incredulitas, dānationis. Propterea Veritas infrà cap. 16. ait, Quū venerit ille, arguet mūdū de peccato, & de iustitia, & de iudicio: de peccato quidem, quia nō crediderūt in me, &c. Est ergo grauissimū peccatū incredulitas, qua qui laborat, Dei erga se charitatē cōtemnit, & salutē gratis oblatam ab sese repellit.

Vnigeniti nomen. Credere in nomine vnigeniti.

[IN NOMINE vnigeniti filij Dei.] Nomē Vnigeniti vocat promissionē de vnigenito Filio, & quicquid boni de CHRISTO dici potest. Quare Credere in nomine vnigeniti Filij Dei, est, certa fiducia statuere, & sentire, habere nos per Christum iustitiam, salutem, vitam æternam, & omnia, quæ ad illam conducunt. Est enim viuæ fidei genius, omnia bona à CHRISTO accipere, & omnia bona in credente operari. Quemadmodum enim à Christo iustitiam & bona accipit, ita rursus per operā charitatis dispensat in sinus fratrum: sicut incredulus & infidelis omnia mala & mēdacia in Christū effudit: vide Mediatorem contemnens, iam iudicatus est. Quare? quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei. Quod est illud nomen? CHRISTI nomen est, iustus, Rex bonus, Salus, Vita, Redēptio, Lux. Hoc igitur habet fides viua, vt qualem credit Christū, talem accipiat, qui in eum credit. Credis illum tibi misericordē, est tibi misericors: credis illū tibi immitem, & immisericordem, hūc talem habebis. Quare crede illum tibi pium, redemptorem, & misericordem, & hūc talem senties, & probabis. Vide quæ

Incredulitatis aconitum. Fidei virtus.

suprà.

suprà, cap. 1. annotauimus in hūc locū, His, qui credūt in nomine eius. Dicitur hoc loco VNIGENITI Filij Dei, quia fides nō se extēdit in alū Filiū, quā in Christū, qui est fidei obiectum: cuius nomen tanti fit vt dicat Petrus Act. cap. 4. Nec enim aliud nomē est sub cælo datū hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Philip. 2. Dedit illi nomen, quod est super omne nomen, &c.

Iudicati mundi causa.

[HOC EST autem iudicium.] Amplificat, & exponit causas damnationis incredulorum: HOC est iudicium, id est. Hæc est condemnatio, aut. Ex hoc fertur condemnatio aduersus mundum.

Euangelij reiectio causa damnationis.

[QVIA lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.] Aetiologia iudicij eorū, qui condemnantur. Reiectio Christi & doctrinæ Euāgelicæ est causa condemnationis, & pœnæ, quæ tandem de impijs sumitur: nullus excusationi locus infidelibus & incredulis his verbis relinquitur, hæc est iusta ipsorum condemnatio, QVIA venit ad ipsos lux, id est, Christus: & ad hanc lucem non accesserunt: nec solùm in hoc peccauerunt, quòd lucem nō quæsierunt, sed pessimum est, quòd obuiam lucem, & ad illos venientem non receperunt. Quòd lux in mundum venerit, quòd omnes illuminauerit, & omnibus se obuiam dederit, non est culpa in ea, venit vt illuminaret, à iudicio liberaret, & è tenebris eriperet. Hæc lux si nō veniſſet, potuissent homines præexcusare se ignorasse quid bonum: sed quia venit lux, cōque data est vt omnibus illucesceret, hanc quum non receperint, omni excusatione posthac carebunt. Quis non æterno dignum supplicio dixerit eum, qui recusauerit, & Dei tam obuiam bonitatem aspernatus fuerit, & Filiū, quem Pater honorificari voluit, contumelia affecerit, & mortem illius pro nobis obitam pro nihilo duxerit? Per vnigenitum enim Filium suum Deus salutem omnibus obtulit, vt illum fide viua salutis authorem agnoscamus, & veneremur, in illoque totius fœlicitatis nostræ fiduciam collocemus. Qui ergo hanc lucem oblatam & cælitus demissam auersatur, & respuit, in tenebris est totus, diligitque tenebras, & lucem odit: hoc est, mauult consueta sectari, & in tenebris perseuerare. Hoc verbo DILIGIT, significatur libera electio, libe-

Vnigenitus pro salute à Patre oblatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rúmque hominis iudicium, qui ad alterutrum secundum animi sui iudiciũ potest proficisci. Verbum VENIT, notat gratiam, & meritũ excludit. Christus, & omnia eius opera vocantur LVX: à natura quidem, quia Christus suapte natura est lux: ab effectu verò, quia tenebras pellit & creaturas illuminat. TENEBRAE hic vocãtur Christi ignoratio, incredulitas, deprauatum verbum, & quicquid homines huius seculi præ Christo amant: vnde mẽdacia, & Tenebræ sunt, potentia, & sapientia, & iustitia huius mundi: est enim potentia huius mundi, impotẽtia corã Deo sapiẽtia eius est stultitia, & iustitia eius est iniquitas. Quæ omnia Christus suo aduentu & luce sua manifestat mendacia, & tenebras esse, arguens mundũ de mẽdacio, & tenebris suis. QVI magis dilexit tenebras quàm lucem, id est, non credidit Christo, seu verbo eius. Quo fit quum mundus nolit pati sua contemni, se in peccatis argui, dici in tenebris versari, necesse est vt Christũ, & qui in Christo sunt, auersetur, & persequatur.

Venire, verbum.

Tenebræ.

[ERANT enim eorum mala opera.] Argumento ab effectu petito, causam adducit, propter quam tenebris adhæserint impij, Christúmque lucem vitæ auersentur. Opera impiorum indicant quantum tenebras lucis præferãt: vt fructibus cognoscitur arbor, ita & operibus probamur quales sumus. Quũ caro nihil boni operetur, suóque opere superbiat, nihil minus potest ferre, quàm suum opus argui, & detegi: ideo Christum omnia illustrantem, & reuelantem, nõ potest nõ odisse. Quare qui Christũ susciperе volũt, necesse est, eos fieri nouos & renasci: qui quum renascentes Deum agnoscunt, non possunt non diligere suæ renascẽtiæ authorẽ, & mundũ (quẽ secundũ veterẽ hominem amabant) odisse. exultãtes tanquam noui homines, & in nouam regeniti creaturam ad hanc lucem, & Euangelij reuelationem, iuxta quam, sui conseruationem, & consummationem sperant. Impij ergo suæ cæcitatis, & ignorantiæ causam à se agnoscant: quemadmodum enim ægrotus non ferens vstionem, aut sectionem à medico fieri, sed contendens potius ex insania, se sanum, & incolumem esse, sanari, & incolumis fieri nequit, sed subinde in grauiorẽ & grauiorem morbum labitur: ita mũdus sua philautia

Quibus homines probãtur.

Caro Christũ odit.

Renati exultant.

decep

deceptus, & falsò credẽs suam sapiẽtiam & iustitiã bona esse in cõspectu Dei, nõ patitur vstionẽ, aut sectionem à Christo medico, hoc est, nõ patitur argui à luce, ideò subinde magis ac magis tenebrescit, & excæcatur, non à luce ipsum arguente, sed à malitia sua, vt verè de eo dicatur, Qui sordet, sordescat adhuc. Apoc. 22.

[OMNIS enim, qui male agit, odit lucem.] Aliam adducit rationem ex receptissimo & vulgatissimo apud omnes dicto, Omnis, qui male agit, &c. per quod probat ex natura hypocritarum, & innata malitia reproborũ, fieri, vt Christum auersentur, & sustinere nequeant. Sensus est, Vulgo dici solet, & id apud omnes acceptissimum est, eũ odisse lucẽ, qui malè agit: quũ ergo impij, & hypocritæ Christum lucem Dei auersentur, & sustinere nequeant, apertissimum est, eos non solùm malos esse, sed & mala opera eorũ. Exige, rogo te, quisquis es, hãc Christi sententiã ad mores multorum, vt agnoscas quã mala sint mũdi opera, quã iniquas, & tenebrosas multi habuerint cõscientias, quæ se argui à luce & veritate non sustinuerũt. Fuerũt tyrãni, quales Nero, & illi seculi nõ pauci, q neminẽ, quãlibet veracẽ, vel mutientẽ cõtra sua imperia impietatis & reipublicæ perniciei plena passi sunt: sed si vel verbulũ paulò liberius ex ore subiecti vulgi, verius excidisset, quàm animi proposito dictũ fuisset, mox parabantur cruces, acuebantur gladij, tãquam in rebellem, & maiestatis criminatorem. Quid, quæso, tyrannis illa hoc facto aliud declarabat, quàm quod sua imperia, & maiestatem illam imperatoriam mala possideret conscientia, quæ nõ patiebatur in libera ciuitate liberas esse linguas, veritatis lucis amatores, quæ vera erant, & vitã afferebant, loqui non sinebat: sed magno honore palponẽs excipiebat. De his sermonem facit amplissimum Esa. cap. 3. Qui dicũt (ait) videntibus, nolite videre, aspicientibus, nolite aspicere nobis ea, quę recta sunt: loquimini nobis placẽtia, videte nobis errores, auferte à me viã, declinate à me semitã, cesset à facie nostra Sanctus Israel. Quũ ergo in horũ conscientijs mẽdaciũ omne, & Satanas nidificent, nihil magis oderunt quã lucẽ: nõ sinũt se argui, falsò credunt se nõ videri quales sunt: putãt enim se magnos, & splendidos esse, sua auaritia, & animi

Tyrannorum mores improbi.

elatione

elatione obcæcati: sed veluti sorices suo indicio pereũt, quòd opera ipsorum mala sint. Obserua: ODIT lucem, positũ est pro, extremè exosam habet, & perseqtur lucẽ.

Odisse lucem.

[ET non venit ad lucẽ, vt nõ arguantur opera eius.] Cuius cõscientia tenebris obsita est, nõ recipit, sed fugit lucem, id est, apertam & manifestam veritatem: nõ prodit in publicum, ne arguantur, & manifestentur opera eius, quibus indicaretur hypocrita: in timore perpetuus versatur. Est enim timor fidelissimus hypocriseos comes: hic timor alleclã habet odium lucis. Quo fit, vt hypocritæ, & hæretici neoterici neque omnia sua libere doceant, neque patiãtur quẽuis de ipsorum doctrina iudicare, sed simpliciter, sine tergiuersatiõe, approbari volũt, ac veluti sancti suspici. Quos si quis auersatur, & eorum verba tanquam sacra nõ exosculatur, hũc mille technis, impostoris, & malis persequũtur: sed hũc liberabit Dominus, qui nouit qui sunt sui. Obserua: proprijssimũ Euangelij officium est, profligare tenebras, opera hypocritarum arguere, & ea manifestare. Rom. 1. Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiã hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinẽt. Huc pertinet prophetia Simeonis Euangelici Luc. cap. 2. Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicent: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Hypocrita perpetuò timens.

Euangelij officium.

[QVI autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius.] Hæc superioribus cõiuncta, indicant autithesin. Quemadmodum enim qui malè agit, odit lucem, & spiritalem illuminationem spernit, quod certissimum est signum infrænatæ libidinis, quum recusat discere, quibus possit ad meliora reuocari: ita qui bene agit, nõ solùm venit ad lucem, sed & lucem diligit, quod est signum optimæ indolis Christianæ, operibus sanctis aspirare ad vitam, quæ Deo placeat. VERITATEM hoc loco opponit malitiæ in hypocrisi. QVI facit veritatem, id est, qui verax est, cuius causa iusta est, qui veritatem docet, qui iuste agit: IS VENIT ad lucem, id est, Potest sustinere, & ferre lucem, in publicum exire, & prodire, vt libere de sua causa, opere, doctrina, &

Indolis optimæ signum.

Veritatem facere.

Venire ad lucem.

na, & statu pronuntietur. Hoc docuit ipsa Veritas infrà capit. 18. dicens, Ego palàm loquutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil. Aut dici potest, Venit ad lucem, id est, Recipit verbum. VT MANIFESTENTVR, id est, probentur, supple à luce, id est, Euangelio, OPERA eius, quæ sunt ex fide illa viua exerente bona opera, vt timorem Dei, dilectionem proximi, & alia in Euangelio præscripta.

[QVIA IN DEO sunt facta] Rationẽ adducit qua re facientes veritatẽ prodeant, & veniant ad lucem, argumento à causa efficiente bona opera perito. Hæc opera non ab homine solùm, sed à Deo sunt, quo, vt firmissimo fundamento, innituntur. Quo fit, vt qui recta & bona operatur, nullius formidet, vereatúrque iudicium, aut sententiam: quandoquidem certus est, suam doctrinam, & opera esse ex Deo, id est, per Deum, qui operatur in nobis & velle & perficere (Philipp. capit. 2.) pro bona voluntate nam sine Christi spiritu, nihil boni à nobis fieri potest. Quòd si qui inter infideles dicantur boni, quales fuerunt plerique Philosophi, in speciem boni fuerunt, qui suis operibus finem, vanam gloriam, non autem Deum optimum maximum, præstiterunt. Hactenus pro sua mansuetudine, & philanthropia Christus veram iustificationis rationem Nicodemo proposuit, & mysteriorum semina in pectus ipsius recondidit, nimirum ex mortificatione & viuificatione nostri, iustificationem constare. At mundus mortificationem admittere non vult, hanc respuit: quare & ad viuificationem nõ perueniet manens condemnatus, quia suas tenebras diligit, & eas pro vera luce reputat. Hic est ille Nicodemus, qui pòst authoritate sua patrocinatus est Iesu, aduersus Pharisæorum calumnias, dicens, neminem esse condemnandum, nisi perspectis eius operibus, quique mortuo sepulturæ officium exhibuit.

Spiritus Christi author omnis boni.

[POST hæc venit Iesus.] Quum festum Paschæ Christus Ierosolymis peregisset, finissetque dicta de renouatione nostri & iudicio, muneri suo pro ratione temporis respondens, non perstitit diu in Ierusalem: non enim erat hora vt prorsus adhuc clarescerer. Sub finem verò

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò functionis suæ (quòd appeteret tempus, quo debebat glorificari) frequentius Ierosolymis egit, & plura designauit, quæ ostenderent quanto desyderio humani generis salutem sitiret.

[ET discipuli eius.] A circunstantia personarum confirmatur certitudo historiæ.

[IN Iudæam terram, & illic morabatur cum eis.] Ab Ierusalem (quæ est in sorte Beniamin, Iosue cap. 18.) in Iudæam terram (cui nomen peculiariter inditum à Iuda illius tribus authore, vnde genus ducit & Iesus) secessit Dominus, morámque in ea hac potissimùm ratione egisse videtur, vt occasio discipulis Ioannis fieret de eo interrogandi (quòd in vicino adeò sibi loco discipulos per Baptismum colligeret) audiendique subinde tam præclarum hic ab Euangelista memoratum magistri sui Baptistæ de Domino testimonium.

Ierusalem in tribu Beniamin.

Iudæi à Iuda.

[ET baptizabat.] Hoc per occupationem ab Euangelista dictum, ne quis diceret Dominum in Iudæam secessisse, & illic otiosè demoratum; illic (at) se saluatorè exhibuit: nam illic agens, Baptismo per discipulos administrato, ciues regno Dei plurimos conscripsit. Baptizabat, non propriis manibus, & in persona (vt Ioannes Baptista) visibiliter: sed ijsdem initijs exordiens prædicationem Euangelicam, vnde cœperat Ioannes, prouocabat ad pœnitentiam, & per Apostolos baptizabat, id est, assentiebat discipulis baptizantibus: quanquam ipse sit, qui in veritate, & inuisibiliter baptizabat omnes. Vide infrà Conciliationem in hunc locum.

[ERAT autem & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim.] Commendatio Ioannis ab officij dignitate, & strenua, diligẽtique expeditione, qui per id tempus, quo discipuli Christi baptizabant, erat baptizans: non iam in Iordane, vt solet, sed in obscuriore loco, cui nomen Aenon, iuxta Salim oppidum, haud lõgè à Iordane. Hieronymus in locis Hebraicis, ad suam ætatem locum in octauo lapide Scythopoleos ad meridiem, iuxta Salim & Iordanẽ esse memorat. Salim Syris sonat scatebras.

AEnon.

Salim.

[QVIA aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur.] Causam reddit, cur in Aenon Ioannes baptizaret: quia illic baptizandis supperebat aquæ copia.

Verbum VENIEBANT, indicat effectum doctrinæ Ioannis de pœnitentia, quæ licet dura sit carni, tamẽ mouet affectus vt audientes veniant, & ad id maximè vrget fides. Altera pœnitentiæ pars. ET baptizabantur. Eò Baptismum recipiebant, vt manifesto signo testarentur se pœnitentia duci, hoc est, mori carni, & egere Christo vificatore: iste enim erat Baptismi Ioannis vsus.

Fides. Pœnitentiæ pars.

Baptismi Ioannis vsus.

[NONDVM enim missus fuerat Ioãnes in carcerem.] His verbis Euangelista alludit tanquam parasceue ad obitum Ioannis, qui posteà contigit, simul & insinuans à temporis circunstantia, Nondum enim, &c. se scripsisse de actis Christi primo anno doctrinę & Baptismo eius in Iordane, vsque ad coniectum Ioannem in carcerem, quæ reliqui Euangelistæ tacuerunt, suam exorsi historiã ab his præcipuè, quæ secundo suæ doctrinæ anno Christus gessit. Quisquis es, qui ista legis, specta, & vide quod præmium pij prædicatores Verbi, exemplo Ioannis, ab ingrato mundo referant.

[FACTA est autem quæstio ex discipulis Ioannis cũ Iudæis de purificatione.] Carnalem Iudæi cuiusdam, & discipulorum Ioannis quæstionem, imò re vera contentionem è media ambitionis officina proficiscentem, describit. Erat, vt apparet, aeris contentio, & grauis æmulatio, ac potiùs inuidia de Christi Baptismo: conflictabantur inuicem quòd Baptistam præceptorem suum iam minui viderent, pluréſque ad Christum, quàm Ioannem, confluere. Plus iam Christo, quàm Ioanni fauebat populus: vnde inuidia orta quibusdam discipulis Ioannis aduersus Iesum, quòd quum ipse nuper baptizatus esset à Ioanne, seque veluti pro discipulo illius gessisset, ac illius testimonio fuisset populo commendatus, nunc repente sese æquaret illi, imò se illi anteponeret, cuius discipuli sibi sumerent, quod hactenus solus Ioannes fecisset. Aut fortasis orta est contentio à Iudæis cum discipulis Ioannis, qui & suas purificationes, & Christi baptismum præferebant purificationi, seu baptismo Ioannis: aut quum Iudæi non possent legales suas aspersiones, ac purificationes, animalium cinere factas defendere, & eas Baptismo Ioannis meliores ostendere, vt contentiones agitent, & discipulos Ioannis turbent, commendant Christi

Inuidia discipulorum Baptistæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi Baptismũ:nõ quòd ita sentirent, vellẽtq; laudibus Christũ euehere: sed vt Baptismũ Christi cõmendantes, deprimãt Ioannis discipulos, (qui magnis illis Pharisæis maiores, & excellẽtiores iã prominebãt) & victores euadant. Aut fortasis hi Iudæi non ex inuidia Christi Baptismum commẽdabant, & Ioannis Baptismo præferebant: sed quia credebant, quòd vidissent Christum miracula Ierosolymis operantem.

[ET venerũt ad Ioannem, & dixerũt ei.] Hoc genus querelarũ ad Ioannẽ, tanquã idoneũ quæstionis arbitrũ deferũt, amore, & honore sui præceptoris moti. ET dixerunt ei, hoc est, deferunt suo magistro rem his verbis.

[RABBI.] Captant beneuolentiam à dignitate personæ: Magister.

[QVI erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat.] A circunstantia personæ, & loci, certitudinem suæ narrationis conãtur ostendere & exaggerare factum Christi, vt excitent Ioannem aduersus Christum. Magister, (inquiũt) is, qui nuper apud te fuit, quum apud Iordanem baptizares, & quẽ baptizasti, & tuo ornasti testimonio, ECCE hic baptizat. quasi dicant, Est velut ingratus: nimirum qui incognitus erat, & testimonij tui fauore cognitus est, baptizat, videlicet per suos discipulos: id fit in tui Baptismi, doctrinæ, officij, vitæ, & personæ tuæ dehonestationem.

Baptistæ discipuli Christo inuident.

[ET omnes veniunt ad eũ.] Quasi dicant: Timemus ne illius authoritas tuæ officiat famæ: en totus ad eũ gregatim confluit mundus, cauendum est ne per illum tua obscuretur authoritas. Quare rogamus, vt authoritatem tuã demandes, ne ipse aut discipuli eius baptizent: qui si pergant, actum est de tua authoritate. En iam solus relinqueris, contemnimur omnes, qui te præceptorẽ hactenus habuimus: nam omnes, nobis relictis, ad eum veniunt, & baptizantur, te etiam contempto. Obserua: his verbis, OMNES veniunt ad eum, commendatur potentia doctrinæ, Baptismi, officij, & vitæ CHRISTI, ad quem omnes confluunt.

Ioannis constantia in testimonio de Christo.

[RESPONDIT Ioannes, & dixit.] Perseuerat Ioannes in confessione priori de Christo suprà primo capite facta: qui nullibi sui dissimilis, hortatur nos hoc suo pe-

sponso.

sponso, vt constanter Christũ vbi vbi fuerimus, confiteamur salutis authorem: Ioannem verò, & alios verbi prædicatores, Christi ministros, & beneficiorum Christi dispensatores.

[NON potest homo accipere quicquã, nisi fuerit ei datũ de cælo.] Confutatio est eorũ, quæ discipuli humano affectu ducti, Baptistæ præceptori obiecerant: duobus labefactati erãt peccatis, tum quod diuino contrarij essent consilio, tum quòd impossibile attentabant. Desyderatis, inquit, mea authoritate silentium Christo imponam: fallimini. NON potest homo, &c. quasi dicat, Nemo ergo, ne ego quidem Ioannes possum plus authoritatis mihi tribuere, quàm quod mihi diuinitus datum est. Sed hoc solum officium accepi à Deo, vt præcursorem Christi agam, vt Christo viam præparem, vt vox sim clamantis in deserto, vt aqua baptizem, vt prouocarem ad pœnitentiam, denuntians instare regnum Dei: vt indicarem quẽ posthac sequi oporteret. Hæc non humanis gerũtur prætidijs sed authore Deo: bona fide peregi quod ille faciendũ mihi delegarat: si mea valet apud vos authoritas, cur meis dictis non creditis? Ipsi testimonium perhibere potestis, quòd non semel sum professus me non esse Christum: ego illius sum famulus, ille Dominus est omnium. maiora non accepi, nec maiora mihi arrogo. Pestilentissima ingratitudo est, maiora sibi vsurpare, quàm Dominus dederit, aut commendarit: & cadere solet qui suspicit, non autem prospicit. Hoc loco verbum ACCIPERE, sicut & in quolibet pietatis negotio, accipitur pro verè potiri redarum, &c. quasi diceret: Quicquid in rebus diuinis & spiritalibus accipimus, id donũ Dei est. DE CAELO, inquit, hoc est, per cœlestem & diuinam vocationem, siue per certum Scripturæ verbum, siue per testimonium aliquod cæleste. ac si dicat, Mea functio est mihi à Deo imposita, & in Verbo fundata, atque præscripta, vnde plane intelligo quid mihi authoritatis arrogare debeam, & quid non. Huc pertinet quod dicebat Paulus Roma. 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Quum enim non sumus sufficientes (2. Corinth. 3.) cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo sit, certum

Baptistæ officium.

Ingratitudo. Ostendicitũ.

Verbum accipere.

Omne bonum à Deo.

Sufficientia nostra ex Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, neminem quicquam rectum & sanctum vel docere, vel facere posse, quod non acceperit cælitus, hoc est, ad quod non fuerit impulsus diuinitus. Vnde neque plantans, neque rigans est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus. 1. Corinth. 3.

[IPSI vos mihi testimonium perhibetis, quòd dixerim, Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum.] Emphatice sunt hæc pronuntianda, Miror totus quod rogaueritis huic silentiũ mihi imponerem, & non solum me illi præferre contenditis, sed & Baptismũ meum, doctrinam meam, vitam meam, & officium meum, Baptismo, personę, & officio eius anteponere conemini. Rogo vos, quis ego sum, vt prohibeam Christum à munere suo? Ipsissimi testes estis, quàm abundè antea vobis iucundi cauerim me nõ esse Christum, sed duntaxat ministrum, & ante illum missum esse. Quoties vos iam docui illum esse Christum à Prophetis prænuntiatum, & promissum? Dicite, obsecro, quoties vobis eadem repetenda erunt? Baptista discipulos remittit ad Christum. Desistite hanc ad illum: & quem mihi deferre vultis honorem, illi deferte. Non ego sum Christus, tali me non dignor honore: id honoris non agnosco, abite. Obserua quum dicit ANTE illum, præsentiam Christi declarat, quasi dicat, Vt testes eum adesse, & doceam eum amplectendum esse pro vero Saluatore, quem posthac oportet sequi, & ab eo perfectam salutem petere.

[QVI habet sponsam, sponsus est.] Eleganti & peruusta allegoria, peccatorum, afflictorúmq; conscientias cõsolatur, spem omnibus erigẽs, ne peccatorum grauitate pressi, animos despõdeant: sed audiant animarũ & credentium sponsum aduentasse, qui ambabus, vt dici solet, manibus, misericordiæ cælestis thesauros offert. Atque vno & altero verbo parabolã aperiam, Baptista significare voluit Christũ sponsum Ecclesiæ, & Ecclesiam Christi spõsam esse, seq; solidum gaudium gaudere, quòd audiat sponsum, id est, præsentem habere, vbi datum esset. Qui habet sponsam, sponsus est: id est, nemo spõsæ Domino nisi sponsus: nemo sponsæ caput, nisi sponsus. Est ergo Christus, & Dominus, & caput sponsæ Ecclesię. Ego vero non sum sponsus, sed pronubus, hoc est, qui sponsæ offero sponsum, qui doceo populum, id est, Ecclesiam, Christum

Sponsus sponsæ caput.

Baptista pronubus.

stum ad se veniẽtem, tanquam verum sponsum accipiat. 2. Corinth. 11. Despondi vos vni viro virginẽ castam exhibere Christo. Solenne & apud omnes receptissimũ est, non sponsam ad sponsum, sed sponsum ad sponsam venire, & spõsam sponso gratiam & beneuolentiam offerenti adhærere, vt fiant vnum, qui sponsam in domum suam & patris deducat. Has veri sponsi partes Christus spõsus suæ sponsæ præstitit, hanc ornauit mundissimis, & splendidissimis ornamentis, remissione scilicet peccatorum, Ephes. 5. Annulo obsignauit. 2. Cor. 1. Qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. 2. Corinth. cap. 5. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus. Ephes. 1. Credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostrę in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. Ecclesiæ Christus incrementum dat, gratiam & salutem confert, hanc nutrit, regit, sustentat, tandem in domum suam, & patris deducit. Lucæ 22. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Matth. 25. Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. hæ sunt sponsi partes. Sponsę officium est, in omnibus sponso credere, diligere sponsum, omnia bona sibi de sponso promittere, soli sponso adhærere, obedire illi, timere & honorare sponsum, auersari dehonestationem sponsi, colere, venerari, amplecti, & suspicere spõsum. Ad hunc modum Christus sponsus habet sponsam, & à sponsa habetur. Vnde quemadmodum vir & mulier matrimonio iuncti, vnum corpus fiunt, & habent omnia bona & aduersa communia, ita Christus & Ecclesia vnum corpus sunt, & habẽt omnia communia, & quicquid aduersum Ecclesiæ accidit, hoc & in Christum incidit. Act. 9. Saule Saule (dicebat Christus) quid me persequeris? qui dixit, Quis es, Domine? & ille, Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Quo fit, vt quum nulla afflictio Christum vincat, nec ab ea vincemur, modò in Christo perduremus. Agnoscis sponsum Christum, agnoscis & spõsam Ecclesiam: agnosce ergo Baptistam non esse sponsum, qui hoc vere fatetur,

Sponsarũ mos solennis.

Christus vere sponsus.

Sponsi partes.

Sponsæ officium.

Christus & Ecclesia sunt vnũ corpus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Sponso debetur sponsa.

tetur, dicēs, QVI habet sponsam, sponsus est: id est, ei debetur sponsa, id est, populus: sed ego non sum sponsus, ergo ad Christum sponsum, non autem ad me famulum & ministrum cum maximo honore eundum est.

[AMICVS autem sponsi.] Quasi dicat: Quid huic baptizanti inuideris, volentes me id honoris mihi vsurpare, qui debetur illi? hoc tam magnum nefas non perpetrabo: nimirum non sum sponsus, sed tantùm sponsi amicus, non inuideo sponso suam fœlicitatem, neq; præripiã illi sponsam suam, id est, populum ad eum confluentem.

Præceptore præsente, discipuli tacent.

[QVI stat, & audit eum.] Præuenerã (ait Baptista) vt illum sponsæ ostenderem, & indicarem, Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Meum officiũ STAT, hoc est, tacitus asto, audiens eum præsentẽ & disserentẽ sponsam: aduenientẽ enim præceptore doctore, cessant docere discipuli, vt adstantes doctorẽ audiant. Elegans hic asseritur periphrasis officiorum, quæ decent ministrum. Stare & audire Christum, hoc est, Spectat ad omnes Verbi ministros, pro sui officij decoro, vt stantes nihil quod non audierint à doctore Christo, aut ab eius Spiritu edocti fuerint, pronuntient.

Ministri verbi officium.

[GAVDIO gaudent propter vocem sponsi.] Quod ego optabam iam sum consequutus: non tantùm prædicanti quia Christus veniet, sed præsentem video, & vocem sponsi cum sponsa colloquentis auribus percipio. Quare

Gaudio gaudet.

GAVDIO gaudeo, id est, vehementi perfundor lætitia: nihil mihi optatius contingere potest, quàm vt omnes ad illum tanquam sponsum confluant. Cauete igitur in me sponsi coronam quærere: non enim propter me Prophetа sponsam hortatur, Psalmo 44. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Nec thalamum meum sponsa quærit, dicens, Canticorum cap. 1. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Cælestis est sponsus eius, cuius ego tantum sum minister & amicus, quia in amicitiam eius sum receptus, qui prior me dilexit, quàm ego illum.

[HOC ergo gaudium meum impletum est.] Perinde est ac si diceret, Finis & terminus meæ functionis, meique officij, quod debui vt præcursor conficere, id est, quod maximè

ximè desyderabam, & eo potissimũ potiri cupiebam, ob oculos præsentissimum est: ideo gaudium meum est impletum. En sponsa iam sponso coniungitur.

Baptistæ gaudiũ impletum.

[ILLVM oportet crescere, me autẽ minui.] His verbis repellit quod obiecerãt discipuli. Et omnes veniunt ad eũ. Quoniã nihil mihi erat optatius, quã vt ille tãtus agnosceretur esse, quãtus est, & ego desinerẽ maior videri quã essem, ingẽti lætitia perfundor, videns & intelligens rem bene succedere. OPORTET, hoc est, Necesse est, & ita in cælis definitũ decretúmq; est, vt is, qui hactenus inter vos longe minor habitus est, quàm est, CRESCAT, hoc est, paulatim manifestet se per signa & miracula, nõ secundũ profectũ in virtutibus, absit: hoc enim Nestorij deliramentũ esset: sed secundũ ostẽsionẽ & manifestationem deitatis. Primò signis & prodigijs: deinde ordine mortis, resurrectiõis, & ascẽsionis. Ad hũc modũ accipiet nomẽ, qđ est super omne nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur, cælestiũ, terrestriũ, & infernorũ: & in omnes Gẽtes pœnitẽtia prædicetur, & remissio peccatorũ. Me verò (qui maior habitus sum quã erã) oportet MINVI, meã opinionẽ obscurari, illius gloriam in dies augescere, à me desciscere discipulos, & ad illũ detãtóq; inferior Baptismus, quãtò est ignis aqua porẽtior. Minutus Ioãnes nõ diluitur & extinguitur, sed veluti stella à maiori lumine Sole occultatur, & imminuitur: ita & præcursor velut Lucifer à spirituali Sole occultatus, minuitur & obscuratur. Obserua: vt verbo Crescẽdi extolli tur Christus, & omnia, quæ sunt Christi, ita verbo Minuendi, explicatur Ioãnes inferior, & ea, quæ sunt tum Ioannis, tum omnium ministrorum Christi.

Christum crescere.

Nestorij deliramentum.

Baptista minuitur.

[QVI de sursum venit, super omnes est.] Probatio est illius, quod dixit Se minui oportere. Christũ verò crescere, argumẽto à loci circũstãtia, & peruenusta antitheti petito. VOX, DESVRSVM, indicat Christi diuinitatẽ: qui de sursum venit, id est, Qui à superiore, & cælesti germinauit radice, paternã cõseruans naturam, is Deus est, creditur esse super omnes homines, etiam super omnes creaturas, ergo super me est. Maior me est, ego enim minister & creatura, ille Dominus & creator.

Vox de sursum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[QVI est de terra, de terra est, & de terra loquitur: Qui de cælo venit, super omnes est.] Antithesis est, collationem Christi & Ioannis continens, cum ætiologia discretionis Ioānis, siue omnium ministrorum, & Christi. Non est æquum cōferre æqualiter non modò doctrinā, sed omnia qualia qualia fuerint, eorū, qui de terra sunt, cū eo, qui de supernis est. Nā qui de terra est, de terra loquitur: sed ego DE TERRA sum, nō ne homo terrenus: terrena ergo loquor, vilia, & humilia, si cum doctrina Christi conferantur. Quanuis quæ à Baptista fiebant, diuina veluti à Spiritu prodibant, collata tamen cum his, quæ à Christo fiebant, valde humilia apparebant. Quū dicitur, DE TERRA est, & DE TERRA loquitur, elegās est periphrasis omnium officiorum in ministris, qui plantant quidem & rigant, & hoc quidem est De terra esse, & De terra loqui, quantum ad se, & ad naturā pertinet, sed nondant incrementum rei. 1. Corinth. 3. Sunt enim omnes hominum doctrinæ veluti mortua litera, nisi Christus suā gratia, & cælesti voce, eam viuificantem reddat. Quare quum animalis homo neque percipiat quæ Dei sunt, neque de illis loquatur, necesse est aliunde, quàm de terra veniat, qui & cælestia percipiat, & eadem nos doceat, loquatúrque. Quum itaque Christus à Patre omnia acceperit, etiam facultatem dispensandi Spiritum Sanctum, qui nos docet, & ad vitam æternam innouat, necesse est, hunc vnicum esse, cui audiamus, cui præ omnibus morem geramus: nimirum de cælo venit, quia Deus homo factus est, & super omnes est, quia Deus est. Nónne optabilius est audire ipsum Deum, quàm me ministrum, & seruum Dei? Non est ergo quòd inuidere debeatis, quia ad eum omnes confluunt, quum iure optimo hoc faciant, & ad eum omnes veniant, qui est super omnes, & solus omnes erudire ad salutem potest.

De terra esse.

Loqui de terra.

Hominum doctrina, litera mortua.

[ET quod vidit & audiuit, hoc testatur.] Argumentum ab experientia, seu notitia, petito, confirmat officium, & dignitatem Christi. Christus quod VIDIT ET AVDIVIT id est, quod certò scit, & expertus est, aut, Quod audiuit, id est, à Patre didicit: & Vidit, id est, clare cognouit, HOC loquitur, & testatur, id est, docet, & prædicat videlicet, vt de plenitudine eius nos omnes accipiamus & ali-

Christū videre & audire.

& aliquid loqui de cælo sciamus, qui nō nisi de terra loquebamur. Hęc dum loquitur, & testatur, ostendit quàm sit supra omnes, etiā Prophetas & reges, qui tametsi de regno Dei futuro testati sunt, illud tamen non viderunt: sed in tenebris sedentes, expectauerunt hunc, quem & videtis, & auditis loquentem, & differentem de his, quæ & vidit, & à Patre audiuit, vt accepto eius testimonio desyderatis potirentur.

[ET testimonium eius nemo accipit.] Quasi dicat, Adeò pauci sunt, qui eius testimoniū accipiunt, vt vix audeam pronūtiare aliquos accipere illū, adeò paruus auditorum eius est numerus. Solo sensu ductātur mali homines, vilitate personæ permoti. 1. Corinth. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum. Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis CHRISTVM Dei virtutem, & Dei sapientiam: quia quod stultum est Dei sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. ACCIPERE testimonium CHRISTI, donum Spiritus Sancti est: & nō est obiter intelligere Verbū, sed est amplecti ipsum Christum, & illi fide viua adhærere, doctrinámq; eius vt veracem honorificè & reuerenter excipere. TESTIMONIVM, vocat ipsum Euangelium, quod testatur de benuola Patris erga nos voluntate per Christum.

Accipere testimonium Christi.

Euangeliū dicitur testimonium.

[QVI autem accipit eius testimonium signauit quia Deus verax est.] Vsum testimonij Christi, hoc est, Euangelij accepti, docet: Qui IESV CHRISTI verbum ex animo accipit, hoc est, qui in Christum credit, vere testimonium accipit, per Spiritum Sanctum signatus est, cuius Spiritus officium est non in nobis otiari, sed non obsignare, & certos reddere de veritate Verbi. Ioānis cap. 16. Quū autē venerit Paracletus (quē ego mittam vobis à Patre) Spiritus veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Ioann. cap. 15. Quum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnē veritatē. Hac obsignatiōe qui est obsignatus, vere in Filiū Dei est designatus, & adoptatus, agnoscitq; certò ipsum CHRISTVM, & in ipso Patrem, verum Deum in vero Deo, certóque videt quòd verax sit Deus, hoc est, qui quæque

Obsignari Spiritu.

Adoptati quoq; dicuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctis vnquã promisit in CHRISTO Saluatore nostro præstitit:in ipso siquidem sunt,etiam, & per ipsum sunt, amen:& quotquot sunt promissiones Dei.2.Corinth.1.

Verbũ Signauit,quid notat.

Obserua: verbum SIGNAVIT, alteratione generis positum est pro Signatus est.id est,in corde certus factus est de veritate Verbi.Rursus obserua: DEVS est verax à natura,quia suapte natura est verax,& ab effectu verax est, quia alios veraces facit,veráxq; est verbum eius,& quicquid docet Christus,verum est,& quicquid agit, id Deo placet,& est acceptum.

Deus verax.

Verbum probatur esse Deus.

[QVEM enim misit Deus, verba Dei loquitur.] Rationem adducit,qua probat Verbum,Deum verum esse, Christi doctrinã,& omnia,quæ ipsius sunt, vera esse, argumento à causa efficiente petito:e CHRISTVS Filius Dei est à Deo missus,ergo non humana,sed diuina verba loquitur:Christus est à Deo missus,ergo qui Christũ audit, Deum audit,& qui Christo per fiduciam adhæret,Deum in se habet. Certissima ergo est IESV Christi doctrina, & nihil, quod est IESV CHRISTI, repugnat aut displicet Deo.

Prophetæ ad mensuram Spiritum habuerunt.

Christus plenitudinem Spiritus habuit.

[NON enim ad mensurã dat Deus Spiritum.] Aetiologica est occupatio, qua Ioannes præoccupat quorundam obiectiunculas,simul atque ostendit Christum certissimam & consummatam accepisse à Patre doctrinam. Nolo (ait) ista intelligatis de quouis misso à Deo:nam & Prophetæ missi sunt à Deo, qui aliquando verba Dei sunt loquuti,aliquando non,sed ex proprio spiritu multa narrauerũt,quòd AD MENSVRAM accepissent spiritum:hoc est,quod Deus vni dat hoc donum,alteri aliud: siue dantur dona Spiritus ad limitatos & certos actus.1. Corinth.12. Ad hæc quæ dico. Quem misit Deus,&c. intelliguntur de vnico Dei Filio IESV CHRISTO, qui vbi vbi, & quoties quoties loquitur, ex Deo loquitur, quoniam non est illi ad certum modũ datus à Patre Spiritus, sed totam plenitudinẽ sui Spiritus cumulatissimè & effusissimè effudit in eum:idq; in hominem. (vt enim Deus est,idem substantia est quod Spiritus Dei)adeò vt nihil habeat Pater, quod huic desit, & quicquid huic detraxerit hominum incredulitas, id Pater sibi detractum putat. Ad Colossen.2. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter,& estis in illo repleti. Esa.cap.11. Et requiesceт super eum Spiritus Domini,Spiritus sapientiæ & intellectus,Spiritus consilij & fortitudinis,Spiritus sapientiæ & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini.Psal.44. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.Græcis legitur ἐκ τοῦ μετόχου σου. Non enim huic ad mẽsuram,&c.Vtex his, quæ præcedunt, & sequuntur, satis liqueret de quo loquereтur,figura prouerbiali dictum est, DAT ad mensurã,pro eo quod est,Dat parcè, aut mediocriter. Qui largiter & effuse dat, non metitur quod dat, aut numerat, sed cumulatim profundit. Quidam ad hunc sensum interpretatur, Non solet certa aliqua & definita mensura Deus Spiritum largiri, vt si cui multum de illo largitus sit,nõ possit alteri largiri amplius, sed arbitrio suo vnicuique illum dispensat,nec vlli tantum contulerit, quin multò plus queat impendere alijs:infinita enim est hæc Spiritus Sancti opulentia. Quare quod mihi multũ Spiritus dederit Dominus(ait Baptista)nolite propterea existimare Deũ nõ posse huic plus donare:hic enim est Filius,ego verò seruus:hic Deus & Dominus est,ego creatura & seruus:hic Deus & homo est, ego homo: hic ita loquitur vt ipsemet sit Verbum.

Dare ad mensuram.

[PATER diligit Filiũ,& omnia dedit in manu eius.] Aperit Baptista causam,propter quam qui de cælo venit,hoc est,Filius Dei factus homo sit supra omnes: Pater supra omnes hunc diligit,ergo hic supra omnes est. Signum huius dilectionis tam vehemẽtis in Filium incarnatum,est,quòd omnia sunt ei tradita: & hæc potestas,qua omnia illi sunt tradita,est à dilectiõe. Vbi obserua,dilectionẽ nõ esse rationẽ,propter quã Filio,prout est ab æterno genitus, tradita sunt omnia:quia nõ dilectione,sed generatione omnia sunt tradita Filio,rerúmq; omnium summã tradidit illi in manũ,non se spolians sua potẽtia,sed huic eandem,quam habet,virtutem communicans. Hic locus est de CHRISTO,iuxta humanitatem intelligendus, Quia Pater diligit Filium. dedit illi omnia bona sua in manu,id est, in virtute & potestate. Quo fit,vt quicquid Deus humano generi conferre voluit,hoc per Filium IESVM Christum largiri voluerit.

Patrem diligere Filium supra omnes.

Pater omnia Filio tradidit generatione.

Deus omnia per solum Filium largitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Offert nobis Deus salutē, sed per eū, qui est salus offert omnibus vitam æternam, sed per eum, qui est fons vitæ æternę: offert nobis omnia spiritualia, sed per eū, cui non ad mensuram datus est Spiritus. Sunt ergo omnia per Christum à Deo petenda. Huc pertinet quod Danielis cap. 7. scribitur, Aspiciebā (inquit) in visu noctis, & ecce in nubibus cæli Filius hominis venit, & vsque ad Antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & datum est ei regnū. & honor: & omnis populus, tribus, & linguæ seruient ei. Quid ergo querulamini, ô discipuli mei, dicentes, Ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum? Qui enim ad eum fide viua non accesserint, velint nolint tandē veniēt ad eum, ante cuius thronum sistendi sunt, tanquam ante supremum iudicem, in cuius manu cūcta sunt posita. Huc pertinet locus infrà capite quinto, Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei. Vide quæ in eum scriptimus locum.

Fides viua docet Christum.

Christus per Spiritū in credentibus habitat.

[QVI credit in Filium, habet vitā æternam.] Hactenus Baptista docuit CHRISTVM vnicum esse, qui de cælo descendit, & qui supra omnes est: nunc hortatur, & vult vt in Christū credamus, qui est Filius Dei, si æternùm viuere volumus, & illius veram doctrinam suscipiamus. Iuxta suam naturam Christus Filius Dei est vita, cuius ingressus & iauua ad nos est fides viua, & per Spiritum Sanctum in credentibus habitat, quos per eandem fidem viuificat, annotatore Paulo, Ephes. capit. 3. Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri IESV Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suę virtutem, corroborari per Spiritum eius in interiori homine Christum habitare per fidem in cordibus vestris. Quum ergo secundum suam substantiam Filius sit vita, & per fidem viuam in credentibus habitet, est verissimum quod hic pronuntiatur, QVI CREDIT in Filium, habet vitam æternam. Huc pertinet quod scribitur 1. Ioannis capit. 4. In hoc cognoscimus, quod in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis. Paulò pòst dicitur, Quisquis confessus fuerit, quoniā IESVS est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Habet vitam æternam: scilicet iam in certa spe: Romanum. capit. 8. Spe salui facti sumus. Et aliquando quum manifestabitur post hanc vitam, in re. 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

[QVI autem incredulus est Filio, non videbit vitam.] Argumento à pœna, & exitio incredulorum, deterret ab infidelitate: idque facit per elegantē antithesin: Vt fides ad vitam æternam ducit, ita incredulitas, qua dubitamus, & hæsitamus de Filio, vt vnico, ac vero Saluatore, ducit ad condemnationem. INCREDVLVS non videbit vitam æternam: id est, non experietur in sua conscientia neque hic, neque post hanc vitam, gaudium, pacem, tranquillitatem, & similes vitæ æternæ fructus. Vis pacis tibi absoluam quomodo ad vitam æternam transitur? Euangelium de CHRISTO prædicatur, illi creditur: hāc fidem viuam, hoc est, quæ per dilectionem operatur, sequitur iustificatio, iustificationem placata conscientia, placatam conscientiam, vita æterna. Roman. capite 5. Iustificati ex fide, pacem habemus apud Deum. Habere pacem in conscientia, est certò statuere nobis placatum Deum Patrem esse per Christum.

Incredulorum exitium.

Vitæ æternæ fructus.

Ingressus ad vitam æternā.

Conscientiam reddere tranquillam.

[SED ira Dei manet super eum.] Infidelitatis supplicium est Dei ira, hoc est, Qui incredulus est, siue qui diffidit Filio (quoniā ipse tibi velut oculos occludit, ne lucem aspiciat) nō videbit vitā, quæ est lux & vita hominū: SED IRA Dei manet sup eū, à deo, vltioni diuinę (quę est mors æterna) manet obnoxius, quādiu permanet in peccatis, aut habet tibi iratū Patrē, donec credat Filio. Nā quādiu hic viuitur, nemini desperationis laqueus obijcitur, sed ex animo petentibus, & Deū rogātibus, non est negata Christi gratia. Obserua: non dixit quòd maneat illum, sed manet super illum, ostendens quòd nunquam ab incredulo recedat, sed perpetuum erit supplicium.

Infidelitatis supplicium.

Iram Dei manere super aliquem quid sit.

Pœnitētiæ locus quādiu hic viuitur.

CONCILIATIO PRIMA.

Quid hic Christus cōmendat exaltatum à Moyse serpentem, quū docuerit Moysem à sculptili abstinere, dicēs Exod. cap. 20. Non facies tibi sculptile? Respondeo: Lodamus, an sit imaginum, & figurorum apud Christianos vsus aliquis, vel debeant hi omnibus simulacris prorsus absti

Imagines non sunt vnius generis.

Deus nulla ad viuum imagine delineari potest.

Imago Dei.

abstinere. Atq; quum imagines non sint vnius generis, atq; aliæ Deo, aliæ Christo vt homini, aliæ Angelis, aliæ Diuis assingãtur, nec vna esse poterit ratio eis vtendi. Primùm, quum Deus inuisibilis sit, & nulla deliniatus figura, sed immensus, & incomprehensibilis sit, nulla illi assingi potest imago, quæ hunc ad viuum deliniet: sed quũ crasso, & adhuc obtenebrato ingenio simus, inuisibilis Deus per id, quod factum est, fide intelligendus, conspiciendusque proponitur ab Ecclesia, quæ penicillo explicat quod voce à Prophetis nuntiatum est: vnde nõ putauerim impium esse ob oculos propositum simulacrum, quo Deus patribus apparuisse legitur. Quòd si quis temerarium existimauerit, Deo hominis imaginem affinxisse, temerarius erit Propheta, qui Psal. 18. Domino Deo affinxit manus, Opera manuum eius annuntiat firmamentum. Pedes, Psal. 131. Adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius. Humeros, Deuteronom. capit. 32. Atque portauit in humeris suis. Digitos, Psal. 8. Opera digitorum tuorum lunam & stellas. Veterum, Psal. 109. Ex vtero ante Luciferum genui te. Brachium, Psal. 108. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meũ confortabit eum. Oculos, Psal. 32. Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius. Aures, Psal. 129. Fiant aures tuæ intendentes, &c. Viscera, Luc. ca. 1. Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus, &c. Cor, Psal. 44. Eructauit cor meũ verbum bonũ. Legimus in Genesi, Iacob in Mesopotamiã Syriæ abeuntem, propter fratris Esau inimicitias, vidisse Dominum scalis innixũ dicentẽ, Ego sum Deus Abrahã patris tui, & Deus Isaac, ne timeas. Rursus Daniel Propheta, cap. 7. Deũ patrẽ humano habitu se vidisse describit, Aspiciebam (inquit) donec sedes positæ fuissent, & vetustus dierũ sedebat, vestimentũ eius candidũ vt nix: capilli capitis eius vt lana mũda: thronus eius flãma ignis: fluuius ignis egrediebatur à facie eius: millia milliũ ministrabãt ei, & decies cẽtena millia assistebãt ei. Et, vt ostẽdamus manifestius (ait Athanasius, libro Responsionũ ad obiecta Arriana, ad Luciferũ Episcopũ) Deũ Patrem fuisse, qui Danieli in antiqui hominis specie visus est, in sequẽtibus quoque de Filio ita dixit, Ecce in nubibus cæli Filius hominis venie-

veniebat, & vsque ad vetustũ dierum peruenit. Apparet ergo (ait ille) secundum præsentem testimonij fidem, & Patrem & Filiũ Danieli Prophetę apparuisse. Deus visus est Abrahæ in similitudine triũ virorum sub ilice Mambræ: qua visione monstrata est personarum æqualitas, forma, ætate, potestate similium. Huc pertinet quod scribit Augustinus lib. 2. de Trinitate, capit. 142. Si vnus vir apparuisset Abrahæ, idémque Dei Filius crederetur: quũ verò tres visi sunt, nec quisquam in eis vel forma, vel ætate maior cæteris dictus est, cur non hic accipiamus visibiliter insinuatũ per creaturam visibilem Trinitatis æqualitatem, atque in tribus personis vnam eandémque substantiã? hactenus ille. Quare siue hoc modo, siue illo modo Trinitatem depingimus, vmbrámque apramus iuxta similitudines & visiones, quibus aut apparuit, aut loquutus est Deus Prophetis, sub qnibus pro nostro captu fide Deum discernamus, & hũc trinum & vnum, non autem apparentiam aut imaginem illam adoremus, nihil impietatis putauerim in hoc ritu ab Ecclesia hactenus obseruato, & à sanctis patribus ad nos deriuato. Quæ si vultibus disparibus explicetur, emanationes personarum: si similibus, æqualitatem earum ostendet, habens nõ substantialem, sed symbolicam similitudinem, annotatore Ioanne Damasceno, lib. 1. de Orthodoxa fide, capit. 14. & 15. Quia plurima (ait) dẽ Deo corporaliter in sacra Scriptura symbolicè & mystice dicta comperimus, oportet sciamus, quum nos ipsũ simus crasso carnis indumento circũdati, nos minime posse diuinas, & subtiles, & immateriales Dei operationes aut intelligere, aut eloqui, nisi imaginibus, & formis, & significatiuis nostro more vtamur signis. Quæcunque igitur de Deo corporaliter dicũtur, symbolicè sunt dicta. Simplex enim diuinitas figurã nullã habet. Oculos ergo Dei, intelligimus eò quod in nobis per hunc sensum perfectior cognitio, certiórque innascitur. Aures autem & auditum virtutem eius propitiatricem, & nostræ deprecationis susceptricem. Nos enim ijs, qui supplicationes porrigunt, per hunc sensum mites sumus, familiariùs eis aurẽ inclinãtes. Atque ita de reliquis sensu & re corporea expressis dicere possumus. Legito locum Damasceni. Vellem tamen hanc imaginẽ solis

Trinitatis forma patribus apparuit.

Imaginũ vsus.

Corporaliter de Deo dicta mysticè intelligenda.

Diuinitas figuram nõ habet.

Oculi Dei.

Aures Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

solis doctis expositam, aut plebi ab erudito Ecclesiaste explicari, & hac epigraphe ornari. Hęc est imago speciei, sub qua Deus patribus apparuit: ne simplex vulgus, & inerudita plebecula in mysterijs Trinitatis multa rogare, & apud se discutere solicita, erraret. Quantum attinet ad imagines, quæ Christo & diuis appositæ sunt, paucis dicamus. Quum artes fingendi, pingendi, sculpendi, & fundendi sint dona Dei, quibus homines ipsius opera imitentur, & repræsentent, omnino ergo sanctis erit aliquis harum vsus: harum artium præcipuum est, operibus repræsentare quæ cogitata, & in mentem reuocata momentum aliquod habeant instaurādæ pietatis. Quòd si arbores, stellas, animantia, & cætera eiusmodi nos oblectant, & horum meditatione agnoscimus mirabilem Dei virtutē, quid obest, imagines Christi, Angelorum, & Diuorum effingere, quibus ipsi se humanis oculis intulerunt? Christus, & diui homines nobiscum vtibiliter versati sunt: Angeli sub specie auræ, flammæ, volucrum, aut huiusmodi apparuerunt: horum imagines, quibus ea de Christo, Angelis, & Diuis exprimuntur, quæ re vera gesta sunt, fieri, haberique posse à Christianis non dubitauerim, sed ad significandum, mouendúmque ad pietatem, & Christi mysteria contemplanda, quæ & adorabimus, & maximo fulpiciemus honore, non autem ipsas imagines, lapides & ligna, quæ tamen vt libellos, & scripturas mysteriorum Christi, excipiemus. Imaginū vsus per se malus non est: vtibilium enim rerum fieri effigies non solùm Scriptura nusquā vetuit, sed memorat etiam iussu Dei factas. Vnde mordicus & ad verbum non est præcepcum illud, NON facies tibi sculptile, accipiendū: nisi velis ipsum Moysen legis ipsius promulgatorem, idololatriam asserere, atque adeò Deum alibi idololatriam (quod piæ aures abhorrent) præcepisse. Quod Moyses ex præscripto Dei, Exod. 25. duos Cherubim aureos posuerit in tabernaculo, in summis Propitiatorij partibus. In vasis quoque templi quod extruxit Salomō, erant boum, leonum, & Cherubim sculptiles imagines, 3. Regum 6. & 7. rursus 2. Paralipomenon 3. Sculpuntur Cherubim in parietibus: in mitra quoque Pōtificis erat imago Lunæ: in veste verò, malorū Punicorū simulacra.

Imagines sanctorum nō auferendæ.

Vsus imaginū.

Sculptile.

Quare

Quare neq; indæis, neq; nobis, hoc præcepto. Nō facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, &c. simpliciter interdictum est omne genus imaginum, sed tantùm nefandus vsus, ne scilicet more gentium haberent simulacra, quæ proponerentur adoranda. Atque hunc sensum legis indicant verba sequentia: Non adorabis ea, neque coles. Et quæ apponitur appendix, est veluti quædam præcepti explanatio, Coram me: quasi dicat, Nō sunt imagines Deo conferendæ, non æquandæ, quibus nulla est diuinitas tribuenda. Quum ergo vsus imaginum Iudæis etiam ad Gentium superstitionem mire proclivis, nō similiciter fuerit prohibitus, multo minore periculo viris sanctis & Christiano populo conceditur, modò absit omnis superstitio & abusus. Odium imaginum, & earum euersio nihil ad pietatem confert. Quòd si conferret, quid Iuliano Apostata sanctius esse posset, qui imaginis Crucifixi, & iconis Virginis Mariæ infestissimus hostis esse legitur? Quid Turcis esse posset religiosius, qui imagines prorsus abominantur? Sunt imagines iuxta fidei & religionis Christianæ apponendæ, non sine commodo & vtili, ad excitandam gestorum recordationem, & historiæ memoriam & intellectum. Quemadmodum æneus ille serpens à Moyse erectus & conspectus, intuentium animos mouebat excitabátque ad credendum promissioni, qua dictum erat, Quicunque morsu lethali lanicinatus, serpentem inspexerit, seruabitur. Ita & erigitur crux Christi, pingitur natiuitas, passio, resurrectio, & ad cælum ascensio Christi, vt his admoniti, apud se reuoluant sacra illa mysteria, quibus credāt, & certò statuant illa esse pro sua salute à Christo completa: hoc aspectu siue fide viua sanātur morsi, & lancinati à peccato, quod quale quale fuerit, tollitur, & sanus fit, qui ista per imaginem est contemplatus. Hæc recordatio in sanctis non potest non instaurare fidem, & pietatem, vt hæc cōtemplatus fide auctior euadat. Nemo ergo, nisi insanus, potest negare quin imagines sancte admoneant. Porrò admoneri eorum, quæ Deus ad salutem nostram adminstrauit, siue in Dño nostro Iesu Christo, siue in sanctis alijs, siue etiam Angelis, quis dicat non momentum aliquod habere instaurandæ religionis? mihi re vera hoc

Iulianus apostata.

Turcæ imagines abominantur.

Imagines non auferendæ.

Ad aspectū serpentis curabātur læsi.

Imaginum fructus.

cura

Universidad de Deusto
Biblioteca

extra dubium est, Christianos posse salutariter admoneri per signa, & imagines, quibus passio & resurrectio Christi, Virgo lactans Filium, & Magos tres excipiens, Innocentum cædes, Petri crux, Pauli peregrinatio, Laurentij exustio, & huiusmodi explicantur. Hæc animis ingeruntur, quæ Christum spirant, & cum incremento pietatis pectus occupant. Fateor in imaginum vsu nimium esse erratum, partim in immodicis impensis, quibus ligna & lapides tanto auro & purpura vestiuimus, relictis à tergo pauperibus: quas si ethnicus videret, putaret fortasis se Venerem, aut Apollinẽ, aut ipsissimam vanitatẽ videre: partim in copia, seu multitudine imaginum exuberante. Neque enim cõtenti fuimus signo crucifixi, & imagine beatæ Virginis, & Sancti alicuius statua, qua significaremus, in cuius memoriam hæc vel illa ædes sit cõsecrata, sed ædium parietes imaginibus & picturis oppleuimus, idque factum potiùs videtur ad vanitatis ostentationem, quàm pietatem. Videre est in antiquissimis imaginibus, simplicissimi cultus exemplar. Proinde expediret nũc eam, quam primitiua Ecclesia in pingendis imaginibus, vestitus, & ornamentorum mediocritatem obseruauit, contemplari: in antiquissimis imaginibus omnium virtutum exemplar, maximè paupertatis, & eõtinentiæ summum legere erat. Tollatur ergo ille abusus quorundã, qui aliquam sibi imaginẽ ad adorãdũ elegerũt, eóque dicũtur, vel ob pulchritudinẽ, vel deformitatem, vel nouitatẽ, vel vetustatẽ, credentes hanc aliquid præ cæteris habere virtutis, aut etiam numinis, siue diuinitatis. Dicam paucis quid sentio. Sunt hæc omnia ad catholicam synceritatem redigẽda. Copiam imaginum, vanitatem mũdi præ se ferentium diminuamus, superstitiosum cultum corrigamus, & cultum eis debitum, ad prototypum tamen relatum, exhibeamus, quemadmodum hactenus verè pij cum matre Ecclesia catholice sunt vsi. Signum Crucifixi, & cæteras imagines, Christianæ pietatis monumenta conseruemus, quas non propter se, quatenus imagines, & lapides sunt, sed propter ipsa mysteria nostræ salutis, quæ repræsentant, non abijciemus, sed in fide veluti ornamenta in templis erigemus, quæ religiosis conuentibus dicata, præcipuè sacræ doctri-

Imaginũ cultus.

næ, administrationi sacramentorum, & sanctis precibus deputantur: cauentes ne statuæ illæ adorentur, vllive seruiant superstitioni. Hoc nobis suadet iustus Ezechias, qui simul atque Iudæi serpentem illum æneum à Moyse erectum adorare, & vice dei colere occœperunt, subuertit, lib. 4. Reg. cap. 18. Hæc si diligenter parochi docerẽt, nihil periculi esset ab imaginum conseruatione. Omnia hæc iudicio Ecclesiæ submissa sunto.

Ezechias serpentem æneũ sustulit.

CONCILIATIO SECVNDA.

Quomodo cohærent hæc, Non misit Deus Filium suum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum: cum eo, quod infrà capite nono Veritas dicit, In iudicium ego in hũc mundũ veni, vt qui nõ vident, videant: & qui vident, cæci fiant. & alibi, Lapis offensionis dicitur? Respondeo: Christus eò venit non vt iudicet, hoc est, condemnet, sed seruet credentes, qui à morte in vitam transeunt: his igitur solis est saluatio, & petra firmamenti: alios verò contemptores, & incredulos (quandiu in hac incredulitate & contemptu manent) iudicat, id est, condemnat: quibus est lapis offendiculi, & excæcatio, non ex se, qui infinitè bonus est, sed ex ipsorum malitia, primæ Petri secundo. Proinde vt vitam habeas æternam, & saluetis, crede in Christum.

CONCILIATIO TERTIA.

Quid hic narrat Euangelista, dicens, Iesus morabatur in Iudæa, ac baptizabat: quum proximo capite infrà, dicat, Quanquàm Iesus non baptizaret, sed discipuli eius? Respondeo, In tota Euangelistarum historia non legimus quenquam à Iesu Christo baptizatum esse: sed id muneris commiserat discipulis. In quo docemur de distributione officiorum in ecclesia Christi, in qua non vni imponi debent omnia, sicut hodie fit. Quemadmodum enim nemo fœliciter simul studere & arare potest, ita nemo cum fructu Ecclesiæ simul omnia officia expedire potest. Huc pertinet quod Poeta dicit,

Officia in Ecclesia Christi distinguenda.

Pectora nostra duas non admittentia curas.

Vnde Apostolus primæ Corinthiorũ capite primo, potiori officio deditus, hoc est, prædicatiõi, dicit se baptizandi officiũ intermisisse. Licet Christus nõ baptizaret, dicitur tamen Christi baptismus: nam Christus ipsum in-

Baptismus Christi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stituit, verbo suo consecrauit, suo baptismate insigniuit, promissióe adiecta sanctificauit: intus lauat pectora, hoc est, baptizat Spiritu Sãcto, purgat affectus, remittit delicta. Quæ omnia Baptista de isto prædixerat. Ego (inquit) baptizo aqua, id est, tantùm lauo aqua, & paro ad futuram iustificationẽ: at ille, qui post me venturus est, cuius ego non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum, baptizabit vos Spiritu Sancto, & igni. Matth. 3. Lucæ tertio. Locus itaque prior huius conciliationis intelligitur, quòd Iesus baptizabat per discipulos suos, & non per se. Quæ loquutio Synecdochica est.

CAPVT IIII.

VT ergo cognouit Iesus quia audierunt Pharisæi quòd Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quàm Ioannes (quàquam Iesus nõ baptizaret,[a] sed discipuli eius) reliquit Iudæam, & abijt iterũ in Galilæam. Oportebat autem eum trãsire per Samariã. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur[1] Sichar, iuxta prædium, quod dedit Iacob, Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem: hora autẽ erat quasi sexta. Venit autẽ mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus, [b] Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quo modo

a Baptizãt discipuli Christi.

Genes. 48. d

1 Sichar pro Sichem corruptè rẽponibus Christi pronũtiabatur.

b Potũ petit Christus à Samaritana.

modo tu, Iudæus quum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim[2] coutũtur Iudæi Samaritanis. Respõdit Iesus, & dixit ei, Si scires donũ Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu[3] forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi [c] aquã viuam. Dicit ei mulier, Domine, nec quo in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam? Nũquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteũ, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei, Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua, quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternam. Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiã neque veniã huc haurire. Dicit ei Iesus, Vade, voca virũ tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit, Non habeo virum. Dicit ei Iesus, Bene dixisti, Quia non habeo virum: quinque enim viros habuisti: & nunc quẽ habes, nõ est tuus vir: hoc verè dixisti. Dicit ei mulier, Domine, video quia Prophera es tu. Patres nostri in mõte hoc adorauerunt: & vos dicitis, quia Ierosolymis est locus vbi adora

2 Coutuntur) cõmercium habent.

3 Forsitã) vtique.

c Aqua viua.

re oportet. Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi, [4]quia veniet hora quãdo neque in monte hoc, neq; in Ierosolymis adorabitis Patrẽ: vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia [e]salus ex Iudæis est: sed venit hora, & nunc est, q̃ando veri adoratores adorabunt Patrẽ in Spiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorẽt eum. Spiritus est Deus: [4]& eos, qui adorant eũ, in Spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier, Sciò quia Messias venit, qui dicitur Christus: quum ergo venerit ille, nobis annũtiabit omnia. Dicit ei Iesus, [f]Ego sum, qui loquor tecum. [5]Et continuò venerunt discipuli eius: & mirabantur quia cũ muliere loquebatur: nemo tamen dixit, Quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus, [g]Venite, & videte hominẽ, qui dixit mihi omnia quæcũq; feci: nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, & veniebãt ad eum. Interea rogabãt eum discipuli, dicentes, Rabbi, mãduca. Ille autẽ dixit eis, Ego cibũ habeo manducare, quẽ vos nescitis. Dicebãt ergo discipulia dinuicem, [6]Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus, Meus

d Adoratio vera. 4. Reg. 17. f g

e Salus ex Iudæis. 2. Cor. 3 d

4 Et eos.) Hebr. proinde

f Iesus se esse Messiam fatetur Samaritanæ.

5 Et cõtinuo.) Interim, id est, dũ hæc fierẽt.

g Samaritanæ annuntiat suis Christũ venisse.

6 Nunquid) nunquis.

h Cibus Christi.

Messias.

i Regiones albæ ad messem. Seminare, Metere.

[h]Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius. Nónne vos [7]dicitis quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, Leuate oculos vestros, & videte [i]regiones, quia albæ sunt iã ad messem: & qui metit, mercedẽ accipit, & congregat fructum in vitã æternã: vt & qui seminat simul gaudeat, & qui metit. [8]In hoc enim est verbum verũ, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alij laborauerũt, & vos in labores eorũ introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderũt in eum Samaritanorũ, propter verbum mulieris testimoniũ perhibẽtis, Quia dixit mihi omnia quæcũq; feci. Quũ venissent ergo ad illũ Samaritani, rogauerũt eũ vt [9]ibi maneret: & mãsit ibi duos dies. Et multò plures crediderũt in eũ propter sermonẽ [10] eius. Et mulieri dicebant, Quia non propter tuã loquelã credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est verè [k] Saluator mundi. Post duos autẽ dies exijt inde, & abijt in Galilæã. Ipse enim Iesus testimoniũ perhibuit quia Propheta in sua patria honorẽ [11]nõ habet. Quũ ergo venisset in Galilæam, [l]exceperũt eum

7 Dicitis) dicere soletis.

8 In hoc enim) quasi dicat, ad hãc rem appositissimè accõmodabitur sententia illa vulgaris, qua dicitur, Alius, &c.

9 Ibi) apud ipsos.

k Saluator. Matth. 15. g Marc. 6. a Luc. 4. c

10 Eius) ipsius, subaudi Christi.

l Christus à Galilæis suscipitur. Matth. 4. b Mar. 1. b. Luc. 4. c

11 Nõ habet) non habere solet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Galilæi,quum omnia vidissent quę fecerat Ierosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem festum.

Matth.4.b Mar.1.b Luc.4.c

Venit ergo iterum in Cana Galilęæ,vbi fecit aquam vinum. Et erat [12] quidā regulus,cuius filius infirmabatur Capharnaum:hic cuū audisset quia Iesus [13] aduenirет à Iudæa in Galilæam,abijt ad eum:& rogabat eum vt descenderet,& sanaret filiū eius: [14] incipiebat enim mori.Dixit ergo Iesus ad eum, [m] Nisi signa & prodigia videritis,nō creditis.Dicit ad eum Regulus,Domine,descende priusquā moriatur filius meus. dicit ei Iesus,Vade,[n] filius tuus viuit.Credidit homo sermoni,quē dixit ei Iesus,& ibat.Iam autem eo descendente,serui occurrerunt ei,& nuntiauerunt dicentes quia filius eius viueret.Interrogabat ergo horā ab eis, in qua [15] melius habuerit. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris.Cognouit ergo pater quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus,Filius tuus viuit: & credidit ipse,& domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, quum venisset à Iudæa in Galilęam.

12 Quidam) Cæsarianus, qui nomen Cæsaris magistratu sustinebat.

13 Aduenirет) aduenisset.

14 Incipiebat) erat enim moriturus.

m Signa petunt Iudæi.

n Filius reguli sanatur.

15 Melius) commodius.

Fides.

Vt

Vt ergo cognouit Iesus. CAP. IIII.

Posteaquam præcedēti capite Euangelista veram iustificādi rationem descripsit, deinde aperuit quàm venusta & elegāti ratione Baptista suorū discipulorum immodicum erga se studium, & malignam de Iesu opinionem castigauit: nunc aperit baptismū Christi multò plures habuisse sectatores Baptismo Ioannis. Atq; ne vana videatur doctrina,quæ nullo cōfirmatur exemplo, adducit veræ iustificationis exemplum in scorto illo Samaritano,cognouit Iesus,cum vt Deus apud se,(quem nihil latere potest)eum ex rumore & malitia experimētali.

Baptismus Christi āplior & perfectior baptismo Ioānis.

[QVIA audierunt Pharisæi.] AVDIERVNT Pharisæi rem certè nouam & inauditam, vt pote quòd neglecto,reiectóque Ioanne Baptista, multi Christum sequerentur,cui iam se consecratos ostenderent, veluti à quo penderent,petendáque essent omnia.

Christus innotescit maior Ioanne.

[QVOD Iesus plures discipulos facit & baptizat,quàm Ioannes.] Istud fuit seminarium odij in Pharisæis, quòd viderent Christum & eius regnum augeri & excrescere, Ioannem autem & seipsos,minui,& pauciores fieri. Hoc inter homines euenit,vt gloriam comitetur inuidia. Vnde hoc malè habebat Pharisæos,quòd plures alliceret discipulos Christus,& plures ad ipsius,quàm Ioannis, confluerent Baptismum. Quum dicit, PLVRES discipulos facit,&c. non solum cōmendatur doctrina Christi à sua potentia & efficacia, sed etiam explicatur quod Ioannes de illo dixit,Illum oportet crescere,me verò minui.

Odij seminariū in Pharisæis aduersus Christum.

Gloriam comitatur inuidia.

[QVANQVAM Iesus non baptizaret, sed discipuli eius.] Corrigitur quod superiore capite dictum est, Ecce hic baptizat,& omnes veniunt ad eum. Christus in persona non baptizabat,qui Baptismi administrationem Apostolis statim ab initio,etiam ante ascensionem demandauit, vt ostenderet, atque hoc facto manifestaret, Apostolos Spiritus Sancti ministros, non magistros: & officium eorum,ministerium,non magisterium esse. Quod bellè explicat Paulus 1.Cor.cap.4.Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispēsatores mysteriorū Dei.

Apostoli ministri,non magistri.

m 4 His

His Baptismi ministris præbebat ipse Christus maiestatis suæ adiutoriũ, qui tametsi aqua nõ tingebat, intus tamẽ mũdabat, & vim aquæ tingẽdi dabat, dicẽte Baptista, Hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto. Hoc ipsum expressit Paulus Ephes. cap. 5. Sicut Christus dilexit Ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea, vt illã sanctificaret, mundans eã lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiã nõ habentẽ maculã, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Mundat Christus vi collata ipsi lauacro aquæ in verbo. Vbi obserua dictum, In verbo: nam tolle aquã, nõ est Baptisma: tolle verbũ fidei, nõ est Baptisma: addito verbũ fidei ad elemẽtum, & fit sacramentũ. Rogabit quispiã, Dabatúrne Spiritus Sanctus in hoc discipulorũ Baptismo, quũ paulo pòst dicetur, Nondũ Spiritus erat datus, quia IESVS nondũ erat glorificatus? Respõdeo: Dabatur quidẽ, sed nõ ea manifestatione, qua die Pẽtecostes missus est. Locus hic aperit ministeria omnia nõ vni cõmittẽda: sed quę excellẽtiora sunt, grauioribus, & illustrioribus, maioribúsq; donis Spiritus Sancti dotatis cõmittenda sunt. Vnde Paulus 1. Corinth. capit. 1. Nõ enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Audiamus & Esaiam capit. 61. dicentem Christum missum esse ad euangelizandum pauperibus. Non ergo caret mysterio, quòd in persona Christus non baptizaret, sed per discipulos, ostendens præclarius esse munus euangelizandi, quàm baptizandi. Hoc ministerio discipulorum, magis ac magis vrebantur Pharisæorum animi: videntes enim quod tantum sibi sumerent huius discipuli, quantum vix ferebant in Ioanne, cui tribuebant plurimum, timebant ne aut obscuraretur, aut in totum auferretur Pharisaica authoritas, tanto honore Ierosolymis excepta.

Baptismus vetus ante Pentecosten.

Euangelizare nobilius, quã baptizare.

[RELIQVIT Iudæam.] Declinauit furorem Pharisæorum abiens è Iudæa, partim ne si illis veluti contemptis diutiùs moraretur, illorum exacerbaret inuidiam: partim ostenderet futurum, vt neglecta à Iudæis Euangelij gratia, eadémque ab ipsis repulsa, ad prophanos populos deferretur. Iactis igitur in Iudæa fidei fundamentis, propter ingratos Pharisæos reuerti parat in Galilæam, vnde venerat.

[ET

[ET abijt iterum in Galilæam.] A circunstantia locorũ historiã certificat, suóq; exẽplo furori & ingratitudini ipsius mũdi ad tẽpus cedendũ esse docet. Hæc fuga non mortis timore facta est: è cælo enim descenderat, vt pro hominibus moreretur: sed quum vix sui officij cursus cœpisset ad tẽpus furorẽ Phariseorum, & eorũ, qui ex mundo sunt, declinauit, quoad cõpleret suam vocationẽ & legationem: qua cõpleta, tantum abest fugerit, vt horribus suis obuiã moriturus processerit. Huius facti verum se præstitit imitatorẽ Paulus, qui, vt legitur in Actis cap. 19. à fratribus noctu per murũ in sporta demissus est, & fugit: at quum instaret cõpletum eius ministeriũ, respõdit Paulus Act. cap. 21. Quid facitis flentes & affligentes cor meũ? ego autẽ non solùm alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum propter nomẽ Domini Iesu. Re-spõdebit aliquis, Quum omnia sita essent in manu ipsius Christi, cur vel vnico verbo ferociã Pharisæorũ non cõpescuit? Respõdeo: Voluit nos hoc suo exẽplo & facto docere, quàm in omnibus afflictionibus, & quauis nostra infirmitate, spem nostrã in Deũ reponere debeamus: re vera omnipotẽs est, æqualis est Deo Patri, qui tamen se ipsum exinaniuit, formam serui accipiens: voluitque impotens videri, & suam potentiam abnegare, sine dissimulare, vt faciat nos in impotentia & imbecillitate nostra sperare & confidere: vt vt hic visus est imbecillus & impotens, Filius tamen Dei est & omnipotens, qui victor aduersus omnes potestates euasit. Filij Dei per ipsum sumus, euademus ergo victores aduersus omnes mundi & carnis machinas, si in nostra imbecillitate & infirmitate spem omnem in eum reposuerimus, qui nostra causa è cælo descendit, & dissimulata Filij potestate, in extremam impotentiam sese deiecit: vt faciat nos in impotentia & imbecillitate confidere. Noluit nunc Pharisæos cõpescere, maluit cedere, vt doceat quandoq; cedendum & bene sperãdum, nihilq; iniquorum furorem, verendum: vnde etiam furiẽs à Satana tẽtatus vt sua potestate lapides in panẽ mutaret, noluit morem gerere, & Satanæ dictis obsequi: nõ quia nõ potuerit, sed vt dissimulata, imò abnegata sua potẽtia, doceret nos quã debeamus in media, imò extrema indigentia confidere, & bene sperare.

Fuga in tempore commendabilis.

Cedendum alĩ quãdo furori.

In Christo victoria.

Vincimus dũ vincimur.

Qui potuit sua potēti manu omnia sibi aduersa reiecisse, passus est aduersis tētari: vt quēadmodū in imbecillitate & simulata impotentia vicit, ostendat nos in seipso per imbecillitatē vincere. Obserua: Iterū abijt in Galilæam.

Humilia primas habent apud Deum.

Galilæus Christus.

vt cognosceremus humilia primo loco haberi apud Deū vnde hanc Galilæam alijs Iudæorū regionibus obscuriorem, primū illustrari oportuit: quod & fecit Christus, qui hanc coluit, quandocunq; vocatio Patris, nō aliò mittebat, propter quod Galilæus vocatus est. Hæc Galilæa inferior dicta est, in tribu Zabulon posita. Est & alia superior dicta, iuxta Tyrum, Sidonem, & Cæsaream Philippi sita, qua Gentes attingit ad Aquilonem, quæ Galilæa Gentium Esa. cap. 4. & Matth. 4. appellatur: vel quia illic Gentes vsque ad Salomonis tempora habitarunt, vel quòd Hiram Regi Tyriorum oblata sit, 3. Regum cap. 9. Hæc in tribu Nepthalim sita est.

Galilæa Gentium.

Hirā rex Tyriorum.

[OPORTEBAT autem eum trāsire per Samariam.] Argumento à necessario, & loci circunstantia, tollit, præscinditq; Iudæis omnē calumniæ occasionē, vt dicere nō possint quòd relictis eis, eōcesserit ad Gentes, quas abominabātur: quandoquidē eum abegerunt, necessariō erat se ad Gentiles reciperet: atq; hāc, hoc est, per Samariam, in Galilæam trāseundum erat, & neq; tunc ex proposito, sed obiter. Ex Galilæa peregrinos Iudeam, transeūdam Samariæ regionē indicat & alius Euangelij locus Luc. cap. 9. vbi narratur, quòd Samaritani noluerunt EVM cum suis admittere, eò quòd peteret Ierosolymā: ægrè enim ferebāt Samaritæ si quis suo tēplo præteriret, Ierosolymorū templū & festa frequentaret. Hoc exēplo docti Apostoli, relictis Iudæis, abierūt ad Gētes. Act. cap. 13. Videntes autē turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his, quæ à Paulo dicebātur, blasphemantes. Tunc cōstanter Paulus & Barnabas dixerūt, Vobis oportebat primū loqui verbū Dei: sed quoniā repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cōuertimur ad Gētes: sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem vsq; ad extremū terræ.

Samaritana inter Iudæam & Galilæam.

Apostoli à Iudæis ad Gentes.

Samaria.

SAMARIA interpretatur Custodia: nomē montis est. 3. Regum cap. 16. vrbs item Syriæ inter Iudæam & Galilæam media, vt hic narrat Euangelista, similiter & Iosephus

sephus lib. 3. cap. 2. Ab Amri Israelitici populi rege condita. 3. Reg. 16. Hic enim Rex, Samerō, vel (vt trāstulit noster interpres) Samariam montem à quodā Semoremit, ciuitatēmq;, quā in montis vertice extruxerat, à vēdentis nomine Samariā appellauit. Hac deinde Reges Israhelitarū pro Regia vsi sunt. Aliàs, vt Eusebius testatur, Ecthenias est dicta. Mox post Hircani Iudæorū Pōtificis expugnationē ab Herode Rege iterū ędificata, atq; in honorē Augusti Græco vocabulo SEBASTE nominata est.

Israelitarum Regia.

Sebaste.

[VENIT ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar.] Vt sequens euentus melius, clariusq; intelligatur, & certa reddatur historia, locorū circūstantias expendit Euāgelista. Iosephus scribit Sichimā adiacētē mōti Garizin (q motibus Samariæ celsior est) tēpore Alexādri magni metropolim fuisse. Hinc verisimile est ab Euangelista vocatā Sichar: aliàs hæc metropolis dicta est Sichem à Rege suo, filio Emor, Act. cap. 7. Aiunt illā fuisse caput regni decem Tribuum, quod regnum Israel dicebatur.

Garizin mōs.

Sichar.

Sichem.

[IVXTA prædium, quod dedit Ioseph filio suo.] De prædio lege Genes. cap. 48. Do tibi partē vnā extra fratres tuos, quā tuli de manū Amorrhęi in gladio, & arcu meo. Sunt & ossa Ioseph sepulta in ea parte agri. Iosue cap. 24. Locus erat sacer, ac celebris apud Samaritanos ob veteris historiæ memoriā, q; illic Leui & Simeō, magna stragе incolatū vlti fuissent cōtumeliam Dinæ cōstupratæ.

Ioseph sepultus.

Dinæ constupratæ vindicta.

ERAT autē ibi fons Iacob.] Meminit huius fontis, q; hic fons magna est sequētis euētus, & cōuersionis Samaritani scorti, pars, qui ob hoc celebris apud eā Gentē erat, q; eum Iacob (quo generis authore gloriantur Samaritani) fodisset Gen. 33. Postquā reuertus est Iacob de Mesopotamia Syriæ, emit partem agri, in qua fixerat tabernacula à Filijs Emor patris Sichem, centum agnis: & erecto ibi altari, inuocauit super illud, fortissimū Deū Israel. Vnde & credibile est eū illic puteum fodisse, quēadmodū & Isaac fecerat in Gerara, Gene. cap. 26.

Fons Iacob.

Emor vendidit agrum.

[IESVS autem fatigatus ex itinere.] Vt verē cognoscēremus Verbum hominem factum, ipsumque Pontificem nostrū ad Patrem, loquutus, & perpessus est vt homo: veri Pontificis partes egit, quæ sunt, pro populo curare, orare, intercedere, infirmitate, & peccata

Pōtificis officium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cata populi in se transferre. Atque vt posset nobis compati, ac nostris affectibus tangi, voluit anteà ijsdem affectibus & infirmitatibus subigi, Hebr. cap. 2. Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi: in eo enim, in quo passus est ipse, & tentatus, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari. Has infirmitates & imbecillitates, quales sunt fatigatio, sitis, fames, sudor, &c. non diuinitati, sed humanæ naturæ, quã assumpsit, rectè facientes attribuemus. Nam quoniam (ait Cyrillus) in vnam personam duæ naturæ conuenerunt, idcirco, nec in duos filios vnus Christus scinditur, & omnia posset vt Deus dicitur. Quúmque impassibilis sit, hominis tamen sibi dolores attribuit, quos non vt Deus, sed vt homo perpessus est. Describitur itaque in Scripturis, nunc esuriens, nunc sitiens, nunc defatigatus, nunc flagellatus, nunc crucifixus, vt discamus, sciamúsque erigere fiduciam in omnibus aduersis ad Christum Pontificem nostrum, qui sensu infirmitatum nostrarum afficitur. Hæc defatigatio docet quàm Christus à fastu & rerum abundantia alienus fuerit, qui pedes non eques peregrinabatur.

Christus infirmitates nostras volẽs assumpsit.

Christ⁹ pedes peregrinus.

[SEDEBAT sic supra fontem.] Gestus hominis lassi & fatigati exprimit Euangelista. Sedebat illic Christus, vt se dabat locus, fonti imminens, ac velut ex aura fontis, refocillationẽ captãs, & apud fontẽ se recreãs. Sic ergo laborãdũ est in vinea Dñi, exẽplo Christi, ne nimiũ laborãdo, ipsi perdamus nos. Supra fontẽ, id est, Ad fontẽ.

Prędicatorum qualis labor.

Supra, .p Ad.

[HORA autem erat quasi sexta.] Hoc est, instabat meridies: iuxta Iudæorum morem Sexta hora, meridies est: partiuntur enim diem in duodecim horas, ab ortu Solis ad occasum. A circunstantia temporis videtur Euangelista significare & sitim Christi: nam solet meridie calor diei maximè feruidus esse, ac sitim inducere: & Dominum non solùm itineris labore, verùm etiam æstu meridiano fuisse fatigatum, quum iam sol vergens ad meridiem, æstu suo laboris molestiam conduplicet. His indicijs Iesus declarabat se verum hominem esse, ijsdem affectionibus (quæ peccata non sunt) obnoxium, quibus obnoxia sunt corpora cæterorum hominum.

Hora sexta. Iudæorũ dies.

Fatigat⁹ Christus.

Christus infirmitati humanæ obnoxius erat.

[VENIT AVTEM mulier de Samaria haurire aquã.] Sing

Singulari dispositione Dei & consilio, hæc mulier venit ad fontem, quæ & si scortum esset, honestiùs tamen ab Euangelista mulier vocatur, non scortum.

[DICIT EI Iesus, Da mihi bibere.] En mira Iesu Christi Philanthropia, singularis erga genus humanum amor. Prior loquitur, prior vocat Christus: nihil tale quod reperit sperans mulier, obuium habet Christum, saluris suæ sitibundum. Quum indignos se præstiterint Iudæi, qui promissiones de Christo, oracula, testamenta, & huiusmodi habebant, ad Rom. capite tertio & 9. & ad Ephesios capite 2. ab eis secedit Christus: & ad scortum, peccatis obrutum, salutem adfert. Qua in re incipit Gentium vocatio: vt discamus verum esse quod scribit Matth. cap. 21. Dicit illis Iesus, Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedũt vos in regno Dei: & quod Paulus ait, 1. Tim. ca. 1. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Huic ergo Iesus, vt statim daret colloquij argumentum, & ex eo ipso, quod agebat mulier, venaretur illam ad salutem, ait, Mulier, da mihi bibere. Pacifica est hæc petitio, non imperat, nõ iubet pro imperio. Obserua: exẽplo Christi petere licet opera charitatis, quibus leuãda est corporis necessitas. Rursus obseruãdum est, quòd mulier illa, quæ aliud, quàm quod ad fontem quæreret, inuenit, non aliud significat, quàm salutem nobis, etiam immeritis, & aliud quærentibus, aut agentibus contingere. Ad hunc modum Saul, 1. Regum cap. 9. asinas patris quærenti regalis vnctio contigit. Sic pastoribus pro grege suo excubantibus annuntiatus est Christus per angelos, Luc. 2. Sic vocati sunt Petrus & Andreas, iacentes rete in mare: similiter Iacobus & Ioannes, sarcientes retia sua. Rogabis, cur hæc ita? Respondet Paulus ad Rom. cap. 11. O altitudo diuitiarum sapientię & scientiæ Dei, quàm incõprahẽsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Huc pertinet locus ille Pauli ad Rom. cap. 11. Sed illorum delicto, salus est Gentibus, vt illos æmulentur. Quod si delictum illorum, diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum, diuitiæ Gentium, &c.

Christus prior vocat.

Vocatio Gentium.

Christus ad Samaritanam.

Gratia etiã nõ quærentibus oblata.

[DISCIPVLI enim eius abierant in ciuitatem.] Ab absentia discipulorum, causam adducit Euangelista, cur Christus petierit aquam ad bibendũ: quasi dicat, Alioqui non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non grauasset mulierem, si adfuissent discipuli: sed omnia Dei consilio aguntur. Aut indicat quàm commodum fuerit Apostolos abijsse, quod Iesus illi quædam arcana dicturus esset, quæ apud alios dixisse, opportunum non erat. Quain re Dominus Iesus Ecclesiastis & doctoribus Euangelicis exemplum ciuilitatis & mansuetudinis exhibuit, qui peccatricem, & non vni prostitutæ pudicitiæ mulierem adeò non dedignatur alloquio, vt etiã hac solitudine, pudori illius consulcum voluerit.

Christ⁹ neque fœdalitat, neque crimen occultũ reuelat.

[VT cibos emerent.] Abierunt discipuli non vt mendicarent, aut sub prætextu simulatę pietatis raperent, sed EMERENT. Probant hæc Dominum Iesum non mendicasse, sed pecuniam habuisse, qua per Apostolos comparari emive curaret necessaria, eámque secum ministerio Iudæ circuntulisse. Quare peccatum nõ est habere propria, & proprias circunferre pecunias: sed pecunia malè vti, & propter hanc adulterare Verbum Dei, impiũ est.

Christus non erat mẽdicus. Pecuniam habere nõ est peccatum.

[DICIT ergo ei mulier illa Samaritana.] Mulier è cultu, linguaque deprehendens Iesum esse Iudæum, nec ignara discordiæ & odij Iudæorum, & Samaritanorum, quòd soleant Iudei à commercio Samaritanorum abhorrere, vt occursu quoque & colloquio se putent contaminari, præ admiratione loquitur, quòd Christus vltrò compellaret, & quòd potum tam familiari & amico colloquio ab ipsa peteret: de hoc odio sermonem facit, dicens,

Iudæi abominantur Samaritanos.

[QVOMODO tu, Iudęus quum sis, bibere à me poscis quæ sum mulier Samaritana?] Suam indignitatem hac interrogatione agnoscere videtur: sed prudens est hæc quæstio, initium veræ disciplinæ secum ferens. Circunspecta hæc mulier, & huius Christiani negotij ignara, existimat Christum (quem non Christum esse agnoscit) rem illicitam facere, quòd præter legem faceret, non ipsa. Nam si cauendum erat ab huiusmodi commercio familiari, Dominum oportebat, non illam cauere. Non enim dixit quòd Samaritani non consuetudinem habẽt cum Iudæis: nã maximè desyderabant Samaritani commercium habere cum Iudęis, 1. Esdræ cap. 4. sed Iudæi nõ habent consuetudinem cum Samaritanis. Quare præ admiratione hæc mulier videtur corrigere, & monere Christum de odio & discordia inter Iudęos & Samaritanos:

Samaritanorũ & Iudæorum discordia.

quasi dicat, Indigna sum, quæ potũ tibi præstẽ. Mulier enim sum Samaritana, hoc vt postules, nõ tibi licet.

[NON enim coutuntur Iudæi Samaritanis.] AEtiologia est, siue causæ redditio à discordia Iudæorum & Samaritanorum, qua probat, ostenditque mulier, Christũ (quòd potum à Samaritana petierit) præter morem & legem Iudæorum facere. Sed vt Filius hominis est dominus Sabbati, Matth. 12. ita & legis, qui venerat vt omnibus, & Iudæis, & Gẽtibus omnia fieret. IVDAEI nõ coutuntur, id est, non habent commercium, & mutuam vitę consuetudinem cum Samaritanis, id est, cum his, de quibus scribitur quarti Reg. cap. 17. Adduxit rex Assyriorũ viros de Babylone, & de Chuta, & de Ahaiath, & de Emath, & de Sephernain, & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filijs Israel, qui possederunt Samariam, & habitauerunt in vrbibus eius: vide locum illum. Rogabit aliquis, vnde dissidium hoc inter Iudæos & Samaritanos? Respondeo: Iosephus libro Antiquitatum 9. capit. 15. refert Chutæos à flumine Chuta, à quo migrarunt, dictos, fuisse de prouincia Persidę translatos, post captiuitatem Babylonicam, qui secundum gentem propriam, singuli eorum deos in Samariam portauerunt, quos quum colerent, & Dominum, cultumque Dei in verbo præscriptum ignorarent, ex captiuitate sacerdotem Iudæum, qui legem doceret, accersunt, quem vbi primùm æquo & religioso animo excepernnt, cessat pestilentia, cessant & leones ab offensione, quos in vltionem idololatriæ immiserat Dominus. Sed tandem cognitum factum, & sacerdotem neglexerunt, & prophetas non probauerunt: vnde religionem quidem Dei partim amplexi fuerunt, partim autem coluerunt deos suos. Hinc abominabiles semper Iudæis fuêre, neque inter illos & Iudæos vnquã conuenit. Hæ colonię Assyriorum in Samariam, propriè post captiuitatem vocatæ sunt Samaritani. Eorum fit mentio 4. Reg. cap. 17. Hoc dissidium auxerat factum Sanabalath (annotatore Iosepho lib. Antiquitatum 11. cap. 7. & 8.) qui à Dario rege Persarum præfectus constitutus, regionem Samariæ administrabat: is dedit vxorem filiam suam Iacham Manassę fratri Iaddi summi sacerdotis, ob quam (quòd ethnica esset) ille à fratre & pop

Dissidiũ inter Iudęos & Samaritanos vnde ortum. Chutæi.

Samaritanivn de dicti. Sanabalath.

& populo,sacerdotio fuit eiectus: cui quum hæc repulsa plurimùm doleret,cogitaréq; Isacham vxorem Ethnicã repudiare,Sanabalath socer promisit tẽplum se illi instar Ierosolymitani ædificaturum in monte Garizin, qui super alios Samariæ montes eminebat,in quo posset sacerdotio fungi. Addiditque se illi (quòd senio iam premeretur)omnem ditionem & potestatem cessurum. His persuasus Manasses,neglecto fratre,& lege prohibente ne quis Ethnicam vxorem acciperet,Isacham retinuit. Sanabalath à Dario ad Alexandrũ deficiens,& cõdendi tẽpli facultatẽ iuxta promissum ab Alexãdro impetrãs,loco cõstituto templũ ædificauit. Hac occasione multi Iudæi,qui ob Ethnicas vxores,& alias legis transgressiões, Ierosolymis non poterãt commodè agere,transfugiebãt ad Manassem. Quibus in gratiam Manassæ generi sui Sanabalath & terram colendam dabat,& pecuniam ministrabat:maximũ arbitratus præmiũ ex filia nepotibus profuturũ. Ex his accidit,vt mons & templũ hoc Samaritanorum(qui & Sichimitæ dicebãtur à metropoli Sichima)vocarentur Mons & Templũ transgressorũ. Hæc ergo fuerunt causæ,propter quas Iudæi non communicabant cum Samaritanis:vnde quum alicui vellent insigniter conuiciari,Samaritanum vocabant,hoc est,transgressorem legis,transfugam, profanum & impium. Legatur Iosephum loco adducto.

Sichimitæ.

[RESPONDIT Iesus,& dixit ei.] Hoc colloquium Christi cũ muliere,ostendit quanto amore nõ modò huius mulierculæ,sed & omnium salutem desyderet,qui omnibus omnia fit, vt omnes lucretur. Hoc simul indicat, mulierẽ hanc laborare ignorantia, quæ pro simplici Iudæo Christũ agnoscit. Quare occasione præbita,Christus hoc responso vrget in muliere ignorantiam, & ad resipiscentiam peccatricem adducere laborat,vt cognoscat CHRISTVM non simplicem Iudæum esse,sed amplius aliquid, hoc est, & Iudæorum,& totius mundi Saluatorem. Ex his colligimus, nos natura neque CHRISTVM,neque Euangelium Dei agnoscere, nisi diuinitus,cælitúsque erudiamur. Respondebit aliquis, Quod hoc quòd nihil ad mulieris obiectionem respondens CHRISTVS? Puto id factum, quòd Christus non perbaret

baret hoc Iudæorum institutum:nam neq; religionis studium,neque animus auersant impietatem,sed superstitio & propriæ gloriæ cura, ita eos ab hac communione abstrahebat. Non adeò exactè seruandum erat institutum illud:licet enim cum infidelibus citra Creatoris contumeliam,& fidei periculum,habitare,edere,bibere, mutuaq; ciuilia commercia habere: at non licebit opera eorum mala sequi,& in infidelitate consentire.

[Si scires donum Dei,& quis est, qui dicit tibi,Da mihi bibere.] Si agnosceres donum,id est, gratiam Dei, ac beneficium eius, quod tibi nunc adhuc iguaræ offertur per me,nempe quòd tibi contigerit Christum ipsum audire & videre,& quòd ille orbi Saluator aduenerit: Si itẽ scires,quòd is colloquutor est Filius Dei Saluator mundi & viuificator,qui ex gratia & liberalitate sua,non autem tuis meritis dicit tibi, Da mihi bibere. Quasi dicat, qui non tam sitit aquam illã (tametsi veré iuxta carnis naturã sitiat)quàm animarum salutem, téque ad Euangelicæ gratiæ cognitionem pelliciat. Obserua: non agnoscit quòd hic sit Christus,vilitate,& abiectione personæ offensa.

[Tv forsitan petijsses ab eo,& dedisset tibi aquam viuam.] A potu,anagogen,hoc est, excelsam siue superiorem intelligentiam facit Christus ad Spiritũ Sanctum, quem metaphoricè Aquam vocat viuentem. Non est anagogia allegorizandi ratio probanda,sed recipienda est allegoria,præsertim si historiæ argumenta iuuet, & concinnitate quadã illustret. Deum petere, siue postulare aquã à nobis,est Deum mandare & præcipere. Dominus itaq; petit à nobis aquam,dum lege præcipit, Non oderis inimicum,non fureris,non scorteris,non concupiscas,dilige proximum:hoc est,postulo à te animum in hostes candidum,postulo cor liberale,purum ac sanctũ. At quum carnales sumus,non est nobis communicatio cum corde puro & liberali:dicitur nobis,Si tu scires donũ Dei, hoc est, si agnosceres quanta est Dei misericordia per IESVM Christum filium suum, deinde scires quis ego sum,qui à te aquam peto, tu vltro petijsses à me, & dedissem tibi aquam non stagnantem, aut putealem,sed viuam, hoc est,ebullientem,& effluentem,hoc est,dedissem tibi Spiritum

Anagoge. Spiritus Sanctus vocatur aqua.

Allegorizãdi anxia ratio nõ probatur.

Deum petere aquã à nobis.

n

ritum Sanctum. Vt enim fontalis & viua aqua ad extinguendam sitim semper scaturit, ita Spiritus Sanctus nostro spiritui testimonium perhibens quòd filij Dei sumus, in æternum arcet sitim bonorum, dum planè beatos tãdem reddit, & nos hic spe viua recreat. Aut, tu pete res ab eo, & daret tibi aquam viuam. IESVM Christum filium suum, quo iustificantur, & saluantur omnes. Præterea Christus sub metaphora aquæ intelligit viuum Euangelij verbum, quod in tantam altitudinem ebullit, vt in vitam æternam saliat. De his aquis mentionem facit Esaias cap. 12. Hauritis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Dici potest ad hunc modum, Tu scilicet, qui aridus es, & eges Christo Saluatore, FORSITAN, id est, si gratiam habuisses petendi, petisses ab eo, & dedisset ex gratia & liberalitate, tibi petenti & volenti: vult enim Deus vt petamus, & accipiamus aquam viuam, gratiam & tranquillitatem conscientiæ. FORSITAN particula, insinuat liberum arbitrium, quo homo liber est ad petendam gratiam, etiam præsente auxilio Dei, sine quo petere non potest. Qui ad hunc modum anagogas fecerit, & metaphoras, atque allegorias formauerit, firmæ erunt, & ad docendum in Ecclesia idoneæ.

Forsitan.

Anagogæ vsus.

[DICIT ei mulier.] Hoc mulieris Samaritanæ exemplo docemur, quàm natura nostra cæca est, & ignara rerum spiritalium, quæ rationis suæ argumentis impedita, non capit ea, quæ sunt Spiritus. Non est quòd miretur si muliercula Samaritana non intellexerit: quum Nicodemus ille & Iudæus & Rabbinus non potuerit assequi quod aliquantò clarius dixerat Iesus de renascendo è supernis. Quin ille crassius etiam responderit, quàm hæc mulier, Quomodo (inquit) potest homo nasci, quum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & renasci? Argumento ab impossibili, quo ducebatur Nicodemus, arguit hęc mulier: Alterũ argumenti oritur ab absentia occasionis præsentis, ad hunc modum: Vasculum tibi deest, ergo aquam haurire non potes. Rursus, Puteus altus est, ergo sine vasculo haurire aquam non potes. Hæc argumenta iuxta Aristotelicas rationes probabilia sunt: sed Christianus agnoscit Christum, seclusa quauis vasculorum occasione, haurire aquam. Ad hæc

Nicodemus conferitur Samaritanæ.

Carnis argumẽta aduersus potentiã Dei.

hæc facit quòd aqua, de qua hoc loco mentionẽ facit Christus, non fluuialis, aut terrestris est, sed spiritalis: ergo ad hanc hauriendã aquã non erat necessariũ vasculũ. Præter hæc argumẽta, addere videtur & alia, quòd vilitate, & abiectione personæ sibi colloquẽtis offenderetur: Hic qui mihi loquitur, abiecta est persona, ergo nõ potest aliã aquã præter terrenã dare. Rursum, Hic videtur contemptus & semimortuus, ergo aquã viuam dare nõ potest. Hæc sunt vana, & futilia humanæ rationis argumenta, hæc est carnis sapientia, quæ apud Deum stultitia est, 1. Corinth. 1.

[DOMINE.] Paulò antè durius culè & sine honoris præfatione loquuta, dixit, Tu, quum Iudæus sis: modò quum magnificum quiddam concepisset ex eo, quod dixerat Iesus, Si scires donum Dei: &, Si nosses quis esset: &, Daret aquam viuam: non indignè fert audire fontem puteo Iacob præstantiorem, de quo religiose sentiebat: non contemnit, sed admirabunda audit magnificam orationem, & hospitis, & ignoti, & Iudæi. Propterea discere cupiens, quid esset hoc, quod ceu nouum, ac præclarum ostentabat, nempe daret aquam viuam, honoris gratia Dominum eum appellat: quo nomine iam videtur de illo præclaram concepisse opinionem. Hoc mulierculæ Samaritanæ exemplum diuina prouidentia procuratũ est, ad conuincendam Iudæorum petulantiam, qui tãtum abest se Domino Iesu dociles præberẽt, vt beneficia quoque illius, & salutarem doctrinam impiè calumniarentur, quum hæc mulierecula, vel hoc primo colloquio ciuiliter & mansuetè respondeat ad omnia: tanto ardore doceri adeò gestit, æstuátque, vt oblita eius rei, cuius gratia venerat, tota penderet ab ore eius, quem ignorabat, & de quo præclara non didicerat. Domine, inquit: Captatio benevolentiæ est à dignitate personæ.

Aqua viua opinione Samaritanæ.

[NEQVE in quo, haurias habes, & puteus altus est, vnde ergo habes aquam viuam?] Muliercula hæc in sermone Christi. Aquam viuam intelligit aquam canalem, & visibilem illam externam, effluentem & scaturientem: quo fit vt ipsissimæ rationis & carnis verba proferat, quæ ciuiliter, & iuxta captum hominis loquendo, non errat, sed errat, quia non discernit inter CHRISTVM Filium Dei, & purum hominem. Solas intuetur, requiritq;

vires humanas,& terrestria adiutoria. Dicens, NEQVE in quo haurias habes,id est,neq; hausto rium,situlam,aut vrnam(qua hauritur aqua)habes: neq; ibi fons viuus inuenitur,sed PVTEVS est altus,id est,profundus. VNDE ergo habes aquam viuã? Hoc est,vnde supperit tibi aquæ viuæ copia,quam polliceri videris, postquã destitutus es omnibus præsentibus occasionibus, quibus potest parari aqua? Non absimilia adducit argumenta caro cum sua sapientia,dum nobis per fidem viuam Christus pollicetur iustitiam in se, sanctificationem,redemptionẽ, remissionem peccatorũ,salutem & vitam æternam. Quæ omnia rationi humanæ, & prudentiæ carnis non tam stultitia, quàm scandalum sunt. Obijcit enim caro,Christus aquã promittit,sed caret situla: promittit iustitiam, sed caret iustitiæ fama:dicunt enim,En hominem comedonem,& vini potorem, publicanis amicum & peccatoribus: promittit sanctitatem, sed tanquam impijssimus condemnatur:promittit redemptionem, sed seipsum saluum facere non potest:promittit remissionem peccatorum, quam pro se impetrare nequit: crucifigitur enim, vt peccatorum maximus:promittit vitam,sed ecce morti traditur. Hæc sunt vana & impia carnis argumenta, quæ qui sibi persuaserit, nihil sibi de Christo magnificum audet polliceri. Quare vt impia abijciantur hæc, atque audiamus Spiritus Christi,qui pulsat in animis nostris, & testimonium reddit spiritui nostro quòd Iesus est Christus, in quo est nostri iustificatio, salus, redemptio, & fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam.

Carnis argumenta.

[NVNQVID tu maior es patre nostro Iacob?] Per antitheſim confert Christum cum Iacob Patriarcha:ac si diceret, Quomodo audes præstantiora dona polliceri quàm Iacob:quum hic maximus & sanctus habeatur Patriarcha:tu verò nulla vides pollere sanctitate? Hic facie ad faciem Deum vidit,tu ne multos quidem homines nouisse videris,qui venerãda canitie,atque ille, non pelleas:hic cum Angelo totã noctem luctatus, victor factus est,vnde & Israelis nomen est sortitus: tu admodum imbellis, parum roboris habere videris: hic miraculis claruit,tu nihil splendidum præ te fers,quid hoc est quod maius polliceris,quàm pater Iacob præstiterit? Putabat certè Dominum

sibi arrogasse facultatẽ fontis educendi, vti Moses è petra aquam excussit:vnde authoritatem illi obiecit Iacob. Atq; rursus videtur dicere, Est ne tibi satis hic puteus,quem nobis,ceu præclarum munus,dedit,& adeò non contempsit hanc aquam,vt ipse ex ea bibere sit solitus,& tota familia eius,vnà cum pecoribus:quam tu aliã aquam promittis? Nunquid exemplo Moysi virga percussurus es petram,e qua viuam aquam elicias? Quem te facis? Num maior vis haberi patre nostro Iacob? Tametsi alienigenæ essent Samaritani,& ex Gentibus translati, tamen antecessoribus adhærebant incolis, & de ijs gloriabantur,dicentes se nepotes magni illius Iosephi,authore Iosepho lib. Antiquitatũ 9. cap. vltimo: vnde hęc muliercula iactat,gloriaturq; se habere patrẽ Iacob,sese in nobilitatem Iudaicam introducẽs: & mira prudentia statim à varietate aquarum ratiocinatur ad dantium varietatem.

Samaritana ratiocinatur Christum non esse maiorẽ Iacob & Mose.

[QVI dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius,& pecora eius.] Argumẽto ab authoritate Iacob probare studet Christum non solùm non esse maiorẽ Iacob, sed nec posse meliorem aquam dare, quàm dedit Iacob. Iacob hunc puteũ dedit, bibitque cum filijs & pecoribus ex hac aqua. Qui si cognouisset nostra referre, fontem habere viuum, potuisset hoc à Deo, cui acceptissimus erat,impetrare. Sed quum dederit hunc puteum,non fontem viuum,certò statuo inter homines nullum esse, qui posset nobis aut præstãtiora aut maiora præstare. Quòd Iacob ex hac aqua biberit,indicat aquæ bonitatẽ: quòd autẽ filijs & pecoribus eius satisfecerit,copiam & abundantiam putei arguit.

Putei Iacob cõmendatio.

[RESPONDIT Iesus,& dixit ei.] ENTEσV Christi philanthropia, qui cõtemplatus mulierculam esse docilem,quæ non magum,aut incantatorem suspicata est,sed magnum aliquẽ virum,aut Propheram, qui aquam sine instrumento viuam,vel ab eo,vel ab alio fonte repentè posset afferre, (vnde cum sancto propheta Iacob eum conculit) non dedignatur illam paulatim allicere ad maiorem sui admirationem,ostendens aquam, de qua mentionem facit,non canalem,& terrestrem, sed spiritalem, quæ non pecora,sed animas reficeret. Non vrget hic locus vt probet Christus se maiorem Iacob,quanquàm interim

Universidad de Deusto
Biblioteca

terim maior sit: sed se aquam meliorem dare posse.

[OMNIS, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum.] Quò magis sit solicita mulier ad quærendũ, cognoscendúmve huius aquæ mysterium, protrahit allegoriam Dominus, subinde tamen clarius declarans quæ sit aqua illa viua, non corporalis, sed saliens in vitam æternã. Qui biberit (inquit) ex hac aqua, quam nobis dedit Patriarcha Iacob, vt ab ipso effossa fuerit, ad breue modò tempus sitim corporis sedat mox recursuram.

Aqua terrestris.

[QVI autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.] Mulieris animum erigit ad capienda quæ caro assequi nequit. Quasi diceret, Sum tibi loquutus de dono Dei hoc, vt intelligas quàm magnificũ, præstánsque sit hoc Dei beneficiũ, Si quis ex hac terrestri aqua biberit, sitim non extinguet, quin mox redeat. QVI autem ex mea aqua, quam illi (si detyderet) daturus sum, biberit, non sitiet in æternum, hoc est, omnis, qui credit in me, & accipit Spiritum meum promissum, nunquàm posteà siti periclitabitur. Hæc omnia vrgent intelligamus quàm maximè differre has sensibiles, & de venis terræ scaturientes aquas, à spiritalibus & intelligibilibus. Atq; eum, qui maiora largitur, eo superiorẽ, qui vix minora præbere potest. Obserua: non sitiet in æternum, hoc est, is exaturabitur iustitia, salute, vita, adeoq; omni cælesti gaudio. Quemadmodum enim is nunquàm sitiret, qui fontem in visceribus haberet continuò scaturientẽ, ita saturum esse oportet bonorum omnium, & præsentis semper, & in omnibus habere consolationem, cui adest Spiritus Domini Sanctus, Spiritus filiorum.

Aqua cœlestis. Spiritus.

Non sitire in æternum.

[SED aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.] Certum est, hanc aquam, Spiritum Sanctum, eiúsque dona, siue gratiam esse. Atque particulam Sed, aduersatiuam, indicare repetitam aquæ viuæ in nobis causam efficientem, quæ Christus est. Quasi diceret, Hæc aqua, quam sitienti & desyderanti dabo, non solùm manet, sed etiam scaturit, multiplicatúrque, & fit fons perpetuò scaturiens in vitam æternam. Huius doctrinę paradigma nobis erit Paulus, cui Dominus aquam dedit per Ananię instructiones, Act. cap. 9. At breuem illum fontem doctrinarũ Ananiæ scaturientem, multiplicatum, & salientem in vitam æternam ostendit, ita vt ab Ierusalem vsque ad Illyricum peruenerint illius prosilientes fluxus, qui in cælum salierunt. Huc pertinet quod infrà capite 7. scribitur, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me (sicut dicit Scriptura) flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erãt credentes in eũ. Qui enim fide viua Christum amplexatur, siue credit in Christum, Spiritum Christi accipit, habétque venam scaturientem è peccato in iustitiam, ab impietate ad fidem & pietatem, è damnatione in salutem, è morte ad vitam, de terra in cœlũ. Fit qui bibit ex hoc fonte, cuius largitor est Christus per fidem viuam, FIET IN EO fons aquæ salientis in vitam æternam: id est, non solùm certus erit de salute, habebitque verbum Dei (quod certissima est ad vitam æternam via) verum etiam verbo & dono Spiritus (quod in se habet) alios ad vitam æternam adducet. Obserua, quũ dicitur, Hic fons est, qui in vitam æternam salit, id est, qui vitam æternam suppeditat: donat enim cognoscere Deum, eiúsque iugiter & in æternum frui bonitate. Obserua rursus: quum Verbum Dei prosiliat & permãnet in aliorum salutem, eosdem faciens fœcundos, & cognatam habeat vitam æternam, non erit ergo Verbum, seu Euangelium occasio carnalis libertatis. Colligamus ex prænotatis, Scripturam diuinitus inspiratam, duplicem nobis aquam expressisse, viuam atque mortuam, diuinã atque humanam: hæc explicantur ab Ieremia capite 2. Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Et Esaiæ cap. 55. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite. Viua est aqua cœlestis sapientiæ, Iesus Christus Dominus noster, quam qui biberit, non sitiet in æternum. Hic vnus est fons aquæ viuæ, qui viuificat in perpetuum, nec est vita inquoquam, nisi hauserit ex hoc fonte, vnde manant flumina aquæ viuæ, Ioannis cap. 7. Fides in IESVM CHRISTVM producit hunc laticem, qui est Spiritus Sanctus, interprete ipso Spiritu in prophetis, Esa. 44. Effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam. Effundam Spiritum meum super semẽ tuũ: & benedictionem

Aqua viua est Spiritus Sanctus, siue dona ipsius.

Credens in Christum, Spiritum accipit.

Salire in vitã æternam.

Euangelium non est occasio carnalis libertatis

Aqua duplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

meã super stirpem meam, & germinabunt inter herbas, quasi salices iuxta prætersluẽtes aquas. Et Ezech. 36. Effundã super vos aquã mundã, & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris. Dicit itaq; Christus, Qui biberit ex aqua, quã ego dabo ei, nõ sitiet posthac vnquã: id est, Qui credit in me, & Spiritũ meũ accipit, nõ curabit, neq; quæret de alio fonte: sat habebit, si me vnũ gustauerit: suauis est haustus meus. Qui autem biberit ex aqua mortua, cisternis dissipatis, fonte humanõ, hoc est, terrestri & humanitùs excogitata doctrina, quæ nõ fluit ex Spiritu Sancto, etiã si se perpetuò ingurgitauerit, nunquã satiabitur, redit sitis sedata ad tempus tantillum, nunquàm tranquillam & pacatam reddet conscientiam.

[DICIT ad eum mulier.] Mulierem nondum mysterij de fide (per quã datur spiritus) capacẽ per ænigma Christus cõpellauit, cuius simplicitatẽ hoc indicat, quòd iudęi soleant parabolas sinistre interpretari, hæc mulier non intelligens quod dictũ est, Qui biberit ex aqua quam ego dabo, &c. tamẽ humiliter seipsam gerit, & ait: Nam priùs dubitans dixit, Vnde habes aquam viuã? nunc autem credit, & amans ait,

[DOMINE, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire.] Crassum quidem est hoc mulieris responsum, tamẽ animum arguit ad credulitatem pronum. Quæ quia iam conceperat non humilem de IESV opinionem, captat beneuolẽtiam à dignitate personæ CHRISTI, Domine, imparti, quæso, mihi aquam, ne subinde recurrente siti, cogar tãta itineris difficultate & labore ex hoc puteo aquã petere. Videtur hæc mulier Nicodemo prudentior, qui quum multa huiusmodi à CHRISTO audiuisset, tamen incredulus adhuc dicebat, Quomodo hæc possunt fieri? hæc autem, audita promissione aquæ viuæ, statim cœpit fontem Iacob contemnere, dicens, Domine, da mihi hanc aquam, vt vltrà non huc veniam haustura aquam.

Samaritana Nicodemo prudentior.

[DICIT ei IESVS, Vade voca virũ tuũ, & veni huc.] His veluti parasceue ad futurã peccati ostẽsionẽ Christus vtitur, qui iubẽs vocare virum, inde venatur occasionem eam admonendi vitæ suæ corruptioris.

[RESPONDIT mulier, & dixit, Non habeo virũ.] Pro

Pro more muliebri cupiens hæc mulier dissimulare turpitudinem suam, existimánsque sese nõ apud Deum, sed hominem tantùm loqui, Domine, inquit, virum nõ habeo: inficiatur matrimoniũ, sed dissimulat stuprum.

[DICIT ei IESVS, Bene dixisti, Quia non habeo virum.] Manifestaturus IESVS Christus diuinitatem suam, & mulieris corruptam vitam comiter arguturus, hoc respõso, non tantum in aures, quantũ in cor mulieris intonat, & peccatum intus reuelat. Obserua, Christus hoc scortum priùs confundit, & ei reuelat, deinde iustificat, & consolatur. BENE dixisti, Quia non habeo virum, hoc est, rectè dixisti, quòd non habeas virum coniugem. Es enim scortum, & turpiter viuis.

[QVINQVE enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir, hoc verè dixisti.] Aetiologia est, qua non solùm reddit causam, cur verè dixerit se non habere legitimum virũ, sed etiã cõuincit cõscientiã mulieris, vt cõuicta dicat, Hoc verè dixisti. Turpiter hactenus vixisti, vtpote quæ pudicitiã tuam prostituisti quinque viris, & nunc sexto adhæres, qui nõ est maritus tuus legitimus, sed clandestinus scortator. Interim tamẽ probabam videri vir, qp hoc facinus ignoret vulgus, & tergas os tuum dicẽs, & labijs ferè cõstrictis pronũtians, Non sum operata malũ, pudicè viuo, hoc verè dixisti, id est, nihil hic mentita es, qp dixeris te non habere virum legitimum. En vide quam leniter Christus manu ducat hanc mulierculam, quæ vt veræ iustitiæ capax fiat, in peccati cognitionẽ ducitur, nõ vt sciat, sed vt sentiat: nõ vt dãnetur prorsus, sed vt è dãnatione per Euangeliũ liberetur.

[DOMINE, video quia Prophęta es tu.] Vbi hæc mulier sensit vitæ suæ domestica probra non latere IESVM hospitẽ, & Iudæũ, qui quod narrabat, ex hominũ narratione scire nõ poterat, nõ recedit ab illo pudefacta, nõ irata regerit contumeliã more Pharisæorũ, quibus si quid tale dixisset IESVS, clamassent, Magus est, & dæmoniũ habet: sed peccati admonita, mox solicita redditur ad quærendũ, conscientiæ propter peccatum territæ, temediũ. Tituli Prophetici honorẽ tribuit, quòd ex sese nosset alienorum arcana. VIDEO (inquit) quia Prophęta es tu. Quasi dicat, Video quòd habeas priuatas à Deo re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uelationes, qui & præterita & futura videre potens es, quum arcana hominis cognoscas.

[PATRES nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia Ierosolymis est locus vbi adorare oportet.]

Impietate sua agnita, mox querit de iustificatione sui, & quæstionem velut inexplicabilem de ratione adorandi Deum (quòd hic longe diuersum sentirent Iudæi & Samaritani) proponit. Quasi diceret, Te reuelatore seruio peccatum meum, & periculum damnationis meæ: sitio iustitiam & peccati abstersionem: Sed vbi quæram, quò diuertam ignoro, quem fugiam scio, ad quem confugiam nescio: diuersæ enim sunt Rabinorum nostrorũ sententiæ. Nam sunt Iudæi, multa etiã sanctitate pollẽtes, qui cõtendunt Deum nusquam adorandũ, nisi Ierosolymis in templo, & ibi iustitiã quærendã, quasi Deus alibi non audiat vota precantium. Contrà sunt & inter nos viri admodum docti, religione & vitæ sanctitate clari, qui negant Deum vsquã adorandum, nisi in hoc mõte Garizin, idque exemplo patrum, qui Deum verum Israel in hoc monte coluerunt. Legitur enim Genes. 35 q Iacob, erecto in hoc loco altari, super illud innocauerit fortissimũ Deum Israel. Similiter tradunt Isaac illuc in sacrificium adductũ. Quòd si sanctis Patriarchis hoc licuerit, cur idem nobis non licebit? Quũ igitur vtrinq; sint Rabini, vtrinq; Sancti, quibus credam vt voto meo satis fiat? Ego à te Propheta talium rerum nõ ignaro, magnopere cupio discere, vtrius nationis sanctior est cultus. In hac re limatissimũ tuum expecto iudiciũ, ne vaga hinc inde à quouis doctrinæ vento impellar, sed vt certa meã confirmem cõscientiã. Rogo te, qui tam accurate de peccatis meis iudicasti, & occulta mea scelera tam aperte nouisti (vnde te spiritu Prophetico donatũ esse video) vt mihi misellæ peccatrici succurras, & viam verè adorandi doceas, qua liceat tantum cõscientiæ meæ ignem, nunc propter peccati mei agnitionẽ in me accensum, effugere & extinguere. Qui enim fieri potest vt occultum reueles peccatũ, nisi & viã ad iustitiã, qua à peccato liberer, docere scias? Agnito meo peccato, me morituã deprehẽdi, educ me de morte ad vitã: Inferorũ fauces ad me deuorandum sensi, libera me, & liberatã exlo

Samaritana consulit Christum de sui iustificatione.

meip

meipsam restitue: Doce me viam, vt ad veram pietatem descendam.] Obserua. Extructo tẽplo veritũ fuit in mõtibus rem sacram facere: quare excelsa in scripturis reprehenduntur. Iudæi, vt erant superstitiosuli, nõ contenti domo Dei in Ierusalẽ, in alijs etiam locis instaurabãt excelsa, & id genus cultus, vbi sacrificabãt, nõ idolis, sed Deo vero Israel. At quomam tales extranei cultus, instituti erant contra Verbum Domini (Deut. 12. Caue offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in eo, quem elegerit Dominus) non alio loco à Spiritu Domini & Prophetis habentur, quàm pro Idololatria. Vnde frequenter in scripturis legimus Iudæis Idololatriam exprobratam. Et ob id Samaritanos Iudæi vocabant Idololatras, quòd in alio, quàm electo loco à Domino, templum & excelsa instaurassent. Locus autẽ primo electus à Domino fuit Silo, vt scribitur Iosuæ cap. 8. Cõgregati, inquit, sunt omnes filij Israel in Silo, ibiq; fixerunt tabernaculũ testimonij. Deinde Dauide regnãte, reducta est arca Domini de domo Aminadab, in qua aliquandiu manserat, in Ierusalem: vbi postea per Salomonem ædificatum est templũ celeberrimum, locus à Domino electus. 3. Reg. cap. 9. Quòd autẽ Iacob in mõte illo Garizin cultum diuinũ instituerit, priuilegio fidei fecit: nondum enim erat lex data de loco vnico electo, nec adhuc templum erat ædificatũ in Ierusalem. At vbi data est lex de adorationis loco, nemo contra Dei præscriptum poterat in alijs locis, vt in excelsis, lucis, & montibus, cultus statuere. Obiter dixerim ADORARE, in hoc Euangelistę loco, nõ est solùm incuruare nos, quod obseruãtiæ genus solemus criã hominibus exhibere. Gen. 18. de Abrahã & Lot. Angelos adorauit, id est, incuruauit se ante illos, sed vsurpatur pro cultu, & tenore, integráq; religiõe Dei. sique pro oibus, quę ad cultũ diuinũ pertinẽt. 1. Reg. cap. 1. Et ascẽdebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret & sacrificaret Dño exercituũ in Silo, hoc est, vt solẽni Deo cultũ exhiberet. Et hoc loco mulier ait, Patres nostri in mõte hoc adorauerũt, hoc est, Deũ solẽniter coluerunt. Eodẽ significatu scribit Lucas Act. cap. 8. Eunuchũ illũ Aethiopem veniſſe Ierusalẽ adoraturum. Obseruandum venit ex mulieris colloquio, quàm periculosum sit

Peccati cognitio.

Excelsa in scripturis cur reprehendũtur.

Cultus extra Ierusalem habiti pro Idololatria.

Samaritani cur à Iudæis Idololatræ dicti.

Silo locus primò electus ad sacra.

Tẽplũ Ierosolymitanum locus à Domino electus ad sacra.

Iacob adorãs in Garizin.

Lex de loco adorationis.

Adorare.

ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab exemplo,inconsulto verbo, vitam suam comparare? Dicebat illa,Patres in hoc monte adorarunt,ergo & nobis licebit.Nō aduertebat vnicū à Dño electū locū. Non sequitur:Patres in mōte hoc adorauerūt,ergo statuerūt in hoc mōte tantū adorandū esse,Ergo alligarūt orationē ad hūc montē tantū.Nouerunt enim patres, sine Dei præscripto, cultū Dei nō esse certo alicui loco alligandū. Quare ipiū est cōtra Verbū Dñi cultū diuinū instituere.

Vitam ab exēplo cōparare periculosum.

Cult⁹ sine verbo Dei nō prę scribendus.

[DICIT ei Iesus.] Euangelicæ libertatis, simul & pietatis mysterium Christus aperit.

Fides.

[MVLIER,crede mihi.] Reuocat Christus mulierē ab impia opinione,quam exemplo patrum induerat cōtra Dei Verbum, & præscriptum de cultu Dei exercēdo. Primo loco aperit fidem habendam esse, sine qua neque purificantur corda, neque idoneus fieri potest auditor, cui cælestis philosophiæ arcana credantur. MVLIER, inquit,crede mihi. Quia nisi credideris, non intelliges. Fidem habe mihi, vt authori totius pietatis, & libertatis Christianæ.

Christiana Philosophiæ idoneus auditor.

[QVIA venit hora,quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem.] Causam explicat,cur,quidve credere debeat mulier, nimirum tempus instare,imò horam adesse, quando & Samaritanorū impius abolebitur cultus, & Iudæorum carnalis religio transferetur,& illa antiquata, pius & verus cultus, hoc est,Spiritualis fiet,& apparebit manifestus,in quo Patrē adorabitis,NON IN hoc monte, quasi in hoc concluſus dicatur:Est re vera nō solùm huius montis Deus, sed & totius orbis Dominus: Non Ierosolymis, quasi verò ne alius quidem sit ad adorandū Patrem locus idoneus, sed vbicūque erit piorum cōgregatio,ibi futura est Ierosolyma:ibi Spiritualis erit cultus, non nidore pecudum delinitus,sed sanctis precibus, sed pijs votis, sed castis affectibus.

Spiritualis cultus.

Ierosolyma vbi est piorū cœtus.

Cultus pius.

[VOS adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus.] Explicat quibus rebus Iudæi Samaritanis præstant. Nos vobis in hoc præstamus,quòd Deum per legē cognitum adoramus, ex præscripto, & iubente Verbo exercemus cultum Dei, certo loco ad montem Sion, in quo templum est, in quo se habitaturum multis oraculis

Tēplū in monte Sion.

iis promisit Deus.Vos adoratis quod nescitis, existimantes Deum non esse Deum, nisi Iudæorum & vestrum, quem in monte illo colitis(4.Reg.cap.17.) sed citra fidem,citra Verbum Dei. Et talem exercetis cultū, vt dæmonum admittat consortium, quorum nulla cum Deo est communicatio. Reprimit ergo Christus hoc loco vanam Samaritanorum iactantiam, testatus eos adorare quod nescirent,hoc est,cultum obseruare Dei,de quo nō essent certi, quòd Deo probaretur, imò qui apertis Dei oraculis esset reiectus, vt paulò antè dictum est. Quum enim principio suæ transmigrationis à leonibus vastarentur, huius plagæ depellendæ gratia, ritus aliquot in lege Dei traditos susceperant, in reliquis perseuerantes, vnde Idololatræ & impij,à viris pietate & prophetia claris,habiti sunt.Quum ait,NOS adoramus quod scimus, præponit se Christus in numerum eorum, qui adorant Deum,explicans se hominem esse.At quum maximè cōueniat hominibus tanquam debitam Deo adorationem offerre,adorat etiā Christus postquā factus est homo, vt homo.Adoratur autem semper cum Patre & Spiritu Sācto,quoniam Deus verus secundum naturam est.

Samaritarum cultus vanus.

Samaritę Idolatræ à Prophetis dicti.

[QVIA salus ex Iudæis est.] Rationem reddit scientiæ Iudæorum de vero cultu:Nam non ex Gentibus Samaritanisve,sed EX Iudæis est salus, hoc est, omnis vera Dei cognitio orta à Iudæis habuit, sicut & ipsum mundi Redemptorem, quantum ad carnem attinet, à Iudæis accipimus.Quia ergo Iudæi Verbum,promissiones,& oracula Dei habent, ideo verè colunt Deum, & sciunt quod adorant. Esa.2. De Sion exibit lex, & verbū Dei de Ierusalem. Euangelium in totum orbem terrarum à Iudæis deriuatum est:& in nulla alia gente publicitus doctrina Dei purè viguit. Verique simile est, quicquid sani de Deo sapientes Gentium vnquam docuerunt,id à Iudæis fuisse mutuatos. Quare iure optimo dictum est, Quia salus ex Iudæis est. Hanc Iudæorum prærogatiuam Paulus ad Romanos 4. explicuit,Quid ergo, inquit, amplius Iudæo est?aut quæ vtilitas circuncisionis?Multum per omnem modum. Primùm quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. Ad Romanos capite nono. Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filio

Salus ex Iudæis.

Euangelium à Iudęis in orbē deriuatum.

Iudæorū prærogatiua.

est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum Patres, ex quibus est Christus secundum carnem.

Prærogatiuæ Iudæorum finis.

[SED VENIT HORA, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate.] Tametsi multis rebus ad cultum Dei facientibus, præstant Iudæi, instat tamen huius prærogatiuæ, & omnium ceremoniarum finis: adest tempus, vt falsa religio Gentium pereat, carnalis cultus cedat spirituali, & vmbræ legis cedant Euangelicæ luci. Et tempus transferendi sacerdotium, ergo & legem, & locum, & ritum adorationis. Vetera transeunt, noua fiunt omnia. Adest tempus, in quo ADORATORES, hoc est, cultores, non hypocritæ, sed VERI, id est, spirituales, adorabunt PATREM, hoc est, Deum vt patrem (Pater hoc loco nomen est essentiæ) IN SPIRITV, hoc est, ex animo, & cultu, cuius formator, & præparator est Spiritus Sanctus. Patrem adorare in spiritu, est spiritum adoptionis filiorum accepisse, in quo clamamus Abba Pater, Romano. octauo. Aut est patrem puro corde & regenerato per Spiritum Sanctum colere, & tali cultu, cuius author est ipse Spiritus Sanctus. Non ergo putaueris, ô mulier, Patrem gaudere his sacrificijs, & cultibus carnalibus, & Mosaicis, siue in monte hoc, siue Hierosolymis, sed in Spiritu vult coli & adorari. Spiritalis adorator (ait Cyrillus) Deo est gratus, qui non forma & figuris Iudaicis, ad pietatem obumbratur, sed Euangelica virtute refulgens, recta dogmatum disciplina veram peragit adorationem. IN VERITATE, id est, non in typis, & figura, vt hactenus adorauit ritus ille Mosaicus. Aut in veritate, id est, animo nõ fictitio & mendace. Aut quid est Adorare Patrem in veritate, nisi in filio eius manendo (qui ait, Ego sum veritas) Patrem inuocare? Et, vt paucis dicam. In Spiritu & veritate adorare, est fide viua Deum vt Patrem inuocare. Non abs re putauerim ab Euangelista dictum, In Spiritu & veritate, non autem in veritate & Spiritu: quia sicut Nemo venit ad Patrem nisi per filium (Ioan. 14.) ita Filium nemo cognoscit nisi per Spiritum. Nemo enim (1. Corinth. capit. 12.) potest dicere Dominus IESVS, nisi in spiritu Sancto.

Patrẽ adorare in spiritu.

Pater nomen est essentiæ.

Spiritalis cultus.

Cultor Spiritalis.

Adorare in veritate.

Veritas.

Adorare in Spiritu & veritate.

Ipsa quoq; vera adoratio, propria Sancti Spiritus operatio est. Nã quid oremus, sicut oportet, nescimus, Rom. 8. sed Spiritus Sãctus postulat pro nobis gemitibus ineuarrabilibus. Quare necessariũ est, vt homo per præuenientẽ gratiam accipiat Spiritũ Sanctũ, quo Christi cognitio nẽ accipiat, & per Christũ ad Patrem accessum habeat. Ex his colligamus: Quũ Spiritu colẽdus sit Deus, nihil gratũ exhibueris rebus corporeis, nisi illæ inseruiãt Spiritui excitãdo. Tũ quia in veritate adorãdus Dñs, hoc est, certa fide, solidáque vitæ innocentia & integritate, nihil morabitur Deus externa ista, quæ impij hypocritæ præstare possunt, nisi ea valeant ad promouendã in nobis & alijs pietatem, & iuuent proximos in huius vitæ rebus.

Adoratio est Spiritus operatio.

Gratia præueniens necessaria.

[NAM & patet tales quærit, qui adorent eum.] Argumento à voluntate Patris, causam adorationis Patris in Spiritu & veritate, adducit. Quando ita Patri Deo placitum est, vt hactenus satis vmbris ac figuris Mosaicæ legis sit: Posthac quærit & ordinat sub nouo Testamento tales, supple, adoratores in Spiritu & veritate, qui adorent eum mente per fidem Euangelicam à vitijs pura, vt sit ibi templum Deo dignum, Hoc est, templum quod inhabitet.

Tẽplum quod Spiritus inhabitat.

[SPIRITVS EST Deus: & eos, qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare.] Prima ratio adorationis Patris in Spiritu & veritate, data est à voluntate & ordinatione Patris. Nunc aliam adducit rationem à natura & essentia Patris. Ex cognatis seu coniugaris, & à necessario argumẽtatur. Deus Spiritus est, & vult adorari, ergo vult adorationem conformem esse rei adoratæ, Ergo vult in Spiritu coli & adorari. Sicut enim Deus mens est, ita & mente colendus est, hoc est, syncera fide, studióque sedulo gloriæ ipsius promouendæ vbiq; & in omnibus. Hue pertinet quod dicebat Sapiens ille,

Si Deus est animus, nobis vt carmina dicunt,
Hic tibi præcipuè sit pura mente colendus.

Adorationis ratio.

Deus mẽte colendus.

Deus veritas est, ergo in veritate vult adorari. Nihil ergo morabimur actum, & ceremonias externas, nisi ordinentur ad cultum internum, qui sit in spiritu & veritate. Vox SPIRITVS est genus, qua in describenda & explicãda Trinitate vtimur. Nã Pater est Spiritus, Filius

Ceremoniæ externæ.

Spiritus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lius est Spiritus, similiter & Spiritus Sanctus. Sunt & angeli & animæ rationales Spiritus, sed creati. Vox Spiritus hoc loco non motum spiritualem aut actionem, sed

Vox Spiritus.

spirituale substantiam significat. Verbum OPORTET,

Verbū, oportet.

necessitatem indicat: quia Deus Spiritus est, necesse est adoretur cultu spirituali.

(DICIT ei mulier.] Hoc sublimi responso Christi nō perterrita mulier, sed cōstantiæ exemplum præbens,

In Samaritana fidei & doctrinæ gradus.

tantū profecit, & in fide promouit, vt quem prius Iudæū, mox dominū, deinde Prophetā appellarat, nunc ipsum Messiam esse suspicetur. Vulgò enim nō apud Iudæos solùm, sed & Samaritanos ex Moysi oraculo, eximij illius prophetæ ex Iudæis, erat expectatio. Itaque ad hūc modum muliercula Dominum prouocat, dum non haberet quid Domini verbis responderet.

[SCIO quia Messias venit, qui dicitur Christus.] Quinq; libros Moysi Samaritani recipiebant: vnde

Pentateuchum Samaritani recipiebant.

hæc mulier didicerat Messiā venturū. Genes. 49. Nō auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittēdus est. Et Deut. 18. Prophetā suscitabit vobis Dominus de fratribus vestris, sicut me, illum audietis. SCIO, inquit, fide, & ex quorundā relatu, Messiam venisse, & q̄ inter Iudæos diuersatur: illius nomen & fama hucusq; peruenit: is dicitur Christus. Appellationibus Messiæ & Christi refertur mulier se credere Christum, omnium instauratorē, verum doctorem, interpellatorem, intercessorem, sacerdotem, regē, defensorē, &c. Videtur propter id quod sequitur, Quū ergo venerit ille, &c. dicendū esse, VENIT, pro veniet dictum, quòd Græci nonnunquam vsurpant præsens pro futuro. Atque ad hunc modum legit Theophylactus, Scio quòd Messias venturus est.

Messias.

Venit pro veniet.

[QVVM ergo venerit ille, annūtiabit nobis omnia.] Prædicant Iudæi de Messia, id est, Christo venturo, qui sit omnia explicaturus, & verum Dei cultum docturus: at tu iam dicis horam veræ adorationis aduentasse, qua veri adoratores adorabunt in Spiritu & veritate. Ergo cùm credam te verum dixisse, oportet Messiam nunc adesse & venisse. Proinde hoc vnum te efflagito, vt quum me peccato pressam & anxiam in conscientia sentiam, intelligámque peccati mei deletionem non

Messiæ officium.

aliter mihi obuenturā, quàm adoratiōe Patris in spiritu & veritate, noli me animo suspensam tenere, quin potiùs ingenuè doceas me viam ad iustificationem: aut dicas, ánne tu ille iustificator Messias es, an aliò mihi abeundum sit, vt ingenti hoc conscientiæ meæ onere leuet me is, ad quem me miseris, & iustificet.

Samaritanæ pœnitentia, & fuæ salutis desyderium.

[DICIT ei Iesus, Ego sum, qui loquor tecū.] En IESV Christi ingens philāthropia, qui videns mulieris docilitatem, & ardens cognoscendæ veritatis desiderium, quale non repererat in suis Rabinis Iudæis, dignatur illi aperire quis esset. Tu, inquit, expectas Messiam venturum, intelligito hunc venisse: iámq; illū vides: nam EGO sum, qui loquor tecum. His præclarè gestis commendatur efficacia & potentia fidei: ad quā non potest non se Christus manifestare, tanta est viuæ fidei vis & energia. Credentibus Christus se & credit & committit, non autem incredulis, quales erant de quibus supra cap. 2. dicit Euangelista. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis.

Christus Samaritanæ Messiam se declarat.

Fidei viuæ energia.

Credentibus Christus se credit.

[ET continuò venerunt discipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur.] Aduentus discipulorum collocutioni finem imposuit. Mirantur tantam præcepto ris humanitatē, quòd cum muliercula paupercula, & eadem Samaritana tam familiariter colloqueretur.

[NEMO tamen dixit. Quid quæris, aut quid loqueris cum ea?] Tanta erat Christi modestia in collocutiōe hac, vt conspicati discipuli hoc colloquium, suam erga præceptorem reuerentiam seruarint. Admirantes enim tamen quomodo id fiat, quòd tam facilem se præbeat Samaritanæ: quum vetuerit discipulis ne in ciuitates Samaritanorum intrarent. Matth. 10. & aliàs dum se exhibuerit alienigenis. Quare hoc suo aduentu videntur Apostoli voluisse dirimere colloquium Christi cum muliere: verùm non ausi sunt hoc facere, sed tacuerunt, quia fortassis suspicati sunt, hoc factum aliud ipsis adhuc ignotum portendere: Nempe Euangelium non vni genti esse reuelandum, nec Christum, vnius gentis CHRISTVM fore, sed omnibus credentibus communem.

Colloquium Christi cū Samaritana Apostolis admirādum.

[RELIQVIT ergo hydriam suam mulier, & abijt in

ciuitatem.] Hausta,& accepta, quam promiserat Christus, aqua spiritali, nihil moratur mulier aquam terrestrem:sed relicta apud puteum hydria, nihil respondens domini verbis,properat in ciuitatem. Ecce fructus viuæ fidei, quæ otiosa esse nequit, quin ex se germinet bona opera. Gustato enim Christo, & eo per fidem accepto, relinquuntur omnia: quod & Petrus testatur Matthæi cap.19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Nec mirum: qui enim Christum induit, est noua creatura: Ergo iam contemptis terrestribus, cælestia & superna curat, non quærens quæ sua sunt, sed quæ sunt IESV Christi. Ad hunc modum hæc mulier, quum cœpit Patrem colere spiritu, hoc est,fide viua Deum amplexari,fit filia Dei,& confestim quærit quæ sunt Dei,hoc est, in veritate Deum colere satagit, & proximo aquam illam spiritalem communicare.

Christo gustato abijcitur cetera.

[ET dicit illis hominibus.] Natura veræ cognitionis Christi est,vt qui eã nactus fuerit, nihil habeat prius, quàm plurimis illam cõmunicare. Huius negotij egregium est paradigma in muliere,cuius fides nescit se continere,sed erumpit in cõfessionẽ,etiam per tela, per ignes. Credidi (inquit Dauid) propter quod loquutus sum. Et Paulus Ro.10. Corde creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem,scilicet & propriam,& aliorum.

Cognitio Euãgelij.

Fides viua mox erumpit.

[VENITE,& videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci.] Hoc exemplo & facto manifestatur quod docuit veritas Matt.cap.21. Amẽ,amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedunt vos in regno Dei. En peccatrix,& Samaritana,sit filia Abrahę,è scorto subitò facta est apostola:narrat palã omnibus,vt plurimũ conscientia suam fidem confirmaret. Hæc est mirabilis, sed tamen sapientissima rerũ permutatio. VENITE, inquit, & videte hominem admirandum,occultarum rerum reseratorem,qui abscondita cordis cognoscit,quem quum nunquàm viderim, tamen narrauit mihi secreta omnia quæ fecerim. Miraculi narratione præparat auditorum animos ad fidẽ.Sufficiet quidẽ auditur ad fidem, sed si veneritis,ille multis & ingentibus miraculis certiores vos faciet. Qui enim cordium secreta nouit, & hanc diuinam habet dignitatem, quomodo cuncta non efficiet, quæ

Peccatrix facta Abrahæ filia.

Samaritana apostola.

Permutatio rerũ admiranda.

quæ voluerit? Nolite meis fidere dictis, ipsi potius facite periculum,& me non vanam comperietis. Venite, & videte hominem,&c.

[NVNQVID ipse est Christus?] Non affirmatiuè (hic est Christus) sed interrogatiuè dixit, NVNQVID ipse est Christus? Idque consulto ita pronuntiasse videtur:volebat enim illis calculum addere, & facere sermonem creditu faciliorem: ne si primo verbo affirmasset, forsitan non credidissent,quòd tam prostitutæ famæ mulier apud illos haberetur.

[EXIERVNT ergo de ciuitate, & veniebant ad eum.] Ecce iam cœpit fructus fidei, & prædicationis mulieris Samaritanæ apparere. Non redit verbum mulieris vacuum: in verbo exeunt Samaritani ad CHRISTVM. Vsus enim verbi accepti & confessi, est adducere homines ad CHRISTVM. Hæc facilitas Samaritanorum arguit duritiem Iudæorum, quibus Christus lege Mosaica venturus prædicabatur: Quibus Prophetarum multitudo, iam in ianuis ipsum esse prænostrabat,imò digito ostendebat, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: Quibus,quod mirabilius est, cælesti quadam potestate signorum, seipsum CHRISTVS reuelabat: & tamen rebus ijs omnibus instituti, cædem meditantur iniustam, impiè insidiantur, pellunt à se vitam, lucem, & peccatorum remissionem. At Samaritani longè meliores videntur, qui tametsi alienigenæ, non Propheratum voce prænoniti, non Ioannis doctrina firmati,sed vnica muliere,& illa peccatrice, vnicum narrante miraculum, cateruatim ex vrbe ad CHRISTVM effunduntur, contenduntque. Quare ista considerantes, admirabundi clamemus cum Paulo, Roma. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei,quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius! Et cum Dauide admirantes dicamus, Psalm. 118. Iustus es domine, & rectum iudicium tuum.

Samaritani ad Christum.

Verbi accepti vsus.

Iudæorum durities.

Samaritani Iudæis meliores.

[INTEREA rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi, manduca.] Dum huius miraculi rumor inter ciues Sichar spargeretur,interea suspicantur discipuli CHRISTVM præceptorem iam fame cruciari, inuitant vt cibum non emendicatim quæsitum, sed emptum caperet,

& comederet, quòd longa peregrinatione & calore flagrante defatigatus esset. Infirmi adhuc, & ignari erant officij Christi, quòd in cibandis conscientijs, præponitur priuatis commodis, vtilitati, necessitati & voluptati. Nō tamen temeraria quadam sententia ductos putauerim discipulos, sed magna erga præceptorem dilectione. Obserua. Vt intelligeremus dominum etiam in huiusmodi temporibus iciunasse, Euāgelista rō prætermisit, quomodo Christus à discipulis rogabatur vt manducaret. Rogabat aliquis, Quid mirabātur discipuli de illo, quòd cum muliere Samaritana loqueretur, quum cibos, quos à Samaritanis emerent, illi ad manducandum offerebant? Respondeo. Carnalis & superciliosa quædam erat iustitia Scribarum & Pharisæorum, vt ab alienigenis coëmerent quidem, sed nullatenus præparatos ab illis cibos aut potum propinatum perciperent.

Cibus Christi.

Christi officium.

Scribarum traditio.

[ILLE autem dixit eis, Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.] Fere vbiq; solet Christus capere occasionem euehendi homines à re sensili, & cura corporalium rerum ad studium spiritualiū. Quemadmodū Samaritanam ex mentione aquæ pellexerat ad cognitionē fidei Euāgelicę: ita discipulos adhuc rudes, ex occasione cibi prouocat ad studiū Euāgelizandi: & tum forte aquā putealem non sitiebat, & si sitiebat, magis sitiebat & mulieris & aliorū salutem: & tamē ex affectu mulieris, quæ venerat aquā hausturā, captata est sacri sermonis occasio. Ita tametsi tūc secundū carnis naturam esuiret, māducare tamen tenebatur fame seruandi generis humani, cuius gratia venerat à Patre. Rogātibus ergo discipulis, vt corpus inedia, famēq; leuaret, Respondet, EGO cibū, &c. Elegans est hæc officij Christi periphrasis, quod est, docere Euangeliū. Esaiæ 61. ad Euangelizandum pauperibus misit me. Peruenusta est metaphora, quæ à cibo corporis ad Spiritalem transit. Vbi obserua, Quomodo Christus studeat subducere singulari anagoga, discipulorum animos à cibo corporeo ad id, quod tum esuiebat, profectum scilicet gloriæ Patris, & salutis hominum. Atq; vt Aquæ vocabulo superiùs ipsam fidem & doctrinam Euangelicam est circunloquutus, ita & Cibi voce ipsam salutarem & Euangelicam doctrinam explicat, quæ non aliter se habet

Christi studiū vt euehat homines ad pietatem.

Officij Christi periphrasis.

Metaphora à cibo ad spiritum.

Anagoga à cibo corporeo ad spirituales.

habet quàm cibus. Nam hic incurrit in stomachum ad alendum ac sustentandum corpus, illa in aures, & ab auribus in cor, ad alendum & sustentandum animam. Huic loco plurimū lucis affert Psalmus ille Dauidis 49. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Nequaquam. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus, & boues. Cognoui omnia volatilia cæli, & pulchritudo agri mecum est. Si esuiero, nō dicam tibi, meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. Sed quid? immola Deo sacrificium laudis. De quo sacrificio cibóque congruente, ait, Ego habeo cibum manducare, nō carnalem, de quo vos loquimini, sed Spiritualem: non esurio corporalem. Neque enim in hunc mūdum veni vt nihil aliud agam, quàm vt edam, bibam, & cutem curem, quales sunt terreni homines nati consumere fruges. Cibum per me delectis cibis & potibus, (Hebræ. 6.) varijs baptismatibus, & iustitijs carnis, veri adoratores adoraturi essent Patrem in Spiritu & veritate: quod verum est laudis sacrificium Deo Patri, Filio, & Spiritui Sancto immolare. Aut dici potest: Quem vos nescitis, supple, adhuc, do nec didiceritis. Quasi diceret CHRISTVS: Terreni adhuc estis, & rebus externis tantùm hærere videmini. Qui de tali cibo mihi prospicitis, qualem me Regem iudicatis? Nam me adhuc non cælestem, & cælitus missum cognoscitis, sed terrenum: ideo terrenū offertis cibum, suspicati me nullo alio, quàm terrestri, cibo pasci posse, nullúmque alium in votis cibum habere, quàm quem comedendum offertis.

Homines nati consumere fruges.

Sacrificiū laudis immolare.

[DICEBANT ergo discipuli adinuicem: Nunquid aliquis attulit illi māducare?] Egregiū ignorātiæ & tarditatis nostræ in discipulis propositum exēplum: qui ne admoniti quidē de ignorantia, oculatiores fiunt, adeò ad intelligendum tardi sumus. Nihil ergo mirū, si Samaritana in aquæ vocabulo hæsitauerit, quū discipuli in nomine cibi nihilo velociores ad intelligendum fuerint: qui admirabundi, nec audentes tamen interrogare pro reuerentia præceptoris, ne quid offenderetur, inter se loqueb

Humani ingenij tarditas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sitis & inedix causa.

quebãtur. Quid istud est? Nihil cibi hodie sumpsit, quod viderimus, iam dies inclinat, longa est peregrinatione fatigatus, vrget calor, affligit labor, longiore est vsus colloquio: quæ omnia, & famem, & sitim pariunt non mediocrem. An interim, dum nos abfuimus, alius quispiam attulit ei cibum?

[DICIT eis Iesus.] Quum allegoriam non intelligerent discipuli, mox eis aperuit, exponés quis sit suus cibus, quem habet manducare, vt reiecto omni orationis velamine, mysteriũ apertissimè intelligerent. Nam quia futuri erant totius orbis magistri, exemplo sui eos docet, multò maiorem salutis hominum, quàm proprij corporis, curam habendam esse: atque officiũ Ecclesiasticæ & pastoris spiritalis in cibandis conscientijs præferendũ esse priuatæ vtilitati, necessitati, & voluptati.

Ecclesiasticæ officium in cibãdis cõscientijs.

[MEVS cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiã opus eius.] Cibus iste corporum, quem mihi offertis, leuissimè mouet me. Est alius cibus, qui mihi præcipuè curæ est: Nimirũ vt perficiã id, cuius gratia me huc misit pater cœlestis. Hęc est mea fames, hęc est mea sitis. CIBVS meus est, id est, hoc ante oĩa desydero, vt voluntas Patris cõpleatur: quæ est, vt quàm plurimi agnoscant ipsius in me & per me bonitatem, & salutem assequantur. Idipsum erat opus eius, quod Pater eum operari voluit. Quasi diceret Christus, Huc solùm respicio, hoc solum ago, & ardentissimis votis desydero, vt homines iustitiam, ac salutem æternam assequantur. Itaque meus cibus est, vt faciam voluntatem tuam Deus, qui me huc misisti. Non huc veni, ô discipuli mei, vt faciam id, quod ego volo, sed quod vult is, qui misit me. Quid ille vult? Vt ne quid perdam ex omnibus ijs, quæ dedit mihi, Et vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam: hæc est voluntas Patris, vt saluem: nam opus eius est, saluare, & liberare. Et non saluat, nisi per crucem, & paratus sum mortem obire, quum venerit hora. Interim tempus vrget, & hominum pronæ mentes ad Euangelicam fidem flagitant, vt relicto illo cibo corporeo, accingam me muneri meo, & obeam quod pater mandauit. VT FACIAM voluntatem eius, id est, prædicem Euangelium, præbeam hominibus spiritalem cibum

Christi fames & cibus.

Christum facere voluntatem Patris.

eibum pro anima, & doceã viam ad salutem. VT PERFICIAM opus eius id est, consummem & exequar iunctum mihi à patre officium.

[NONNE vos dicitis, quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit?] Videtur Dominus allegorijs & parabolis singulariter delectatus, tum quòd similitudine, quam in se cõnẽt, aptæ sint ad docendum rudiores: tum quod in se habent aliquid reconditum & ænigmaticum, percommodæ sunt ad excitandum animos auditorum, & ad infigendum animis quæ docentur: hærent enim diutius, quæ quis quasi ipse inuenerit. Vnde rursus anagogica vsus est allegoria, probans discipulorum testimonio, quòd potiùs curare debeat suum in docendo officium, quàm priuatæ rei studere. VOS dicitis messem adhuc procul abesse, quatuor scilicet mensibus: hæc messis sensibilis est: ego autem dico vobis, iamiam messem instare. Si temporis circunstantiam. Quatuor menses sunt & messis venit, consideraueritis, dici potest, hic trãsitus à Iudæa in Galilæam per mediam Samariam fuisse mense, qui nobis vocatur Februarius, à quo ad messem, quæ in Syria mense Maio fieri solet, quatuor menses supputantur, si extremos incluserimus. Quare diligenter perpenso tempore, ex quo Dominus aquam in vinum conuertit in Cana Galilææ, è qua in Iudæam migrauit, & nũc in Galilæam reuertitur, reuolutum ferè annum obseruabimus, qui est ætatis CHRISTI trigesimus primus, Ioanne baptista adhuc superstite, qui quoto mense, quotove mensis die sequentis anni in manus Herodis tyranni inciderit, & quandiu à tyranno carcere conclusus fuerit, nihil ex Scripturis definimus, quum nihil tale prodiderint.

Messis terrestris & spiritalis.

Carceris Ioannis incertus dies & mẽsis.

[ECCE dico vobis.] Attentos reddit discipulos hac particula. ECCE, Quasi dicturus sit CHRISTVS de re necessaria, & quæ festinationem requirit. DICO vobis (emphatice pronuntianda sunt hæc) qui solùm rei priuatæ intenditis, alio vos vocat instans hæc messis, quã ad tot hoc tempus.

[LEVATE oculos vestros, & videte regiones quia albæ sunt iam ad messem.] Inuitat discipulos, vt dimissa

Messis spiritalis.

Christi exhortatio ad metendum.

messe terrestri, intendant animos: & acceptis fidei oculis, videant longe vltra Iudæam messem, hoc est, humanas mentes ad Euangelicam fidem pronas & paratas. ATTOLLITE oculos vestros, & videte regiones quoniam albæ sunt iam ad messem. Hoc est, videte non solùm Iudæos salutis & aquæ viuæ esse sitientes: sed etiam Samaritanos & Ethnicos properare ad Euãgelicam doctrinam, & suam sitire salutem. Nunc vndiq; canas, maturáque segetes videtis: quid superest, nisi vt demetãtur? operam nostrã, nostrum studium efflagitãt. Quum ait, VIDETE regiones, amplificatio est copiæ auditorum Euangelij. Nam regio, non vnum aut alterum hominẽ, sed quàm plurimos continet. Obiter dixerim, cõuersionem hominum per Euangelium, demessionẽ vocat Scriptura sanctã, quòd ita essent animi hominum Euangelio præparati atque maturi, vt minimo negotio sæpe ad vnam duntaxat annũtiationem, plurimi illud reciperẽt: quod cũ alias, tum hoc loco in Samaritis. Huius demessionis messores sunt Apostoli. Alterius messis meminit Scriptura, Matth. capit. 13. quæ erit consummatio seculi, cuius messores futuri sunt angeli.

Apostoli messores.

[ET qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit.] Prophetarum & apostolorum peruenusta est collatio cõiuncta occupationi, qua Christus occupat, simul & inuitat discipulos, vt alacriter messorũ munus obeãt, argumẽto à præmio & vtili sumpto. Prophetę in veteri testamẽto seminauerũt, quorũ messis nũc albescit. Nã Hebr. cap. 11. Patres nõ acceperũt repromissionẽ, hoc est, promissionũ executionẽ sine reuelatiõe, sed solũ fide Christũ acceperũt, sed nondũ reuelatũ: typos & vmbras solũ habebãt, veluti semina futurorũ in Christo reuelandorũ. Quare per Prophetas seminatũ est, quum de futuro Christo & iustitia per ipsum prædicarunt. In nouo Testamento Apostoli messores sunt, & metitur quod in veteri seminatũ est. Vulgata paroemia dici solet, Spes fouet agricolas: q; si fructuum spes facilè promouet messorẽ ad operã, quantò magis oportet vos alacres esse (ait Christus) ad hanc messem Patri recolligendam, quæ messoribus præmium in cælis amplissimũ parabit. Atq; non

Prophetarũ & Apostolorum collatio.

Vmbræ legis semina futurorum.

Spes fouet agricolas.

non triticũ, sed animas Euangelio imburas, ex agro mũdi demessas, in horreum regni cælorũ colligent, in quo vt cognitio Dei habeatur, ita vita æterna illi perfruentur. Sed aduertẽdũ: hoc in negotio secus accidit quã in messe corporali: nã illic quũ fructus messis ad aliũ deuenit, quã ad seminantẽ, gaudet quidẽ messor, sed discruciatur seminator. Hic cõtra fit: nã Prophetæ seminarũt, Apostoli messuerunt, & messores dicuntur: quorum, Prophetarũ scilicet & Apostolorum, idem est gaudium, qui eadem tractarunt. Rogabit aliquis: Num messores erant Prophetæ: dicebantur Seminatores, non quòd tunc messis non fuerit rerum Spiritualium: biberunt enim de spirituali cõsequente eos petra, petra autem erat Christus. 1. Corinth. 10. Et Abraham vidit diem Christi, & gauisus est: sed quòd nondum Christus reuelatè prædicabatur, nec bona spiritualia palam inter omnes Gentes distribuebãtur: quod posteà aduentante Christo, per Apostolos, tanquam per messores factum est. Vnde hoc præuidens Esa. capit. 9. ait, Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Aut dici potest, Primò MESSOR merce dem accipit, deinde cõgregat fructum in vitam æternã: de qua mercede meminit Dominus Matth. capit. 10. In quãcunque domum intraueritis, ibi manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt, dignus est enim operarius mercede sua. Quam legẽ egregius ille Athleta CHRISTI Paulus defendens, 1. Corinth. 9. quauis potestate sua vti noluit, ne cui offendiculo esset. Quis, inquit, militat suis stipendijs vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi, Non alligabis os boui trituranti. Et paulò post, Si nos vobis, inquit, spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Nescitis quoniã qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & dominus ordinauit ijs, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere. Ergo qui metit, id est, prædicat Euangelium, optimo iure præsentis vitæ alimoniam quærere potest.

Apostolorum & Prophetarum vnũ gaudium.

Prophetæ fuerunt seminatores.

Merces.

Operarius mercede dignus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

congregans fructum in vitam æternam. Quia prædicatione Euangelij multi saluãtur, & vitã æternã acquirũt.

[IN HOC enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit.] Causam præcedentium adducit argumento à vulgata parœmia sumpto, quæ in Prophetarum & Apostolorum collatione locum & veritatem habet: Illi seminarunt, hi metunt. Verbo SEMINANDI respicit ad typicã & occultã Euãgelij cognitionem, sub veteri Testamẽto. VERBVM, id est. Promissiones patrum: IN hoc est verum, id est, confirmatæ sunt quia semẽ regionũ, (quę iam ad messem canescũt.) id est, benedictione vniuersarũ Gentiũ, iam me aduentãte, præsentẽ habẽt. QVIA alius est qui seminat, hoc est, seminauerũt Prophetę: & alius est qui metit, quia vos illarũ promissionũ messores estis. Rogabit aliquis, Quod est illud VERBVM? Respõdeo, quod ad Abraham (Gen. 22. In semine tuo benedicẽtur omnes gentes:) & ad Moysem, & ad omnes sanctos Prophetas factum est. Et hoc verũ est verbum: quia vt illis promissum, & ab illis creditum: ita me aduenìente (ait Christus) est impletũ: illi enim fide & spe ducti, propagatione suę carnis, tanquam in bona terra gratiæ Dei seminauerunt, euntes & flentes, & semina mittentes, cum fide hac, qua profitebantur, quòd peregrini essent & aduenæ super terram, & nõ haberent hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirerent. Ad hunc modum rigidam passi sunt hyemem, seminauerunt, & non messuerunt. Etenim iuxta fidem defuncti sunt (Hebræ. cap. 11.) omnes isti, non acceptis promissionibus, sed à longe eas aspicientes, & salutantes. Et ecce nunc alij metunt, id est, vos estis messores, qui metentes habetis effectum illarum promissionum.

Seminare, verbum.

Verbum id est promissiones.

Apostoli messores.

Prophetæ seminauerunt.

[EGO misi vos metere, quod vos non laborastis, alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.] Multo nunc apertiùs totam rem & allegoriam ob oculos ponit, Manichæos confutaus, qui vetus Testamentum à nouo abalienant. Si alienũ fuisset, quomodo messuissent Apostoli à Prophetis seminata? vnde & quæ seminarunt, & quæ messuerunt vtraque vnũ sunt. EGO, emphatim habet, & declarat Apostolos missos ad officia Christi, vt prædicent idẽ Euangeliũ, illud miraculis confirmant, eandem crucem ferant, irreprehẽsibiliter viuãt. Obserua: Ego misi vos, nõ vestro merito ad hoc munus obeundũ, sed quia ita Patri placitũ est. Nõ enim vos me elegistis, sed ego elegi vos, vt eatis, & fructũ afferatis. METERE, id est, gladio, & falce diuini Verbi fideles colligere. Videtur mihi messoria falx esse, Apostolorũ splẽdida prædicatio, quæ à legalibus figuris auditores abscindẽs, ad aream, id est, ad ecclesiã Dei transponit: vbi labore virtutũ fidei & virtutis cõtriti, in triticum diuino diguũ horreo efficiũtur. Verbũ MISI, indicat Christũ, illo elapso anno, quo in Iudæa est versatus, misisse discipulos ad prędicandum. QVOD vos non laborastis: Quasi diceret, Non tantum laboris insumitis metentes, quãtum ij, qui seminarunt. Plus enim laboris est in semente, quàm in messe. Proscindenda est tellus, rastro, sarculóque comminuendæ glebæ, lætamine stercorandus ager, iaciendũ semen occãdum, ac tuendum, reuellendæ zizaniæ. Cæterùm vbi iam seges maturuit, non magno negotio demetitur. Et si quod est tædium, paratus fructus illud lenit. Vos non laborastis, sed Prophetæ laboribus subegerunt arua, & mundum, adhuc intractabilem, sua doctrina prępararũt Euãgelio, etiã cũ vitę periculo, Matth. cap. 23. Ierusalẽ, Ierusalẽ, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, &c. ITVOS in labores eorum introistis, id est, in eorum laborem succeditis, & rem paratam aggredimini. Quæ illi obscurìùs per ænigmata sunt loquuti, vos palam & aperte aperietis mundo iam vltrò se præbenti, & offerenti doctrinæ cælesti. Vos, ô Discipuli mei, sine literis & idiotæ, qui hactenus agrum Dei neque verbo, neque opere sciebatis, in labores Prophetarum introistis, vt quod ab illis est seminatum, per vos conferatur in horreum, id est, quæ illis promissa est vniuersarum benedictio gentium, à vobis prædicetur impleta esse, & annuntietur per vniuersum mundum. Huc pertinet quod dicebat Christus, Luc. 10. Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quòd multi Prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. O verè beatos discipulorum oculos, qui albescentes iam messes viderunt, & collectas in horreum cæleste reportarunt.

Manichæi cõfutati.

Apostoli, officium Christi habent.

Metere. Falx messoria.

Labor maior est in serendo, quàm metendo.

Vocatio Gentium primitiæ. Samaritani medij inter Iudæos & Gentes.

[EX ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quæcunque feci.] En fructus fidei, en primitiæ gentium, en præludium vocationis gentium, subita hæc Samaritanorum conuersio qui medium quoddam genus inter Ethnicos & Iudæos, primi post Iudæos Euangeliũ receperũt, vt legimus Actorum cap. 8. Vnde miratur Euangelista, & emphatice ista pronuntiat, scribitque cũ exaggeratione potentiæ Verbi à circunstantia & copia personarum facile credentiũ qui ad vnius mulierculæ, & non satis probæ, multi ilico, & quidem Samaritani, Euangelio crederent, Christumque amplecterentur, quum qui & Lege & Prophetis adquitionem eius deducerentur, omnia recusarint. Vnde iure optimo à gratia & spe (quam in Christo habemus) decidit Israel: multitudo autem gentium locum eorum obtinuit. Hæc res declarat verum esse, quod Dominus dicebat de messe iam albescente. Nã multi testimonio mulieris (fides enim ex auditu est, auditus autem per verbũ) crediderunt, tametsi illa nihil aliud esset testificata de Iesu, nisi quòd aperuisset sibi occulta vitæ dedecora. Quę audientes Samaritani, prudenter apud se iudicabant, quòd vitam suam mulier non vulgasset gratificandi gratia alteri, nisi verè magnus esset, qui ab illa prædicabatur. Quum audis mulierculam hanc nihil veritam nuntiasse Christum detexisse peccata sua, exemplum est animi, qui iusta Christi cognitione donatus, lũsque déque omnia habet, & sua quoq; errata libenter cõfitetur, modò Christum possit multis cõmendare. Hoc idem legimus à Paulo factum, qui 1. Corinth. 15. Ephe. 2. 1. Timot. cap. 1. Tit. 3. & alibi, quo Dei erga se misericordiam magnificentiùs prædicaret, ignorãtiam suam, ac etiam blasphemiam, atque Christianorum persequutionem ingenuè & multis verbis confessus est.

Ingenium animi Christiani.

Pœnitentis vetus genus.

[QVVM venissent ergo ad illum Samaritani.] Excitata fide in Samaritanis per mulierem, procurrit Samaritarum multitudo é ciuitate, vt quod tanto prædicabat affectu mulier, oculis cernerent. Veniunt ad Christũ, quem vt viderunt, non minuit præsentia famam, non offenduntur humili cultu, raróque, & tenuium, ac idiotarum discipulorum comitatu, sed rogauerunt.

[ROGAVERVNT eum vt ibi maneret.] Tam ardẽs horũ erat fides, vt quẽ nõdũ loquẽtẽ audierãt, à quo nihil præclarè gestũ viderãt, sed tenuiter doctrinã salutarẽ gustauerant, vt Dominum rogent, precibúsque inuitent apud se maneat, vrbisque suæ hospitio dignetur vti.

[ET mansit ibi duos dies.] Exemplum facilitatis & humanitatis in Christo, qui sua doctrina & præsentia dignatus est Samaritas, quamlibet inuisos Iudæis, illustrare. Quòd Samaritis hoc humanitatis præstiterit, commẽdat quàm potens & efficax sit oratio ex fide facta. Ea enim retinere potest Christum, non solùm ad duos dies, sed & perpetuum.

Samaritarum fides.

[ET multò plures crediderũt propter sermonẽ eius.] Rogabit aliquis, Quid per illos duos dies Christus apud Samaritas egit? Respondeo, Samaritanis prædicauit Euangelium, & se Saluatorem mundi esse, eóque huc venisse vt saluum faceret quod perierat: cui crediderunt. Præclaram quidem de Iesu opinionem ex mulieris testimonio conceperant, quam audito Christo confirmant. Quum dicitur Propter sermonem eius, supple Christi, ostenditur quàm efficax & potens fuerit verbum Christi, qui multò plures, etiam modico negotio, oues errantes in suas reduxit caulas.

Christus apud Samaritas resedit.

Sermõis Christi efficacia.

[ET mulieri dicebant: quia non propter tuam loquelam credimus.] Quasi dicerent: Tu quidem vera dixisti de Christo, sed parciùs (vt videmus) de illo prædicabas, quàm res habet: fuit tamen nobis tua prædicatio aliqua occasio ad credendum, vtpote quę nos impulit vt curtim illuc veniremus. Sed si hanc tuæ prędicationi conferas, vmbram Soli comparaueris. Quo fit, vt iam nobis copiosior fructus cõtigerit ex huius Prophetę verbis, quàm ex ijs, quæ nobis tanto affectu prædicasti.

[IPSI enim audiuimus, & scimus quia hic est verè Saluator mundi.] Causam præcedentium explicant, argumento à certa & indubia experientia per verbum CHRISTI sumpto. Suasisti quidem, ô mulier, hunc esse Prophetam: sed ex eius admirandis sermonibus OPVS, hoc est, certum habemus, firmúmque statuimus, QVOD hic est verè Saluator mundi, Messias ille à Iudæis

Samaritarum confessio de Christo.

Christus verè mundi Saluator.

dæis expectatus, qui salutem adferet non Iudaicæ genti tantùm, sed toti mundo. O plenum & vero Christiano dignum testimonium, quo suam credulitatem declarant Samaritani, & Iudæorum impiam incredulitatem coarguunt. Obserua: Saluatorem vocat CHRISTVM. Primùm, quòd suapte natura est salus, & extra eum non est salus: deinde ab effectu, quia alios saluos facit. Dicitur MVNDI, in genere, quo ostendatur Christus non vnius gentis, sed vniuersalis Saluator pro omnibus, non tantùm pro Iudæis, sed etiam pro Gentibus. Vnde additus articulus, HIC, emphasim habet, quasi dicant, Hic est Saluator ille, qui propriè & verè omnes saluat. Venerunt enim multi vt saluarent, & Lex, & Prophetæ, & Angelus, sed hic est ille vnicus & verus saluator. Colligamus ex superioribus, quemadmodum Samaritani primùm crediderunt propter sermonem mulieris: fides enim ex auditu est, auditus autem per verbum: sed postea in fide confirmantur Christi sermone: Ita fideles primùm propter sermonem Apostolorũ & concionatorum credunt quidem, at nondum in fide firmantur nisi audito Christo, qui sua ipsius voce cor alloquatur, & obsignet Spiritu Sancto, qui est arrabo & certificatio nostri cordis. Dicebat enim ille infrà capite 16. Quum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Huc etiam pertinet, quod hortabatur Paulus dicens, Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. 1. Corinth. capite 3.

Saluator cur Christus dicit Mundi, non vnius gentis Saluator.

Auditores verbi à Christo audito confirmandi.

[POST duos autem dies exijt inde, & abijt in Galilæam.] Seminato in vrbe Euangelio, & fide in Samaritarum animis posita, quorum hospitio biduum est vsus, nullóque inibi miraculo edito, tum ne Iudæis daret odij maioris & inuidentiæ materiam, tum quia nondum venerat hora, vt regnum Dei magnificentiùs apud illos reuelaretur, antea Iudæis regnum Dei erat offerendum, CHRISTIQVE morte medius paries (hoc est, lex, quæ à Iudæis reliquas Gentes diuidebat) diruendus. Mox EXIIT inde, id est, ex Samaria, & institutum iter peragit, ac proficiscitur in Galilæam, non vt Samaritæ eorũ, quæ docuerat, obliuiscerentur, sed vt absentia eius, magis ardescerent desyderio, & hac via ad maius peruenirent.

Matth. 13. Marc. 6. & Luc. cap. 4. habẽt, Et abijt in patriã suam, hoc est, in Nazareth Galilææ viculũ, vbi nõ est honorificè exceptus. Dicebant enim, Vnde huic sapientia hæc? Nonne hic est Fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria? &c. Nili malueris dicere hanc profectionem fuisse longè ante illam, cuius meminerunt reliqui Euangelistæ, quę fuit post multa edita apud Capharnaum miracula. Dicitur enim Luc. 4. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Quare ait, ET ABIIT in Galilęã, quasi diceret: Tametsi Nazareth, vbi enutritus fuit, in Galilæam descendenti primùm occurrebat, tamen in eam non diuertit.

[IPSE enim Iesus testimonium perhibuit, quia Propheta in sua patria honorem non habet.] AEtiologia est, cur Christus à Nazareth secesserit. Christus non diuertens in Nazareth, quum haberet illam obuiam, testatur verus prouerbium verum esse, Quòd Propheta, siue syncerus prædicator & fidelis, & si veritatem doceat, nõ habet honorem in patria sua, id est, non est gratus patriæ, cognatis & notis huiusmodi enim est genius & affectus hominum, vt quod tritum est, atque quotidianum, etiã si magnum sit, parũpendat, vtque familiaritas contemptum pariat: & pleræque res illis non ob aliud in pretio sint, quàm quòd è longinquo venerint. Non ergo à Nazareth deflexit Christus, quòd illam contemneret, sed quòd ob contemptum & incredulitatem suorum (quibus secundum carnem erat notus & cognatus) non speraret aliquem Euangelij fructum: & crimen incredulitatis cõduplicassent: non ex prædicatione, quæ sancta est, sed propria malitia. Hos quum præterit, non parum gratiæ illis facit, qui quum neglecturi sermonem eius essent, huius contemptus supplicia effugerunt, quæ daturos omnes scimus, qui prædicationem veritatis paruifaciunt. Docemur hoc facto ex contemptu personarum frequenter offensos auditores, & ob id contemni doctrinam. Hoc certè vsu & experientia probatũ videmus. At Christus docet, & vult vt personas ex doctrina, non doctrinam ex personis æstimemus. Personæ enim fictilia & testacea sunt vascula, fragilia, & infirma. At verbum & doctrina Christi, virtus & potentia Dei est. Rom. 1.

Propheta in patria non acceptus.

Cõtẽptus rerũ vulgariũ quãuis optimarũ.

Christus cur à Nazareth sine miraculis egrefsus.

Verbi contẽptores pœnas luent.

Personę ex doctrina non fastu æstimãdæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[QVVM ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, quum omnia vidiſſent quæ fecerat Ieroſolymis in die feſto: ipſi enim venerant ad diem feſtum.] Quũ rumor honeſtus, idémque magnificus de Chriſto in Galilæa ſparſus eſſet propter Ioannis teſtimonium, ac miraculũ, quod ſuperiore anno ediderat, mutato vino in aquã, Galilæi venientem exceperunt honorificè, præſertim quòd Ieroſolymis vidiſſent eum eijcientem vendentes & ementes de templo, multáque alia teſte populo, magna cum authoritate facientem. Hi enim Galilæi ad diẽ feſtum Ieroſolymam conuenerant: qui velut & Samaritani religione ac pietate ſua, Iudæorum condemnant ſuperbiam, & Euangelicam gratiam ad Gentes demigraturam præludunt. Credunt Samaritani ad vnius mulierculæ, & illius quidem ab illis non probatæ vitæ, prædicationem: quorum precibus adeos diuerſit Chriſtus, quorum hoſpitio biduum eſt vſus: quos tametſi nullo dignatus eſt miraculo, Meſſiam tamen, mundique Saluatorem profitentur Galilæi, rudes admodum populi, inter quos non exiterat Propheta: cognitis viſúſque miraculis, quæ Ieroſolymis egit, credere cœperunt. At Ieroſolymitani ſacerdotes, Phariſæi & Scribæ, legis cardines, à quibus omnis pendebat authoritas, & docendi facultas, quibus familiares fuerunt Prophetæ, qui intelligerent tempus Meſſiæ ſibi promiſſi aduentaſſe, qui iam Chriſtum miracula, operáque diuinitatem indicantia operantem videbant, ipſum non excipiunt, ſed expellunt: non audiunt, ſed tum dicta, tum facta Ieſu pertinaciter calumniantur, impiè inſidiantur, & cædem meditantur iniuſtam. Obſecua: Quòd Galilæi Chriſtum exceperint, exemplum eſt hoſpitalitatis & humanitatis in ipſis.

Samaritanorum laus.

Galilæi Iudæis præſtantiores.

Ieroſolymitani etiã multis adiuti donis verbum non ſuſcipiunt.

[VENIT ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum.] Gũ his, qui beneficiorũ memores ſunt, & pro illis grati ſunt, Chriſtus libentiùs cõuerſatur, gráditóque largiri eſt paratus. Ferè annus abſoluebatur, quo apud Canam Galilææ mutauerat aquam in vinum: nunc Canam repetit, non vt ex miraculo illic edito gloriam aucuparetur, ſed vt ex ea ſemente, quam ante paucos conuiuas fecerat, nunc meſſem aliquam meteret. Nihil enim aliud in votis habebat, nihil magis ſitiebat, quàm

Chriſti rediit in Canam.

quàm fidem hominum Euangelio dignam.

[ET erat quidam Regulus.] Hunc euentum appoſuit præcedentibus Euangeliſta, vt aperiat oſtendátque infirmitatem, & difficultatem Galilæorum in credendo in Chriſtum, & in ſuſcipiendo Euangelio. ET erat, ſcilicet in Cana Galilææ, Regulus nec Iudæus, nec Samaritanus, ſed Ethnicus, & ab omni religione Iudæorum alienus, prophanum aliquem, Cæſaris nomine, magiſtratum gerens. Imperabat enim tum per ſuos in Galilæa Cæſar, & ſic in tota Iudæa. Hunc putauerim Herodis regis miniſtrum fuiſſe. Nonnus dicit hunc regentem exercitum fuiſſe. Quidam putant illum Iudæum religione fuiſſe ex eo, quòd Dominus ei fidei infirmitatem opprobrauit: Niſi ſi gna & prodigia videritis, &c. Magis mihi probatur prior ſententia, quòd Ethnicus fuerit. Hic alius eſt ab eo Centurione, de quo meminit Matthæus cap. 8.

Regulus.

Cæſar Galilæis imperabat.

[CVIVS filius infirmabatur Capharnaum.] Neceſſitatem proponit, infirmitatem filij, addens exaggerationem in voce FILII. Vnde neceſſe eſt fidem amplexetur, qua ad Chriſtum veluti ad vnicum medicum & ſalutis ſui filij authorem accedat. Quòd filium habuerit infirmum, id pleriſque alijs hominibus contingit, ſed quæ Euangeliſta ſubſcribit, obſeruanda ſunt. CAPHARNAVM interpretatur Ager pœnitentiæ, vel Villa conſolationis. Oppidum eſt iuxta ſtagnum Genezareth in Galilæa gentium ſitũ, in finibus Zabulon & Nephthali, in quo CHRISTVS Centurionis filiũ ſanauit, Matthæi cap. 8. qui diu multúmque in eo verſatus eſt, multáque miracula edidit: vnde ciuitas eius appellata eſt, Matthæi cap. 9. & 11.

Chriſtus mortalium omniũ medicus.

Capharnaum.

Capharnaum, Chriſti ciuitas.

[HIC quum audiſſet quia Ieſus aduenisset à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum.] Altera fidei cauſa auditur. Fides ex auditu eſt, auditus autem per verbum: tantus rumor, tam magna de humanitate, philãthropia, & officijs Chriſti fama audiebatur, vt Regulus quũ audiſſet quòd Ieſus relicta Iudæa, ſe reciperet in Galilæam, profectus fuerit relicto filio iam agente animam, è Capharnao in Canam ad Chriſtum. Quòd viæ ſe accinxerit vt ad Chriſtum veniat, hoc indicat, quòd Chriſto fidit. Audiuerat de Chriſto quomodo ægrotos ſanaret, inde ſpem totam in

Reguli fides.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illum reijcit & Christo se adiungit,ita cogitãs, Si omnes homines adiuuat,& me iuuabit,meúmque Filium curabit. En Christianum pectus, in quo iam fiducia in Christum versatur & habitat,nihil hæsitãs:si enim hæsitasset, deflexisset à via, & ad Christum non properasset, sed rogat eum.

[ET rogabat eum vt descenderet,& sanaret filiũ eius.] Abijt sub aliqua fide & spe,precibúsque ab eo contendit, vt vnà secum proficisceretur Capharnaum. Fides huius Reguli non est quòd Christus sit Deus:qui quanuis ignoret naturam Deum Christum esse, vt hominem tamen adijt, qui filium eius ab imminenti periculo mortis posset liberare. Exemplum naturæ fidei proponitur nobis in hoc regulo:quæ vt ætas hominis suas habet partes,infantiam,adolescentiam,& virilitatem:ita fides, inquam, sua habet rudimenta, suos profectus,& sua fastigia. Ista legamus in Regulo. Primò infantem & tenuem de Christo habet fidem: nam rogabat eum VT descenderet, & sanaret filium. Quòd rogat Christum, vt filium sanet, fidei est conceptæ è vilis Christi miraculis:quòd rogat vt descendat Capharnaum,vt sanet, infantem & infirmam suam fidem ostendit: quasi verò Christus verbo non potens sit etiam absentem sanare. Legimus & in magnis Apostolis modicam & magnam fidem, vnde constat ipsos quandoque in fide & firmos & vacillantes fuisse. Petro in mari fides erat,ideo ab vndis ferebatur, ne submergeretur. Si ita in fide perseueraſſet, centum imo plura milliaria super mare ambulãdo confecisset. At quum vacillaret fide,mergi incipiebat. Siue magna, siue parua fuerit fides,modo firma sit,vim suam exerit, & robustis plurimum habet:quæ si infirma & vacillans fuerit,vana est,nihil virtutis habens.

Regulus quasi primo Christum credidit.

Fidei quasi per ætates incremẽtum.

Fides infirma.

Fides firma.

[INCIPIEBAT enim mori.] Cur Christum Vrgeret vt descenderet Capharnaum,causam explicat à necessitate,& ea quidem extrema. Incipiebat enim mori, hoc est, iam cœperat agere animam, quum abiret Regulus Capharnao ad Canam,compellandi gratia Christum.

[DICIT ei Iesus, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.] Docet his verbis & hoc suo exemplo Christus primùm,vt simplici verbo contenti simus, illique credamus,quòd omnia possit, quódq; salus est omni credenti. Deinde dehortatur à petitione signorũ, ne desyderemus rebus externis certificari,an possit perita concedere. Tertiò ostẽdit fidem dubitationi annexã,ingratam esse Deo. Postremò cõmendat viuam & firmam fidẽ. Velle videre signa & prodigia, est non contentum esse simplici verbo Dei. Hic vocat SIGNA & prodigia, res omnes illas, per quas volunt homines certificari de veritate & potentia verbi. Arguit ergo hoc loco Christus Iudæorum,& huius Reguli incredulitatem, qui ne miraculis quidem,etiam visis,credunt. Est mihi,inquit, gratissimus, qui nudo ac simplici verbo,nullis miraculis confirmato credit. Vos mihi non creditis, nisi videritis signa & prodigia: quasi dicat, non credis potentiam verbi,ipsiúsque efficaciam: vis enim descendam Capharnaum: quasi vero non possim etiam absentem filium sanare: nec hoc crediturus es nisi prius facto per me miraculo,tanta est tua & Iudæorũ incredulitas,& ad credendum somnolentia. Colligimus ex his,Verbum esse sufficientem causam fidei pro omnibus pijs. Signa autem & prodigia esse,quibus commouetur vulgus ad fidem vt causæ sint: sic vulgi & plebeculæ fides est. Deinde duriusculè hoc responso Regulũ tractauit Christus,fortasis hac ratione, vt imbecillem eius fidem manifestiorem faceret. Quemadmodum & mulieri Cananææ,Matth.cap.15. pro filia sua deprecanti durissimè respondit, Non est bonum,id est,honestum, sumere panem filiorum,& dare canibus:non hæc agit Christus, quòd succurrere nolit,sed vt magnanimitatem fidei eius omnibus cõspicuam faceret. Ita & hoc loco videtur Christus Regulo durus,non vt animũ despondeat, sed vt agnitam fidei imbecillitatem,fortiorẽ faceret. Obserua PRODIGIVM fit præter naturam, vt est aperire oculos cæci nati,& excitare mortuum. SIGNVM autem, quod non præter naturam,vt est,sanare infirmum.

Vera simplici credendum.

Signa ab incredulis petũtur.

Fides infirma Deo ingrata.

Signa & prodigia quæ sint, quid est.

Cananææ fides.

Prodigium.

Signum.

[DICIT ad eum Regulus,Domine,descẽde priusquam moriatur filius meus.] Quum morbus filij præsens posceret remedium, pater Regulus totus periculo filij interitus,videtur non attentus fuisse Christi responso: propterea adhuc suæ fidei infantiam prodens, petit descensum Christi, vrgétque vt properet venire Capharnaum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

priusquã moreretur filius: quasi vanus foret Christi aduentus post exhalatam animam, quum nihilo difficilius esset Iesu puellum è mortuis exuscitare, atq; ægrotum incolumitati restituere. Obserua. Quum ait, Domine, beneuolentiam captat: confitetur enim in Christo aliquam esse potẽtiam, quum Dominus, sit vox dominij & potẽtiæ. Addit, Descende priusquã &c. hoc quæsito statim prodit Regulus incredulitatem. Non solum enim non credit quòd Christus solo suo verbo possit sanitatẽ conferre, sed etiam non credit posse suscitare mortuum.

Christi humanitas.

[DICIT ei Iesus.] Tanta est Christi philanthropia, longanimitas & bonitas, vt hunc Regulum in fide periclitantem, & mergi incipientem, non reijciat, non deserat, sed erigat, patientérque eum patiatur, donec in fide excrescat. Atq; hoc vt fiat, nouas addit promissiones, quibus solidior fiat fides, & in desperationem non conijciatur Regulus. Ait enim,

Verbo sanatus Reguli filius.

[VADE, Filius tuus viuit.] En Christi misericordia, hoc est promissio, quam sequitur veritas: sine descensu, sine prodigijs, signis & miraculis, hoc verbo IESV Christi sanatur puer à febre, & Pater ab incredulitate: deinde non tam incolumis redditur filius, quàm grandescit ad Iesum fides reguli. Vt enim filius hoc verbo, tanquam herba medica sanitatem accipit, ita & Regulus eo robur fidei concipit: nam de priori sua fide primum descendit, qua credidit Christum præsentem sanare posse, at nunc ad sublimiorẽ fidem peruenit, vt iam verbo, sine signis & descensu adhibeat fidẽ. Initio enim verbo habuisset fidẽ, non dimisisset Christum, nec ab eo discessisset vsq; dum ad ædes suas peruenisset. Quare in eo quod ait, VADE, fides est: in eo verò quod dicit, FILIVS tuus viuit, rei operæ consummatio magna cum potestate perspicitur. Hæc

Fidei magnitudo in Regulo.

bella fortisque fides est, quòd homo sensus, sapientiam, rationem & cor exuat, séque in parum immergat verbum, nihil dubitans, quin ita sit, atque verbum sonat. Vade, inquit, filius tuus viuit. Et Regulus apud se ait. Proculdubio verum est. Ego sic inueniam. Vnde ait Euangelista,

[CREDIDIT homo sermoni quem dixit ei Iesus.] Dominus paulò antè, fidem suas habere ætates, suos profectus,

fectus, sua fastigia. Prius quidem Regulus credidit infantili quadam fide & ex miraculis, nunc virilis, firma constansque est eius fides, non ex miraculis, sed nudo solóq; Christi verbo. CREDIDIT, hoc est, se commisit sermoni, quem dixit ei Iesus, hoc est, simplici verbo, nihil postulans quòd descenderet. Ex his colligimus, Fides viua, certa est fiducia in verbum Dei sine dubitatione committẽs se simplici verbo. Infidelis autẽ voluisset certificari quonomodo, aut quo medicamine sanatus fuisset filius, rogans, num & medicina opus esset, & quando ea vtendum fuisset. En viuæ fidei genius, quæ non feriatur, non tacet: audito verbo, Vade, filius tuus viuit, & eodem credito, Regulus in ædes suas ad filium illico properat, gestiens, nihilque hæsitans de promissione. Ad hunc modum Abraham, audito verbo promissionis de terra Chanaan, & credito, Genes. cap. 12. statim exiuit in locum quem acceperus erat in hæreditatem.

Fides infantilis.

Fidei magnitudo in regulo.

Abrahæ fides.

[IAM autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nuntiauerunt, dicentes, Quia filius eius viueret.] Obstupescunt serui repentina morbi mutatione, mirantur medici puerum adeò repente conualuisse, quem mane iam animam agentem inuiserant, & de ipsius salute ex Hippocratis prognostico variisque symptomatis actum esse iudicauerant. Charitatis exemplum legitur in seruis, qui congratulaturi de filij salute, occurrunt Domino, rem læ tam nũtiant patri, quòd filius qui animam agebat, cuius sepultura apparata erat, qui ad mortem tendebat subito reualuisset. Nihil opus est, aiunt, solicites Christum, ob filij salutem, certè illico conualuit: suspicabantur enim puerum casu quopiam conualuisse, ignari eorum quæ inter Christum & Regulum gesta sunt.

Medicorũ admiratio de sanato filio Reguli.

[INTERROGABAT ergo horam ab eis, in qua melius habuerit, & dixerunt ei: quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus, filius tuus viuit.] Miraculum famulis aperturus, ne totam rem, & tam exuberãtem gratiam alteri quàm Christo tribuant, interrogat de hora, quam vbi à seruis resciuit, COGNOVIT, id est, expertus est, quod verbo didicit. Fidem recepit Regulus, quæ iam vires exerit & foras prorumpit. Nam familiæ suæ expositi,

Regulus Euãgelij præco.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodo ad CHRISTVM venerit, & quam ab eo consolationem acceperit, cuius concioni crediderunt auditores.

[ET credidit ipse, & domus eius tota.] Nō fructu suo caruit hoc miraculum, quanquam in hominem Ethnicum collocat, qui factus concionator & apostolus nuntiat quæ CHRISTI verbo didicerat. Conuertit totam suam familiam vt credat, quam frequentem ac numerosam esse oportuit, vtpote hominis opulenti & magistratu fungētis. Quid est quod dicitur, ET CREDIDIT Regulus? an quòd prius non crediderat? proculdubio auctior facta est eius fides: multis enim grandescere solet argumentis. Credebat quidem prius filium sanatum: nunc verò cum re ipsa verbi energiam experiatur, per miraculum in fide confirmatur. Miracula enim fidem confirmant, & de verbo testificantur. Vnde quod verbo sanatus est filius, confirmat nobis aliud verbum, Ego sum lux mundi, ego sum vita, &c. Ad hunc modum vt Christus Matthæi 9. confirmat hoc verbum, Remittuntur tibi peccata: addit miraculum, dicens, Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (tunc ait paralytico) Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abijt in domum suam. Quare miracula vera nouo verbo non dant veritatem, sed veritatem noui verbi & inaudita confirmant ac veluti obsignant. Vnde Moyses Deut. cap. 13. prohibet ne propheræ miracula facienti, & interim contra legem docenti, propter miracula credamus. Miracula enim ex falso verbo non faciunt verum esse, sed seducunt: quòd si vero verbo adiuncta fuerint, non faciunt quòd verum sit verbum, quia iam verum est, sed confirmant ipsum verum verbū in sua veritate, & obsignant.

Fides grandescens.

Miracula fidē confirmant.

Miraculorum vsus.

[HOC iterū secundū signum fecit IESVS cum venisset à Iudea in Galilæā.] Putat Chrysostomus, SECVNDVM, data opera additum, quo magis inculcaret Galilæorum incredulitatem, qui viso in nuptijs facto miraculo, ac rursum hoc de sanato puero, tamen pertinaciter diffidere CHRISTO. Aut, secundum hoc signum in Cana fecit, vt prius miraculum superiore anno in Cana editum, rursus altero maiore confirmaret, suosque pro

prouocaret hominis Ethnici exemplo, ad fidem: quo veluti quodam præludio indicat Iudæos ob suam incredulitatem repellendos, & Gentes per fidem ad Euangelij gratiam recipiendas.

CONCILIATIO PRIMA.

Aduersatur hæc sententia: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, ei quæ à Sapientia dicitur (Eccles. 24.) Qui me bibunt, adhuc sitient. Respondeo: Alio respexit Ecclesiasticus, alio Christus. Ad naturā Verbi dictum refert Ecclesiasticus, quod primum granū est, postea spica, tandem frumentum. Christus autē respexit ad potissimū fructum Verbi sui, cuius Verbi fructus est vita æterna, qua non priuatur qui Verbum Dei apprehendit, & in fide viua retinet. Quare quod Ecclesiasticus inquit sitituros amplius qui bibunt de fonte isto sapientiæ, sic accipe fideles, quandiu in carne viuunt, semper sitire iustitiam, præterea nihil. Sitient adhuc, id est, pergent in cognitione Christi, de fide in fidē: de gloria in gloriā: de virtute in virtutem: & magis esurient panem qui de cælo descendit, & sitient aquam cælestis sapientiæ, vt sic iustus iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Apoc. 22. Omni enim habenti dabitur. Luc. 19. Et omnis palmes qui fert fructū, purgabitur, vt fructum copiosiorem afferat. Ioā. cap. 15. Sancti semper sitiunt iustitiā Dei, nunquā nō cupiunt esse cū Christo: vnicū quærūt Saluatorem Iesum Christum: illuminati enim, gustauerunt donū cęleste, & participes facti Spiritus Sancti, gustauerunt bonū Dei verbū, ac virtutes futuri seculi. Vnde fit vt isthac aqua contenti, aliūde nolint saturari: hāc aquā sitiant perpetuò, præterea à nullam hac meliorē: nam tantur enim huc solùm cum audiunt, Si quis sitit, veniat & bibat. Ioan. 7. Non, inquit, bibat ex fonte Iacob, sed bibat ex me: hoc est, credat in vnigenitum Filium Dei, & habebit vitam æternam. Semper esuriunt, & sitiunt fideles, quia videmus nunc tantum per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 1. Corinth. 13. desyderat Paulus dissolui & esse cū Christo. Philipp. cap. 1. Tūc similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. 1. Ioan. 3. Huc properant & anhelant pauperes Spiritu, hæc est fames aut sitis Spiritalis, de qua etiā Dauid Psal. 41. Quemadmodum

Verbi fructus.

Sancti non sitientes in æternū, semper iustitiam sitiūt.

Fames spiritalis. Sitis spiritalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

admodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desyderat anima mea ad te, Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum, quãdo veniam, & apparebo ante faciẽ Dei?

CONCILIATIO SECVNDA.

Deus spiritus est. Ceremonijs cur Deus Iudæos oneranit.

Si Deus Spiritus est, & ob id nõ alios quærit adoratores, quã qui in Spiritu & veritate adorãt, cur ipse veteribus tot ceremonias tradidit? Respõdeo: Tẽpore Patrum, Deus Spiritus erat, (est enim æternus) & tũc nõ aliũ, nisi qui Spiritalẽ cultũ sub vmbra latentẽ spiraret, agnouit: sed quia populus rudior erat, ac puero similis, & placitũ visumq; est Deo, etiã in rudi sic, & puerili populo suam gloriã declarare, cultumq; aliquẽ habere, in primis exegit sui timorẽ, Verbiq; sui obedientiã, & eã ex toto corde. Et cultũ Spiritus & veritatis. Iam ad hunc cultum vt eos perduceret, atq; perductos seruaret, ceremonias multas illis permisit, quibus ad cogitanda ipsius erga se beneficia prouocarentur, & legibus occupati, à malo (ad quod vehemẽter propẽsi essent) cohiberẽtur, dumq; maiestatis diuinæ cõtinuò admonerentur, timor Dei apud eos nõ exoleseret: at nunc quũ à Christi glorificatione longè amplior datus sit Spiritus, voluerit Deus nõ in Iudæa solùm notus magnũsque haberi, transieritque ætas puerilis, & potuerit, satis supérq; fieri admonitio & exhibitio omnis bonitatis diuinæ per prædicationẽ Euangelij, non occurrit ratio tam multas ceremonias in Dei cultum adhibendi. Sed septem sacramentis, & paucis admodum tum præceptis, tum ceremonijs ad pietatem facientibus Ecclesiam suã ornauit, quæ (quòd alibi de his fusius scripsi) impræsentiarum tractare operæ pretium non duxi. Aut ad locorum conciliationem dici potest, Quales nũc quærit, quales nunc esse præcipit, tales Deus (qui Spiritus est) semper adoratores quæsiuit, quum semper Spiritu & veritate adorari fuerit oblectatus, quare multiplices illos & varios ritus permisit quidem, sed nõ iussit, veluti his tanquã ex se bonis delectatus. Ait enim per Iere. cap. 7. Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non fum loquutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die, quã eduxi eos de terra Aegypti: de verbo holocaustomatum & victimarum, sed hoc verbum præcepi eis, dicens, Audite vocem

cem meam, &c. Et per Esaiam cap. 1. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorũ, & agnorum, & hircorum nolui: quum veniretis ante cõspectum meũ, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atrijs meis? Permisit ergo Dominus iuxta hominum qualitatem, vt adoratores quales cũq;, mactarẽt, & comederẽt sacrificiorũ carnes: posita lege de sacrificijs, propter trãsgressiones. Gal. cap. 3. vt tanquã pædagogus adolescentem petulantem cohiberet lex, donec gratia veniret: aleret figura, donec veritas illucesceret: foueret vmbra, donec res clara succederet. At nunc illuxit nobis lux remoto pædagogo: Quia gratia & veritas per Iesum Christũ facta est: Et quia Iesus est glorificatus, abũdè est Spiritus datus.

Legis pædagogus.

CAPVT V.

POST hæc erat dies festus Iudæorũ: & ascendit Iesus Ierosolymã. Est autẽ Ierosolymis [1] in probatica, [a 2] piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethesda, quinq; porticus habens: in his iacebat multitudo magna languentium, cæcorũ, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motũ. [b] Angelus autem Domini descẽdebat [3] secundum tempus in piscinã: & [4] mouebatur aqua. [5] Et qui primus descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunq; detinebatur infirmitate. Erat autẽ quidam homo ibi triginta & octo

Leuit. 23. Deut. 16.

a Piscina Ierusalem.

1 In) ad 2 Piscina) natatorium.

b Angelus.

3 Secundum tempus) certo tempore, 4 Mouebatur aqua) turbabat aquã.

5 Et qui) Qui ergo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

octo annos [6] habens in infirmitate sua. [c] Hũc quũ vidisset Iesus iacentẽ, & cognouisset [7] quia iam multũ tẽpus haberet, dicit ei, Vis sanus fieri? Respondit ei lãguidus: Domine, hominem non habeo, vt quum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã: [8] dũ venio enim ego, alius ante me descẽdit. Dicit ei Iesus, Surge, tolle grabatũ tuũ, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suũ, & ambulabat. [d] Erat autẽ Sabbatum in die illo. Dicebãt ergo Iudæi, illi, qui sanatus fuerat, Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum, Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem, qui sanus fuerat effectus, nẽsciebat quis esset: Iesus enim [9] declinauit à turba constituta in loco. Posteà inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi, Ecce sanus factus es, [e] iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Abiit ille homo, & nuntiauit Iudæis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum. Propterea [10] persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in Sabbato. Iesus autem

c In sabbato sanatur infirmus.

6 Habens in infirmitate) morbo detẽtus.

7 Quia iam multũ) quòd iam multum tẽporis morbo tenere tur.

8 Dum venio) Interea autem dũ venio.

d Sabbatum.

9 Declinauit à turba) vel fecerat vtrũ magis à turba cognosceretur, quam alienus ab eis & peregrinus.

e Infirmitas ob peccata.

10 Persequebantur) & quærebãt ipsum interficere.

autem respondit eis, Pater meus [11] vsque modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia nõ solùm soluebat Sabbatum, sed & [f] Patrem suũ dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Respondit itaq; Iesus, & dixit eis, [g] Amen, amen dico vobis, non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcunq; enim ille facit, hæc & Filius similiter facit. Pater enim diligit Filiũ, & omnia [12] demonstrat ei, quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. Sicut enim Pater [h] suscitat mortuos & [i] viuificat, sic & Filius quos vult viuificat. Neq; enim Pater iudicat quenquam: sed omne [k] iudicium dedit Filio, vt omnes [l] honorificent Filium, sicut honorificant Patrem: qui non honorificat Filium, nõ honorificat Patrem, qui misit illum. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meũ audit, & [m] credit ei, qui misit me, habet vitam æternam: & in iudicium [13] non venit, sed transit à morte in vitam. Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, viuent. Sicut

11 Vsq; modo operatur) quòd Patri meo nullum est Sabbatũ. nam à mundi creatione vsque ad hũc diẽ, non cessat operari & agere, cũ quo & ego operor.

f Christus Filius Dei.

g Christus omnia Patri tribuit.

12 Demonstrat) id est, communicat quasi dicat, In partẽ omnium, quę agit, accersit illum.

h Suscitare.

i Viuificare.

k Iudicium.

l Honorificare Christum.

13 Non venit) non venturus est.

m Fides.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitã in semetipso; & potestatẽ dedit ei iudiciũ facere:[15] quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumẽtis sunt, audient vocẽ Filij Dei: &[15] procedent qui bona fecerũt, in[n] resurrectionẽ vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionẽ iudicij. Nõ possum ego à meipso facere quicquã. Sicut audio, iudico:[16] & iudiciũ meũ iustũ est, quia non quæro voluntatẽ meã, sed[o] volũtatem eius, qui misit me. Si ego testimoniũ perhibeo de me,[17] testimonium meũ nõ est verũ.[p] Alius est, qui testimoniũ perhibet de me: & scio quia verũ est testimoniũ eius, quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioãnẽ: & testimonium perhibuit veritati. [18] Ego autem non ab homine testimoniũ accipio: sed hæc dico vt vos salui sitis. Ille erat[q] lucerna ardens & lucens. Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autẽ habeo testimoniũ maius[19] Ioãnis. Opera enim[20] quę dedit mihi Pater vt perficiam ea, ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibẽt de me, quia Pater misit me: & qui misit me Pater, ipse testimoniũ perhibuit de me, neq; vocẽ eius vnquam audistis,

Matth. 25. d

n Resurrectio vitæ.

o Voluntas Patris Christus facit.

p Testimonium parum de Christo. Matth. 3. d

q Ioannes lucerna.

Deut. 4. b. c

14 Quia Filius) Quidã sic distinguũt, Quia filius hominis est, nolite mirari.

15 Procedẽt) prodibunt. Heb. Alij exibunt vt viuant, alij vt sententia Domini, damnati pereant.

16 Et iudiciũ) Propterea.

17 Testimonium meum) q.d. aliquis dicere posset, testimoniũ meũ non esse verũ, propterea alius est, &c.

18 Ego autẽ) q.d. Non hæc dico quasi mihi sit opus testimonio hominis, sed, & cætera.

19 Ioannis) subaudi testimonio.

20 Quæ dedit) quæ iussit mihi vt faciam.

stis, neq; speciẽ eius vidistis, & verbũ eius nõ habetis in vobis manẽs: quia quẽ misit ille, huic vos nõ creditis. Scrutamini[r] Scripturas: quia vos putatis in ipsis vitã æternã habere. [21] Et illæ sunt, quæ testimoniũ perhibẽt de me, & nõ vultis venire ad me vt vitã habeatis. [22] Claritatẽ ab hominibus non accipio: sed cognoui vos, qa[s] dilectionẽ Dei nõ habetis in vobis. Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in[23] nomine suo, illũ accipietis. Quomõ vos potestis credere, qui gloriã ab inuicẽ accipitis, & gloriã quæ à solo Deo est, nõ quæritis? Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud Patrẽ: est qui accusat vos, [t] Moyses, in quo vos sperastis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille[v] scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

r Scriptura.

s Dilectio Dei.

t Moyses accusator.

v Moyses de Christo scripsit.

21 Et illæ) Et quãuis illæ sint quæ testimonium perhibẽt de me, tamen non, &c.

22 Claritatẽ) gloriã, id est, non curo qd homines de me sentiant.

23 Nomine suo) id est, laudẽ suã capiens nõ missus à Deo, sed à seipso intrusus.

Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam.

CAP. V.

CONNECTIT Euangelista Christi reditum in Ierusalem, vt ex collatione rerũ, manifestet quantò alienigenæ, tum moribus, tũ credẽdi facilitate Iudæis præstẽt, vt planè intelligant Iudæi se iusto

Universidad de Deusto
Biblioteca

iusto Dei iudicio à gratia Dei decidisse, & in locum eorum Gentes suffectas esse. Facilè crediderunt Samaritani, qui ad vnius mulierculæ prædicationem Christo crediderunt. Regulus cum tota domo eius in Cana Christum sibi persuasit. Hac ergo facilitate manifestata, iactisque his rerum initijs, redit Ierosolymã: vbi facile deprehendes ex paralytici curatione, alienigenis difficiliores fuisse Iudæos: qui non solùm nõ crediderunt, sed & Christum benefactorem, quasi hominem perditũ persequuntur. Confert se Christus Ierosolymam, idque sub diem festum Pentecostes, vt opinatur Chrysostomus, ni mirum qui apertus & publicus prædicator erat, non abhorrens lucem. Frequenter in solennitatibus ciuitatem petit, tum vt sua præsentia festos dies confirmet, tum vt simplicem multitudinem ad se alliciat. Vbi ob frequentiam populi, pluribus suã declaraturus est authoritatem, & Pharisæis falsa sanctimoniæ scientiæque persuasione turgentibus, exprobraturus suã incredulitatem: vt intelligant quãto interuallo Samaritanis & Ethnicis minùs præcellerent, præstarẽntque. Non ergo sua, sed nostra causa ascendit: sicut & toti legi se subditum volens fecit, vt nos à maledicto legis liberaret: ad Galatas capite tertio.

Iudæorum ingratitudo.

Christus cum die festo conscendit Ierosolymam.

[EST autem Ierosolymis in Probatica, piscina.] Varia apud varios est hæc lectio. Quidam legũt, IN probatica: alij Super probaticã, aut Probatica: alij sine præpositione. Certe, Probatica, ablatiuus est, & Piscina, nominatiuus. Vt iuxta Græcam lectionem dicatur, Est Ierosolymis in probatica, natatorium: vt intelligas Ierosolymis fuisse locum, siue areã, quæ προβατικὴ, id est, ouilla, siue pecualis dicta, quòd illic oues ad sactificia facienda seruarentur. Et illic erat piscina, & natatorium, in quo sacerdotes hostias immolãdas abluere solebant. Piscina hoc loco non viuarium piscium, sed in qua natatur: ad id consentiente Græca voce, quæ dicta est παρὰ τὸ κολυμᾶσθαι, id est, à natando. Piscinam enim & Latini pro natatorio accipiunt: imò & vasa ampliora ad continendum aquam Plinio Piscinæ vocantur. Tametsi initio, Piscinæ à piscibus, qui illic viui seruabantur, dictæ fuerint: tamen quoniam in piscinis natare etiam solebant, inualuit consuetudo

Probatica.

Piscina.

Natatorium.

tudo, vt omnes in hunc vsum collectæ aquæ, siue frigidæ, siue calidæ, piscinæ dicantur: & in balneis piscinæ dictæ sunt, quòd homines piscibus natando similes fiant. Cicero, Latiorem, inquit, piscinam voluissem, vbi iacta brachia non offenderentur.

[QVAE cognominatur Hebraicè Bethsaida.] Græcis legitur Βηθεσδὰ, id est, Bethesda, id est, domus pecualis, vel domus defluxionis, ab aquis illuc defluentibus. Memorat enim Hieronymus ostendi Ierosolymis geminos lacus, quorum vnus hybernis pluuijs adimpleri soleat, vnde fortè nonnunquam inundat, & effunditur: aut certè ita dictus est, quòd pluuialis aqua è tectis, & alijs editioribus locis effunderetur in illum. Bethsaida, ciuitas Galilææ, patria est trium Apostolorum, Andreæ, Petri, & Philippi, iuxta stagnum Genezareth. Pronomen, QVAE, per synecdochẽ monstrare potest piscinam, & domum, siue aream illam ouillam, piscinæ adiacentem: verisimile est totum illum locum, vnà cum domo adiuncta, & quinque porticibus, dictum fuisse piscinam in Probatica.

Bethesda.

Bethsaida.

[QVINQVE porticus habens.] Hic lacus quinque porticus sibi imminentes, hoc est, quinque distincta loca, seu atria, seu lotoria habet. Adumbrabat nobis piscina Baptismum, & curationem per Euangelium.

Porticus probaticæ.

Piscina Baptismum adumbrabat.

[IN hit iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum.] In his, supple porticibus decumbebat magna vis hominum, variis corporum morbis laborantium. Ex certis morbis quosdam infirmos ponit, pro omnibus ex omni morborum genere infirmis.

[EXPECTANTIVM aquæ motum.] Certa ductabantur spe consequendi tum sanitatem, tum media ad sanitatem per aquæ motum, qui miraculosè fiebat.

[ANGELVS autem domini descendebat secundum tempus in piscinam.] Israel electus à Domino, & veluti peculium Deo factus est: cui Dominus promiserat se habitaturum in medio eius: vnde quamlibet grauiter ipsum offenderent, tamen vt ostenderet quòd esset Iudæorum electio, semper præ alijs populis illos magnificè

Israel peculiũ Dei.

Dona & vocatio sine pœnitentia.

Beneficia maxima quib⁹ à Deo donati sunt Iudæi.

magnificè ornauit, miráque beneficia præstitit. Quale fuit & hoc ab Euãgelista pronuntiatum, de commotione salutaris aquæ. Hoc miraculũ indicat quàm præsens Israëli fuerit Dominus: vt nõ abs re dixerit Moyses Deuteronomij cap. 4. Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. In primis suam præsentiam Deus Israel maximis miraculis manifestauit: quũ egredientes ex Aegypto, de domo seruitutis, in terram fluentem lacte & melle deduxit. Deinde sese per miracula præsentem demõstrauit Samuelis, Dauidis, Eliæ, Elisæi, & aliorũ Prophetarũ tempore, quæ præstat tacere, quàm pauca dicere: quando ea prompte peti possunt ex libris Regum & Prophetarum. Postremò sub Christi tempus iussu Dei descendebat angelus in piscinam, simúlque mouebatur aqua, & sanabat primum post aquæ turbationem in aquam descendentẽ. Hoc miraculo ingẽs Christi philanthropia declaratur: qui tametsi iam vere in carne præsens esset, voluit tamen & alia suæ cùm potentiæ tùm præsentiæ testimonia præstare. Quum dicit, Secundùm tẽpus, significare videtur Euãgelista Angelum certo tempore in piscinam descendisse. Cui applaudit diuus Cyrillus dicens, Die Pentecostes Angeli de cælo descendentes, piscinæ illius aquam mouebant, & huius motionis sonus adesse ipsos ad sanctificandum aquam significabat.

Testimõia vrgẽtissima benuolẽtiæ Dei erga Iudæos. Egressus ab Aegypto.

Angelus aquã piscinæ mouebat.

[ET mouebatur aqua.] Ab Angelo aqua mouebatur vt salutaris esset. Nõ enim huic vis sanãdi perpetua aderat. Hoc motu, veluti quodã symbolo, declarabatur diuina virtus & potentia, cuius ministri sunt Angeli in ministeriũ missi. Plagæ Dei, immissiones sunt angelorũ malorũ: Psal. 77. Misit in eos irã indignationis suæ, indignationẽ & iram & tribulationem, immissiones per angelos malos. Beneficia verò, sunt operationes & ministeria bonorũ quibus Dñs timẽtes se circunuallare solet: vt videre est passim in Psalmis: imò hi quoq; portãr in manibus eos, qui Dño fidunt. Psal. 90. Quoniã angelis suis mãdauit de te, vt custodiãt te in omnibus vijs tuis: in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Vnde Angeli vigiles, apud Danielẽ, ca 9. dicũtur: ad significandum quòd singula facta externa explorẽt, ac cognoscant: quibus, quanuis incorporei sint, tribuuntur tamen facies, alæ, ac pedes: facies cũ oculis, vim cognitiuã declarant: pedibus, sedulum ipsorum ministerium, & alacrem obẽdientiam significamus: alis, in cuncta discursum velocissimũ intelligimus. Vide Esa. cap. 6. MOVEBATVR aqua, supple ab Angelo, id est, Angelus turbabat aquam. Paulò pòst enim dicitur, vt quũ turbata fuerit, &c. Rogabit aliquis: quum lympida & perspicua aqua ad sanandũ commodior sit, quàm turbida, cur turbabatur illa aqua? Respõdeo. Sub contraria specie solet Dominus sua opera exequi: nam sub paupertate diuitias largiter effundit: rursus nihil magis vitæ contrariũ, quàm mors: & tamen per mortẽ vitam operatur: gaudium per tristitiam: pacem per bellum inter Spiritum & carnem. In hac piscina per aquã turbidam, quæ aliàs & stomachum inficit, & ægritudinẽ infert, sanitatẽ & incolumitatem largitur. Ad hunc modum virtute Dei legimus Prophetas operatos esse. Sal dispersum sterilitatem terræ inducit, Iudic. cap. 9. tamen 4. Reg. 2. dixerunt ad Elisæum, Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. At ille ait, Afferte mihi vas nouũ, & mittite in illud sal. Quibus attulissent, egressus ad fontes aquarũ, immisit illuc sal: & ait, Hæc dicit dominus, Sanaui aquas has: & nõ erit in eis vltra mors, neq; sterilitas, &c. Ita hoc loco aqua turbida instrumentũ erat, quo sanaretur æger, qui post descẽsum Angeli, in illã descendisset. Nõ est ergo natura aquę, vt per se sanet, alioqui hoc perpetuò fieret: sed totũ in ministerio Angeli virtute diuina operantis, situm erat quicquid erat efficaciæ. Sicut apud nos aqua baptisterij, aqua simpliciter est: quum autẽ accesserit Spiritus Sãcti gratia propter inuocationem Dei, morbos soluit animarum.

Immissiones angelorũ malorum.

Angeli mali dicuntur immissiones.

Angelorũ bonorum ministeria.

Vigiles angeli.

[ET qui primus descendisset in piscinam, post motionem aquæ.] Alludere videtur ad primogenituram illam primæ legis, quæ sola Deo consecrata erat. Numeri cap. 2. Meum est omne primogenitum. & Exodi cap. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum. Hoc erat Dei beneplacitum, vt primus, & non secundus, in piscinam descẽdens sanaretur. Siquidem Deus sanat quos vult. Iam quemadmodum nullus in natatorio & lauacro probaticæ sana-

Angelis tribuitur facies.

Aqua piscinæ cur turbatur ad sanandum.

Deus sua opera sub specie mundo cõtraria operatur.

Aqua piscinæ

Aqua baptisterij.

Piscinã solus qui primus ingrediebatur, sanabatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

batur, niſi primus deſcendiſſet ita nemo ſaluus fit, nemo à peccato abluitur, niſi per Chriſtum vnigenitum, & primogenitum, fuerit & ipſe primogenitus factus. Adumbrabat enim omnia legis primogenita, Chriſtum primogenitum, fide viua in Chriſtum ducti primogenitura donantur, & in album primogenitorum conſcribuntur in cœlis. Ad Hebr. 12. Sed acceſſiſtis ad Eccleſiam primitiorum, qui conſcripti ſunt in cœlis. Præterea in feſto Pentecoſtes mota aqua, & primum, qui deſcenderet, ſanus, reſpicit ad miſſionem illam Spiritus Sancti, die Pentecoſtes factam, qua ab omnibus animæ morbis ſanamur, & ad nouam ducimur regenerationem, quæ rationem habet primogenitorum in veram & nõ typicam deſcendentium piſcinam: hoc eſt, ad Chriſtum accedentium. Tunc vnus primus fiebat vt ſanaretur à corporis morbo, non quouis, ſed certo tempore. Nunc omnes fide viua accedant, quotis etiam tempore, & ſalui fient.

Primogenita Chriſtũ adumbrabant.

Primogeniti ſiunt omnes in Chriſtum credentes.

[SANVS fiebat à quacunq; detinebatur infirmitate.] En effectus aquæ ab angelo motæ, quæ Dei virtute primum deſcendentem in piſcinam liberabat à morbo, ſiue corporis vitio quocunq; teneretur. Hæc tum erat noſtri Baptiſmi imago, quo ſordes, morbiq; animarum, quamlibet capitales, ſemel abluuntur, quoties ad elementum aquæ, baptizantis opera, & diuina vis cœlitus acceſſerit. Magna & ingens eſt hæc vis piſcinæ, quæ typus fuit Chriſti omnipotentis medici, valentis curare omnes, non ſolùm corporis, ſed & animæ morbos. Hic locus commendat verbum Dei, & potentiã eius, quæ eſt curare hominem infirmos ab omni infirmitate. Obſerua: Quũ dicitur SANVS fiebat, ſupple comitatus fide myſterij latentis in deſcenſu poſt aquæ motionem. fiebat ſanus in ſignum futuræ ſanitatis in anima ſub Meſsia futuro.

Piſcinæ motæ effectus.

Baptiſmi typus, piſcina.

[ERAT autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate ſua.] Multis, eiſdémq; vrgentiſſimis, circunſtantijs Euangeliſta miraculi magnitudinem cõmendat. Ex ægrotis, quorũ copia in quinq; porticibus decũbebat, vnũ elegit Chriſtus omniũ maxime deploratum, qui morbo periculoſo, penéque immedicabili teneretur, qui diutiſsimè expectans à morbo liberari, aſsidebat, & impediebatur à potentiore præuenitus adeóque

adeóque tenuis fortunæ erat, vt neminem parare poſſet, à quo tempeſtiuè deferretur in aquam. Hæc ſimul indicant, commendántque hominis ægroti conſtantiam, qui quum multis annis porticui aſſedit, non deſtitit, non animum deſpondit, ſed perſeuerauit ſpe bona ductus. Obſeruã: non fato, caſu, aut fortuna hæc huic ægroto contigerunt, ſed voluntate Dei ſic omnia diſpenſata ſunt, vt glorificaretur Chriſtus. Sicut infrà capite 9. Cæcus quidam naſcitur, qui neque peccauit, neque parentes eius: ſed vt manifeſtarentur opera Dei in illo. Ad hunc modum Iſraelitæ in Aegypto non tam durè, quàm diu, ſub Pharaone afflicti ſunt, non vt perderentur, ſed vt glorificaretur nomen Dei ipſis liberatis, & Pharaone potentiſsimo cũ exercitu ſuo in mare deiecto, & ſubmerſo. Multa & ſimilia ex ſacris peti poſſunt exempla, quæ longũ eſſet enarrare. Eadem ergo cauſa huius languidi infirmitas in trigeſimũ octauũ annũ dilata eſt, donec veniret Chriſtus, & glorificaretur. Noſtras ergo cruces nõ fato, aut fortunæ aſſeribamus, ſed patiẽter duremus, expectemúſq; Dei bonitatem: qui certò nos nõ affligit vt perdat, ſed vt meliores reddatur: & appareat quàm verax ſit in ſuis promiſsis: qui nouit tum qui ſunt ſui, tum quando opportunũ erit ſuis præſentiſsimè fauere, quos nunquã deſerit. Quare ſi quis afflictus fuerit, nõ horaria, ſed diuturna cruce, patiẽter ferat manũ Domini pro ſua bona volũtate affligentis: non per infidelitatẽ feſtinet, ſed fidat, & expectet ſpe, & oratio ne, iuxta eius voluntatẽ ductus: certúſq; ſit quòd nõ confundetur. At ſi Dominus veniens, morans fecerit, veniens tamen veniet, & non tardabit. Adhuc procul viſus, apparebit in finem, & non mẽtietur. Colligamus ergo ex his, ſi illico non adſit auxiliatrix manus Dei, omnia nihilominus tandẽ vt in gloriã Dei, ita & in noſtram tandẽ ſalutẽ ceſſura. Facit & hoc exemplum, vt Chriſtum imitantes, ijs potiſsimũ opem feramus, quos maiore videmus neceſſitate premi. Circunſtantia temporis (TRIGINTA & octo annos habens) exaggeratio eſt neceſsitatis, vt poſtea manifeſtior, clariorque fiat IESV Chriſti potentia, qui tam diuturnam pellere potuit infirmitatem. Rurſus quũ ait, IN infirmitate erat, typũ magni ac profundi pec

Afflictiões nõ fato, ſed pro bona dei volũtate.

Morbi & afflictiões pro gloria Dei.

Spes non confundit.

Neceſsitati ſubueniẽdum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peccatis oppressatum typus.

catoris insinuat, qui ex se tanquam ex se non seruatur, sed gratuitò per Christū ex impio sit pius, ex infirmo firmus & sanus: imò nullus est morbus animi tam capitalis, támque inueteratus, quem non facile tollat Baptismus, & fides viua in IESVM Christum.

[IESVS cum vidisset Iesus iacentem.] Iacet peccator peccatis obsitus: hunc oculo misericordiæ misericordissimus ille Iesus cōspicatur: hunc immēsa sua bonitate & gratia præoccupat. Piorum preces præcurrere solet, te stante Spiritu ipsius apud Esaiam cap. 65. Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam.

Piorū Preces prœuenit Christus.

[ET cognouisset quia multum iam tempus haberet.] Quò clarior fiat lectio, subaudiendum est quod mox præcesit (in infirmitate), vt hoc contextu legatur, ET COGNOVISSET, quia iam multū tempus haberet in infirmitate: quasi dicas, Dominus misericordia tactus est, quum cognouisset hunc hominem tam longo temporem habuisse cum paralysi, vidisseque malum hoc esse deploratius, quod iam triginta & octo totos annos detinuisset miserum, super infirmum commisertus est dicēs.

[DICIT ei.] En magna IESV Christi philanthropia, qui laborantis ægroti preces non expectat, sed sua misericordia præuenit, & se ad medendum accingit. DICIT ei, id est, huic colloqui dignatur: scilicet vt aperiat se summum esse medicum, se verā & nō typicam esse piscinam.

Piscina vera.

[VIS sanus fieri?] Dominus, qui omnia nouit, interrogatione vtitur: non quòd dubitet (neq; enim dubiū erat quin infirmus cuperet sanitatem, qui iam tot annis, tam pertinaci spe salutis piscinam obsiderat, nec toties frustratus, animum desponderat) sed vt fidem & tolerātiam circunstantibus insinuet, simúlque vim morbi omnibus conspicuam faciat: subindicans neminē ab animi vitijs sanari posse, nisi morbum suum oderit, & salutis desyderio tenetur. Si enim à peccato mundari volo, necessarium est peccatum, veterémq; hominē oderim, & gratiā Christi ex animo desyderem. Velle enim fieri sanum, quid est aliud, quàm ægritudinem odisse, & incolumitatē desyderare? Deinde interrogat, vt eum ad petēdum inuitet, & vt doceat se eum esse, qui inuocatus iuuare possit. Ad hunc modum

Sanari neqt, cui morbū placet.

Velle fieri sanum.

modum Dominus nos in omnibus nostris afflictionibus interrogat, num liberari velimus, quū nos sua gratia prœoccupat, simúlq; injicit nobis desyderium liberationis. Quibus omnibus nobis occultè insinuatur, nō esse in nostris solis viribus situ, vt à malo liberemur: sed aliò respiciendū est, ad Deū scilicet, in cuius manu sita sunt omnia, & à quo solo omnis liberatio, & redēptio expectāda est fide viua, qua Domino inserimur, & vnū cum illo sumus.

[RESPONDIT ei languidus.] Præsentem non agnoscit medicum languidus: qui tametsi non respondeat ad id, quod rogat Iesus, tamē ex tam alacri interrogatione, aliquid bonæ spei concipiens, explicat non sibi deesse voluntatem, nec ob deploratum morbum, illiúsque magni tudinem, & vetustatem diffidit, animúmve desponder, quin si in piscinam deferretur, posset sanari.

Paralyticus Christum cōpellat.

[DOMINE, hominem non habeo, vt quum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinā. Dum venio enim ego, alius ante me descendit.] Captata benevolētia hoc verbo, DOMINE, respondet languidus. Non animus, non voluntas deest mihi. Qui enim fieri potest sanitatem recusem, quum tam graui, eodémq; deplorato, & longo morbo sim affectus? semper mihi fuit spes sanitatis recuperandæ. Nunquam enim tam demisso fui animo, etiam si tot annis lectum æger seruauerim, quin hīc aquæ motū expectarim: sed hominis baiuli opera est mihi necessaria, qui me in piscinam, aqua ab Angelo mota, deportet. Hæc cōfirmat eleganti ætiologia à tarditate sua sumpta, dicens, DVM venio enim, &c. ac si dicat: Nam vbi alij sentiunt moueri piscinam, properant in lacum: ego verò ægritudine tardus, ac baiulo destitutus, frustra iam prorepo in lacum, quum alius prior descenderit. Videtur his verbis paralyticus eò tendere, vt verecūdè rogaret Christum (quem corpore validum, & ex compellatione misericordem videret) vt quum tempus esset, sese deferret in piscinam. Non audet hoc palām ab eo petere, sed expostata necessitate subindicabat quid obstaret ad salutē: quasi diceret. Si qui rogas, Num sanus vis fieri? habes iam aliquid consilij, obsecro, mihi ter misero succurras. Nā hæc tua quæstio apud me facit, vt subodorem non vanum hoc esse, quòd me vnum, alijs præteritis, tam amicè & beni-

guiter cõpellas. Hæc tam benigna interrogatio videtur mihi auxiliũ polliceri. Ex hoc respõso colligamus, lãguidum ex suauissima Christi cõpellatione, fidem cõcepisse, quanquã nescierit esse Christũ. Aliquãdo enim Christus sese, quãuis ignotũ, verbo suo tamen insinuauit. Deinde legimus in hoc languido exemplũ charitatis, vt quæ pro suo genio nõ inuidet, nõ irritatur: ita languidus non accusat Christũ, vt stultam interrogationem interroganteminon conuiciatur, non maledicit alijs, qui ipsum præcesserunt: sed candidè & citra contumeliam aliorũ (quod pleriq; calamitosi solent) narrat quòd præueniatur. Postremò hominis languidi tolerantiã in cruce obseruemus. Nihil blasphemũ respondet, non deuouet seipsum, non exeeratur diem, in quo natus est, sicut pusillanimes facimus, idq; quũ in leuiores morbos incidimus: sed mãsuetè & placidè respõdens, patientissimè suã calamitatẽ deplorat.

Paralytici cõmendatio.

[DICIT ei Iesus.] Ecce ineffabilem IESV Christi charitatem, qui tam pertinaci spe languidi cõmotus, deniq; volens ostendere se veram piscinam esse, & eos, qui post motam aquam in piscina sanabantur, sua virtute sanari, seque ad manum habere, in promptúque sibi esse solo nutu omnes & corporum, & animorum morbos posse tollere, dicit. Quid dicit?

Verbo firmiter adhærendum.

[SVRGE.] Imperat Christus, verbóque curat: vt hoc exẽplo discamus quàm diligenter & firmiter Verbo fidẽ adhibere debeamus: etiam si interim multa aduersa per carnem excitentur. Hoc imperio ostendit se summũ esse medicũ, & alium à nostris medicis: qui neq; morbis, vt recedant, neq; infirmis vt surgant, atq; sanentur, imperant. Solius Dei est, non hominis, tanta potestas, & virtus, vt hæc imperare possit. Non hîc orat Dominus, vt homo curetur, ne de Prophetarum numero aliquis esse videatur, sed vt virtutum omnium Dominus, fieri quod vult, imperat.

Christus medicus alius à Galeno.

[TOLLE grabatũ tuum, & ambula.] Multis, variisq; pharmacis nostri medici febrem, alióve morbos aliquãdo depellunt, & ægrotum sanant: sed debilem, & qui baculo innitatur, quoad vires resumpserit, relinquunt. At longè aliter Christus, qui non frustulatim, aut imperfectè, sed in integrum sanat. Vnico enim verbo, Surge, expulsa paralysi, addit vires, & solidam membrorum compa-

compagẽ, dicens, TOLLE grabatum tuum, & ambula.

Paralytici verbo credẽs sanus factus.

[ET statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suũ, & ambulabat.] Simul atque audiuit, credidit, nihil diffidens, aut ad hunc modũ murmurans, Me iubes surgere? qui fieri potest tã longa ægritudine prostratus surgã? collã tam graue pondus & ambulẽ? Nihil tale cogitauit: sed credidit, & surrexit sanatus: vt non solũ liber esset à morbo, alioqui languidus & imbecillis, quémadmodum solent, qui medicorum arte sanantur, sed sine hominis auxilio sese in pedes subrigens, lectulum suũ in humeros solus sustulit: atq; ita sui lectuli baiulus fortis & robustus, domum rectà abijt, longissimæ ægritudinis monumentũ cunctis spectantibus obuium faciens, vnde aperte cognoscere poterant, quãta Dñi virtus esset. Grabatus, lectuli genus est, seu lecticæ potius, in quo meridiari solẽt. Perotus etymologiã vocis petit à Græcis. Dictũ enim putat *ἀπὸ τοῦ βαστάζειν*, quasi *καρβάτιον*, à *κάρη*, caput, & *βατὸν*, pertinum. De his in præsentia nõ disputo: in magno Græcorũ Etymologico reperitur *κρεββάτιον* dictum *ἀπὸ τοῦ κρεμᾶν τὰς πόδας*, id est, à suspendendo pedes, quòd sic in lecticis portarentur, vt pedibus nõ contingerent terrã. Quòd plerisq; in templis audiam vocem, Grãbatus, perperam pronũtiari, admonendũ duxi, Grabãtus, pronuntiandum penultima longa, doctore Vergilio,

Grabatus.

Membra leuat sensim, viris demissa grabato. & Martiale,
sed si nec focus est, mundi nec sponda grabati.

[ERAT autem Sabbatum in die illo.] A circunstantia temporis, quæ sequuntur, superioribus connectit Euangelista, aperiens lectoribus quale fuerit Pharisæis calumniæ seminarium, qui quæ solùm ad tempus erant data, & ea quidem carnalia, superstitiosè ruebantur, neglectis ijs, quæ erant præcipue, ac perpetuò duratura.

[DICEBANT ergo Iudæi, illi, qui sanatus fuerat.] Hoc opus Dominus in Sabbato fecit, vt se Dominum Sabbati, & omnium, hoc miraculo declararet. Quóque magis innulgaretur, iussit eum pariter, qui tam diu à grabato portatus fuerat, grabatum in humeros sublatum die Sabbato vicissim portare, & ambulare. Hoc quum non solùm in solentissimum, sed etiam inauditæ

haberetur impietatis, astantiũ,& omniũ intuentiũ animos plurimùm permouit: vt de causa tãtæ audaciæ (quæ violaret Sabbatũ) scisciteretur: quo fit, vt hac occasione, virtutẽ, & authoritatem Domini discerent. Quærentes enim facti causam, certiores de miraculo facti sunt.

Sabbato sceriã dum.

[SABBATVM est, non licet tibi tollere grabatum tuum.] Ferentem grabatum adoriuntur, obijcientes legis solutionem. Sabbati dies est, inquiunt, cui debetur otium: non est fas tibi tollere grabatum tuum. Scribitur Exodi capit. 20. Sabbato non facies omne opus tuum. Iere. 17. Hæc dicit Dominus. Custodite animas vestras: & nolite portare pondera in die Sabbati, nec inferatis per portas Ierusalem: & nolite eijcere onera de domibus vestris in die Sabbati: & omne opus non facietis. Rursus Exodi cap. 31. Videte vt Sabbatum meum custodiatis: quia signum est inter me & vos in generationibus vestris, vt sciatis quia ego Dominus, qui sanctifico vos. Sed iuxta carnem hæc intelligentes, neque fidem, neque charitatem agnoscunt, veluti peruerse religionis impij erga Deum, & inuidi erga proximum. Debuerant enim ex tanto miraculo fidem confirmare, CHRISTI potentiam admirari, & illum multa laude celebrare: interim sanato congratulari, & in eo CHRISTVM maximè illustrare. Hoc si facerent, intelligerent charitatem opera non violare Sabbatum. Sed impiorum iste solet esse genius, candida in nigra mutare, & è mirabilibus Dei obstinatiores fieri. Huius impiæ obstinationis exemplum habes in Pharaone. Negligunt præcipua, superstitiosè defendunt externa, & ad tempus solum concessa. Nefariũ erat apud illos violasse Sabbatorũ otium: proximũ fraudasse Sabbato, nullius erat momẽti. Sabbato sustulisse grabatum, impiũ videri volebãt: inuidere misero sanitatem, culpa non erat. Similiter boues, ouésque suas die Sabbati adaquabant. Huic negotio mirum in modũ applaudit ratio Sabbati. Sabbatũ enim quietẽ sonat: sed sanatio quietẽ inducit & cõfert, morbo verò inquietudinem parit. Ergo hęc sanatio nõ est Sabbati violatio, sed molestiarũ, & inquietudinis ablatio, quæ ad Sabbati rationẽ nõ parum confert. Obijciet aliquis: Non improbo morbi curationem, etiam die Sabbato, sed quum

Impiorum genius.

Sabbatũ quies dicitur.

Sanatio non violat sabbatum.

Sabba

Sabbatum erat illo die, cur sui grabati baiulationem nõ distulit in sequentem diem, quo per legem licebat onus ferre? Qui tot annis præ morbi pressura otiatus est, potuit eo die feriari, & expectare diem sequentẽ: quid magni retulisset, eo die nõ sustulisse grabatum? Respõdeo: parendũ erat ei, qui Sabbati, & omnium est Dominus, cui morẽ gerens baiulus vere sabbatizabat: quando quidem quiescebat ab omni opere malo, qui veterem exuebat hominẽ, & nouum induebat. Adhæc non erat vetitũ portare quæ ad decorẽ tum tẽpli, tum Dei faciebãt. Licebat enim portare, lauare hostias, & alia huiusce modi facere, quæ ad cultũ Dei conducebãt. Malè feriati Iudæi sola delectati vmbra, veritatẽ recusant, turbati quũ homine sanitati restitutũ sabbato vidẽt. Hoc præcepto, Surge, tolle grabatũ tuũ & ambula, Christus miraculũ reddit celebrius: nam iubens ferre grabatum, manifestius fiebat hunc esse sanatũ, qui infirmus ferre nõ potuisset: pluréſque miraculo aderant die Sabbato, quàm profesto die. Viderãt omnes, nouerántq; paralyticũ, quem sciebãt multis annis decubuisse: iam constabat eum validũ esse, nec vlla morbi vestigia præ se ferentem. Deinde ita factum est, vt sua impietate cõmoti, quærerent facti causam: & certiores facti Christi virtutem, potentiam & authoritatẽ discerẽt, cognitã exciperent, exceptã seruarent. Præterea nõ ægrotatione hominũ, sed potius sanatione & curatione honoratur Sabbatũ. Nihil ergo erat causæ apud hæc genimina viperarum, mutantium bona in mala, cur hunc solutionis Sabbati accusarent. Sed puto in istos Prophetam Ieremiam cap. 5. dixisse, Audi populе stulte, qui non habes cor: qui habẽtes oculos nõ videtis: & aures, & non auditis. Quid his Iudæis insanius, & cæcius, qui quum tantam Christi gloriam admirari debuissent, non modò id non faciunt, verum etiam increpant, atque reprehendunt, & transgressionis crimine hominem accusant: cui re vera congratulandum erat? Calumniantur in homine sanato offensum Deum, sine cuius ope non poterat sanari homo: tat, ten in asino sublevato non existimant violari Sabbati religionẽ. Est Sabbatum propter hominem, siue causa hominis repertum. Cedunt ergo legis ceremoniæ præceptis, & officijs sanctio

Opera quæ non violant sabbatum.

Sabbatum sanatione honoratur.

Iudæi cæci.

Sabbatũ propter hominẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctoribus. Hoc si considerassent Iudæi, non præposterè religionem tutati fuissent.

[RESPONDIT eis, Qui me sanũ fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula.] Iudæorum criminationes repulsurus, seipsum armat, & defendit authoritate medici, à quo tantũ accepit beneficiũ: ad illum rem totã trãsfert, qui sanitatẽ est largitus. Quasi diceret: Vultis me ingratũ profitear? Illius iussu hæc facio, qui me sanũ fecit, illius honor Sabbatismo præferendus est: cui tãta vis, tanta gratia inest, vt me ter miserũ & deplorato morbo triginta octo annis laborantem sanauerit, solo, vnicoq; verbo morbũ meum fugauerit. Hoc non est hominis, sed Dei opus. Qui rem tantã verbo præstare potuit, homine timul & Sabbato maior videtur. Delirio & desipiscẽtia magna laboratis, iubentes ne morem geram ei, qui me tantis beneficijs cumulauit, & à tã diuturno, eodemque difficili, morbo liberauit. Iure igitur optimo parendũ est illi, portando grabatũ meũ, etiã Sabbato. Obserua hoc loco libertatem Christianã, & humanitatem erga Iudæos in dicendo liberam vocem adhibitam, quando aduersantibus Iudæis, & obiurgantibus, Nõ licet tibi tollere grabatum tuum per Sabbatum, ipse cũ fiducia liberè prædicat benefactorẽ: Qui me inquit, sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum.

Christiana libertas.

[INTERROGAVERVNT ergo eũ, Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula?] Cognito miraculo, quod euidẽtius erat, quàm vt negari posset, & sanctius, quã vt reprehẽdi deberet, Phariſæi, & primores Ierosolymitæ, vrbis nobilitate, & tẽpli religione tumẽtes, nõ solùm inuidebant sanato, verũ etiã restitutæ sanitatis authori struũt calũniam, moliũtur insidias dicẽtes, Quis est ille homo, qui dixit, &c. Quasi dicerẽt: Quis tã effrænis, & perfrictæ frontis est, qui, nobis etiã inscijs, & nihil in hoc negotio dispensantibus, permittẽtibúsve, se violatorem legis constituerit, arrogauerit{que} sibi authoritatẽ violandæ legis? Re vera sciebant quis esset miraculi author: sed hoc suo supercilio & fastu terrorem simplici plebeculæ incutiebãt, vt nomen Domini IESV obscuratetur, & prorsus extingueretur. Iam cædis cupiditate feruescere videbantur Iudæorum animi.

Iudæi superbi & inuidi.

[IS AVTEM, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset.] Tanto perfusus erat gaudio de restituta sanitate baiulus ille, vt vix de facie, de nomine certè nõ nouerat IESVM Christum. Christus enim nõ manifestauit sanato personam suam: vt doceamur Verbo adhærescendum potius, quàm personæ. Verbum est, cui credendum venit. Proinde cùm de facie tantùm nouisse poterat, tum quidem commonstrare IESVM non valebat, quòd statim miraculo facto, subduxit sese à turba.

Verbo potius, quã personæ, adhærẽdum.

[IESVS enim declinauit à turba constituta in loco.] Non absq; dispensatione in multitudine hominum occultatus est Iesus, & clãculum se subduxit à turba: non quòd timeret mortem, qui potuit omnes aduersarios spiritu oris sui perdere: sed vt exẽplo eius discamus nõ quærere fauorem humanum ex aliquo nostro opere bono: deinde vt doceamur nõ tentare Deum, sed aliquantisper declinare iratorum insaniam, donec malignantium ira aliquantulùm deferbuerit. Graue enim est saxum (ait Sapiens Prouer. 27.) & onerosa arena: sed ira stulti vtroq; grauior. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ferre quis poterit? Deinde subtraxit se à turba Christus, partim ne sua præsentia Iudæorum inuidiam magis accẽderet, (Soler enim & aspectus eius, cui inuidetur, non paruam inuidiæ flammam immittere inuidentibus) quare consultò secessit. Inquirentes enim de miraculo curiosius, celebrius illud reddunt, partim vt ipso absente miraculum maiore cum fide cognosceretur ex eo, qui sanitatis beneficium senserat. Huius sententiæ sensus est, IESVS subduxit sese, quum turba esset in loco, quòd inter plurimos facile est, vnum aliquem latere, quem deinde non cognoscas. Non putaueris Iesum secessisse extra vrbem, sed velut peregrinũ, & ignotum sese turbæ immiscuisse.

Opera nostra vacent gloria. Iratorum insania aliquantisper vitanda.

[POSTEA inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi.] Circa Christum nihil temerè fieri solet: vt enim dispensatione quadã latuit, ita ex consilio, & ordinatione Dei apparet, seruata temporum opportunitate in omni re: manifestet restituto sanitati incognitus cùm de facie, tum de nomine, nisi seipsum manifestasset ei. Vnde Euangelista ait, ET dixit ei. Obserua, CHRISTVS inuenit

Christus in populo latuit.

sanum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanum hominem, non autem sanus Christū. Prius enim est, Deum nos inuenire, quàm quòd Deum inuenamus. Sap. 6. Præoccupat eos, qui se concupiscunt.

Deus prior nos quærit.

[ECCE, sanus factus es.] Ecce, particula est attentionis. Attende tu: Rem seriam tum tibi narraturus: considera, & apud te cogita, Factus es sanus, supple & corpore, & anima. Hoc est, ex gratia iustificatus es: non solùm pristinæ incolumitati es restitutus, sed etiam peccatis absolutus. Iste est curationis Euangelicæ finis, cognationem habens cum re, quæ est, nouam incipere vitam. In qua per bona opera grandescere oportet, donec in virū perfectum ætatis plenitudinis Christi perueniatur. De hoc fine curationis Euāgelicæ consulere oportet Paulū ad Rom. cap. 6. Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato vt gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? Et ad Ephesios cap. 2. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.

Particula, Ecce.

Euāgelicæ curationis finis.

[IAM noli peccare.] Iam, ac si diceret, Quum acceperis beneficium tum restitutæ sanitatis, tum remissionis peccatorum, posthac noli peccare. Fructus, imò finis ipsius sanitatis, & iustificationis, est bene operari, & totam vitam in melius mutare.

Iustificationis fructus.

[NE deterius tibi aliquid contingat.] Grauiorē pœnā, & excæcationē cōminatur in eos, qui peccant, nec mutant vitā in melius, post oblatā gratiā, & acceptā iustificationē. NE deterius quid cōtingat tibi, supple, quā tua infirmitas tua. Quasi diceret, Pro primis peccatis luunt pœnas homines, in quæ si reciderint, grauiores patiuntur, idque meritò. Quare tu sanitatē es cōsequutus, depulso corporis morbo, qui tibi natus erat ex animi morbo, vtrūq; sustuli malū. Tu caue posthac ne recidēs in priora peccata, grauius aliquod malū tibi accersas. Huc pertinet, quod scribitur 2. Petr. cap. 2. Melius enim erat illis nō cognoscere viā iustitiæ, quā post agnitionē retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Sūma exhortationis Christi est, vt iustificati, bene operemur, & totā vitā mutemus in melius. Et ex hoc loco docemur, ex peccatis quidē primū natos hominū morbos deinde

Recidentium pœna grauior.

Morbi ex peccatis orti.

deinde non solùm ad futurum iudiciū peccatoribus supplicia reseruari, verū etiā multis, ac varijs modis in hac vita plerūque ipsos puniri. Quod ita fieri etiā Paulus testatur 1. ad Corint. cap. 11. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd si nosmetipsos iudicaremus, nō vtique diiudicaremur. Pijs afflictio est disciplina, qua docetur effugere irā Dñi, & volūtati eius obsequi: dicente Paulo 1. Cor. cap. 11. Dū iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cū hoc mūdo damnemur. Rogabis: Quid dicendū de ijs, qui cum morbis nascuntur, quos nondū meruisse videntur? Respondeo: Ex mala quadam radice adnata, immissos esse morbos. Atque quos suis immittit Deus morbos, non solùm in hoc immittit, vt castigatos in viam reducat: sed hæc immissio sæpe fit in hoc, vt eos in officio cōtineat, atque à flagitijs, ad quæ naturā propendēt, arceat. Afflictiones, quas in hoc mundo toleramus, loco admonitionis sunt, quæ in altero seculo, supplicia dicuntur. Colligamus ex his quosdam esse morbos ex peccatis ortos, vt huius Paralytici: & Asa. 2. Paralip. 16. quosdam verò propter probationē, qualis fuit morbus Iob. vt monstraretur eius virtus. Videtur is, qui restitutus est sanitati, fuisse pius, qui non ad volupe viuendū abierit, sed sese in templum recepserit, vbi audito Christo, non parum in Euangelio promouit: qui nihil ludæorum insaniam veritus, Christum suę sanitatis authorem imperterritus palàm confiteretur, & se tanti beneficij non immemorem prodit.

Piorū disciplina, afflictio.

Morborū immissio vnde.

Afflictiones, Supplicia.

Paralyticus Euangelicus.

[ABIIT ille homo, & nuntiauit Iudæis quia Iesus est, qui fecit eum sanum.] Posteaquam is, cui contigerat sanitas, cognouit, didicitque, eundem esse, qui prius iusserat tolli grabatum, & qui nunc testatus est se sanitatis authorem esse, admonerétque ne peccatis iteratis in grauiorem morbū recideret, eique nomē esse Iesum, credidit, propter quod loquutus est. Nā abijt ad calumniatores Iudæos, clamans, & palàm manifestans Iesum esse, cui suā deberet sanitatē. Non vt mali quidpiā in eū criminarentur, aut cogitarēt, sed vt nō ignorarent medicū, si quis etiā eorū curari desyderaret. Existimabat enim illud multorū interesse, vt omnibus notus esset, qui verbo sic posset morbo mederi iam deplorato. Non prodijt hic homo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

homo, veluti accusaret, dicens, quia Iesus esset qui tollere grabatũ in Sabbato iussisset, id, quod illi audire volebant: sed is, qui ipsum sanũ fecit, id quod audire nõ ferebant. Nec mirũ. Nam ex diabolo nati quò magis diuinitatem Christi sentiebant, eò magis contra eum efferebãtur, agẽte eos hoste Dei, Satana. Huc pertiner quod Paulus ad Rom. cap. 1. ait, Euangelium non erubesco: Virtus enim Dei est in salutem omni credenti. Vox (Iesus) & natura, & officij nomen in Christo est.

Iesus nomẽ natura & officij in Christo.

[PROPTEREA persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in Sabbato.] Ista est mundi ingratitudo erga Christum: hæc vnica est causa, qua mundus Christũ persequitur, oblata scilicet aut tradita summa beneficentia. Vnde hæc est Euangelij fortuna, vt pro bonis mala, pro beneficijs cõuicia accipiat. Huius rei exemplũ ministrat nobis hic locus, explicans quàm se prodat Iudæorũ peruersitas exitio digna, qui pro accepto beneficio, Iesu struunt calumniam, adeò destinata malitia, vt vicident Christo quòd hominem Sabbato sanauerit: qui tamen in asino subleuato non existimant violari Sabbati religionem. Neque solùm calumniabantur Iesum, sed etiã obstinatis animis persequebantur: nõ ob aliud, nisi quòd rem sanctam ac piam fecisset in Sabbato.

Euangelij fortuna.

[IESVS autem respondit eis.] Videns Iesus Iudæorum calumnias, technas, & insidias, cœpit certis argumentis retundere camillos, & se nihil mali egisse in restituendo infirmi in Sabbato, ostendere.

[PATER meus vsq; modò operatur: & ego operor.] Argumento ab authoritate & exemplo Patris causatur Christus se iure optimo operatum esse in Sabbato, idque altiore stylo, quàm aliàs Matth. 12. & Luc. 6. pronuntiat. Nam alibi rationem violati Sabbati affereus, causatur exemplum Dauidis, Sacerdotum, & eorũ, qui ouem in foueam die Sabbati delapsam è fouea liberant: addens Filiũ hominis, Sabbati Dñm, nõ seruum: authorem, nõ subditũ esse. Hic verò altiùs & diuiniùs rationem dat, quare Sabbatũ iure violauerit, hoc est, in Sabbato operari, & grabatum ferre iusserit. Elegans est hçc Iesu Christi aduersus Iudæos apologia: Scio, ait, & intelligo Dei præcepto admandatum esse, Sabbato ab opere cessandum esse

Apologia Christi aduersus Iudæos.

esse, quo à cõsideratione & glorificatione bonitatis Dei homines auocantur. Hoc verò meum opus tale est, vt nihil æquè homines possit incitare ad glorificandum Deũ: imò quod ego feci, ex ijs operibus est, quæ Pater meus VSQVE MODO, id est, omnino, continuè, semper, & sine tẽporis respectu, Operatur, id est, bene facit, cõfert beneficia: ET ego illa operor. Quieuit quidẽ die septimo ab oi opere quod patrarat, hoc est, cessauit cõdere noua creaturarum genera, & à mundo condendo. Nõ enim alium vnquam mundum visibilem & eundem externum creaturus est. Sed non requieuit à mundo administrando, & gubernando, à quo si vel tantisper manum auxiliatricem subtraheret, in nihilum abiret. Si quis desyderaue rit videre, quomodo adhuc operetur Deus, videat dispensationem rerum, & discat opera prouidentiæ, solem oriẽtem, mare, flumina, animalia, & reliquas creaturas, quæ omnia ineffabili prouidentiæ verbo, etiam die Sabbati moueri videbit. Videat ille illuminationes, inspirationes, miracula, & id genus opera, quæ Deus vsque modò citra dierum delectum, hoc est, tam in Sabbatis, quàm profestis alijs diebus, operatur, iugique successione omnia conseruat. Quare ergo temerè, atque imperitè accusatis eum, per quem omnia Pater operatur? ET EGO operor, id est, benefacio, & confero semper beneficia sine respectu temporis, Patris authoritate & exẽplo. Omnia enim Deus Pater non aliter, quàm per virtutem, & sapientiam suam, qui Filius eius est, peragit. Tantum igitur abest arguendus veniam, vt honore dignus sim, qui tanta diligentia Patris opus exequar. Hac oratione Christus breuissima, atque apertissima, docet in omnibus se Patri cooperari, tollens supercilium, & imperitiam Iudæorum, qui naturam Vnigeniti penitus ignorãtes, soli Deo Patri, Mosaicã legem attribuebãt, cui omnino parendum censebãt. At quum Filius eiusdem naturæ cũ Patre sit, nec aliud sit præter illum, quantum ad identitatem substantiæ pertinet, ideò non potest velle alia, quã Pater velit. Ipse enim (ait Cyrillus) viuens consiliũ, atq; virtus Patris subsistens est, ac ideò vniuersa operatur cum Patre. Totus hic locus ad prouidentiam diuinam pertiner, quo discimus, Deum omnia in omnibus operari,

Christi probatio quòd non violarit Sabbatum.

Christ⁹ & Patris cooperatores.

Iudæorũ ignoratio de vnigenito Filio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

operari, dicente Paulo ad Rom. cap. 11. Ex ipso, tanquam principio: per ipsum, tanquá medium: & in ipso, tanquá fine sunt omnia. Quare in omnibus etiá aduersis suspicamus Deum in cuius manu nos, nostráq; omnia sunt posita: cuius cogitationes, sunt cogitationes pacis, & non afflictionis. Qui non affligit vt perdat, sed seruet. Nolo enim, ait ille per Prophetam, mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat.

[PROPTEREA ergo magis quærebant eum Iudæi interficere.] Iudæi inuidia corrupti, qui sacris IESV Christi sermonibus commutari debebant, acriùs exacerbantur, tumultuantur, & incenduntur in cædē eius, qui rebus magis, quàm verbis, nihil in Deū cōmissum esse docebat, ii homini salutem suam in Sabbato largitus est. Cōtemnunt Christum, vt vilem, & abiectam personam, qua contempta, necesse est contemnatur & doctrina. Hominem enim eum esse videntes, & habitātem in eo Deum non cognoscentes, ferre non poterant, Deū veluti proprium Patrem ab eo appellari.

Conspirationis Iudæorum in Christū occasio.

[QVIA non solùm soluebat Sabbatum, sed & Patrē suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.] Aetiologia est conspirationis in cædem Domini, à violatione Sabbati, & à blasphemia in Patrem. Christus non simpliciter dixit, Patrem suum esse Deum: sed quum explicaret quòd omnia sua opera, sunt opera Dei Patris, hoc est, quòd ipse & Pater sunt eiusdē essentiæ, potentiæ, & gloriæ, subodorauerunt Christum insinuasse se æqualem Deo Patri, atque se Deum habere Patrem, non adoptione, sed natura. Quod ferre non poterant: sicut nec Ariani, diuinitatem Christi negantes. Illi enim ex Lege contendunt, vnum solum esse Deum: & blasphemiam esse, æqualem se facere Deo: quod verum est in creatura, non autem in Christo, qui (vt verum fatear) non facit se æqualem Deo, quum ipse ab æterno natura sit æqualis Deo, & cum Patre eiusdem gloriæ & potentiæ. Ad Philipp. capit. 2. Qui, quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualē Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Non intelligebant miseri, Filium Dei, Deum esse, & propter nos hominem factum esse. Blasphemia est, plures deos facere, aut

Ariani.

Christus non facit se æqualem Deo.

Blasphemia est, plures facere Deos.

constituere: vnus enim est Deus natura, sed tres hypostaseis, siue subsistētiæ proprietates, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Fides catholica in vnum Deum credit, sed vnū Deum in trinitate; id est, in tribus proprietatibus personarum adorat.

Deus vnus in trinitate.

[RESPONDIT itaque Iesus.] Hæc est ingens IESV Christi philanthropia, vehemēnsque erga genus humanum amor, qui, Iudæorum intellecta malitia, illorumq; ingratitudine cognita, illis tamē mederi incipit: pergitq; clariùs exponere potestatem, quā à Patre accepit, simulq; deterrere eos ab impia crudelitate: Sic sermonē suū temperans, vt nunc sublimiora loquutus, se Deo Patri consubstantialem insinuaret: nunc humiliora quædam admiscens, quæ verum hominem testarentur: vt si hac humanitate, hominisque affinitate, ad sui amorem illos non pelliceret, sublimis illius potentiæ maiestas ab impietate illos deturbaret.

[ET dixit eis.] Furore Iudæorum Christus nihil territus, suo more quæ dixerat (Pater meus vsque modò operatur, & ego operor) & asseueratione magis cōfirmat, & explicatione reddit dilucidiora, loquutus hunc in modū.

[AMEN, amen dico vobis, non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem.] Argumento à iuramento, quo propter nos tam imbecilles vtitur (tanta enim est nostræ infirmitas) confirmat, probátque se communem cum Deo Patre diuinitatem habere, sicut & cum Patre simul operari. Vos me calumniamini, ô Iudæi (ait Christus) quòd hominem Sabbato curauí, ob idque Sabbatum à me nō honorari putatis: sed quod ego feci, hoc fecit Pater meus, quem vt Deum verum colitis. Eadem enim est eius & mea potentia. Nam impossibile est, quum filius eius, & ex eo naturaliter sim, me aliud velle, aut aliud facere, quàm quod Pater & vult, & facit. Non quia exemplo, aut imitatione illud faciendum dicerim, sed quia video Patrem facientem: hoc est, (ait Cyrillus) Naturæ legibus ad eādem operationem, atque consilium conscendo. Hoc est, Cum Patre cooperor. Naturæ enim legibus sibi inuicem ita cohærent Pater & Filius, vt alter sine altero nihil operetur. Quum ait, NON potest Filius, &c. argumentatur ab impossibili: Quasi

Diuinitas Patris & Filij cōmunis.

Patris & Filij eadem potentia.

Filium videre Patrem facientem.

dicat, Impossibile est, aliam esse potentiam Patris à potentia & virtute Filij; sed vna eademque est. Non potest Filius, qualis ego sum naturalis Filius Dei, facere quicquam à seipso, NISI quod viderit patrem faciẽtem. Hoc est, Patris & Filij eadem est potestas, eadem voluntas, eadem operatio. Patris & Filij opera sunt communia, NISI quod viderit, id est, cuius operis coauthorem simul & cooperatorem habuerit. Obserua. VIDERE, pro Habere vel Accipere, Scriptura vsurpat, vt supra cap. 3. Nisi quis renatus fuerit denuò, nõ potest videre regnum Dei: id est, non potest habere, siue possidere regnum Dei: Ita & hoc loco, Nisi viderit, id est, habuerit Patrẽ facientem, & cooperantem. Quo fit, vt recte, verèque inferamus: Filius facit quæ Pater facit, ergo Filius est Deus. Similiter: Filius operatur opera Patris: ergo Filius Patri nõ est dissimilis, 2. ad Corinth. cap. 4. ad Colos. cap. 1. & ad Hebr. cap. 1. Qui quum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius.

Filius Patri cooperatur.

Videre pro Habere.

[QVÆCVNQVE enim ille facit, hæc & Filius similiter facit.] Aetiologia est, qua non tam dictorum rationem adducit, quàm quæ probanda assumpsit, expolitione illustrat. QVÆCVNQVE enim, &c. id est, Pater & Filius æqualiter operantur, quæcunque operantur. Non enim aliam virtutem habet Filius, vel inferiorem, vel superiorem Paterna: sed vna est substantia, vna virtus, vna operatio Patris & filij. Quare, ô Iudæi, nolite tanta animi procacitate opus Filij carpere: propterea quòd qui Filium calumniatur, Patrem calumnia afficit: & qui Filium auersatur, Patrem similiter auersatur.

Patris & Filij vna virtus & substantia.

[PATER enim diligit Filium.] Pergit rationem reddere, propter quam nihil priuatim operatur Pater absq; Filio: comminaturque exitium ijs, qui Filium calumniantur, & Patri inæqualem prædicant. Quasi dicat, Si quis Filij opera calumnietur, contumeliáque Filium afficere, tantum facinus non sinet inultum Pater, qui DILIGIT Filium, scilicet non alia dilectione, nisi Spiritu Sancto: quia Spiritus Sanctus, Patris & Filij dilectio est. Quum ergo Pater diligat Filium, consentit et in Sabbati solutionoditque eos, qui persequuntur vnicè dilectũ. Proinde vbi perfecta Dei similitudo, ibi perfecta Dei dilectio reperitur:

Spiritus Sanctus Patris & Filij amor.

peritur: sed perfecta similitudo Patris, est filius, ad Colos. cap. 1. & ad Hebr. cap. 1. Qui, quum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Ergo quia Pater diligit Filium, signum est quòd Pater generatione communicauit ei suam potestatem & naturam: non se spolians sua potentia, sed huic eandem, quam habet, virtutem, communicans. Huc pertinet locus ille, suprà cap. 3. Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius. Vide quæ in eum annotauimus locum.

[ET omnia demõstrat ei, quæ ipse facit.] Elegans epanaphora est, qua idem expolit quod dixerat: Patrem scilicet & Filium idem operari. Obserua. Verbum, DEMONSTRARE, siue ostendere, Scriptura vsurpat pro Donare, siue Dare, vt Exod. cap. 33. ait Dominus ad Moysen, Ego ostendam omne bonum tibi, id est, Dabo. Ita & hoc loco, ET omnia demonstrat, &c. id est, Donat, siue communicat generatione illa æterna Filio (vt paulò antè diximus) eadem facere quæ ipse facit: hoc est, Pater priuatim nihil agit sine Filio. Diuus Cyrillus ait, Pater Filio demõstrat quæ facit, nõ quasi depicta in tabulis, nec quasi ignorantem doctrina iuuãs, (omnia enim Filius veluti Deus nouit) sed totũ seipsum in natura Filij sic pingens, vt quæcunq; in se habeat, in Filio demonstret. Ideirco dictum est, quòd nullus cognoscit Filium nisi pater, nec Patrem nouit aliquis, nisi Filius. Est autem in vtroque, non per doctrinam, sed naturaliter vtriusque cognitio. Et Pater quidem in seipso Filium videt, & Patrem Filius in seipso videt. Propterea infrà cap. 14. dicit, Ego in Patre, & Pater in me est. Quare qui voluerit secreta Patris agnoscere, ad Filium festinet, qui est expressa Patris imago, vt paulò antè diximus. Sunt iudicia Dei inscrutabilia, & viæ eius imperuestigabiles. At in Christo & per Christum apertuntur nobis, qui nobis immensam Dei bonitatem demonstrauit, prædicauit, & docuit.

Ostendere pro Dare.

Demonstrare. Patrem omnia demonstrantẽ Filio.

Filiũ facere omnia quæ pater.

[ET MAIORA his demonstrabit ei opera.] Ab effectu, & discretione operum diuinitatis, quorum aliud maius, aliud minus, pergit persuadere coæqualem esse patris & filij potentiam & virtutem. Quum dixerit, Omnia Pater ei demonstrat: quo significauit Patrem sibi demonstrare, id est, conferre facultatem faciendi

Filius expressa patris imago.

Universidad de Deusto Biblioteca

ciendi ea, quæcunq; ipse facit, idq; ab æterno habeat à Patre: quid hic ait, Maiora his demonstrabit: quasi prius demonstrauerit? Verbum DEMONSTRARE, hoc loco pro reuelare accipitur. Pater ab æterno sua bona in filio imprælsit, demonstrauit, & donauit: nunc autē eam demonstrationem in filio reuelat, & mundo conspicuam propo sit ab effectis ipsis. Hinc languido restituta sanitas (quæ Dei est opus) declarat, quòd Pater sanandi, propellendiq; morbos corporales potētiam filio dederit, hoc est, quòd eadem est Patris & Filij potestas. Sanasse hunc egrotum, magnum quidem opus est: & hæc res diuinam virtutem eius qui gesit, & potestatem patefecit: quē ita mirabiliter, & cum tanta potestate facientem nullus iure carpere potest, si Deum se esse dicat, & filium Dei Patri æqualem in omnibus. At propter hoc opus, inquit, cumultuamini, cōmotique estis, & credere mihi non vultis. Maiora certe his corporū sanationibus in me & per me demonstrabit, id est, reuelabit. Rogabit aliquis, Quæ sunt illa maiora? Fugare principem huius mūdi: ligare Satanam mille annis: exaltari, & omnia ad se trahere: mortem vincere: e morte resurgere: ascendere in cælum: mittere Spiritum Sanctum: iustificare credentes, & mortuos suscitare.

Demonstrare.

Filij potestas eadem cum patre mōstratur.

Operā Christi magnitudo.

[VT vos miremini.] Visu audituque mirabile est, atq; humanis viribus maius, deplorato illi paralytico sanitatem restituisse. Sed Pater declarabit quòd suo Filio etiā maiora demonstrabit opera, quò magis etiam miremini ex ratione & iudicio vestro: quia is, qui cæli & terræ Deus est & Pater, communia faciat sua opera cum Filio.

[SIC VT enim Pater suscitat mortuos & viuificat, sic & Filius quos vult viuificat.] Argumento à similibus operibus petito, præcedentium rationem & causam adducit, probans Patrem Filio ostēdere maiora opera, quàm sint sanitatis opera. Potentius enim est excitare mortuos ad vitam, quàm restituere ægroto sanitatem. Hanc autem potestatem Pater ab æterno tradidit filio: ita vt eadem sit Patris & Filij potestas, quemadmodum eadem voluntas. Qui enim non aliter, quàm Pater mortuos suscitat, quomodo minor erit eo? Aut quomodo nō eiusdem erit cum eo substantiæ, qui eiusdem naturæ habet proprietates? Suscitare mortuos & viuificare, sunt opera diuinitatis:

Pater ostendit Filii sui opera maiora, quàm sit sanitas.

Filius mortuos suscitat.

Suscitare mortuos, diuinitatis opus.

nitatis: quæ quia Pater operatur, ergo Deus est: quæ eadem quia Filius operatur, ergo Deus est. Per verbum (QVOS VVLT) declaratur Filij cum Patre potestatis æqualitas, eadémque voluntas, qui non aliud vult quàm Pater. Vna enim est Patris & Filij substantia, ergo & volūtas & potestas. Hæc verba (SVSCITAT & VIVIFICAT) intelligo potius à peccatis, quàm à corporali morbo, aut morte. Parum prodesset, si Pater demonstrasset Filio suo solam sanandi morbos corporales potentiam: sed in eo reuelata est nostræ iustificationis, viuificationis, & saluationis potentia. 1. ad Corinth. cap. 1. Ex ipso autem vos estis in Christo IESV, qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Obserua. Quos vult viuificat: Ergo viuificari à Christo, est gratiæ, non meriti nostri. Non enim (ait Paulus ad Tit. cap. 3.) ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Ad Ephes. cap. 2. Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Hic locus, VT ILLVS quos vult viuificat, aduersari videtur dicto Pauli, IN Christo omnes viuificabuntur: sed ad huius difficultatis explanationem, legito secundam, quam scripsimus, Conciliationem, in 15. cap. prioris ad Corinth.

Suscitare & viuificare.

[NEQVE enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio.] Consueuerunt homines, præsertim qui sunt obtusiore ingenio & mente, metu & terriculamentis potius, quàm beneficijs, addiscere quod oportet, calcaribus enim indigent. Vnde Christus iudicij meminit, quo Iudæos pelliceat ad cognoscendum quàm magna polleret authoritate, quæ paterna potestate non esset inferior. Vniuersa enim iudicandi authoritas, ad Deum solum pertinet. Hanc potestatem habet Filius, ergo Filius est Deus. Filius est Deus, ergo æqualis modis omnibus Deo Patri. Quum dicit, NEQVE enim Pater iudicat, &c. Probat quod dixerat, se viuificare quos velit. Nam si quos vult viuificat, necesse est eum supremam habere potestatem in omnes, quæ vitæ necisque potestas est. Hanc habet Filius, nam Pater non iudicat quēquam priuatim & seorsum à Filio, quum vna eadém-

Ingenio rudes calcaribus indigent.

Potestas vitæ & necis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que sit Patris & Filij operatio. SED OMNE iudiciũ dedit Filio, generatione, quia Pater author est Filio, vt sit omnia quæcunq; habet Filius. Et accipere iudicium à Patre dicitur, eo quòd ex illo naturaliter hæc habeat. Ne putaueris hæc audiens, Patrem à se potestatem hanc iudiciariam abdicasse, quia eandem, quam habet, Filio generatione & natura communicat. Si prospexerimus ad id quòd homo factus est (quoniam ad hominem dicitur, 1. ad Corinth. capit. 4. Quid enim habes quod non accepisti?) hanc potestatem illum accepisse à Patre quãdo incarnatus est, apertis, plenisque buccis profitendum est. Omne iudicium Filio dedit, qui in Filio manifesta facit iudicia, & per Filium exequitur. Hic locus mirabilem affert consolationem, & pacem conscientijs eorum, qui anguntur, & torquentur cura prædestinationis. Nemo vel mediocriter eruditus nescit Deum, etiam ante iacta mũdi fundamẽta quosdã reiectis & repulsis, alios ad æternam vitã elegisse. Quũ res ita se habeat, & Deus in abscõdito habitet, sintq; eius iudicia occulta, & imperscrutabilia, non debemus hanc perquisitigare in Deo profunditatem, putãtes nos posse illã assequi: sed fide viua, quæ certe resipiscentiã, seu pœnitentiam nõ excludit, ad Christum accedamus, cui Pater omne iudiciũ dedit, & in quo reuelabitur nobis occulta prædestinationis sententia, fidei & obseruationis mandatorum perseuerantiæ signa. Quia qualem tẽ repereris in Christo, talem te apud Deũ haberi credito. Quod certò scis ex indicio per Christum reuelato, quod est, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluabitur: qui non crediderit, condemnabitur. Amas Christum, & in eum credis, iam es filius Dei, & in album filiorum Dei repositus es. Si verbum persequeris, & tu dum fide in Christum non videris, reiectus es: sed redi ad Deum, resipisce: age pœnitentiam, & ne animum despondeas. Dici potest ad hunc modum, OMNE iudicium dedit Filio: Quia miseris & damnatis in generali iudicio, Deus in propria natura nõ apparebit. Si ita fieret, beati essent: sed solus Filius in natura assumpta omnium iudex conspicuus perspicietur: vt videat eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, Apoc. cap. 1. Idque fiet authoritate, quam à Patre habuit, Act. cap. 10. VT

Filium habere iudicium à Patre.

Cõsolatio aduersus timorẽ de necessitate rerum.

In Christo perquisitigare nos debemus.

Prædestinationis nostræ signum.

Christus qualis in magno iudicio miseris apparebit.

[VT omnes honorificẽt Filiũ, sicut honorificãt Patrẽ. Qui nõ honorificat Filiũ, nõ honorificat Patrẽ, qui misit illũ.] Iudæorũ supercilium demittit, quũ necessarium esse aperiat, Filiũ ab ipsis honorandũ: quũ Pater omnia cõdiderit per Filiũ, omnia moderetur per Filium, omnia restituat per Filium, omne iudiciũ Filio dederit: hoc est, alter sine altero nihil agat: quorum vna est essentia, vna potestas, vna voluntas, vna maiestas, necesse est vtique vnus & idem cõpetat honor. Quare si rogaueris, Cur Pater sua omnia generatione æterna in Filium effudit? Respondeo: Vt omnes honorificent filium, sicut honorificant Patrem. Quasi diceretur, Non est nobis aditus, siue accessus ad Deum, nisi per Filium, cui pater omnia in manu dedit. Quæcunque ergo volueris in Deo assequi, hoc per Filium habeas necesse est. Vis salutem in Deo assequi? credere in Deum? venerari Deum? hæc facito per Christum Filium eius. Salus Dei in Christum Filium effusa est: ergo per Christum nobis quærenda est. Quum sit Dei sapientia, & potentia, per ipsum quærendus est Dei cultus & honor. Qui quia est ostium, via, veritas, & vita, per ipsum est nobis in cælum aditus: per ipsum veritatem & misericordiã consequimur: per ipsum sumus & viuimus. Quo fit vt qui nõ honorificat Filiũ, nõ honorificet Patrẽ, qui misit illum, id est, Qui per incredulitatem Christum Filium Dei reiecit, is Deum reiecit. Huius loci summa est: sine honore Filij, nullũ cultum placere Deo Patri, quia honor Patris & Filij æqualis. Patrem non honorat, qui Filium non honorat: nec econtrà. Facessant hinc Ethnicus, Iudæus, & Impius solo nomine Christianus, qui asseuerant se adorare Deũ creatorem cæli & terræ. Sed quia Ethnico CHRISTVS est stultitia, Iudæo scandalum, & Impio contemptus, nullus illorum Deum adorat, nullus vere in Deum credit, quia non per Filium ad Deum accedit. Quum subiungit, QVI misit illum: ostendit non minuendum esse honorem Filij quòd incarnatus sit. Qui enim legatum spernit, & legantem spernere dicitur: qui Filium contemnit, & Patrem contemnit. Huc pertinent sententiæ illę Matth. 3. & 17. Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite, Ad Romanos cap. 14.

Patris & Filij honor vnus.

Christus, via ad Patrem.

Per Filiũ quærenda & perscrutanda omnia.

Turcæ, Iudæi & Impij non vere adorant Deum.

Legatus à Deo honorifice excipiẽdus.

Fides.

Quod nõ est ex fide, peccarum est. & ad Hebr. 11. Impossibile est placere Deo sine fide. Qui loci valent idem cũ hoc, Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum. Obserua. Hoc aduerbium. SICVT, ostendit eundem cultum Filio deberi qui Patri debetur: nec dissimilem, sed similẽ & æqualẽ esse Dei Patris honorẽ, honori siue cultui Filij. Verbo Honorificãdi, circũloquimur omnẽ cultũ Patris, qui & Filio debetur, vt vero Deo cum Patre. O altitudo diuitiarum & bonitatis Dei. Quid istud est? In hoc nũquam satis admiranda Dei dignatio ergo nos ostenditur, quòd Verbum suum hominem fieri voluit, diuináq; omnia per hominem exercere, vt Filium iam hominem factũ, sicut Patrem ipsum, omnes honorarent.

Particula Sicut.

Honorificare.

[AMEN, amen dico vobis.] Confirmaturus quæ dixerat, iurat Christus. & sacramentali quadam obtestatione vtitur, Aperiens quis est honor ille præcipuus, quo honorandus est Filius: quis cultus, quo afficiendus est.

[QVIA qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me.] Locus hic promissionẽ & methodũ ad vitã æternam habet. QVI AVDIT verbbum meum, id est, qui credit Euangelio meo, quod ego prædico: ET CREDIT ei, qui me misit, id est, certò statuit apud se Deum Patrẽ esse meum Patrem, credens nihil nõ commune inter me & illum, siue quid honoris est, siue quid ignominiæ est. Rursum, Deum Patrem esse authorem doctrinæ meæ, & æqualem cooperatorem operationum mearum, quæ sunt diuinæ potentiæ opera. is verè audit verbum, & credit in eum, qui me misit. Hæc fides est honor ille, quo ego & Pater delectamur, volumúsque honorari. QVI ergo verbum meũ audit, & credit ei, qui me misit, id est, qui me & Patrem honorare voluerit, credat. Obserua, hoc loco CREDERE, non idem esse quod intelligere, meminisse, scire & opinari, Sed est certò statuere apud se, quòd ex Euangelio sumus, & illi ex animo adhærere. Hæc non est historica, sed viua fides, qua à peccatis iustificati, per iustitiam Deo viuimus, ductí Spiritu Sancto. Hanc fidem humanis viribus assequi non possumus, donum enim Dei est, & nõ ex operibus, vt ne quis glorietur, Ephes. 2.

Euãgelij summa.

Verbum audire.

Honor quo Pater & Filius delectantur.

Fides viua.

[HABET vitam æternam.] Fide viua ornatus, re vera habet vitam æternam: quia Deum habet, qui est vita æterna. Sed actualem illam visionem beatificam non habet. Sub spe tamen certa vitã habet æternam. ad Rom. 9. Spe salui facti sumus.

Credẽs habet vitam æternã.

[ET in iudicium non venit.] Exegesis est illius quod dixit, Habet vitam æternam. Qui credit in Christum, iustificatus est à peccatis, vitam habens: sed iustificatus, pacem habet apud Deum. Roman. 5. hoc est, tranquillã, pacatámque habet conscientiã. Ergo is non venit in iudicium, id est, huic ne metuenda quidem erit damnatio mortis æternæ (quæ manet incredulos, imò quæ iam habet incredulos) quia credit. Credentes ergo non tantùm vitæ participes futuros affirmat Christus, sed iudicij quoque periculum euasuros asserit. IVDICIVM hoc loco, pro condemnatione ſvsurpatur: de quo dicebat Dauid, Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, &c. Est & iudicium discretionis, quo parebunt omnes ante tribunal IESV Christi. 2. Cor. 5. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gesserit, siue bonum, siue malum.

Iustificatus pacem habet.

In iudiciũ nõ venire.

Iudiciũ damnationis.

Iudiciũ discretionis.

[SED trãsijt à morte in vitam.] Credens à peccatis iustificatur. Non venit in iudiciũ, id est, in supplicium æternũ, sed viuit vitã æternã, nõ sustinens mortẽ animæ, vel æternã, etiã si naturalem & tẽporalem non effugiat, quæ mors tẽporalis in credentibus absorbetur, & fit vitæ ianua. Dici potest ad hunc modũ: Credens ablutus à pristinis flagitijs, exuit veterẽ hominẽ. & nouũ induit. Vnde per fidẽ viuã demigrat à morte ad vitã, à peccato ad gratiam, ab iniustitia ad iustitiã, ab impietate ad vitæ puritatem. Incredulus nõ viuit: tyránis enim mortis domina tur in eo. Credens autẽ neque æternæ mortis timore cõcutitur, neque illius tyrãnidem veretur, sed trãquillam, pacatámq; habet conscientiã, viuẽs Deo. Quo fit, vt qui non credebat, & modò credit, dicatur transisse à morte in vitã. 1. Ioannis capite 4. Not scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam. Si legatur, TRANSIT, verbum præsentis temporis, dicendum est, Transit hinc per mortem corporalem ad vitam æternam, quam nunc inchoatiuè (vt ita loquar) & in spe habet. In eundem sen-

Trãsire à morte ad vitam.

Mors ianua vitæ.

Credens viuit.

Incredulus nõ viuit.

sum redibit, si legeris (transiet.) Magis mihi arridet lectio (transijt.) Hoc enim argumento probat Christus se eadem potestate viuificare mortuos, qua Pater viuificat. Vbi præcipua magis habenda est viuificatio animæ, quã corporis. Plus enim est, animam peccato mortuam renocare ad vitam, quàm corpus exanimum vitæ restituere. Vtriusque tamen suscitationis potestatem habet Christus à Patre.

Vita animæ potior quàm corporis.

[AMEN, amen dico vobis.] In re etiam seria & inducbia iurat Christus, confirmátq; argumento à reuelatione Euangelij. Quod qui audiunt verbum, audientes credunt verbo Christi, credentes fide statuunt Deum Patrẽ misisse Filiũ, & esse Euãgelij seu doctrinę Christi authorem, neque mortis tyrannidem, neque ignis æterni supplicium verebuntur, sed transeant à morte ad vitam, & æternùm Deo viuant.

Iustificationis author, Christus.

[QVIA venit hora, & nunc est, quãdo mortui audiẽt vocem Filij Dei: & qui audierint, viuẽt.] Christus modò aperit seipsum authore esse vitæ illius, ad quam à morte transierunt. Hoc est: Hic fit sermo de resurrectione iustificationis, qua impius ab impietate sua resurgit: & peccator à morte peccatorum, ad vitã iustitiæ reuocatus. At quia inter omnes Gentes, homines plane mortui reputãtur, videtur hic Gentium animos excitare, vt intelligant se vocatas esse. VENIT hora, hoc est, instat tempus: quod (ne in longum protrahas) ET nunc est, id est, imò iam adest: quo MORTVI, id est, qui sine fide in peccatis iacent, AVDIANT vocem Filij Dei, id est, credent Euangelio: ET qui audierint, id est, qui crediderint in fide viua perseuerantes, VIVENT, id est, neque iudicij, siue supplicium æternum, neque mortis & peccati tyrannidem verebuntur: sed spe salui, Deo æternùm viuentes, pacatam & tranquillam habentes conscientiam. Hæc est iustificationis resurrectio, per auditum vocis Filij Dei.

Mortui.

Audire vocẽ Dei.

Rogabis, Quid est audire vocem Filij Dei? Respondeo. Non est his carnalibus, & amplè auritis auribus, verba, & articulatas voces capere, sed ex animo & corde credere, ac cum fiducia se attentum præstare. Non enim audit, qui diffidens audit. Ad Rom. cap. 10. Corde creditur ad iustitiam. Et capit. 4. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Non pauci etiam grauissimi nominis viri, quibus subscribit Theophylactus, aiũt Ne videantur per arrogantiam & inanem gloriam dicta, quæ de viuificatione, & suscitatione paulo ante est locutus, adiungit & demõstrationem per operatam: ait enim aduenisse hanc horam: posteà fidem fecit, dum filiam principis Synagogæ, filium viduæ, deniq; & Lazarum in vitam solo verbo reuocauit. Hi ergo audierũt vocem Filij Dei, & reuixerunt. Quia posteà dicturus est de resurrectione carnis, magis mihi arridet huius loci prior sensus. Fiunt tamen ambæ resurrectiones per Verbum, quod est Filius Dei.

Diffidens non audit vocem Dei.

Duplex resurrectio.

[SICVT enim Pater habet vitã in semetipso, sic dedit & Filio habere vitã in semetipso.] Hæc sunt per occupationẽ dicta, ne qui audierant dicentẽ, Et qui audierint, viuent: dubitarent quã possit Filius audiẽtes viuificare, & eisdẽ vitã dare. Argumento à simili, manifestat Filiũ esse vitã, & vitæ fontem. Sicut Pater habet vitam, id est, vita est IN semetipso, id est, suapte naturà. Sic dedit & Filio habere vitã, id est, infundit hanc vitã in Filio: nõ illam relinquendo, sed eandẽ cõmunicando ipsi Filio. In semetipso, hoc est, Filius est, suapte naturà, vita, sicut & Pater. Vna enim & eadẽ est vita, voluntas, & potentia. Adeò omnia sua Pater Filio impressit, vt totum illud possideat quod Pater possidet. Proinde vt Pater est vita, & alios viuere facit, ita & Filius. Vt Pater naturà est vita, ita & Filius. Vt Pater est iustitia, vita, veritas, salus, & redemptio, similiter & est iudex omniũ viuorũ & mortuorũ, & est condẽnator omniũ impiorũ: ita & Filius. Habet enim omnia à Patre, cui naturaliter æqualis est. Obserua, quum dicit, Dedit & Filio habere vitam, &c. ne intellige rem Patrem dedisse vitã Filio, quasi Filius ante fuerit ipsa vita, atq; à Patre, vt viueret, accepisse vitã: addit, IN semetipso, id est, vt Pater suapte naturà est vita, ita & Filius: cuius vita nõ est separata à Paterna, sed vnica & Patris & Filij est vita, nõ duæ. Non enim sunt duo Dij, sed vnus Deus. Et hoc ipsum est, esse vita. Rogabis quid est, quod ait, Dedit Filio habere vitã in semetipso? Breuiter dixerim, ait Augustinus, Genuit Filiũ. Neque erat sine vita, & accepit vitam, sed nascẽdo vita est. Pater vita est nõ nascendo,

Christus vita, & vitæ fons.

Patrẽ dedisse Filio habere vitã, quid est.

nascendo, filius vita est nascendo. Pater de nullo Patre, Filius de Deo Patre. Pater est, quod est à nullo est, quod autem Pater est, propter Filium est. Filius verò & quod Filius propter Patrem est: & quod est, à Patre est. Et hoc ergo dixit, VITAM dedit Filio, vt haberet eam in semetipso, tanquam diceret, Pater, qui est vita in semetipso, genuit Filium, qui esset vita in semetipso.

[ET potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.] Quemadmodum dicimus, ait Augustinus, hominem esse animam habentem corpus: ita si quis rogauerit, Quid est Christus? Respondeo: Est Verbũ habens hominem: est ergo Christus Deus & homo. Atque quà Christus est Deus, uarurà sua potestatem habet iudicandi: sed quà est homo factus, cõstitutus est iudex viuorũ & mortuorũ: accepitque potestatem faciendi iudicij visibiliter in cælo, in contẽptores Euangelij, & qui Euangelio non crediderunt. Reuelatáque est in eo iudicandi potestas, & omnibus conspicua est: vt cognoscant manifestè quis iustificet, aut saluet, & quis condemnet. Huius iudicij dati Filio, & cur visibiliter iudicaturus est, rationem giam addit, dicens, Quia filius hominis est: quasi diceret, Quia qui Deus homo factus est, inter homines est versatus: & homines docuit viam, veritatẽ & Euangelium, decens est vt iudicium faciat in homines Euangelij contemptores. Obserua scripturę clauem: De Christo, qui Deus & homo est, aliquãdo loquimur quà Deus est, vt quum ille diceret, Ego & Pater vnũ sumus. Aliquando quà homo est, hoc modo dicebat, Pater maior me est. Aliquãdo quà Deus & homo est, hoc est, quum dicimus Christũ remisisse peccata, mortuos suscitasse, Matth. cap. 9. Vt autẽ sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, &c. Ad hunc etiam modum accepit potestatem iudicandi in generali iudicio: quam potestatem non haberet, si purus esset homo. Vnde hoc loco non dicitur, Dedit potestatem Filio hominis, ne parẽ rationẽ inferres de quolibet filio hominis: vt Paulus ille Samosatenus hæreticus asserebat, Christi diuinitatem non admittens. Sed ait, Potestatem dedit ei Filio Dei, quia est filius hominis: vt intelligamus, collatam hanc potestatem iudiciariam ipsi coniuncto, scilicet Filio Dei.

Christus. Christus Deus natura iudex. Christ⁹ homo constitutus iudex. Christus iudex quia Filius hominis.

Scripturæ clauis. Proprietates loquendi de Christo.

Pauli Samosateni error.

lio Dei, iam filio hominis: quam potestatem habuit ab instanti cõceptionis suæ. Hoc indicat verbum præteriti temporis, Dedit. Rogabis, Quare oportuit Filium Dei esse filium hominis, ad hoc vt iudex viuorũ & mortuorũ constitueretur? Respondeo. Congruum est, & decens, vt iudex, à iudicandis tam bonis, quàm malis videatur: sed quum magna iudicandorum pars sit reproba, quæ visionis Dei non est capax (visio enim Dei, beatos illos faceret) in natura assumpta Filius Dei constitutus est iudex viuorum & mortuorum. Atque ita Deo visum est, in assumpto homine omnia instaurare, Ephes. cap. 1. Illa forma erit iudex, quæ sterit sub iudice: illa iudicabit, quę iudicata est: iudicata est inique, iudicabit iustè. Talis apparebit iudex, qualis videri possit, & ab eis, quos coronaturus est, & ab eis, quos damnaturus est. Proinde iudicare nulli creaturæ competit, sed soli Deo: sicut & vindicare. Mihi enim vindictam, & ego retribuam: dicebat ille per Prophetam, Deutero. cap. 32. & Roman. cap. 12. Iam quũ homini datum sit à Deo iudicium, oportet igitur hunc hominem Deum esse. Huic sententiæ, Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est: arridet quæ dicit Psalmus 8. Minuisti eum paulò minùs ab angelis: Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Et ad Philipp. cap. 2. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomẽ. Ac si dicatur: Quia humilis ita modò apparet, ideò in illam gloriam, vt iudicaturus sit omnia, exaltabitur.

Quare oportuit filiũ Dei fieri hominẽ vt iudex foret.

Iudicare nulli creaturæ competit.

[NOLITE mirari hoc.] Quia natura & ratione nostra, hæc, quæ de se Christus sublimia asserit, non possumus assequi, (illa enim stulta, existimat ratio, & ridet caro) docet ne de hac Filij Dei potestate syllogismis, & rationibus humanis solliciti inquiramus. Quasi dicat, Quod dixi de potestate dandi vitam æternam, quod de potestate iudicandi, nolite meæ personæ abiectione offendi, & admirari, quòd me versantem cum hominibus veluti hominem intueamini, quasi id, quod dixi vobis, videatur incredibile: credite potiùs.

Caro & ratio humana in rebus Dei cæca.

[QVIA venit hora.] Prius de resurrectione iustificationis

tionis mentionem fecit, nunc cœpit de resurrectione carnis agere. Tanta est generalis resurrectionis & iudicij vniuersalis certitudo, vt verbo præsentis temporis vtatur, p futuro. Peculiaris est hęc phrasis apud Prophetas.

Præsens pro futuro.

[IN qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei.] Pergit Christus de vniuersali omnium futura resurrectione agere, quæ quoto anno, quotáve hora determinata erit, nescitur. Matth. capi. 24. De die autem illo & hora nemo scit, neque angeli cælorum, nisi Pater. Dicens (omnes) refellit errorem eorum, qui ex superioribus fortasse suspicarentur, solos credentes resurrecturos carne, sicut soli resurrexerunt fide viua. Verum est, solos pios & credentes resurgere vita spiritali, impijs in peccato & morte manentibus: sed tamen Omnes qui, &c. id est, Generalis futura est resurrectio carnis piorum & impiorum in nouissimo die. Quum dicit, Qui in monumentis sunt, intelligit omnes olim mortuos, & vita hac functos, siue omniũ corpora defuncta: omnes enim morientur, quum sit statutum omnibus hominibus mori. Ad Heb. cap. 9. Imò ne Henoch quidem, & Elias excipitur. Quę AVDIENT vocẽ filij Dei indicis, id est, virtutem Dei, signo aliquo sensibili excitabuntur, parebúntque, vt audiant supremũ illum iudicem. De quo Paulus 1. Thes. cap. 4. Ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo. Et 1. Cor. cap. 15. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Huc pertinent quæ Christus dicebat Matth. cap. 24. Et mittet Angelos suos cum tuba, &c.

Iudicij dies ignorus.

Existentes in monumentis. Mortui in monumentis.

[ET procedent.] Procedent, id est, prodibunt, supple omnes e monumentis ad vocem Angeli tuba canentis. Exibunt, inquam, in resurrectionem, qua omnes animæ resument propria corpora, & sistentur coram tribunali Christi, in quo sedebit iudicaturus alios ad vitam, alios ad supplicia.

Procedent iudicandi. Animæ è monumentis ad iudicium.

[QVI bona fecerunt.] Quum bonos segregat, non meminit iudicij, sed tacito, & suppresso nomine iudicij, locũ, præmiũ, & vitam affert. Vnde quia iuxta merita fiet iudicũ, meminit operũ. Non ait, procedent qui credidérũt, sed qui bona fecerũt: quia fides sine operibus mortua est. Subscribã verba Theophylacti: Nõ igitur (ait) sola fides absq; operibus iustificat, sed oportet etiã opera adesse, tũc enim propriè fides est. His nostris tẽporibus multi sunt (proh dolor) qui ore fidẽ assiduo profitẽtur, sunt tamen à Spiritu viuæ fidei alieniſsimi, magisq; libertatem carnis (si libertas est) quàm Spiritus sequũtur: qui quales sint, seipsos, veluti forices, suo indicio prodũt. Viua fides irrequieta est, semper aliquid boni operatur. Corpus vigilijs, ieiunijs, & alijs id genus operibus bonis macerat, fasciniã carnis comprimit, superbiã mentis humanæ fugit: charitatem, humilitatẽ, & in summa omnes virtutes in classe sua socias habet. Hæc est, quæ iustificat hominẽ apud Deũ. Quare vbi viua fides, ibi sunt opera, sine quibus mortua est fides: quemadmodum corpus absq; spiritu mortuum est: quam impijssimi quique tyranni, vel dæmones ipsi habent, & contremiscunt. Omnes quidẽ, qui Christianum nomen profitentur, credunt Christum natum, passum, &c. Rem actam, & historiam audiunt, & sciunt, sed fidei vsum nesciunt. Legito quæ in primum caput ad Rom. scripsimus in dictione, Iustificatio.

Fides propriè dicta.

Fides viua, operosa.

Fides mortua.

[IN resurrectione vitę.] Prima voce Filij Dei audita, & eadẽ susceptа prima resurrectiõe viuũt, id est, iustificantur in qua perseuerãtes spe viua ambulãt, quoad secũda voce Filij audita, perueniãt in rẽ sperатã, hoc est, in eã vitã, qua Deũ videntes, æternũ Deo viuãt. Hic est fructus, & effectus viuę fidei, siue bonorũ operũ ex charitate omniũ operationũ, Vita. Obserua. Nihil non lætũ in hac piorũ exhortatione legis, ne vocula quidem tristitiam significans auditur. Quàm igitur læta sunt oia apud Deũ.

Resurrectio vitæ. Sperata res piorum. Operum bonorũ fructus.

[QVI verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij.] Impiorum, eorumque, qui neque crediderũt, neque quicquam boni operati sunt, sed volupe viuẽtes carnẽ, & eius desideria sunt sequuti, retributionem ostendit, suppliciũ æternũ. Hi resurgent quidem, corpora sua resumentes, sed in condemnationẽ, & pœnas, quas luent nũquàm interituras. De præmijs & supplicijs post vitam, de sacro-sancto beatorum regno, de teterrimo carcere malorum, de carnificibus infernis, multæ tum Platonis, tum Pindari, imo & Mercurij illius Trismegisti extant sententiæ. Quódque hæc religio, fidésque non fuit nisi cælitus antiquis reuelata, elegantèr & copiosè docet Augustinus

Impiorũ retributio. Supplicium æternum.

Eugubi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eugubinus, vir, mea quidem sententia, doctus, libro de perenni philosophia decimo.

[NON possum ego à meipso facere quicquam.] Peruenusta occupatione retundit Iudæorum cauillos, qui fortasse dicerent, æquum Patris esse iudicium, non item Filij: simul vrget vt cognoscatur Patris & Filij æqualitas. Per tapinosim, hoc est, humiliationē (ne priuatam videatur quærere gloriam) ait, Non possum ego, &c. hoc est, opera mea sunt Patris, & Patris sunt mea. Nō facio quicquam à Meipso, id est, priuata authoritate. Eadē enim est authoritas, quorū eadē est essentia: Sed Patris & Filij vna est essentia, & æqualitas: Ergo eandē operationē & potestatem naturaliter habet Filius, quam habet Pater. Nā nec Pater absq; Filio (qui virtus eius est) aliquid vnquam operabitur. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nec Filius absque Patre quicquam effecit, propterea à nihil à seipso facere se dicit.

Patris & Filij eadē potestas.

[SICVT audio, iudico: & iudicium meum iustū est.] [Quum omnia Filius habeat à Patre: Pater enim omnia sua in Filio transfundit generatione: nón illa deserendo, sed eadē cōmunicando ipsi Filio, irreprehēsibiliter Filius operū suorum virtutē Patri attribuit, & eandē suā & propriā esse dicit. SICVT audio, &c. ac si diceret. Nō est q̄ quisquā calūnietur Filij iudiciū, velut iniquū. Si Patris iudiciū iniquū esse nō posset, nec Filij iudiciū iniquū esse potest. Nā vnū & idē est iudiciū Patris & Filij. Nec aliud iudicat Filius, quā qđ præscripsit Pater. Qui metuit Patris iudiciū, metuere debet & Filij iudicium. SICVT audio, id est, accipio à Patre, sic do vitam, iudico, doceo, operor, &c. Ergo quum hæc omnia mea opera, siue iudicium, siue doctrina, siue sanatio, etiam in Sabbato, sint Deo Patri accepta & grata, vobis acceptissima esse debent.

Iudicium Filij iustū, sicut & Patris.

[QVIA non quæro voluntatem meam, sed voluntatē eius.] Ration eiusti iudicij sui adducit Christus, argumento ab idētitate voluntatis Patris & Filij. Iustum est meum iudiciū: Quia fieri nō potest, vt aliud Pater velit, aliud Filius: vnius enim Deitatis, vna eadémque voluntas est. Nec dissentire vnquam Filium à Patre pius quisquam crediderit, sed voluntatem Patris, Filij quoque voluntatem

Iudicij iusti ratio.

luntatē esse prædicabit. Necessariò igitur (ait Cyrillus) Filius ad consentientem (vt ita dixerim) Patrē, omnia referens, nihil se posse ait, quod præter voluntatem Patris sit. Id enim significatur, quū à seipso, dicitur. Horum sensus est, Nō quæro voluntatē meam, &c. id est, nihil priuatim, & ex priuato arbitrio, aut doceo, aut operor. Mea voluntas non est alia, quàm Patris: nec aliud natura quæro, quàm quod Patri placet.

Christus non quæsiuit suam voluntatem.

[QVI misit me.] Si legationem, officium, & functionem meam conspexeritis, ego nihil præter præscriptum Patris facio. Vocationis meæ est, sic docere, & operari, sicut doceo & operor. Huc pertinet quod scribitur Psalm. 39. In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei, &c. Augustinus locum hunc interpretatus, ait, Ideo tamen dicit Filius, Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me: quia Christus non de se, sed de Patre suo est. Quod autem habuit vt homo appareret, de creatura assumpsit, quā ipse formauit. Quia obiecerant Iudæi, non licuisse Christo operari Sabbato, quum multa sint, quæ si per Deum fiunt, iusta fiunt, si autem ab hominibus vsurpentur, iniusta sunt, Vt vindicare, maledicere, &c. bona sunt, si per Deum fiunt: non tamen licebit cuiuis homini, ex sibi propria authoritate arrogare. Hactenus hanc obiectionem diluit Christus, dicens, quòd non temere sibi opera Dei Patris vsurper, sed patrem omnia sua in Filium effudisse, siue communicasse, ac subinde sua opera in Filio, quem misit, declarare.

Multa à Deo fiunt, quæ nō licent hominibus.

[SI ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum.] Per mimesim, & occupationem hæc dicuntur. Imitatur enim aduersarios, qui ita dicebant: quasi insurgeret aliquis aduersarius, huius mundi sapiens, dicens, Heus tu Iesu Nazaræne, hactenus ad plenum non diluisti crimen tibi obiectum de violato Sabbato: nam dicis te habere patrem Deum, Patrem omnia tibi communicasse, te non inferiorem Patre, æqualem te Patri facis: sed de te ipso testimonium fers. Hoc dum facis, aduersaris dicto Sapientis, Prouerb. cap. 27. Laudet te proximus tuus, & non os tuum: alienus, & non labia tua.

Aduersarij ad Christū verba de eius testimonio.

Molestum certè est auditoribus, propria, non aliena, voce, suarum rerum maximarum velle testimonium perhibere. Nati enim ita natura sumus, vt minus eis credamus, qui præcipuum sibi decus attribuunt. Hactenus aduersarius: quę præoccupat Christus: Scio, inquit, te dicturum, ô Pharisæe. Tu de teipso testimonium perhibes, ac ideo testimonium tuum non est verũ: vindicas tibi magna, sed tua ipsius voce, non aliorum testimonio. Potest aduersarij, ait Christus, quæ de mea authoritate dicta sunt, calumniari, tanquam falsa, & à meipso excogitata, si solus ego illa de meipso canerem, si non haberem testes. Iam quum non vnum solum, sed plura nõ leuis fidei testimonia habeam, fieri non potest, vt sermo meus mendax videatur. Primò Ioannes Baptista testimonium perhibet de me: deinde miracula quę facio: item vox Patris audita de cælo postremò Scripturæ de me testificantur.

Testes de Christi diuinitate, & operibus.

[ALIVS est qui testimoniũ perhibet de me.] Hæc sententia ita legitur, vt possit aut ad Patrem, aut ad Ioannem Baptistam referri: ego sequutus Cyrillum, ad Patrem refero. Cum emphasi legendus est hic textus: ac si diceret Christus, Longè alius est, quàm me videre existimatis Deus est, non hic contemptus à vobis fabri filius: hic de me testificatur. Non ergo opus habeo, vt solus me commendem, & testimonium de me dicam: nam ALIVS est, scilicet Deus Pater. Ex his discamus, alium esse personaliter Patrem, alium Filium: Alius enim, inquit, est, qui de me testimonium perhibet.

[ET scio quia verum est testimonium eius, quod perhibet de me.] Argumento à natura rei, æ tiologiam veri testimonij adducit: Ego mea natura (quæ mendacij est nescia) sum Patris scientia, sciens igitur meipsum, scio quia nihil falsi Pater de me dicit: impossibile enim est enim mendacem esse. Quum ergo testimonium eius sit verum, scilicet quòd sim Filius Dei, veritas cum Deo Patre Deus, quod vera doceam, quod opera mea placeant Deo, nihil causæ est cur me violati Sabbati, aut blasphemiæ in Deum accusare debueritis.

Christi natura veræ.

[VOS misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati.] Occupatio est. Fortassis obiecissent Pharisæi: Quemadmodum turpe est, quempiam proprio ore seipsum

seipsum laudibus efferre, etiam si vera dicat: ita ab omnibus improbatur, si quis non vocatus, vltrò ad testificandum accedat: quòd plerunque videatur aut adulatione, aut odio, aut fauore eius, qui accusatur, testificari. Huic Pharisæorum cauillo respondet Christus. Vos misistis ad Ioannem, non vltrò ille ad vos accessit: laudes & titulos, quibus ornare illum voluistis, recusauit, atque eui debebantur est testatus: neque fauore, neque odio ad testificandum illectus est. Non poterstis tergiuersari, grauis enim testis est, ad quem sacerdotes & leuitas viros grauerseui vos plurimum tribuitis in cæteris) misistis, vt intelligerent tanquam à certissimo teste & doctore, num ipse esset Messias. Interrogatus, non vendicauit sibi falsam laudem, quam volebatis sibi adscriberet, sed veritatem professus est, & palàm testatus se non esse Christum, sed missum ante Christum: atque me esse Messiam, qui tollo peccata mundi. Hoc testimonium quum à me non fuerit procuratum, sed à vobis, non leuis fidei apud vos esse debet. Testificatus est igitur veritati: VERITAS autem Christus est.

Testimonij baptistæ de Christo commendatio.

[EGO autem non ab homine testimonium accipio.] Correctio est per occupationem, qua Iudæorum inobedientiam, & procacitatem corrigit, sublimiora de se asserens, quàm quæ ab hominibus repræhendi possint. Nam quæ etiam à sanctis viris Prophetis testificata sunt, calumniati sunt Iudæi, dicentes, Errorem nobis nuntiatis: didicimus enim ex Esaia, cap. 30. Iere. cap. 43. Azariam Oseæ filium, & Ioanam filium Cariæ in AEgyptum fugisse, aduersus Ieremiam multa tractantes, atque dicentes, Mentiris, non misit te Dominus, vt diceres, Nolite AEgyptũ ingredi. Quasi diceret, Magnę authoritatis est apud vos Iosuis testimoniũ, sed quia vestra pernicacitate suspicari soletis de omnibus hominibus: ego, quod ad me attinet, vestri gratia prætereo Ioannis testimoniũ. Non opus habeo hominum testimonio commendari: habeo enim testimonium Patris desuper. EGO autem non accipio, &c. hoc est, Testimonium meum non pendet ex hominibus, & humana authoritate. Hæc est conuictio Iudæorum, quam effugere nequeunt, quin conuincantur. Nam demonstratio, quæ per miracula fit, & Dei Patris

Christus hominũ testimonio non indiger. Iudæi cõuicti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

testimonio roborata est, quomodo repelli potest? Aut quid calumnię aduersus eam affern, cogitarive potestis? calumniabuntur quidē ore, sed conuicti erūt in animis. Audiant Nicodemum suum Rabbinū & principem, qui miraculorū testimonium fortissimum putauit, dicens Ioannis ca. 3. Rabbi, scimus quia magister à Deo venisti: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi ex Deo sit.

Christus quare assciuit testimonium Ioannis.

[SED hæc dico, vt vos salui sitis.] Non adduxi Ioannis testimonium, quòd (quantū ad me attinet) illo indigeam, qui scio me esse lucem, viam, salutem, veritatem, & vitā: sed ego vestra causa ingessi vobis Ioannis testimonium, vt vos (apud quos tantum valet Ioannis authoritas) credentes ei, de quo testificatus est, quòd Messias esset, viteris incredulitatis iudicium, & pœnas nunquàm interituras, quæ omnes incredulos manent, & per fidem in eum assequamini salutem.

Ioannes lucerna ardens & lucens.

[ILLE erat lucerna ardens, & lucens.] Metaphora à lucerna sumpta, doctes magni illius Prophetæ Ioannis Baptistæ commendat, vt & testimonium eius commendabile reddat. Magnus quidem erat Baptista, sed non erat lux illa omnibus promissa, de qua tam ardua, & sublimia loquuti sunt Prophetæ. Tantum ille erat lucerna de nostro igni ardēs, & de nostro lumine lucens. Præluxit ille, moxverò Soli cessurus, & vero lumine emicante, obscuraturus. Ab effectu verbi, de quo testabatur Ioannes, dicitur lucerna ardens & lucens. ARDENS quidem intrinseco affectu, & amore testificandæ veritatis: LVCENS verò extrinsecus verbo, & opere.

Iudæi ad horā in Baptistā exultarunt.

[VOS autem voluistis ad horā exultare in luce eius.] Quanquàm vere Spiritu Dei ille arderet, & doctrina lucis luceret, nec esset lux illa vera, quę semper illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, maluistis tamē præ inuidia, quam in me conceperatis, ad breue tempus in illius luce gloriari, deferentes ei honorē Messiæ, ac veræ lucis: vt saltē vel ad breue tempus (si Ioannes inescari voluisset his honorum titulis, quos offerebatis) abuteremini eo, ad me persequendum, & nomen meum (si fieri potuisset) delendum, pro vestræ incredulitatis, & peruicacitatis iustificatione. Tantus est, fuitq; iste vester furor, & rabies vestra in me, de quo tanta cōsequuti estis beneficia. O quanto perfusi fuissetis gaudio, si oblatum sibi honorē Messiæ arrogasset Ioannes! quanta insultasse tis mihi insania, donec me perdidissetis! Sed ad minimū tempus IN LVCE eius voluistis exultare: id est, doctrinā eius amplecti. Nam cæteruatim ad Baptismum eius aduolantes, prædicantē audiuistis, & modico tempore tanto præceptori congratulabamini. Matth. 3. & Luc. cap. 3. Sed simul atq; vos pro meritis vestris corripuit, & omnē iustitiam à sequente se Christo expectare hortatus est, aduersari ei cœpistis, adeò vt dæmoniū eum habere (dum nihil aliud possetis) calumniati fueritis. Matth. cap. 11.

Christus testimoniū maius, quàm Baptista, habet.

[EGO autem habeo testimonium maius Ioanne.] Argumēto à dissimili, & collatione testimoniorum Patris, & Ioannis, aduersariorum incredulitatem euertit, simul diluens occulta occupatione quorundam obiectionem, qui fortasis dicerent, Quid nostra refert, & ad nos spectat, si Ioannes tibi gratificati voluerit, & propterea blandiora quædam attestatus sit? Tametsi voce Prophetarum prænuntiatus sit venturus Ioannes ad parandam viā Domini, functúsque fuerit sanctissimè sua legatione, nihilque fuerit argumenti, quo illius testimonio & probitati detrahere possitis: tametsi illi diffiditis, & eius, quod de me perhibuit, testimonium non recipitis: ego maius habeo testimonium, nimirum Patris mei, qui maior est Ioanne, cuius testimonium refelli non potest.

Baptista etiam tacente, opera testimonium perhibent de Christo.

[OPERA enim, quæ dedit mihi Pater vt perficiam, ea ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me.] Argumento à miraculis, signis, & diuinitatis operibus xnologiam maioris testimonij, quàm Ioannis, adducit. Hoc vobis condonetur, ita res habeat, vt nihil ponderis apud vos habeat Ioannis & authoritas, & testimonium de me perhibitum, propter vestram arroganciam, qua omnino decipimini, & in ipsa luce cæci estis tenebricosissimi. Veruntamen licet neque verbis, neque authoritate hominum tim adiutus, miraculorum splendore, ac gloria me à Deo missum, & ex Deo natum, & natura Deum esse ostendo. Nullum est certius testimonium ipsis factis. Quæ si videtis digna Deo, si videtis ea à me fieri, quæ nemini congruere, & conuenire possunt, nisi natura Deus sit: necessarium

Opera Christi testificārur ipsum Deum.

est fateamini me naturâ Deũ esse, & à Patre missum. Si ego Patris opera, vt puta miracula efficio, & quę nullus, præter Deũ, facere potest, ea meo iure perago: qui fieri potest, nõ fuerit euidẽs, quòd eandem naturam cũ Patre habeã, & Deitatis perfectionibus resplendeam? Hæc ergo palàm de me satis testificantur, me nihil ex meipso, hoc est, priuatim facere: sed ex eo, qui me salutis vestræ causa misit in mundũ. QVTA misit me. Quasi dicat, Ipsa opera testificãtur, QVOD Pater misit me, id est, quòd sim Filius Dei, verus Deus cũ Deo Patre, quòd doctrina mea, vita mea, & opera mea placeãt Deo, & sint illi acceptissima. Obserua. Dationis nomine vtitur, humilius de se loqueus propter dispẽsationem carnis, aut propter cõsensum Patris in miraculis faciẽdis. Omnia enim Pater Filio cõmunicat, & à Patre dicitur accipere, qui eandẽ cum Patre habet à Patre essentiam. Quũ dicitur, EA IPSA. Ipsa positum est pro vltrò, siue per sese. Opera, quæ ego facio, vltrò testantur qui sim, etiam si nullus testetur hominum, Cæterùm iteratio operum ad asseuerationem facit.

Quomodo Pater filio dedisse dicitur.

Patris testimonium de filio.

[ET qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me.] Pater, qui misit me, id est, cuius authoritate ego factus sum homo, testificatus est de me. Quid? Quod misserit me: q̃ sim Filius Dei: q̃ mihi omnes obedire debeãt. Matth. cap. 3. quũ baptizatus est, Christus in Iordane, audita est vox de cælis, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui. Similiter in transfiguratione, Matth. cap. 17. & 2. Petr. cap. 1. Accipiẽs enim à Deo Patre honore & gloriã, voce delapsa ad eũ huiusce modi à magnifica gloria, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Et hãc vocẽ nos audiuimus de cælo allata, quum essemus cum ipso in monte sancto. Sunt & huiusmodi multa, quæ per scripturas videre est, in quibus Pater CHRISTVM vocat filiũ, promittit CHRISTVM Saluatorem mundi, confirmat doctrinam Filij, dicit accepta esse Filij opera, &c.

[NEQVE vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis.] Si cuipiam fortasis videantur hæc nihil ad superiora pertinere, Quòd Pharisæi neque Patris vocem audiuerint, neque speciem eius viderint. Quid enim ad Patris testimoniũ refert, si Pharisęus aut Patrẽ viderit, aut non viderit? Huic vt satisfaciã, subscribã & ex diuo Cyrillo dabo clauẽ scripturæ, qua fiet ad cognitionem huius loci, & aliorũ eandem difficultatẽ afferentiũ facilis ingressus. Consuevit Christus, tum maximè quãdo ad imperitos Pharisæos sermonẽ dirigit, corda illorũ aspicere, cogitationisq; motus, vt Deus, examinare, ad ea quæ illi mente versabant, orationem suam accommodare: quò fit vt non semper serie à superioribus sermo procedat, sed ad ea maxime respiciat, quæ auditorum vsui maximè accommoda sunt. Hoc vsitatissimum fuisse manifestant Euangelistæ. Scribitur enim Marci cap. 2. Quum Christus dixisset ei, qui è tecto demissus esset, Dimittuntur tibi peccata tua: Pharisæi mente conciti, & perturbati, hæc secũ voluebãt. Quis est iste, qui blasphemat? quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Quo statim cognito IESVS spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dixit illis, Quid ista cogitatis in cordibus vestris? Vide quomodo non expectauit verba eorum, sed cogitationibus, vt Deus, respondit. Simile est apud Lucam cap. 6. de eo, cuius manus arida sanata est in Sabbato. Tale quid in hoc loco factum fuisse intelligimus. Nã quum Christus testimonium Patris afferens, de voce Patris disseruisset, auditores Pharisæi mente voluebãt, Quid hic vocem Patris iactat, quasi verò patrem Deum non viderimus, aut audiuerimus? Nõnne nos, aut patres nostri vocem Dei audiuimus, doctore Moyse magno Propheta, Deuter. 4. Vocem verborum eius audiuistis? Nõnne qualemcunque formam, aut speciem vidimus in nube, dum fumaret mons, tonitrua, & fulgetræ fierent? Quare si hic gloriatur de paterna voce, qua authoritatem sibi arrogat soluẽdi Sabbatum, gloriabimur & nos de voce Dei in monte Sinai, qua Sabbatum obseruare nos iussit. His tacitis cogitationibus it obuiam Christus, dicens, Fallimini dum ista cogitatis, Inuisibilis est pater: qui quum Spiritus sit, neque vocem habet, quæ possit auribus humanis percipi, neque speciem, quę cerni possit oculis corporeis. Nam Moysi nõ talis apparuit, & auditus est, qualis est suapte naturâ, quemadmodum vos existimastis. Sic enim soli Filio visus est, & auditus, & ta-

Clauis scripturæ.

Christus non verborũ seriẽ sed animos loquentium respicit.

Deus inuisibilis.

mé aliqua voce, aliqua ſpecie ſe & Moyſi & Patribus inſinuauit: ſed vos, quũ ſola carne & ſenſu ductemini, qui fieri poteſt Deũ ipſum vt audiueritis, aut videritis? Tantũ abeſt ſpeciẽ eius videritis & audiueritis, vt ne eius quidem vocẽ audire, & eius expreſſam imaginẽ videre volueritis. Ego ſum Verbum Dei, & eius expreſſa imago: neque me audire, neque videre vultis, ſed repellitis.

[ET verbum eius nõ habetis in vobis manens.] Verbum Dei, eſt Filius, eſt & Scriptura ſancta, ſiue lex, ſiue Prophetæ. Hoc verbum non manet in Phariſæis, id eſt, non intelligunt Phariſæi verbum.

Verbum Dei.

[QVIA quem miſit ille, huic vos non creditis.] Argumẽto ab incredulitate Iudæorũ petito, rationẽ addecit, qua probat Iudæos, neq; habere verbum manens in ſe, neque ſcripturas intelligere. Quaſi diceret Chriſtus, Ego ſum is, quem Pater miſit, ego ſum vox Dei: per me vobis Deus loquitur: ego ſum expreſſa imago & ſpecies eius: ego ſum lex viua, & legis impletio. Quare quum huic non credatis, hoc eſt, quum hunc pro Filio Dei, pro Deo cum patre æquali, & pro doctore vero non accipitis, nihil lucis in vobis eſſe poteſt. Qui non audit me, non audit vocem Dei: qui non videt me, non videt ſpeciem Dei: qui non habet me per fidem, non habet legem, non implet legem, non obſeruat Sabbatum, etiam ſi externo ritu ſeruare videatur: non ſatisfacit mandatis legis, vt maxime rebus externis incumbat.

Chriſtus qualis nobis propoſitus credẽdus.

Videre Chriſtum.

[SCRVTAMINI Scripturas.] Ab vſu & effectu Scripturarũ (qui eſt, teſtari de Chriſto) quartũ adducit teſtimoniũ: Ego patris teſtimoniũ de cælo factũ, teſtimoniũ Ioannis, & teſtimoniũ miraculorũ, & aliorũ ſignorũ adduxi: nũc vobis produco teſtimoniũ Scripturarũ, in quibus gloriamini: has ſi SCRVTATI fueritis, hoc eſt, nõ obiter, ſed attẽtè, & ex animo legeritis, expẽderitiſq; diligẽter, vt intelligatis, cognoſcetis teſtimoniũ, quod de me perhibuerũt, ineã venire ſententiã, & idẽ teſtificari, quod reliqua tria. Obſerua. Non minùs Græcis, quã Latinis incertum eſt, vtrũ SCRVTAMINI, imperãdi modo dictũ ſit, an indicãdi. Et vterq; ſenſus tolerabilis eſt: niſi quod Cyrillus ait, quoniã illud copulauit Chriſtus (Et non vultis venire ad me) & cauſam inueſtigationis adie-

Scripturarum vſus.

adiecit. (Quia vos in ipſis putatis vitam æternam habere) nullo pacto hæc oratio cum imperio, ſed cum indicio proferenda eſt. Nam ſi cũ imperio legitur, ſimiliter propter copulã, totus ſermo proferendus eſſet, Scrutamini, & non vultis venire ad me: quod non protulit.

[QVIA vos putatis in ipſis vitam æternam habere.] Argumento à fiducia, quam in ſcripturas Iudæi habebant, reddit rationẽ cur vult Iudæos ſcrutari ſcripturas. Vos per cognitionẽ ſcripturarum putatis vobis viã eſſe ad vitã æternam, hoc non improbo, ſi modò attẽtè legeritis: ſed ad contradicendum veritati legitis Scripturam: quæ verò ad vitam æternam conducunt, ne in mentem quidem veſtram veniũt. Quod ergo putatis in ipſis eſſe, hoc ſpiritaliter, & non carnaliter quærite. Obſerua, quomodo nõ dixerit, Habetis, ſed PVTATIS habere, id eſt, videmini: ſignificans quòd nihil fructus percipient, ſi à lectione ſalutem expectent, non accedente Spiritũ & fide. Huc pertinet quod ſcribit Paulus 2. ad Timot. capi. 3. Ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem, quæ eſt in Chriſto IESV, &c. Hic locus inſinuat non poſtremum eſſe Scripturæ effectum, accipere conſolationem. Cui applaudit Paulus Roman. 15. Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt per patientiam, & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus.

Scripturarum cognitio ad vitam æternam.

Scriptura quomodo legẽda.

[ET illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.] Non impium eſt in Scripturas vitam æternã quærere: quum de me, qui ſum vita æterna, ſcriptæ ſint. Quæ ergo dementia tanta, tanta imperitia, tanta excæcatio vos tenet, vt quũ illæ teſtificẽtur, Patrẽ promiſiſſe ſe miſſurum Filiũ ſuũ, per quem ſalus ſit danda mortalibus, huic Filio nõ creditis? Præter Abrahæ, Iſaac, & Iacob factas promiſsiões, Scripturæ, hoc eſt, Prophetæ de ſemine Dauidis futuro ſcripſerunt, vt Eſaias cap. 2. 7. 9. 40. & deinceps. Iere. cap. 23. 30. Ezech. 34. Oleas cap. 3. Amos cap. 9. Et quis omnes Scripturæ locos enumerare poſſet, qui de ſalute per Chriſtum mentionem faciunt? quũ totum vetus teſtamentũ non aliò ſpectet, quàm de Chriſto teſtificetur? Huc pertinet quod dicebat Petrus Act. capit. 10. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſ-

Vita æterna in Scripturis quærenda.

Scripturæ de Meſsia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Et Paulus ad Rom. cap. 1. Segregatus in Euãgelium Dei, quod antè promisit per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.

Liberum arbitrium.

[ET non vultis venire ad me.] Hic locus ostendit in nobis liberũ arbitrium, etiã in rebus, & negotio fidei, & salutis. Licet enim præsens sit auxiliũ, & gratia, sine qua nõ potest in id fidei bonũ tendere voluntas: tamen non necessariò vult: imò potest nõ velle. Vnde ait, ET NON vultis. Quasi diceret Christus. Nõ desunt vobis ea, quibus adiuti credere potestis. Nam illa præstò sunt, & vobis præsentissima offeruntur, tum ex lectione scripturarum, tum maxime ex me qui paratus sum vos adiuuare vt credatis. ET non vultis venire ad me. id est, non vultis credere. In vos cudenda est hæc faba, & culpa rejicienda venit, si vita æterna frustramini. Hæc nos docet, hos Iudæos fuisse ex proposito malos: non enim dicitur, Nõ potestis venire, sed, Non vultis venire. Quare facessant hinc Manichæi, qui asserunt naturã, non voluntate, malum constare: AD me, scilicet authorem vitæ.

Manichæorũ hæresis.

[VT vitam habeatis.] Quærẽda est vita ab eo, qui suapte natura est vita. Vitæ fons Christus, ergo ab eo petenda vita. Est ergo donum Christi, & opus eius, habere vitam. Quum ergo (ait Christus) tam multis testimoniis comprobatum sit, nõ esse aditum ad vitam, nisi per me: tamen, omnibus contemptis, non vultis venire ad me. id est, non vultis apud vos ex certa fide statuere, me esse filium Dei, Deum verum, docentem doctrinam veram, & cœlestem, ac per me credentibus contingere vitam æternam, hoc est, vt credentes in me, minimo etiam negotio vitam æternam habeatis.

Vitam habere, est opus Dei.

[CLARITATEM ab hominibus non accipio.] Occupatio est, qua præuenit Iudæorũ calumniã. Hic Christum veluti ambitiosum calũniari potuissent, quia dixit. Et non vultis venire ad me, vt vitã habeatis. Tu teipsum cõmendas, (aiunt) & magnifica de te dicis, quum te vitæ authorem narras. Ego (inquit) hominum gloria non inesco, non quæro priuatam, non humanam laudem, qui gloriæ à me ipso plenus sum. Nolo testimonio Ioannis,

Christus gloriã ab hominibus non accipit.

nis, aut Prophetarum venari apud vos humanam, & eam quidem inanem gloriam. Absit vt captem auram popularem: si enim gloriæ humanæ lictibundus fuissem, nunquàm me in extremam carnis humilitatem coniecissem: sed hæc dico vestræ salutis cupidus.

[SED cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.] Argumento ab effectis, opprobrat illis contẽptum sui, quum in Scripturis tam manifestè sit cõmendatus. Quum ego tot testimonia protuli, quibus vos alijs in rebus plurimam tribuitis authoritatem: in me solo (in quem & Prophetæ omnes, & miracula ipsa testimonium perhibent) nõ recipitis: sed aspernamini me à Propheris prænuntiatum, & quem lex iubet ex tota anima, totisq; viribus diligere, contemnitis. Hoc nimirum est argumentum, quòd non verè, sed fictè Deum diligitis. Hanc ignorantiam affectatis: scientes, ignorare vultis. Incredulitas hæc vestra non est ex inopia testium, aut doctorũ, sed ex inopia veræ charitatis in Deum: quem si verè diligeretis, veneraremini & Filium eius, quem misit. Apertissimum est quàm cæci sitis: quò enim magis vos salutis vestræ admoneo, eò obstinatiores estis: quo magis vos illuminare studeo, eò magis excæcamini. Vnde euidens est, quòd Deum ex toto corde, & tota anima (vt est in lege) non diligitis. COGNOVI VOS quia dilectionẽ, &c. id est, Cognoui quòd veram viam ad vitam æternam nõ tenetis, licet putetis eam probe tenere, quòd zelum quidem habetis, sed non secundum scientiam.

Christus Iudæis contemptum sui opprobrat.

Iudæorum dilectio simulata esse probatur.

Zelus nõ secũdũ scientiam.

[EGO veni in nomine Patris mei, & nõ accepistis me.] Ne Pharisæi putarent se iniuria affectos, quòd dixerit Christus, Cognoui quia dilectionem Dei non habetis in vobis, dictum confirmat: EGO veni in nomine patris mei, id est, ego veni hortaturus vos omnia in gloriam Patris facere. Veni in hunc mundum, vt Deo Patri suam gloriam vindicem: vt quod ille præscripsit, faciam, vt voluntatem eius exequar. Voluntas eius est, vt meo ministerio saluetur: hoc facere sum paratus. Et tamen me ista operari & facere gestienté, non accipitis: id est, Sermoni meo nõ creditis: nõ cognoscitis me Filiũ à Patre missum.

Christus in nomine Patris venit.

[SI ALIVS venerit in nomine suo, illum accipietis.] CHRISTVS, qui vt cordis consilia, ita futura

cog

cognoscit, Prophetice hunc sermonem pronuntiat, qui tempore suo re ipsa veritatem habebit: is alius venerit, &c. Quasi dicerer, Est venturus alius, scilicet Antichristus, in nomine suo: qui monstraturus est se, quòd ipse sit solus Deus. Non referet gloriam Deo patri, sed ad se trahere conabitur. Qui quia à vobis gloriam quærit, & gloriam humanam cum multo fauore (quem ambitio) pollicebitur, vos accipietis illum, incidentes in errorem vt credatis mendacio. Aut si alius venerit suam gloriã quærens, & commoda propria spectans, illum recipietis, id est, huic credetis, quia impietas quosvis citiùs recipit, quàm veros Dei nũtios. Sic venit AEgyptius ille magus, quem Ben Cuziba vocarunt, qui triginta hominum tibi millia congregarat, se Christum esse mentitus. De quo Iosephus 2. lib. de bello Iudaico. Item alter Ben Cuziba sub Adriano, qui innumerabilem turbam seduxit, vt Iudæi ipsi scribũt in libro Seder olam: hos & multos alios Iudæi nomine Christi receperunt, qui dederunt pœnas contemptus Christi. Hic locus commination plenus est aduersus ingratos Iudæos, quos propter ingratitudinem erga oblatam gratiam, Deus spiritu erroris aliquando punit: vt magis ac magis per pseudo prophetas seducantur, & exacerbentur. Sicut postea factum est, & adhuc fit. His alludere videtur Beatus Paulus 2. ad Thess. capite secũdo, de Iudæis, & de iniquitatis filio mentionem faciẽs. Quia charitatem veritatis (inquit) non receperũt, vt salui fierent: ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Hic locus non admonet, quæ sint optimi Euangelistæ partes, qui non gloriam suam spirat, nec sua commoda spectat, sed munus Euangelistæ fideliter in gloriam Dei pro publica hominum salute exequitur. Scio tameu huic pedibus & manibus mũdum aduersaturum, qui (quod vsque adeo sibi adulatur) mendacium amat, veritatem odit, & suæ propriæ salutis negligens est, dignus est vt falsa doctrina illum sequatur, qua potus in abyssum præceps ruat.

Antichristus in nomine suo veniet.

Ben Cuziba mẽtitus Christum.

Venientes nomine suo lucrunt pœnas.

Spiritus erroris in pœnam.

Prædicatorũ partes.

[QVOMODO vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriã, quę à solo Deo est, nõ quęritis.] Vera pietas est, omnem gloriam Deo asscribere, & propter Dei

pter Dei obsequium seipsum abnegare. &, si necesse fuerit, seipsum captiuum tradere pro Dei gloria. Ista est vera fides: iste est optimi Christiani status, cui ex diametro aduersatur is, qui gloriam accipit ab hominibus, qui sibijpsi aliquid videtur, & tribuit, sibi soli bene cupit, sibi ofa asscribit. QVOMODO potestis credere: quasi dicat, Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur ambitio & fides. Nolite mirari, si me non recipitis, si Euangelio non creditis. Causa est. GLORIAM, hoc est, humanũ fauorem, & commendationem ACCIPITIS ab inuicem, id est, mutuo vobis adulamini. Hoc autem maximè alienum est à fide & charitate: quæ non ambit, non æmulatur, non quærit quæ sua sunt, non perperam agit. Proinde vbi ambitio fuerit, ibi non erit viua fides: vbi fides est, ibi non est ambitio. Huc pertinet quod ait Paulus ad Galatas capite primo, Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Quomodo igitur potestis miri credere, nihil aliud prædicanti quàm veram Dei gloriam, quum repellatis me veram gloriam à Deo proficiscentem? Deo inuidetis suam gloriam, sordidum huius mundi lucrum venamini. Non igitur mirum est, si Deũ habetis iratum, cui tam pertinaciter resistitis. Idem videtur Apostolus dicere ad Romanos capite decimo, Testimonium enim perhibeo illis, quòd æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. ET gloriam quæ à solo Deo est, &c. id est, Vultis ab hominibus commendari, nõ quærentes commendationem, honorem, iustitiam, & æstimationẽ à Deo. Vera laus est, meruisse laudẽ apud Deũ.

Pietas vera. Christiani optimi status.

Gloriam accipere ab inuicẽ

[NOLITE putare quia ego accusaturus sum vos apud Patrem.] Tanta est Christi erga nos philanthropia, amor, & benignitas, vt quò magis nos alliciat, accusatoris nomen à se abijciens, occupatione præueniat Iudæos, qui obijcere potuissent, Heus tu Iesu Nazarene, tu nos accusas, nam dicis nos nõ velle credere, nos ab inuicem, & non à Deo gloriam quærere, ergo accusatoris, & non miserentis personam induisti. Nolite (inquit) putare, quòd ego cupiens vlcisci contemptum mei, vos delaturus sum apud Patrem: nihil opus est me delatore. Meatum

Christus non accusat nos apud Patrem.

Christi officium.

rum partium est, & in hoc totus sum, excusare hominem coram patre, eos patri reconciliare, adducere, lucrari, pro eis intercedere, interpellare, mortem deglutire, peccata remittere, misericordem esse: tantum abest vt accusem. NOLITE ergo putare, scilicet quia dixi vos magis ad gloriam, quam ad pietatem viuere, quòd ego accusaturus sim vos apud patrem, à quo iudicandi, non autem accusandi potestatem accepi. Ligo procedam ad iudicium, in quo, quod in vestris iudicijs fieri solet, obseruabo, vt non sit vnus idémque accusator & iudex.

Iudex & accusator nemo sit.

[EST QVI accusat vos Moyses, in quo speratis.] Quia impij Iudæi doctrinam CHRISTI contemnebant, & Moysi se disciplinam seruare contendebant, dicentes, Ioan. capite sexto, Nos scimus quia Moysi loquutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit. Necessariò nunc Moysen, id est, legem, in qua gloriabantur, & se tractabant (cuius authoritas apud illos sacrosancta erat, cui summam fidem adhibebant; habentes pro oraculo quicquid ille scripsit) sperni ab eis ostenditi. Nec opus esse alio accusatore, quum Moyses, reliquis omnibus tacentibus, solus sit satis ad confundendum, & condemnandum omnes impios, & incredulos Iudæos. Qui quum IN Moyse, id est, in lege SPERANT, id est, gloriantur, & ex ea credunt se habere iustitiam coram Deo valentem, interim CHRISTVM contemnentes, suo gladio seipsos iugulant, & interficiunt. Nam putantes se habituros Moysen defensorem coram iudicio Dei, interim spreto CHRISTO, habebunt Moysen carnificem & accusatorem. Moyses enim accusabit illos, quod CHRISTO, de quo scripsit, & cui omnes parere debêt, non audiuerint.

Moyses accusator Iudæorum.

[SI enim crederetis Moysi, crederetis forsitã & mihi.] Aenologia est, qua confirmat Moysen accusatorem futurum. Si verbis meis non creditis, ego iniuria à vobis affectus, patiar: sed cur Moysen vestrum non suscipitis (cuius illius scripturis (quas pro oraculo habetis) non creditis? Accõmodate vestri animi aures illi, & cognoscetis adorandum, & maximo honore excipiendum, quem contemnitis. Si huic creditis (vt gloriamini) creditis & mihi: sed tantum abest mihi credatis, vt me persequamini.

Moyses Christum docuit.

Quare

Quare quemadmodum fictè Deum colitis, cuius opera non agnoscitis, cuius Filium odistis: ita Moysen fictè colitis, cuius authoritas vobis est leuis, in eo, in quo debebat maximè valere. Cyrillus nõ legit FORSITAN, sed VTIQVE, affirmatiuè. Sed quia ita vulgata & ab Ecclesia recepta editio habet Forsitan, putauerim dictum, non quòd in dubium reuocetur quod affirmat CHRISTVS, sed vt ostendatur voluntatis nostræ libertas: si quæ tamen est, vt præsente etiam auxilio, non sequatur ipsius Spiritus Christi instinctum, vt paulo antè docuimus.

Liberum arbitrium.

[DE me enim ille scripsit.] Rationem adducit Christus, cur Iudæi sibi crederent, si Moysi crederẽt: argumento à teste ad personam, de qua testatur testis, perito. Per omnes quinque libros suos prædicauit Christũ Moyses, qui nihil spirant præter vnum Christum, si quis introspexerit, non cortice contentus. Apertissimè scripsit Deuteronomij cap. 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies, vt petisti à Domino Deo tuo in Oreb, quando cõcio congregata est, &c. de Christo futuro loquebatur. Sant & alia multa tam in verbis, quàm in signis & symbolis, vt miraculum rubi: nam & ignis quidem, Deitas; rubus autem spinosus, peccatrix natura, quam suscepit ignis Deitas, & incombustam seruauit luce fulgidam, & suos illi quidem radios communicauit: imperfectiones autem illius in se non suscepit.

In Moyse iuxta Spiritum lecto, cognoscitur Christus.

[SI autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?] Argumento à maiore ad minus iuxta Iudæorum opinionem, ostendit argumenta, quæ Iudæos à fide in CHRISTVM auertunt. Quotquot extant doctores, & Scripturæ, nihil sunt ad vestrum Moysen. Quum ergo libris & Scripturis Mosaicis non creditis, nec mihi credetis, quem longè inferiorem vestro Moyse arbitramini. Ierosolymitæ, Scribæ, Pharisæi, & Sacerdotes nihil ad hæc respondent convicti: persistunt tamen in parricidialibus suis cogitationibus, & æternæ vitæ beneficium offerenti, mortis struunt consilia. Maxima & apertissima sunt, quæ CHRISTVS Pharisæis testimonia adduxit, aduersariorũ os obstruentia

Iudæorum ingratitudo.

ſtruentia: ſed quoniam: externa ſunt, nō adſecurāt & cōfirmant auditorum corda, niſi adſit interim ipſius Spiritus Sancti teſtimonium, qui cor noſtrum confirmat de Chriſto & eius Euangelio. Ioan. cap. 15. Quum venerit Paracletus (quem ego mittam vobis à Patre) Spiritus veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. 2. Corinth. cap. 1. Qui autem cōfirmat nos vobiſcum in Chriſtum, & qui vnxit nos, Deus, qui & ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris. Quare maximè certificatur cor noſtrum Spiritus Sancti teſtimonio. Et certificatum confirmant ſigna, miracula, & alia huiuſmodi, veluti Spiritus Sancti inſtrumenta, qualia ſunt prædicatio, & ſacræ literæ, quæ non pauci tempore Chriſti audiuerunt, viderunt & legerunt: ſed quia teſtimonium Spiritus non receperunt, & illo non ſunt confirmati, manſerunt increduli. Rogabit aliquis, Cur Chriſtus illis hæc omnia obiecit. Si credideretis Moyſi, crederetis & mihi: de me ille ſcripſit, &c. quum ſciret quòd non crediturі eſſent? His mihi reſpondere videtur Chriſtus. Quanuis ſciam (inquit) quòd non credant, dico tamen, vt ne habeant poſteà quod prætexant: ſi dixiſſem, credidiſſemus. Aut tametſi ingrati non crediderūt, tamen æquum non videbatur, verborum Chriſti vtilitatem ab ijs, qui poſteà crediturі erant, auferri.

Spiritus cōfirmat cor noſtrum de Chriſto.

CONCILIATIO PRIMA.

Videtur hic locus: Pater omne iudicium dedit Filio: pugnare cum eo, qui ſcribitur infrà cap. 8. Ego non iudico quenquam. Reſpondeo, nihil pugnantiæ eſſe, ſi obſeruauerimus, Chriſtum Ioannis capite 8. condemnare temerarium & carnale Iudæorum iudicium, qui iuxta ea, quæ ratio humana comprehendit, iudicabant, condemnantes citra reſpectum, & integram cauſæ cognitionem: ſi cebat illis Ieſus, Vos ſecundum carnem iudicatis, hoc eſt, iuxta humanam rationem, non perſpecta & cognita cauſa, exiſtimantes me ſequi veſtrum iudicandi ritum, & morem. Ego (inquit) non iudico quenquam, ſupple veſtro more. Ego cor, & affectum eius, qui iudicandus eſt, perpendo: & cognita cauſa iudico citra acceptionē perſonæ. Et ſi iudico ego (inquit) iudiciū meū verum eſt, quia ſolus nō ſum, ſed ego, & qui miſit me Pater: nihil humanæ temeritate iudico, velut cæca caro, cuius eſtis filij. Hæc manifeſtè oſtendunt adductos locos nihil controuerſiæ inuicem habere.

Iudicare ſecūdum carnem.

CONCILIATIO SECVNDA.

Quid hic narrat Chriſtus: Pater non iudicat quenquā, ſed omne iudicium dedit Filio: Quum infrà cap. 8. dicat, Non quæro gloriam meā: eſt qui quærat, & iudicet. Si ergo iudicat Pater, quomodo non iudicat quenquam? Reſpondeo, duplex iudicium eſſe, alterum Damnationis, alterū Diſcretionis. Priore iudicio Pater non dicitur quenquam iudicare, ſed omne iudicium dedit Filio: quoniam iudicandis viuis & mortuis forma hominis apparebit, quam non habet Pater. Propter quod ait Propheta Zacha. cap. 12. & Apoc. cap. 1. Videbunt in quem pupugerunt. Sed inuiſibiliter etiam Pater erit cum illo, quia inſeparabilis eſt ab eo. Si enim non ſum ſolus, quoniam Pater mecum eſt, (ait ipſe moriturus) quāto magis habebit ſecum Patrem, de mortuis & viuis iudicaturus? Cum illo erit etiā Spiritus Sanctus. Quomodo enim deſereret eum Spiritus Sanctus in regali ſede, quo plenus regreſſus eſt à Iordane? Altero iudicio, quod eſt diſcretionis, & nō damnationis, iudicabit Pater: quomodo exponit ille, qui dicit Pſalmo quadrageſimoſecundo, Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta. Et iuxta id, quod dictū eſt, Iudica me, &c. Chriſtus ait, Ego non quæro gloriam meam: eſt qui quærat, & iudicet. Quomodo eſt qui quærat, & iudicet? Eſt Pater meus, qui gloriam meam à veſtra gloria diſcernat & ſeparet. Vos enim ſecundum carnem & hoc ſeculum gloriamini. Ego non venor gloriā mundi: qui dico, Pater, glorifica me ea gloria, quam habui apud te, antequam mundus eſſet. Hæc gloria diſcreta & ſeparata eſt à veſtra, & carnali inflatione, & gloria. Legito Auguſtinum parte ſexta, libro 3. cap. 18. contra Maximinum Arrianorum epiſcopum.

Iudicium duplex.

Diſcretiōis iudicium.

CONCILIATIO TERTIA.

Locus hic: Nō poſſum ego à meipſo facere quicquam: videtur aduerſari dicto infrà, cap. 10. Nemo tollit animam meam à me, ſed pono eam à meipſo. Reſpondeo. Vehemens eſt hæc tapinoſis, & humiliatio, qua Chriſtus, velut humilis, & infirmus, ab alieno auxilio pendens, vti

turi: dicens se nihil à seipso posse facere: declarans se nihil priuatim agere, sed omnia in Patrem reijciens, intimat se omnia cũ Patre cõmunia habere, vt vna eademque credatur à nobis, Patris & Filij voluntas, & potentia. Hoc si facit Filius, obediens Patri vsque ad mortem: quantò magis nos nihili homines studere debemus, vt nosipsos abnegantes, omnem gloriam demus Deo: nihilq; nos posse citra eius fauorem & auxilium ingenuè fateamur. Velut Paulus quoque fecit, magistrum suum imitatus. Ad Philip. cap. 4. Omnia possum, inquit, in eo, qui me confortat. Deinde quum dicitur, Nemo tollit animam meam, &c. discimus diuinam virtutem in Christo esse: qui potestatem habet ponendi animam, & potestatem rursus sumendi. Ipse semetipsum volens tradidit in mortẽ, doctore Esaia, cap. 53. Oblatus est, quia ipse voluit. Et velut sua sponte sese obtulit in supplicium mortis, ita quoque propria potentia semetipsum excitauit à mortuis, vt Filium Dei se declararet magnifica victoria.

Filius cum Patre omnia habet cõmunia. Christi humiliatio.

CONCILIATIO QVARTA.

Non conuenit hic locus, si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum: cum eo, qui infrà ca. 8. scribitur: Et ego testimonium perhibeam de meipso, verum est testimonium meum. Respondeo: Hoc loco Christus hominum carnale testimonium more humano loquentium reijcit, qui de se magnifica verbis gloriantur, sed plerunque vanissimè testantur: est enim omnis homo mendax: At Christus cõtrà agit. Ego, inquit, ab homine testimoniũ non accipio: non meipsum humano more commendo: Nõ quæro vt faciam, inquit, voluntatem meam, sed eius, qui misit me. Et infrà cap. 7. Mea doctrina nõ est mea, sed eius, qui misit me. Non ambio, inquit, popularis gloriæ fumũ. Opera, quę ego facio, testimonium perhibent de me, quòd Pater miserit me. Si ego solus, velut homo tantùm, meipsum magnificis verbis commendarẽ, leuis ponderis esset testimonium meũ, imò mentitum forer. At quia ego & homo & Deus sum, veritas ipsa, quæ mentiri non potest, non seruio hominibus, vt illorum veneri gloriã. Quare si ego testimonium perhibeam de meipso, verum est testimonium meum. Id est, Quia Dei Filius sum, mentiri non possum.

Christi testimonium de seipso.

CONCILIATIO QVINTA.

Quid hoc loco ait Christus, se non accusaturum Pharisæos, & pessimos quosque apud Patrem, quum Matth. cap. 10. dicat, Quicunque negabit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo? Quo dicto paret accusatum iri omnes apud Patrem per Christum, qui eum non susceperunt. Respondeo: Non misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Vnde sanguis Christi nõ clamat accusationem, sed remissionem. Ad Hebr. cap. 12. Accessistis ad testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem, quam Abel. ad Ro. 8. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat: Quis est qui condemnet? Christus IESVS, qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui & est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis: negaturus est impios ad se pertinere, quando sedens in maiestate sua, non accusatorem, sed iudicem aget. Ab hac tamen negatione, quæ quodam modo dici potest accusatio, impij non erunt liberi. Aut dici potest, quòd non solus est accusaturus: quia iam Moyses accusat, accusabitque.

Sanguis Christi non clamat accusationem, sed remissionem.

CAPVT VI.

POST hæc abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis: & sequebatur eum multitudo magna: quia videbãt signa, quę faciebat super his, qui infirmabãtur. Subijt ergo in mõtem Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis. [1] Erat autẽ proximũ Pascha

Matth. 14. b Marc. 6. e Luc. 9. b Ioan. 11. a Deut. 16. a

Aliud est istud miraculum ab eo quod scribitur Matth. 14. b. Marc. 6. e. & Luc 9. b

[1] Erat autẽ) Appropinquabat autem.

dies festus Iudæorum. Quum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset
2 Ad eum)ad se. quia multitudo maxima venit [2] ad eum, dixit ad Philippum, Vnde ememus panes, vt mãducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum: Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respõdit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes nõ sufficiunt eis, vt [3] vnusquisq; modicũ quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas, frater Simonis Petri, Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid
4 Tãtos)tot vel tam multos. 5 Fœnũ)herba, gramen. sunt inter [4] tantos? Dicit ergo Iesus, Facite homines discumbere. Erat autem [5] fœnũ multũ in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinq; millia. [a] Accepit ergo Iesus panes: & quum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus quantum volebant. Vt autem
a Quinque panibus, & duobus piscibus fuisse dicuntur quinque millia.
6 Impleti)satiati. [6] impleti sunt, dixit discipulis suis, Colligite quæ superauerunt fragmẽta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinq; panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his, qui manducauerant. Illi ergo homines quum vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant, [b] Quia hic est verè propheta, qui venturus est
b Miracula quid faciant.
in mun

in mundum. Iesus ergo quum cognouisset quia vẽturi essent vt raperent eum, & facerent eum regem, [7] fugit iterum in montem ipse solus. Vt autẽ serò factum est, descenderũt discipuli eius ad mare. Et quum ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum, & tenebræ iam factę erant, & nõ venerat ad eos Iesus. Mare autem, vento magno flante,
7 Fugit iterũ) secessit.
c Discipuli agitati in mari. Matth. 14. c Marc. 6. f [8] exurgebat. [c] Quũ remigassent ergo quasi stadia viginti quinq; aut triginta, vident Iesum ambulantem supra mare, & [9] proximum naui fieri, & timuerunt: ille autem dixit eis, Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & statim nauis [10] fuit ad terrã, in quã ibant. [11] Altera die, turba, quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi, [12] nisi vna, & quia non introisset cũ discipulis suis Iesus in [13] nauim, sed soli discipuli eius abijssent, aliæ verò superuenerunt naues à Tiberiade, iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agentes Deo. Quum ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum quærentes Iesum. Et quum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc ve-
8 Exurgebat) intumescebat.
9 Proximum naui fieri) appropinquare naui.
10 Fuit) venit
11 Altera) postero die.
12 Nisi vna) illa quam ingressi sunt discipuli eius.
13 Nauim) nauiculam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisti? Respondit eis Iesus, & dixit,
d Amen amen dico vobis, quæritis
me, non quia vidistis signa, sed quia
manducastis ex panibus, & saturati
estis. 14 Operamini c non cibum qui
perit, sed qui permanet in vitã æternam, quem Filius hominis 15 dabit
vobis. Hunc enim Pater 16 signauit
Deus. Dixerunt ergo ad eũ, 17 Quid
faciemus vt operemur opera Dei? c
Respondit Iesus, & dixit eis, Hoc est
f opus Dei, vt credatis in eum quem
misit ille. Dixerunt ergo ei, Quod
ergo tu facis signum, vt videamus,
& credamus tibi? quid operaris? Pa
tres nostri manducauerunt g manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de cælo dedit eis manducare.
Dixit ergo eis Iesus, Amen amen di
co vobis, non Moyses dedit vobis
bis panem 18 de cælo. h Panis enim
verus est, qui de cælo descendit, &
dat vitã mundo. Dixerunt ergo ad
eũ, Domine, semper da nobis panẽ
hũc. Dixit autẽ eis Iesus, 19 Ego sum
i panis vitæ: qui venit ad me, nõ esuriet: & qui i credit in me, non sitiet
20 in æternũ. Sed dixi vobis quia &
vidistis me, 21 & nõ credidistis. Omne
k quod dat mihi Pater, k ad me veniet:
& eũ, qui venit ad me, non eijciã foras: quia descendi de cælo, nõ vt faciam

d Vt saturentur quærunt Christum.

e Operari cibum.

f Opus Dei, fides 1. Ioã. 3. d Miracula' petunt.

g Manna. Exodi. 16. e Numeri. 11. b Psal. 77. c Sapien. 16. c

h Panis verus, Christus. Eccl. 14. c

i Credere Christo.

k Venire ad Christum.

14 Operamini) id est, In eo occupari estote, vt habeatis nõ cibũ qui in vitã vadit, & in secessum emittitur.
15 Dabit vobis) de se loquitur in tertia persona.
16 Signauit) id est, figillauit, & obsignauit, me eximpatter testimonio, velut annulo signatoria apposito confirmauit, in filium suum vnicè dilectum.
17 Quid faciemus) Quæsentes nobis faciẽdum, vt &c.
18 De cælo) subaudi vt tũ, sed tantũ manna.
19 Ego sum) qui aio & vi tã largior. Hebr.
20 In æternum) perpetuo.
21 Et nõ credidistis) quãuis videritis me, tamen non creditis.

ciam voluntatẽ meã, sed voluntatẽ
eius qui misit me. Hæc est enim l vo
luntas eius, qui misit me, Patris: vt
omne quod dedit mihi, non perdã
ex eo, sed resuscitem illud in nouissi
mo die. Hæc est autẽ m volũtas Pa
tris mei, qui misit me: vt omnis, qui
videt Filiũ, & n credit in eum, habeat
o vitam æternã, & ego resuscitabo
eũ in nouissimo die. p Murmurabãt
ergo Iudæi de illo, quia dixisset,
Ego sum panis viuus, qui de cælo
descẽdi: & dicebant, Nõne hic est fi
lius Ioseph, cuius nos nouimus pa
trem & matrẽ? Quomodo ergo di
cit hic, Quia de cælo descẽdi? Respõ
dit ergo Iesus, & dixit eis, Nolite
murmurare 22 in inuicem. q Nemo
potest 23 venire ad me, nisi Pater,
qui misit me, 24 traxerit eũ, & ego re
suscitabo eum in nouissimo die. Est
scriptũ in Prophetis, Et erũt omnes
r 25 docibiles Dei. Omnis q audiuit
à Patre, & didicit, venit ad me. Non
quia Patrẽ vidit quisquã, nisi is qui
est à Deo, hic vidit Patrẽ. Amẽ amẽ
dico vobis, q credit in me, habet vi
tã æternã. Ego sum s panis vitæ. Pa
tres vestri mãducauerũt mãna in de
serto, & mortui sunt. Hic est panis
de cælo descendens, vt 26 si quis ex
ipso manducauerit, non moriatur.

l Voluntas Dei.

m Voluntas Dei.

n Fides.

o Vita.

p Scandalizatur in Christo Iudæi. Matth. 13. g

q Fides in Christum à Patre.

r Docti à Deo. Isaiæ. 54. 9

Exod. 16. c

s Panis vitæ.

22 In inuicem) inter vos.
23 Venire ad me) id est, credere me esse Messiam.
24 Traxerit eum) subaudi in cognitionem mei.
25 Docibiles) dociles Dei, vel docti à Deo. Hebraice ad verbum legitur, Peritũ omnes. q. d. omnes eccle siæ filios docebit fidẽ in Christum.
26 Si quis ex ipso mãduc.) quis ex ipso edat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ego sum panis viuus, qui de cælo
descendi. Si quis manducauerit ex
hoc pane, viuet in æternum: & pa-
nis, quē ego dabo, [t] [27] caro mea est,
pro mūdi vita. [28] Litigabāt ergo Iu-
dæi adinuicem, dicentes, Quomodo
potest hic nobis carnem suam dare
ad manducandum? Dixit ergo eis
Iesus, Amen amen dico vobis, nisi
manducaueritis carnē Filij hominis,
& biberitis eius sanguinem, [29] non
habebitis vitā in vobis. Qui [u] mādu
cat meā carnē, & bibit meū sangui-
nē, habet vitā æternā, [30] & ego resu-
scitabo eum in nouissimo die. Caro
enim mea verè est cibus: & sanguis
meus, verè est potus. Qui māducat
meam carnem, & bibit meum san-
guinem, in me manet, & ego in illo.
Sicut misit me viuens Pater, & ego
viuo [31] propter Patrem: & qui mā-
ducat me, & ipse viuet [32] propter
me. [33] Hic est panis, qui de cælo de-
scendit. Non sicut manducauerunt
Patres vestri manna, & [34] mortui
sunt. Qui manducat hunc panem,
viuet in æternum. Hæc dixit in Sy-
nagoga, docens in Capharnaum.
Multi ergo audientes ex discipulis
eius dixerunt, [x] Durus est hic sermo,
& quis potest eum audire? Sciens
autem Iesus apud semetipsum quia
mur

t Caro Christi.

1. Corinth. 11.

u Manducare carnem Christi, & bibere sanguinē eius.

x Scandalum.

27 Caro mea est) quā ego dabo.

28 Litigabant) decertabant, contendebāt.

29 Non habebitis.) non viuetis.

30 Et ego) Et, pro Id est, vel Nā

31 Propter Patrē) id est, ad glorīā Patris.

32 Propter me) id est, vt me glorificet.

33 Hic) Talis.

34 Mortui sunt) hæc oratio defectiua est cuius pars est altera pars, Ita qui de hoc pane ederit, mortis

murmurarent de hoc discipuli eius,
dixit eis, Hoc vos scandalizat? Si er-
go videritis Filium hominis ascen-
dentem vbi erat prius? [y] Spiritus est
qui viuificat: [z] caro non prodest
quicquam. Verba quæ ego loquu-
tus sum vobis, [35] spiritus & vita
sunt: sed sunt quidam ex vobis qui
non [a] credunt. Sciebat enim ab ini-
tio Iesus, qui essent credētes, & quis
traditurus esset eū. Et dicebat, Pro-
pterea dixi vobis, Quia nemo po-
test venire ad me, nisi fuerit ei da-
tum à [b] Patre meo. [36] Ex hoc [c] multi
discipulorum eius abierunt [37] re-
trò, & iam non cum illo ambula-
bāt. Dixit ergo Iesus ad duodecim,
Nunquid & vos vultis abire? Re-
spondit ergo ei Simon Petrus, Do-
mine, ad quem ibimus? [d] verba vitæ
æternæ habes: & [e] nos credimus &
cognouimus quia tu es Christus
Filius Dei. Respondit ei Iesus, Nō-
ne ego vos duodecim elegi, & ex
vobis vnus [38] [f] diabolus est? Dicebat
autem de Iuda Simonis Iscariotæ.
Hic enim erat traditurus eum,
[39] quum esset vnus ex duodecim.

y Spiritus.
z Caro.

35 Spiritus & vita) id est, Spiritualiter intelligēda sunt, & ita conferent Vitam.

a Fides.

36 Ex hoc) subaudi tempore.

b Pater trahit ad Christum.

37 Retrò) ad ea quę retrò, id est, deficiunt eo relicto.

c Discipuli scādalizati recedunt à Christo. Matth. 16.

d Verba vitæ.

e Confessio Apostolorū.

38 Diabolus) delator, vel calumniator, qui deferet me apud principes.

f Diabolus Iudas.

39 Quum esset) quamuis esset.

Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis. CAP. VI.

COGNITA Iudæorum vesania, post longã de potentia verbi disputationem, subducit se Christus ab illis, & reddidit sese simplicioribus, denuò proficiscens in Galilæam: non iam in Cana, sed in eam, quæ est extra lacum. Is lacus est, qui in scriptura à Græcis Genesar vel Genesareth dictus est: Tiberiadis mare, eum Ioannes vocat, quòd Tiberias, vrbs ab Herode Tetrarcha in honorem Tiberij Cæsaris ita vocata, huic lacui ad partem occidẽtalẽ adiacet. Si quis rogauerit, Quæ causa fuit præsentis traiectionis Domini? Fuit partim vt Herodem (quem audiuerat, nuntijs discipulis, decollasse Ioannem) declinaret. Matthæi cap. 14. Marc. 6. & Luc. 9. partim vt furori Iudæorum cederet, & quieseceret: animus enim premebatur à turbis, vt Marcus memorat, quam quàm non diu quietem illæ ei permiserint, quæ mox illum sunt sequutæ. Obserua. Hebræi generali nomine omnes aquarum congregationes, Maria vocant, & quod lacus specimen quoddam maris præ se ferant.

Genesareth. Tiberiadis mare. Tiberias vrbs.

Mare, congregatio, aquarũ.

[ET sequebatur eũ multitudo magna.] Hæc est potentia Verbi, nimirum ad se attrahere ingentem auditorum multitudinem: attentos & veritatis cognoscendæ cupidissimos reddere homines, qui nihil non tentent, vt verbum sequantur.

[QVIA videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur.] Sequendi causam adducit miracula. Alliciebatur turba miraculorum cupiditate: partim quia viderant CHRISTVM insolita virtute sollentem morbos hominum: partim vt qui infirmi essent, sanitati ab illo restituerentur: partim illius hiantes doctrinæ. Signa & miracula, obsignationes fuerunt doctrinæ CHRISTI, & Apostolorum. Vnde quemadmodum Euangelista priore capite, doctrinam CHRISTI, docentis se esse Dei Filium, Patri æqualem, & omnem, qui suo credit sermoni, habere vitam æternam (quanuis per se verissima esset doctrina) præcedenti miraculo in veritate sua cõfirmauit, & paralytici

Turba cursequebatur Christum.

Miracula sunt doctrinæ obsignationes.

lytici curatione authoritatem asseruit: ita & hoc capite, priusquam doceat Christus se esse panem verum & viuum, vt si quis ex ipso manducauerit, viuat in æternum: miraculum de quinque panibus & duobus piscibus (quibus Dominus quinque millia virorum cibauit) Euangelista proponit: ne nudam doctrinam, sed miraculo confirmatam scripsisse videatur: atque vt omnis hoc nostro seculo (quo huiusmodi cessarunt externa miracula) hanc CHRISTI doctrinam cum fiducia prædicet: certúsque sit hoc esse Dei Verbum, etiam si non opererur miracula, qualia CHRISTVS, & Apostoli. Videntur mihi miracula fuisse veluti quædam solennes ceremoniæ, quibus solent homines rei magnæ & inauditæ applaudere, & eandem confirmare. Confirmant enim miracula doctrinã, & illam veluti in possessionem (vt ita loquar) collocant veritatis. Quemadmodum enim multis huius seculi rebus arduis contingit, vt quum aliquid duraturum cœpit esse, id solennibus pompis confirmamus: inunginur Rex: solennes fiunt pompæ in confirmationem Regiæ authoritatis: nouo marito cum solenni pompa datur sponsa: idque fit non alia causa, quàm vt res aliquandiu duratura, nobilitate incœpti confirmetur. Sic & doctrina Dei (humanum dico, qui sacra prophanis confero) quum cœpit promulgari, per solennia miracula authoritatem accepit. Mosaicæ doctrinæ (ne vana videretur) adiecta sunt miracula: traiectio per mare rubrum, aqua de petra, manna de cælo, tonitrua & fulgura in aere, nubes interdiu, & columna ignis noctu: vt ab his diuina quadã dispensatione dispositis, legis authoritas cõfirmaretur: & intelligeret omnis (qui postea legem aut doceret, aut audiret) se certum esse docere & audire legẽ Dei. Vnde non fuit necessarium, Prophetas, qui postea legem docuerunt, multis claruisse miraculis, quibus suam doctrinam confirmarent, quæ solenni pompa Moysi tempore, per miracula posita erat in possessionem. Ad hunc modum Christus fecit, qui suæ doctrinæ addidit miracula, eámque potestatem Apostolis suis dedit: vt principio prædicationis Euangelij, per miracula, & aliquas solennes ceremonias * Euãgelij veritatis Euangelicæ: sed si quis miracula quæsierit, huic proponantur miracula à

Ceremoniæ solennes, miracula.

Legis confirmatio.

Cur Christus miracula suæ addiderit doctrinæ.

CHRI

Universidad de Deusto
Biblioteca

CHRISTO & Apostolis facta: quæ sunt antiqua sigilla, doctrinæ apposita, quibus si quis non credat, nec nouis crediturus est. Quemadmodum enim inter res ciuiles, plus authoritatis antiqua sigilla literis appensa afferunt, quàm noua, quæ ob nouitatem suspecta & adultera frequenter habentur: ita & in rebus diuinis multùm authoritatis habet miraculorum (quæ sunt sigilli loco) vetustas. Quare Ecclesiastis & verbi Dei præconibus, etiam si non faciant miracula, credēdum est. Quòd si quis obiecerit quod scribitur Marci vltimo, Signa eos, q̄ crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, &c. nihil tale videtur fieri. Respondeo: Non incipit Euangelium, iam enim annis mille quingentis quadraginta tribus cœptum est. Non prædicatur nouū verbum, sed vetus illud Euangelij: quod per id, quod à Marco narratur, confirmatum, & in possessionem veritatis collocatum est. Responsabit adhuc quispiam: Non sum concionatori, & parocho meo credaturus, nisi suæ doctrinæ adiecerit miracula. Huic respondeo: Heus tu, audi Christum: Generatio (inquit) praua & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ.

Euangelij sigilla.

Quare nūc nō fiūt miracula.

[SVBIIT ergo in montem Iesus.] Traiecto mari abijt pro more, vel vt oraret, vel vt sic omnibus pateret liber ad eum accessus, in desertum, in montem litoris vicinum. Hoc suo exemplo Christus docet, eum qui se populi pastorem profiteatur, interdum sese, vt prosit, etiam infimis miscere: interdum oportere mentem ad sublimiora quædam erigere, quoties ad sacras literas, aut precationes, aut rerum cælestium contemplationem prouocandus est animus. Et ob id solet quæri locus ab omni strepitu purus. Aut ascendit in montem, vt discipulos miraculo præpararet, quibus volebat id, quod factus erat, maxime compertum esse. Christum enim turba in desertum vehementi ardore sequuta, suíque commeatus oblita, miraculi occasionem dedit, conspicuamque omnibus illius cognitionem præstitit.

Christus relicta turba in mōtē secessit. Pastor ecclesiasticus rebus infimis interdum se immiscet.

[SI tibi sedebat cum discipulis suis.] Secessit Christus cum discipulis suis in montem, ita tamen vt turba esset in prospectu: & omnibus conspicuus sedebat, volēs mystica

mystica quædam discipulis (qui adhuc rudes erant) communicare. Turba in humiliore montis loco iacebat. Solit discipuli præceptorem Iesum sequuntur, quòd oporteat episcopos negotijs sordidis, & temporalium rerum curis vacuos esse. Castra & loca ab vrbibus semota hodie habent Episcopi, in quæ paulisper & pro tempore sese recipiunt: non vt voluptē viuant, & cuticulam curent, si negotijs fatigatus, sacrorum meditatione, puriore voto, sacro colloquio, & continua oratione ad sacram functionem instauretur. Atque his peractis, alacriores redeant ex charitatis affectu ad consulendum gregi sibi commisso. Quo cum non sedent, sed ambulant vesuri non domini, sed ministri illius, qui commisit gregem, & cui reddituri sunt rationem, 1. Cor. cap. 4. Sic nos existimet homō, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.

Episcopi sordidis negotijs vacui.

Episcoporū secessus à turba, vt orationi aliquantisper vacent.

[ERAT autem proximum Pascha, dies festus Iudæorum.] Quum hæc gererentur in Galilæa, proxime instabat PASCHA, id est, trāsitus, dies festus, in quo agnus brutus, veri & rationalis agni typus immolabatur. Conuenientius fuisset eo die versari Ierosolymis, nisi obstitisset Iudæorum incredulitas, quorum malitia occasionem dedit paulatim abrogandi legem, simul & manifestandi figuram cœpisse cedere, dum præsens aduentaret veritas. Vnde Euangelista non dixit, Festum diem Christi, sed Iudæorum. Obserua, hoc secundum Pascha esse, quod Euangelista recensuit à miraculo in Cana facto, quum aqua facta est vinum. Hic locus significat, non procul tum abfuisse festum veri Paschæ, quo immolandus erat Christus, à quo, vniuerso orbi cibus Euangelij erat administrandus.

Pascha. Agnus brut⁹.

Euangelij cibus.

[QVVM subleuasset ergo oculos Iesus.] Ex his, quæ paulò post ab hoc Euangelista, & ab alijs, Matthæi capite 14. Marci capit. 6. Lucæ capit. 9. narrantur, discimus, Christum de monte ad turbas descendisse, qui ad vesperum vsque curandis, sanandisque infirmis diem protraxit. Instante autem vespera, & rogantibus discipulis vt turbam dimitteret, quæ sibi (quòd desertus esset locus, & nihil ciborum allatum esset) commeatum pararet: Iesus ex commiserationis affectu, aperuit in populum oculos.

ET

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præparatur discipulorũ animi ad miraculum.

[ET vidisset quia multitudo maxima venit ad eum.] Quum quadam commiseratione vidisset supra modum numerosam esse multitudinẽ, cœpit parare animos discipulorũ suorum ad certam miraculi fidem, vt priùs cognoscerent cibariorum penuriam, ac populi multitudinem animaduerterent, quàm quòd de inedia cõquerere tur turba: simúlque intelligerent se oportere in montibus & deserto paratos esse ad hospitalitatis virtutem, qua nihil beatius homini (qui Dei charitatem assequi desyderat) contingere potest.

Hospitalitas.

Philippus probatur.

[DICIT ad Philippum.] Tentat Christus Philippũ, illiúsq; fidem probat, vt cognito sequẽti miraculo, postea tenacius seruet quæ à præceptore didicerit. Hęc explo ratio insinuat, qd ratio humana, & eius sectatores de potentia Christi, seu Verbi iudicent. Cui nescio an grauior contingat tentatio, quàm quum annona, victúsque abesse narratur. Nam quũ victũ deficere audit ratio, statim de victu desperat, & statuit moriendum esse. Prima enim hominũ cura est de victu, quæ carni nostræ agnata est, & facilè erumpit, quũ vẽter reclamat. Hac tentatione, veluti fortissimo telo, est vsus Satan aduersus Christum; at Christus tentat, vt piorũ probet fidem: Satan verò, vt desperationis laqueũ injciat. Quòd autem præ alijs ad Philippũ direxerit sermonẽ, id argumẽto est fortassis, quod maiori indigeret eruditiõe (ait Theophylactus) qui postea dicturus est, Ioannis cap. 14. Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Putauerim id factum, quòd libenter Philippus discebat, quærebátque sæpius: sed non erat adeò acutus, vt altiora posset intelligere.

Inedia, tẽtatio gratis.

Hominum cura est de victu.

Satanæ telum aduersus Christum.

[VNDE ememus panes, vt manducent hi?] Admirabilis Philippo fuit hæc interrogatio. Quid ni? Rudis erat adhuc Philippus. Confunditur ratio humana, dum hæc audit. Quum enim quasi aquarum fluenta innumeri homines ad Christum confluerẽt, & in eum locum, in quo neque quicquam ciborum aut annonæ erat, neque sollicti erant ista curare, aut de commeatu prouidere, discipuli sequentes Iesum, quanquàm plebeio vilique cibo contenti essent, tamen ad sustẽtandos illos cibo, iubentur, Matth. xi capite 14. Date illis vos manducare, ait Christus. Huius rei magnitudine, atque difficultate, cùm propter

propter multitudinem hominum, tum propter locorum solitudinem, quis diues non fuisset perterritus? At CHRISTVS mox omnem solicitudinem adimit, adhortatúrque omnem huiusce modi formidinem, spe gratiæ suæ abijciendam. Interrogat ergo CHRISTVS, vt carnis sapientiam, & iudicium confundat; quæ ad solas occasiones præsentes respicit, nec credere potest verbum nutrire posse, vbi nulla est victus præsens occasio. Atque hac vita, fidamus, credamúsque oportet verbo, & Dei promissis: cuius tãta est virtus, & potentia, vt nutrire possit, demptis etiam victus occasionibus. Quod ostendit populo suo Israelitico, Exodi cap. 13. & 16. Nume. capite 11. & 21. Hic locus significat quã Christus declaret se cura sua præuenire omnem nostram indigentiam, ac planè nobis etiam dormientibus, patrem familias agere, dummodo vocationi nostræ ex fide diligenter inseruiamus. Primùm (inquit) quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis, Matthæi capite 6. Quærite regnum Dei, hoc est, vocationi vestræ satisfacite, siue huic vocationi totí incumbite: & nihil deerit timentibus, & inuocantibus Deum in veritate. Dicit ergo, Vnde mercabimur panes, vt sit isti tam numerosæ multitudini quod edant?

Carnis iudicium.

Promissis Christi & verbo adhærendum.

Quærere regnum Dei.

[HOC autem dicebat tentans eum.] Vt intelligamus quales tunc erant discipuli, experimento aperire vult modicam Philippi fiduciam, vt cognita magnitudine miraculi. Philippus posteà cognoscat potentiam verbi. Et quòd non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Quid dicebat? Ex vna parte proponebat turbæ multitudinem, ex altera panis defectum. TENTANS eum, hoc est, fidem eius explorans, num credat Christum non derelicturum turbam in fame, vt inedia, & esurie pereat. Esuries & panis defectus, sunt seges patientiæ, & officina non perditionis, sed duraxat tentationis, hoc est, probationis fidei.

Christus suos in fide probat.

Patientiæ seges.

[IPSE ENIM SCIEBAT quid esset facturus.] Qui scit quid est in homine, non nescius erat quantum esset panum, aut obsonij: sed rogat, vt Apostolos attentos reddat ad miraculi considerationem. Sciebat se posse cibare populum potentia verbi, etiam in deserto, etiam nulla molitorum, pistorum, furnorum, frumenti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mẽti, aut qualisqualis farinæ præsente copia & occasione.

[RESPONDIT ei Philippus.] Responsum Philippi ostendit quanto adhuc humano ductaretur affectu, qui nihil de miraculo, aut verbi potentia (tametsi viderat in nuptijs Christum vertentem aquam in vinum) cogitans, solo animo reuoluit quàm exiguum esset ipsis pecuniæ subsidium, ad comparandum victum tam numerosæ multitudini.

Philippi terrena meditatio de saturandis hominibus.

[DVCENTORVM denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat.] Audito Christo, statim Philippus refugit trepidus ad pecuniarum viam, nullo alio modo rem hanc peragi posse existimans, nisi communi, tritóque pecuniarum medio: nihil interim cogitans de virtute, & omnipotentia verbi. Quasi diceret, Domine, quid rogas de emendis panibus ducentis denarijs panes empti vix sufficerint, non dicã ad saturandos istos, qui longa iam inedia famelici sunt, sed vt vel paululum gustantes, singuli famis periculum effugiant. Argumentatur Philippus ab impossibili, extra humanam rationem, nihil respiciens ad Christum, qui potens est ex paucis multos, qui sufficiant, panes facere, & hanc multitudinem alere, etiam sine præsentaneo panum occasione. Hoc responsum continet mimesin, hoc est, imitationem responsionis omnium hominum sola ratione humana ductorum, quando ex deficiente annonæ occasione tentãtur. Huiusmodi enim homines carnalibus oculis præditi sunt, non longius prospicientes, quàm in præsentia & carnalia, in cibum, & nummos, quæ si defecerint, animos despõdent, nesciunt quò se vertant. At qui Spiritu Dei, & fide ducuntur (quorum conuersatio iam in cælis est) rebus his præsentibus, & visibilibus nihil hærent, sed in res ipsas inuisibiles, & in aliarum prospiciunt mundum. Si enim aut domi, aut in foro victum & annonam non præsto esse, sed deficere intelligant, statim alacres animo oculos dirigunt vsque in alterum mundum: nihil hæsitantes quin illis tutus per Christum pateat accessus. In quo statim Deum reperiunt optima quæque promittentem, omnibus bonis abundãtem, & benigniter nobis necessaria administrãtem. Propterea dictum est à Propheta, Psalmo 36. Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Exemplo erit Elias, quem coruus Dei nuntius multis diebus pauit. 3. Reg. 17. Quare pij semper abundant; impij autem & auari, ne suæ quidem fidei quicquam committunt, tantum abest alteri credant. Quo fit vt nihil habeant, nihil possideant, quibus tam deest quod habent, quàm quod non habent. Obserua: Ducenti denarij (supputatore magno illo Budæo de partibus asis) valent viginti aureos coronatos Gallicos: hoc est, quadraginta quinq; francos. Tantum pecuniæ videtur habuisse discipuli. Marc. cap. 6. narrat eos dixisse, Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis mãducare. Huc dilectionis iam venerat, vt quæcunq; haberent, in vsum populi parati essent expone re: quasi dicat Philippus, Si etiam omnem nostram pecuniã, ducentos, quos habemus, denarios, insumeremus, non foret satis pro tam copiosa multitudine.

Chriſti potentia.

Mimeſis.

Impij ſemper egentes.

Pij ſemper abundant.

Denarij ducenti valẽt 20. aureos.

[DICIT ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri.] A personarum circunstantia historiæ certitudo declaratur. Audito Philippo Andreas frater Petri assurgit: infirmus quidem, sed aliquanto prudentior, & iam vtcunque ad spem aliquam miraculi aures arrigens, nondum tamen plena fiducia. Philippo enim dicente, Ducentorum denariorum panes non sufficiẽt, ille quinq; panes hordeaceos, & duos pisces commonstrauit.

Andreæ fides.

[EST puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces.] Quia Andreas viderat aquam in vinum conuersam, & nunc conspicit pauculos panes cum piscibus præsentes, videtur non omnino diffidere panes illos posse crescere, sed ad moderatam portionem, vt ex paucioribus minus, ex pluribus plus accresceret. Hæc est Andreæ incredulitas, qua impeditur credere Christum etiã ex parua occasione æque multos cibare, atque ex magna, quum Christus nulla opus habeat materia ad creandos panes, qui vel ex nihilo quod vult, & quum vult, creat.

Andreæ incredulitas de paucis panibus.

Creatio.

QVINQVE panes significant externum verbum voce compræhensum, vt à sensibus recipitur. Quinarius enim numerus externam & sensibilem hominis vitam significat, propter quinq; sensus, quibus vita corporea transigitur. Hi panes in sporta inclusi sunt, & portãtur à puero. Id significat Verbum in Scriptura inclusum à seruili

Anagogia de panibus.

Quinarius numerus quid significat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

populo, & sacerdotio Iudæorum, (quibus eloquia Dei credita fuerunt, Roma. cap. 3.) portari, etsi ipsis, quod Spiritu vacant, frui nequeant. Obserua: Græcis legitur, ὀψώνια, Duo obsonia. Et apud Terentium in Adelphis, pisces, obsonium vocantur. Si quidem ὄψον Græci vocant edulium, quod additur pani, præsertim coctum: vnde Obsonare, lautius vesci: Et Obsonatores olim male audiebant.

Obsonium.

Obsonatores.

[SED hæc quid sunt inter tantos?] Singularis est hæc mimesis, siue imitatio alienorum morum & verborum, quæ homines, sola ducti humana ratione, dicunt, veluti desperabundi, & dubitantes ex re quam factu impossibilem dicunt, propter insufficientem aut paruam occasionem. Paucitatem enim ciborum Andreas præoculis habens, cum Philippo, de tam numerosæ multitudinis refouanda inedia desperare videtur, & nihil ad potentiam & promissiones Christi prospiciens, ait, Quid hæc inter tam multos? abeundū nobis est. Sed quò nos vertemus? Timendum nobis, ne hæc, quæ nos in deserto sequuta est, turba, lapidibus obruat, si cibos nō ministrauerimus. Hi enim sunt minores, & posteri eorū, qui aduersus huius duces, Moysen & Aaron, (Num. cap. 20.) in deserto hunc non dissimili, ob panis & aquæ defectum murmurarunt: parumque absuit quin eos lapidibus obruissent. Non existimemus hos suis maioribus mitiores, qui nobis illatis, velint ieiuni hinc abire. Nulla vel eloquentissima oratione molliri solet venter reclamans, qui nullis est oratus auribus. Non est quod modis omnibus contendamus, multitudini huic, patientiæ partes persuadere non posse ciborum dilationem. Vnde non est existimandum nos posse diutius eos hic detinere. Fames enim & mora bilem in nasum conciunt. Ergo quò nobis abeundum est? Quorsum diuertemus? Quid faciendum putamus in tanto discrimine constituti, vt cum nostro tum populi saluti consulamus? Hæc manifestè indicant. Apostolorū corda nondum pleno cornu Spiritum hauriebant: imò multa diffidentia fuisse commota: quibus videtur persuasum, nullam aut euadendi, aut auxiliandi viā fuisse. Iste est infidelitatis & incredulitatis genius, vt multa discruciatione inuitet ad desponendos animos. At contrà fideles, qui in rebus etiam desperatis solent fidere, vt Abraham, qui contra spem in spem credidit: ita & qui viua ducuntur fide, Dei promissis adhærens, quietus agit, & securus consultat, certò apud se statuens quod misericordiam consequetur, & gratiam inueniet in tempore opportuno. Hebr. cap. 4. Huc pertinet quod dicebat Dauid Psal. 144. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam eorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Colligamus ex his: quū Deus fecisse aliquid, aut facturus esse dicitur, id simplici fide credamus: relicta humana ratione, verbo adhæreamus: nec putemus nos, aut nostra ratione assequi, aut imbecillitate nostra vires diuinas metiri posse. Quum nulla sint nobis principia, quibus quæ supra nos sunt, aut his nostris oculis videamus, aut nostris viribus cōprehendere possimus: nostrarum partiū erit (si veri Christiani nominari & esse volumus) credere, vt fide cōprehendamus quod nostra cognitione non attingimus. Et vt laudatur qui credit, ita non caret culpa qui dubitat, doctore Domino, Ioan. cap. 3. Qui credit in Filium, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est.

Humana ratio in rebus dei desperat.

Verbo simplici credendum.

Christiani veri.

[DICIT ergo Iesus.] ENTHYMESIS Christi philanthropia, qui fide discipulorum explorata, cœpit cum ipsorum, tum carnis argumenta confundere, vt in extremis rebus etiam deploratis, & quas ratio impossibiles iudicat, suis (quos elegit) tempore opportuno defesse nō videatur. Qui vt gloria sua innotescat, solet nonnunquam auxilium suum differre vsq; ad extremam necessitatē: vt tunc maximè cognoscibilis fiat, quum omnia desperata videantur. Expectauit ergo Christus hoc subsidij cōferre, quod ad videt discipulis non ignotam ciborum inopiam, & animaduersam immensam multitudinem, vt posteà miraculum aliūde eorum cordibus inhæreat.

Deus differt auxilia, vt maiorem gratiam sentiamus.

[FACITE homines discumbere.] Singularis est hæc IESV Christi mansuetudo, qui neque increpat, neque quomodo discipulos reprehendit: sed animos illorum erigere volens ad expectationem miraculi, mandauit curarent vt populus discumberet: quod est charitatis, & curæ exemplum in Christo pro nobis: quasi diceret, Vos exigua fide præditi estis: nescitis meum mu-

Fames & mora bilem in nasum conciunt.

Infidelitatis genius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi officiū Christi potentia. Discipulorū officium.

nus & officium esse, populi salutem curare? Vos solam exilitatem panum respicitis, nihil in me attendentes, qui quinque illos panes possum in multos multiplicare, qui huius numerosæ multitudinis inedíam releuent. Hæ sunt meæ partes. Quantum ad vos attinet, Facite homines discumbere: ego dabo quod edant. Plantate solùm, & rigate, ego incrementum dabo. Qui dicitis panes ducentis denarijs emptos non sufficere ad huius multitudinis saturitatem, videbitis quanta mea est potentia. Nonne qui potuit facere, ne viduæ vasculum oleo vacuaretur, & hydriam effecit non carere farina, 3. Reg. cap. 17. poterit hos quinque panes abundè multiplicare, aut ex nihilo, quæ ad saturandum hunc populum erunt satis, creare? Hæc valde emphaticè pronuntianda veniunt.

Fœnum quid signat.

[ERAT autem fœnum multum in loco.] Circunstantia insinuans loci opportunitatem ad discumbendum. Erat illic graminis, siue herbæ magna copia, quoniam in Vere abundat herba: erat enim instans Pascha, quod semper in primo mense Veris perficiebatur. HOC FOENVM adumbrat nobis populum Iudaicum, qui externa illa sanctimonia, sapientia, & opibus mirificè virebat, & vernabat. Esa. cap. 40. Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia Spiritus Domini sufflauit in eo. Verè fœnū est populus. In hoc populo exortum est verbum Domini, quæ salus ex Iudæis est, Ioan. cap. 4. Et datus est nobis verus cibus. Quemadmodum fœnum non hominum, sed iumentorum est cibus: ita externa illa Iudæorum sanctimonia, quæ Spiritum Dei ignorat, nō est Christianorum, sed carnalium cordium esca & cibus. Vnde in hoc miraculo qui Verbo Dei adhæserunt, sederunt super fœnum, hoc est, veterem illam ceremoniarum obseruantiam in posticam partem remittentes contempserunt, & sub pedes reniserunt. Ad hunc modum & Paulus hanc pro stercore & damno habuit, Ad Philip. cap. 3. Gloriamur in Christo Iesv, & non in carne fiduciam habentes. Sequitur, Sed quæ fuerunt mihi lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta, propter Christum omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, VT CHRISTVM lucrifaciam.

DISCV

Apostolorum obedientia.

[DISCVBVERVNT ergo viri.] Nihil respondent discipuli: Quid opus est discumbat hæc multitudo, cui nihil ciborum apparatum est? nam hoc quod habemus, vix nobis sufficerit: sed simpliciter obedientes Iesu iussis, vident illud Psalmistæ Psalmo 22. dicere, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit: mox enim nihil hæsitantes digerunt populum in certos ordines, ac velut ad conuiuium iubent discumbere. Licet nihil apparatum videret populus, tamē simplici fiducia ductus, Apostolorum vocibus paret: Non erant hic nec Caiphas, nec Annas, non Pharisæi, neque Scribæ: horum vt nemo dignatur Christum sequi, ita nemo miraculum hoc videt: Christum, miracula, & cibum eius potiùs contemnunt: fœnum enim sunt, & fœnum edunt, carnales & à Christo alieni: at simpliciores, atq; abiectiores, qui externa sanctimonia & dignitate non magnopere splendent, à Domino verbum & cibum accipiunt, & in Spiritu aluntur. Hæc docent quid nobis faciendum est, vt cibemur. DISCVMBENDVM est, hoc est, Vocationi Dei respondendum, & obsequendum. Quod enim huic populo est Discumbere, hoc nobis est Vocationi nostræ inseruire. Quemadmodum Dei præceptū, vt discumbant, per Apostolos audiunt: ita nobis per concionatores mandat Deus vt vocationi nostræ respondētes, fideliter nostrum munus exequamur. Atq; vt illi nihil soliciti quid mensis apponeretur, discubuerunt, sequentes Dei mādatum: ita discumbamus, hoc est, Deum vocantem nos sequamur, omnem nostrā cutam ipsi relinquētes. Hue pertinet quod ait Paulus ad Philip. ca. 4. Dominus prope est, nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deū. Porrò quòd certo ordine (quem Marcus & Lucas memorāt) fecit homines illos discumbere, factum arbitror vt ad suscipiendum miraculum animi eorum magis erigerētur. Nam mirabile fuit tot conuiuas facere discumbere, & ceu mensam eis sterni, quum agnoscerent non nisi quinque panes & duos pisciculos adesse.

Discumbere. Vocationi inseruire.

Populus paret discipulis.

Populus fidē discumbens.

[NVMERO quasi quinq; millia.] Hic numerus cōmendat simul & exaggerat potentiam Christi, Verbi, & copiosæ benedictionis per Verbum. Iuxta legis & Scripturæ consue

Supputatio virilium fiebat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõsuetudinẽ, neq; mulieres, neq; pueros, qui viris permisti erant, annumerauit. Ita Moysi dictũ est, Numeri cap. 1. vt synagogã filiorũ israel secundũ cognationes ex nomine numeraret, vt vnusquisq; vltra vigesimũ annũ præcepta faceret, nec puer aliquis numeraretur. Hoc docet nihil Spiritu dignum esse, quod aut puerile, aut muliebre est. Constantia Christiana nullam habet aut puerilem, aut muliebrem in bonis leuitatem: infractos, & nõ muliebres habet animos.

Christiana cõstantia nihil puerile habet.

[ACCEPIT ergo Iesus panes.] Iussit quinq; illos panes hordeaceos ad se afferri, & delatos in manus suas recepit. Potuisset panes ex nihilo facere, sed dispensatione diuina ita factũ est, vt creatura sua vteretur in materiã miraculorũ, ostẽdens creaturã omnẽ esse ex ipsius sapientia. Facessant hinc Manichæi, dicentes quòd panis & omnes creaturæ factę sint à malo Deo, quum videant Christum boni Dei Filiũ, panes multiplicasse: qui si fuissent mala creatura, bonus Deus vtique non illos multiplicasset, vt taceam interim quòd & ipse panes comedit.

Panes in manu Christi.

Manichæorũ error confutatur.

[ET quum gratias egisset.] Tametsi Matthæus non egisse gratias IESVM, sed benedixisse scripserit, nihil tamen pugnãtiæ in vtriusq; sententia cõtingit ex sola verborum varietate: vnũ enim vtriusq; verbis denotari Paulus 1. ad Timotheum, cap. 4. ostendit, dicens, Bonum esse omnem cibum, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum & orationem: hoc est, (ait Cyrillus) sanctificatur verbo & appellatione Dei. Ecce, verbum Dei, precatio, & gratiarum actio, sunt benedictio, & sanctificatio. Obiectabis: Benedicere & Gratias agere interdũ pro eodẽ in scripturis accipi, vt Matth. cap. 26. & Marci cap. 4. Quare quum dicitur quòd accepit panes & gratias egit, hoc est, benedixit, & sanctificauit, hoc est, non solum Deum laudauit, sed & diuina authoritate & potentia adauxit, fecundauit & multiplicauit panes, quos in manu gestabat? Iam vide quibus rebus multiplicetur, aut benedicatur panis, non e sua natura, sed e verbo Dei. Vnde dictum est Moysi Deuter. capit. 8. Dedi tibi manna, vt ostenderem quòd non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Hæc nos docent quàm memores

Matthæus & Ioannes cõciliantur.

Benedictio & sanctificatio. Gratias egit Christus, id est, benedixit.

Panum multiplicatio e verbo Dei.

mores esse debeamus diuinæ erga nos bonitatis. Etenim non solum hoc loco, sed quoties sacræ literæ Christum sumpsisse panem in manus memorant, gratias simul egisse Patri testantur. Vnde qui sumendo cibum, atque aliaquæuis Dei beneficia tractãdo, benedictionẽ Dei gratiarumque actionem nõ præfarunt sed quidquis potius animo & ore tractant, hi profectò alio se probãt spiritu agi, quã Christus actus fuerit. Fuit hic modus gratias agendi ante suã passionẽ Christo visitatissimus (ait Cyrillus) vt omnia Deo Patri referret, atq; suæ diuinitatis dignitatẽ occultans, ex humilitate simul seculi huius principem omnia ista celaret. Quòd Christus in manus suas panes accepit, & benedixit, vnde sic augmẽtari fuerũt, id significat, Christi opus & benedictionẽ esse, non nostrã industriam, vt scriptura Dei aperiatur, rite intelligatur, & diligẽ prædicetur. Hæc qui contemplatus fuerit, mirabilem consequetur conscientiæ consolationem. Si fide tanta ex fide memineris multiplicandos esse tuos paucos panes. Habes (inquis) tenuem victum, qui vxori & familiæ nõ sufficit, addis artificiũ quod exerces, sed ex eo non speras totius tuæ familiæ victum: caue animũ despondeas: facito quod vides Apostolos fecisse: repone paucos tuos panes, aut modicã tuam annonam, & tenuẽ tuũ victum in manum Dominimihil te moretur pauca illa occasio, aut materia victus, sed per fidẽ respice in promissionem Dei, qua victum promisit, eo ipso quo quis regnum Dei quærens se totum illi committit, tunc tuos panes eius fidei credito, Dominus accipiet, & mirabiliter multiplicabit: fidelis enim Deus est, seipsum negare non potest, si modò fiducia promissionẽ eius acceperis, & ei inhæseris. Ad hunc modum multiplicata est farina in hydria, oleum in vasculo viduæ Sareptanæ, 3. Regum capit. 17. Similiter & pauciſsimum oleum in vacuis vasis mulieris de vxoribus Prophetarum benedictum est, quarti Regum capit. 4. Hæc scripta sunt ad nostram doctrinam, vt his veluti certissimis testimonijs confidamus nostros paucos panes benedicẽdos, si cum gratiarum actione sumantur, & per verbũ ac prædicationem sanctificentur:

Benedictio mẽsæ & ciborũ.

Gratiarũ actio visitatissima Christo.

Scripturarum apertio à Christo.

Consolatio in paupertate.

Panes nostri Christo committendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc est, si multa fiducia è manu Domini victum expectemus, & interim non negligamus nostrũ artificium, aut nostram vocationem, sed fideliter & diligenter eam curemus, & exerceamus. Otiũ enim paupertatẽ & egestatem affert: manus autem nõ otiosa, sed sedula ditat: non tantùm propter laborem, sed propter fidem, & spem in Deũ, in quẽ qui labore victum quæritant, sperant: quæ fides est radix, & fundamentum illius benedicti laboris, cui & spiritalis, & temporalis merces copiosa respondet.

Otium. Paupertas. vnde. Diuitiæ.

Labor benedictus.

[DISTRIBVIT discumbentibus.] Cæteri Euangelistæ aiunt Dominũ nõ dedisse panes turbæ, sed discipulis, deinde discipulos distribuisse multitudini discumbẽti in partes: per centenos & quinquagenos, vt ait Marcus cap. 6. Cyrillus, & Theophylactus ad eundẽ modũ legũt. Distribuit discipulis, discipuli verò discũbentibus. Nihil pugnãtiæ est inter Euãgelistas: quod enim in narranda historia vnus tacuit, alius explicuit. Dominus per manus discipulorum distribuit discumbentibus. Hac traditione iam Christus Apostolos suos fingebat, ac formabat, vt hoc exemplo corporali virtutem suam velut in manibus ipsorum exereret, atque ita ad fidendum sibi tantò magis animaret, consuescerentque pastores agere & verbi diuini dispensatores esse, animósque gregis Christiani cibo spirituali pascere: ille enim panis verus est, qui de cælo descendit, & dat vitam ex fide viua vescentibus. Proinde hoc intelligant pastores, se hunc spiritalem panem tradere gregi suo, sed non aliunde quàm è Christi manibus acceptum. Si verum manet (vt verè est) id quod Matthæi capite 23. ait, Vnus est magister vester Christus, qui in cælis est. Et solus omnes docet suo Spiritu, licet ad id vtatur prædicatorum opera & ministerio. Hinc ergo abeant pseudo doctores, qui sua, non quæ à Christo acceperunt, docent.

Prædicatores non suum, sed à Christo acceptum ministrant.

[SIMILITER & ex piscibus quantum volebant.] Quod de quinq. panibus Christus fecerat, idẽ fecit de duobus piscibus, distribuens discipulis, ac inter distribuentis manus, arbitratu ipsius crescebat, multiplicabatúrque obsonium, quantum sufficiebat omnibus saturandis, etiam vsque ad copiosam & largam redundantiam, ex qua apparuit certissima miraculi fides. PISCES illi

illi adumbrant exempla & testimonia Patriarcharum, qui & ipsi in sporta sunt, hoc est, in Scriptura, quibus Apostoli cõfirmant doctrinã Christi & fidem piorum. Id Paulus fecit Roman. cap. 4. adducẽs Abraham & Dauid, &c. DVOS autem dixit, vt significaret quòd exempla illa plena sunt dilectione, quæ nequit sola esse, sed semper iungit se proximo, vt illi benefaciat. Ad hæc ASSI sunt multa enim tribulatione, & aduersitate mortificati, ac ceu igni tosti sunt pij, vt nihil in eis reliquum sit affectus carnalis, quo doceant rebus terrenis non adhærendum, sed Christo fidendum vnico Saluatori.

Sporta scriptura figurabat.

Piscis assus.

[VT autem impleti sunt.] Hi sunt effectus potentiæ Christi, seu Verbi, & benedictionis per Verbum, implere & saturari. Hoc præsens Christi factũ, præsens est momentum ad erigendã fidẽ. Testatur enim non posse vlla re necessaria destitui, qui Christum sequuntur, eiúsque verbo adhærent, quamlibet in vasta solitudine agant, vt planè agunt pij omnes versantes in hoc mundo. Neque enim tam horrida solitudo, ac destituta omni hominum solatio, & referta feritate bestiarum esse potest, atq; sunt vere sanctis, & pijs in Christo viuere volentibus, etiam cultissima loca mũdi. Nam & frater in fratrem, & pater in filium, mater in filiam ferocit: atque domestici eorum immanius, quàm vlli serpentes, leones, tigrides in eos fæuiunt: igni & aqua illis interdicunt, vt non minore miraculo viuant, & necessaria accipiant, quàm fiagerent in aliquo vastissimo deserto, vbi nihil cibi, nihil aquæ, & omnia nocentissimis feris essent repleta. Sequamur ergo Christum in deserto, hoc est, hic tanquam in deserto constanter agamus, & vitam ducamus, propter quã nos mũdus vniuersus oderit. Omnium rerũ, atque vitæ adeò dispendiũ adeamus, securi quòd nulla re ad veram vitã necessaria destituemur. Dicente Domino Matth. cap. 6. Nolite soliciti esse, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia Gentes inquirunt. Scit enim Pater vester quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

Impleri & saturari sunt effectus Christi.

Mundus horrida solitudo.

Desertum.

Christus in deserto sequendus.

Solicitudo temporum abijcienda.

[DIXIT discipulis, Colligite quę superauerũt fragmẽta, nẽ pereant.] Quum saturata, & cibo expleta esset

Universidad de Deusto
Biblioteca

Miraculi de panibus amplificatio.

multitudo, iubet discipulos fragmenta colligere: non quòd existimandũ veniat, id quadam parsimonia admãdatum esse, sed vt alio argumento procuraret Christus miraculi certitudinem, & ex tanta reliquiarum copia commendaretur facti magnitudo. Ac ne quis phãtasma, præstigium, aut imaginationẽ esse causaretur, dixit discipulis, Colligite reliquias conuiuij, ne quid pereat. Verbum COLLIGITE, indicat mãdatum Dei, qui vult dona suæ benedictionis habeamus in pretio, & pro illis gratias agamus. Docemur item hoc mandato, ne bona quæ

Dona Dei in pretio habenda.

ex benedictione Dei suscepimus, decoquamus, prodigalitérque insumamus, & ne per luxum, aut negligẽtiam illa blattis, tineisve pascendis exponamus, aut perire finamus, sed cum gratiarum actione ea diligenter colligamus, collecta conseruemus, conseruatis in Dei laudem vtamur. Nam signum est ingrati animi erga beneficia Dei, quum quis bona à Deo accepta perire finit, aut accepto beneficio abutitur.

Prodigalitas vitanda. Ingratus qui bona perire finit.

[COLLEGERVNT ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerũt his, qui mãducauerunt.] Solẽt homines frustillatim & frigide, quũ benedicũt, benedicere, at nõ ite Christus, qui copiosè & adeò abũdanter benedixit, vt non modo tam paucis panibus multiplicatis tam rarit fere quinque millia hominum, sed etiam tantum reliquiarũ supersuisse compertum sit, vt ex reliquijs impleti sint duodecim cophini. Hæc non sine diuina dispensatione facta sunt, vt ne quis cauillaretur phantasmata esse: quum & qui comederunt viderunt, & qui ministrabant colligendo, & portando senserunt. DVODECIM cophini fragmentis pleni, videtur mihi admonere scripta, & libros, quos Apostoli, atque Euangelistæ post se reliquerunt. Vnde duodecim fuerunt, quos & Apostolos CHRISTVS sibi delegerat. Neque aliud hi libri continent, quàm quod ex veteri scriptura desumptum, atque explicatione luculentiore Spiritus augmentatum est. Vnde sicut quinq; libri Moysi ita quinque panes fuerunt: & sicut magno numero collecta fragmenta sunt, ita innumeri quoque libri de CHRISTO, & factis, verbisque eius scribi poterant, vt Ioannes testatur, infrà capite vltimo: quæ omnia tamen in veteri Testamento de Christo ante scripta & annuntiata sunt.

[ILLI ergo homines quum vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant, Quia hic est verè propheta, qui venturus est in mundum.] Miraculorum vsus est non solùm allicere homines ad credendum Verbo, sed etiam ipsos de veritate confirmare. Quum hi non ignorarent non plures panes quàm quinq;, & pisces quàm duos fuisse repertos, iámque viderent tantum reliquiarum supergnifice de Christo prædicare dicentes, HIC est verè Propheta, diu expectatus, qui venturus erat in mundum. Quum dicunt, IN MVNDVM, confitentur Christum fore vniuersalem Prophetam pro omnibus hominibus, non tantùm pro Iudæis, ad quos solùm olim mittebantur Prophetæ. Iste est vulgi genius, vt eo feratur eius iudicium, quò se externarum rerum fortuna inclinat. En vides hanc plebeculam citiùs sensisse ventris, quàm mentis, beneficium. Vide gulam vulgi, quum fecisset CHRISTVS innumera miracula & hoc maiora, nunquàm tam magnificum elogium illi tribuerunt, Hic est ille Propheta, &c. non amplius illum violati Sabbati arguunt, sed adeò illum propter panes & saturitatem colunt, vt & Propheram, & regno dignum prædicent. Hanc vocem extorquere potuit saturitas. Sed posteà iubens Cæsari quæ sunt Cæsaris dare, adulator ab eis dictus est, & quum crucem ferret, seductor erat populi, & dignus qui è terra tolleretur. Hæc ex sequentibus manifesta fiunt.

Miracolorum vsus.

Christus vniuersalis Propheta.

Vulgi genius.

Saturitatis vitium.

[IESVS ergo quum cognouisset quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem.] Rudes admodum & crassi erant hi Iudæi, Messiã solũ in hoc expectãtes, vt regnũ mundanũ sibi vindicaret. Consultantes inter sese iudicant Christum fore carnalem Saluatorẽ mũdi: vnde & studeant ei carnales exhibere honores, & ex carnalibus affectibus illi gratias agere pro tanto beneficio & miraculo, atq; si hũc cõstituerint suũ regẽ, pollicẽtur sibi vbertatem rerum, annonæ copiam, opes, libertatem, quæ homines sine labore alere posset, & cætera huius mundi cõmoda. Nam è scriptura didicerãt Messiam regem

Vulgi carnale iudicium de Christo.

Scripturæ quo tempore prædixerunt Messiã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

regem è semine Dauidis venturum, qui ab omni molestia, miseria, & calamitate liberaret. Ita enim Dominus per Esaiam capite nono promittit, Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian: quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis. & cap. 65. Obliuioni tradite sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab oculis nostris. Ecce enim ego creo cælos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non ascendet super cor, sed gaudebitis, & exultabitis vsque in sempiternum. Propterea volunt violentia & temeritate quadam (quæ solet frequens in vulgo esse) illum rapere, & regē sibi constituere, scilicet carnalem. Hoc factum declarat quid caro quærat in Christo: nam quum sit Dei ignorans, & Spiritus Christi expers, non potest spiritualia in Christo quærere, sed solùm quæ sunt sibi cognata, hoc est, humana, & carnalia. Qui heri enim potest altiùs conscendat quàm ad id, quod videt, aut sentit? At solam carnem videt, solos cibos, & huiusmodi: hæc igitur sola quærit. Quo fit vt beneficio Christi semper abuti soleat, qui dicem habet carnem: nam creatura Dei à Deo nobis data est, vt in ea Deum creatorem cognoscamus, & timeamus. Inuisibilia enim Dei (ait Paulus) per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sed carnis prudentia fallitur, nam mutauit gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, &c. Ro. capit. Ad hunc modum data est lex dono Dei, ad cognitionem peccati, ad correctionē & pædagogiā in Christū. Sed caro & eius humana ratio vult accipere legē nō tanquam occidentē, sed iustificantē, & viuificantē, adeò peruersa est, & hypocritica. Similiter quum Dominus noster sit maximum Dei donum, quo maius ipsi orbi contingere non potest, atq; in hoc sit nobis propositus vt in eo salutem, iustitiam, & vitam æternam quæramus: tamen adeò tenebricosa est caro, vt cum his Iudæis consultans, nihil quærat in Christo quàm licentiam, ventris saturitatem, & (vt vno absoluam verbo) omnia, & sola carnalia.

Violētia & temeritas frequēs in vulgo.

Christū vulg⁹ carnalē regem quærit.

Caro quid in Christo quærit.

Lex cur data.

[FVGIT iterum in montem ipse solus.] Christus nō ignarus quid illi suo consilio agitarēt, fugit, solúsq; clanculum

Christus orbi propositus salus.

Christus fugit regnum mūdi.

culū secessit in montem, vnde pasturus eos descenderat: atque hic sese subduxit, vt nō sentiretur aufugisse. Hoc istud magnum est in oculis nostris: ad regnum vocantibus furtim secessit, ad crucem rapientibus vltrò occurrit. Hoc suo exemplo Christus nos docet, opes, voluptates, & gloriam mundi (quæ in sua classe non fouet) contemnere: atque qui dispensaturi sunt sermonem Euangelicum, neque auram popularem captare, neque fauorem vulgi approbare, neque pati se intrudi in alienam vocationem, in aliorum honores, officia & mundi titulos studeant: quæ adeò non sunt affectanda pastoribus, vt etiam si vltrò deferantur, fugere oporteat. Nihil enim magis conuenit regno mundi cum regno cælesti, quàm luci cum tenebris. Hac sua fuga Christus docuit, aperuitque qualis ipse rex sit, nempe spiritualis pro cōscientijs: quale regnum habeat, nempe spirituale: quanquàm enim toti orbi præsit, & dominetur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum, Psal. 71. non tamen dominatur pro mundi huius ratione, nec tale regnum ambit, affectatve, quale administrant mundi recto res, & principes. Vnde Pilato respondit, Regnum meum non est de hoc mundo: hoc est, non est carnale, sed spirituale: in quo iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum. Huius regni ciuitates sunt Veritas, Iustitia, Pax, & Vita æterna. Proinde impie Herodes, hoc si sensisses, non timuisses ablatum iri regnum tuum, non persequutus fuisses eum, qui nihil tuo regno commune quærebat: non enim affectat, nec eripit mortalia, qui regna dat cælestia. En vides hunc clanculùm sese subduxisse, ne in regem externum eligatur, vt interim taceam quantum tuum regnū desyderarit, scilicet, occultè fugit, ne systrēma, & seditio in populo volente eum in regem rapere, fiat. Non populi seditiosi affectibus seruit, sed sedit, ne causareris hunc defectionis regni tui authorem esse. Non venit reges & innocentes occisurus, sed regibus iustè regnandi scientiam prædicaturus. Non regna terrarum tributis & vectigalibus pressurus, omnémque populi substantiam tyrannicè rapturus, sed quod deest regibus & populis, de thesauro regni cælorum vitæ æternæ donaria producturus. Hæc fuga præoccupatio est

Schola Christi.

Christus qualis est Rex.

Ciuitates Christi.

Christus quale regnū administraturus venit.

aduersus

aduersus eos, qui falsis accusationibus Christum impetierunt, dicentes, Se regem fecit: Omnis enim, qui se regem facit, contradicit Cæsari: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.

[VT autem sero factum est, descenderũt discipuli eius ad mare.] Facto miraculo, quum discipuli Domini expectassent in monte Dominum, iámque vespera appeteret, ne in tam vasta eremo nox occuparet, descendunt ad lacum (quem more scripturæ mare vocat Euangelista) vt traijcerent in ciuitatem Capharnaum. Pulchre dicta est, discipulos descendisse ad mare sub noctem: Serotinum tempus respondet cruci, & periculis, quæ per mare significantur. Viso, cognitóque miraculo, non absre descendunt ad mare, vt fides illorum ex miraculo concepta, per crucem probetur.

Serotinum tẽpus.

[ET quum ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum.] Quum diu, multumque expectatus fuisset Iesus, nec interim ad suos venisset, adornauerunt nauigationem, vt traijcerent in Capharnaum, (nam ibi domicilium habebat Iesus) sperantes fore, vt vel inter nauigandum obuium illum haberent in alia naui, aut in ciuitate eũ reperirent. Vide infrà secundam conciliationem.

[ET tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Iesus.] TENEBRAE erant, quia aberat lux Iesus, quam diu expectatus non venerat ad discipulos, quorũ desyderium sua absentia magis accendere voluit, simul que docere quantum periculi nobis immineat, quantæ sint tenebræ, quanta tempestas huius mundi præsto sit, quantæ aduersariorum insidiæ aduersus nos fiant, quoties à Iesu seiungimur. Hæc non fortuna, aut casu, sed diuina quadam dispensatione fiebant, vt interim maiori miraculo pararetur argumentum, & omnibus modis mentes Apostolorum in fide roboraret. Nam quoniam doctores futuri erant, & quasi luminaria mundi (vt Paulus ad Philippen. capite secundo, ait) necessario illos vndique confirmat, quorum doctrina ad veritatem cæteri conformandi erant. Circunstantia temporis non temerè ab Euangelista scribitur. Quòd neque vespera eos retinuerit, significat vehementem illorum charitatem, & desyderium quærendi Dominum.

Periculũ est segi à Christo

MARE

[MARE autem vento magno flãte exurgebat.] Magnæ tentationis elegans est hæc peripharsis. Quorsum hæc non fortuna quadam, sed prudenti dispensatione, maris maxima tempestas absente Christo circa discipulos orta est, vt compellantur discipuli ardentius Saluatorem inuocare, discantque omnes pij, quàm necessarius sit Christus in aduersis: qui quo plus affligũtur, eò arctius Christum complectantur. Affligebat eos magna tenebrarum obscuritas, conturbabat animia, & eadem aduersa vis ventorum & impetus: quo funditus euerti mare, & fluctus in montes erigi videbantur: & quod plus timoris inferebat, Christus non aderat. Proinde videant quantis procellis necesse fuerit omnes agitari, qui diuinorum præceptorum contemptu, atque delictis, à Christo deciti sunt.

Magna Apostolorum tentatio.

[QVVM remigassent ergo quasi stadia vigintiquinque, aut triginta.] Quum multo procellarum impetu agitarentur discipuli, & iam remigio emeriti fuissent stadia ferme vigintiquinque, aut triginta, essentque tanto labore pressi, vt prope in summa desperatione versarentur, viderentque se longius à litore abesse, & certior mors mari vndique circundari imminebat, conclamatumque esset de salute, visus est illis inexpectatus Dominus Iesus. Obserua: Non satis potentiam Domini, ex miraculo panum discipuli agnouerant, exercendi igitur erant, & hoc tanto maris periculo. Hoc exemplo discipulorum, monemur, Christum sinere nos aliquantulum in afflictionibus ludere, & morari, qui auxilio opportuno vere suis aderit. Obiter dixerim: STADIVM continet octauã mille passuum partem, quod centum vigintiquinque nostros efficit passus, hoc est, pedes sexcentos vigintiquinque, authore Plinio: quæ mensura octies, efficit mille passus. Quum dicit Euangelista vigintiquinque aut triginta, rem gestam humano more describit, nisi mysticum sensum numeris attendere volueris, cui abunde facit satis glossa ordinaria.

Aposto'i in periculis maris tentati.

Stadium.

[VIDENT Iesum ambulantem supra mare, & proximum naui fieri.] Permisit illos Christus tempestate perichitari, vt postea quàm pacata sunt omnia, miraculo magis lætetur, & indelebili memoria tantum beneficiũ magis

Christus ambulat super aquas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

magistri in pectoribus tenerent. Vident per tenebras pedibus ambulantem super vndas lacus, perinde ac si solidam terram calcaret: qua re se & maris, sicut & reliquorum elementorum, Dominum declarauit. Quòd si quis rogauerit, Quomodo videbant per tenebras? Respondeo: Duos habet oculos charitas Euangelica, etiam in tenebris: & ibi nox non est, vbi adest Iesus, nec tempestas illic exitialis est, vbi in propinquo est is, qui omnia serenat. Magnam pijs affert consolationem, quum hoc exemplo vident Christum ita secedere in afflictionibus, & ita subtrahere nobis solatia ex Verbo, vt tamen redeat, & re vera appareat. MARE designat tribulationes, & afflictiones. Christum ergo ambulare super mare, est Christum esse Dominum crucis, seu afflictionũ. Cõsolatorium est, Christũ proximũ naui fieri, quasi antecesserit, & præcesserit discipulos in afflictionibus & periculis. Nihil enim acceptius pugnantibus militibus, quàm si suũ ducem in acie primum, & totam aciem præcedere, videant.

Oculi charitatis.

Christus serenat & illuminat.

Mare quid significat.

Christum ambulare super mare.

[ET timuerunt.] Quũ iam Christus naui vicinus esset, discipuli pauefacti sunt, non suspicantes Christum, sed spectrum esse nocturnũ, qualia nauigantibus nocte multa conspici credit imperitũ vulgus. Putabant enim propter tenebras se non certum quicquam videre. Apparet quàm exigua adhuc fiducia præditi fuerint discipuli. Si enim in Christum auxiliatorem vere credidissent, neq; spectrum, neque totam Satanæ cohortem formidassent. Est spectrum mendax, Christus verax: est Satan victus, Christus victor. Quid igitur times, qui Christo fide viua teipsum commisisti? Non est Christus per tenebras, hoc est, in specie tantùm externa, aspiciendus, vt multam & abundantem consolationem recipiamus: sed in externa, & interna: hoc est, Christum fide aspiciamus, vt Filium Dei, æqualem cum Deo Patre, Deum, saluatorem & conseruatorem omnium. Huc pertinet quod ad huius loci lucidiorem explanationem ait Paulus 1. Corinthiorum capite 1. Verbum enim crucis (inquit) pereuntibus quidem stultitia est, ijs autem, qui salui fiunt, id est, nobis, Dei virtus est.

Spectrum.

Fiduciæ vires.

Christus fide aspiciendus.

[ILLE autem dicit eis.] En Iesu Christi philanthropian, qui & animo, & corpore periclitãtibus discipulis desyderatus apparet: quibus tãtò gratiorem salutem confert, quantò magis vitam desperarant: nam voce iam illis nota, ac familiari loquutus est, & metum omnẽ ademit. Rogabit aliquis, Qua de causa illis loquitur, & non suo nomine se illis manifestat, sed sola loquela? Respondeo: hoc ita voluit, vt intelligeremus, maximè nos Dei cognitionem consequuturos Verbo, extra quod qui vagatur, neque Christum, neq; eius beneficia agnoscit. Vnde Iudæi non attendentes verbo, sed personæ Christi, quam vilem existimabant, dicentes, Nónne hic est filius fabri? nunquam potuerunt ad veram Christi cognitionem peruenire: Gentes verò relinquentes verbum, & intuentes Christũ, vt simplicem hominẽ, & cõtemptam personam, habuerunt eum pro stultitia: quare audiendũ est verbũ, & audito credendum, vt confirmetur cor, & nihil timeat. Audiens enim in afflictione loquetur Dominus verbum, quo mirã accipiet consolationẽ. Quod verbum? Cũ ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.

Verbo Christus cognoscẽdus.

Gentes & Iudæi non agnoscunt Christũ.

Verbum audiendum.

Consolatio in afflictione.

[EGO sum, nolite timere.] Vox hæc suauissima omnẽ in se Euangelij rationem habens, EGO sum, nolite timere. Si quis enim definire Euangelium voluerit, rectè explicabit dicens, Euãgelium est doctrina annuntians propter præsentiam Christi nihil esse timendũ. Nulla enim, quamlibet atrox, mundi tempestas formidanda est his, quibus adest Dominus: adest autem Dominus omnibus suis vsque ad finem seculi, qui simplici, firmáque fiducia pendent ab ipso, audito suo præceptore discipuli animos recipiunt, cedit omnis turbatio, cuncta pericula desinũt Christo præsente. Timoris expulsio, siue Non timere, est effectus Christi præsentis, similiter & Euangelij: nã Non timere, est certò apud se statuere de Christi præsidio, tutela, & defensione præsentissima omnibus inuocantibus eum in veritate: & quouis loco fuerimus, certò sibi persuadere de Christo omnia bona, qui pijs pro veritate afflictis paratus est lo qui, Ego sum, nolite timere.

Euãgeliũ quid est.

Quibus adest Dominus.

Timoris expulsio.

Non timere.

[VOLVERVNT ergo accipere eum in nauim, & statim nauis fuit ad terram, in quam ibant.] Receptis eum animi, tum fidei viribus, ad magistri vocem, illum in nauim recipere voluerunt. Sed vt magis illos confirmaret, ostenderétque omnia non casu, sed sua potentia, & vir-

tute fuisse sedata, addit alterũ miraculum: Nauis enim, quæ procul à litore aberat, momento temporis appulit terræ, quam petebant. Colligamus ex his miracula, quæ hic locus nobis aperit. Primum, Christus ambulauit super mare: secundum, Compescuit fluctus, & imperauit ventis: tertium, Nauim, quæ procul à litore aberat, momento temporis terræ appellere fecit. Alij Euangelistæ memorant eum etiam ab illis fuisse in nauim receptum: id noster Euangelista non negat, sed memorat simul, vel ilico nauim appulisse terræ, ad quam ibant: vt alijs & hoc miraculum adijceret. Miraculum siquidem fuit, quòd illi eo nauis, virtute Domini, terræ appulerit.

[ALTERA die, turba, quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia nõ erat ibi nisi vna, & quia nõ introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abijssent.] Pergit Euangelista alterum narrare miraculum, quod est, ambulatio Christi super mare, cuius cognitio, fidei, ex priore signo concepræ, seruit. Consilio, & ordinatione Dei contigit, vt postero die, quo Christus secesisset solus in monte, vilis tot miraculis turba (quæ remanserat in vlteriore ripa lacus, vbi multiplicati fuerãt panes) cuperet semper Domino adesse. Vnde quum VIDIT, id est, cognouit, quòd illic præcedente vespera, nulla esset nauicula (hæc est occasio ad considerandum opus diuinitatis in Christo) præter vnam, qua transmiserant Apostoli: quos quum solos sine præceptore Iesu vidisset soluẽtes à litore, & Iesum alio non potuisse transire nauigio (sola enim Apostolorũ nauicula ibi erat) cœperũt turbæ sedulò illũ quærere: mirantur quõnam se subduxisse, quòd quũ ne manè quidẽ vsquã appareret, diu multumque desyderatus à populo, statim suspicantur miraculum, quòd mare pedes transierit, id quod verum erat.

Ambulatio Christi super mare.

[ALIAE verò superuenerunt naues à Tiberiade, iuxta locum vbi mãducauerant panem, gratias agentes Deo.] Hæ personarum, temporum, & locorum circunstantiæ faciunt ad historiæ certitudinem. Quum suspicarentur turbæ Christum non diutiùs à suis discipulis abfuturum, quos intellexerant transfretasse Capharnaum, decreuerunt & ipsi traijcere, si forte illum in vlteriore ripa possent inuenire. Obserua turbæ studium pro Euangelio.

Turbarũ studiũ erga Euangelium.

His traijciendi, faciendique quod desyderabant, offertur occasio. Nam aderant illic naues, quæ à Tiberiade venerant, ad eum locum, vbi quinque millia, quinque panibus & duobus piscibus cibauit CHRISTVS, pro cuius beneficijs quòd affatim saturati essent, non ingrati gratias egerunt Deo, qui talem Prophetam misisset populo suo.

[QVVM ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerũt Capharnaum, quærentes Iesum.] Elegans est hæc periphrasis, qua describitur labor cum desyderio audiendi, & suscipiendi Euangelium. Hic locus aperit quàm confundantur hi, qui pro foribus, & in ianua habent verbũ, nec tamen illud audituri exeunt: non hos imitantur, qui nihil non, quamlibet aut durum, aut periculosum, subeũt quærentes Iesum. Qui licet se omnibus obuium præstet, tamen fide quærẽdus est. Quum igitur turbis traijciendi oblata esset occasio, (aderant enim naues) nec IESVS diu, multúmque quæsitus, vsquam appareret, conscendunt naues, traijciunt Capharnaum, desyderio videndi IESVM, quòd sciebant eum ibi habere domicilium, & nolle à discipulis diu abesse, quos eò transfretasse cognouerat. Istud est Christiani hominis studium, quærere, ac inuenire CHRISTVM, ad quem qui ex animo, eóque studioso, non peruenerit, nunquam se quietum expectauerit. Quærunt hæ turbæ, tantósque labores subeunt pro audiendo Euangelio, & audiendo CHRISTVM, in quo se quietem habituros sperant. Obserua, QVAERERE, studij verbum est.

Desyderiũ audiendi Euãgelium.

Domicilium Christi in Capharnaum.

Studium Christianihominis.

[ET quum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei.] Quæsitum Christum inuenerunt: quem quia non iuxta Spiritum, sed secundum carnem quæsiuerunt, (nempe propter ventrem, & propter alia priuata commoda) non senserunt ipsius fructum, & eam, quam pijs attulit, libertatem. Hos enim reprehendit, quòd prætextu Euangelij, libertatem carnis quærerent, significans Euangelium nõ docere quæ ad carnem faciunt, sed solam Spiritus libertatem. Obserua: Inuenerunt illum in synagoga Capharnaitarum cum eruditis in lege.

Quærẽres Christum iuxta carnem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[RABBI.] Hypocritica est hæc salutatio, simulatione plena, quam humani oculi non capiunt. Sed Christus (cui etiam intima cordis sunt nuda & aperta) videt eam, vti sequetur.

[QVANDO huc venisti?] Blandiuntur, & adulationis verba proferūt, solo ventre impulsi, vt sine labore otiosi viuant, qui semel à Christo siue cōmeatu satiati fuerant. Idem & posteà fore sperabant. Vnde Mosen Domino obiecerunt, qui perpetuos quadraginta annos ingentem populum in deserto, absque omni eorum labore pauerat. Hoc beneficij vrà Christo consequantur, vocant illum Rabbi. Tacent se cognouisse quòd pedes traiecerit Capharnaum: tantùm rogant, Quando huc venisti? Cupientes ex ipso discere, quod ex varijs circunstantijs verum esse sciebant. Obserua vulgi mobilitatem & inconstantiam: vide quantum ardor ille superioris diei (quo volebant illum in regem rapere) refrixerit.

Vulgi mobilitas.

[RESPONDIT eis Iesus, & dixit.] Post enarratū multis verbis turbæ studium, vt Euangelium audiret, nunc multa subijcit Euangelista, quibus cognosci facile potest quàm non rectè quærerent Christum. Hoc nemo resciuisset, nisi Christus verus cordium inspector illud in turba perspexisset, & perspectum reuelasset. Dirigit ergo sermonem ad illos potissimùm, quos venter illuc impulerat. Atq; cibo (quem ipsi quærebant) anagogen facit ad cibum cæleste, seipsum scilicet fide viua receptum, & vt Saluatorem agnitum.

[AMEN, amen dico vobis.] Iurat Christus, & iuramentali confirmatione ostendit rem ipsam certam, & non aliter se habere cum turba. Quid? affectum turbæ demonstrat inconstantem, & indignum libertate Christiana. Nam quum multiplicationem panum, & alia miracula diuinam virtutem in Christo arguentia vidissent, tamen magis illos mouit saturitas vnius conuiuij, quàm æternæ salutis desyderium. AMEN, amen, hoc est, Profectò verum est quod dico. Quid? Quæritis me vt ventrem potius expleatis, quàm mentem eruditatis? appellatis me Magistrum, non quòd auidi sitis meæ doctrinæ, quæ tota spiritualis est, sed quòd humana, leuiaque commoda venemini.

Turbæ affectus infidelis.

[QVAERITIS me, non quia vidistis signa, sed quia māducastis ex panibus, & saturati estis.] Arguit quidem illos, sed cum mansuetudine. Non sunt dura verba, quamuis forent, O mancipia ventris, ô gastrimargi, & gulosi. Blanda admodum est hæc correctio, qua simul detegit occulta cordis illorum, volens illos ad maiorem fidem pellicere. Non studium, sed finalem studij causam improbat, quæ est, carnem, ventrémque curare, & libertatem carnis assequi. Quasi dicat, Quæritis me, non vt glorificetis Deum, non vt fidem iam ex miraculis conceptam confirmetis, non vt iustificationem accipiatis: sed vt ventrem cibo differciatis, & saturemini: nō vt Messiam, sed obsonatorem, qui mensam vobis, etiam semper otiantibus, apparare debeam. Micacula, quę vobis etiam spectatibus feci, satis roboris habebant, vt vos ad fidem & salutem quærendam excitarem: Sed, vt video, nihil illa vos mouent: nam vos me sequimini, non quia vidistis me signa operantem: SED quòd manducastis ex panibus, id est, propter libertatem carnis, & temporalia bona assequenda: imò & si spiritalia quæritis, non in gloriam Dei, sed vt pro libidine vestra viuatis. Obserua: Fides & caro in rebus à Deo quærendis distant, nō opinione, sed affectu quærendi. Nam fides, vt caro, id est, homo fidelis & Christianus terrenis indigens, quærit panem, quærit victum, quærit & quibus tegatur. Nam si hæc non essent è manu domini expectanda, non iuberet Christus fidere, & non prohiberet, ne soliciti simus. Sed quærit affectu pio & Christiano, hoc est, in gloriam Dei, non sui, & priuati commodi gratia: non vt carni, & eius desyderio seruiat. Quis negauerit Salomonem è spiritu orasse, Prouerb. ca. 3. Mēdicitatē, & diuitias, ne dederis mihi: tribue tantùm victui meo necessaria. En vides illum quærere carnalia, (victus enim res carnalis est) at non quærit carnali affectu. Audi enim quid subiungit, Ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis est Dominus? Aut egestate compulsus, furer, & periurem nomen Dei mei. Hęc aperte iudicant victum carnalem à fideli etiam obsito carne, spiritu fidei, siue spirituali affectu queri, nō carnaliter, hoc est, nō vt in delicijs & volupe viuat, sed vt glorificet Deū. Huc pertinet quòd Christus docens nos orare, ait, Dicite, Pa

Studiū vulgi carnale Christus corrigit.

Fides & caro aliter res quærunt.

Salomonis oratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

te, Panem nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Caro autẽ carnalia à Deo quærit, non spiritali, sed carnali affectu, & sordidata opinione: imò siue carnalia, siue spiritalia petierit, lutoso & carnali affectu quærit. Caro enim est, ergo spiritus esse nequit. Si carnalia rogauerit, hoc faciet sui priuati commodi studio & affectu, nihil ad honorem Christi spectãs. Si pro vita æterna, aut re aliqua spirituali rogauerit, nõ id faciet vt Deo honor & gloria exhibeatur, sed vt ipsa bene habeat: vt dies lętos pro sua libidine & voluptate ducat. Sunt nobis exemplo hi, quos nunc memorat Euangelista, qui non affectu spirituali desyderant sequi Christũ, sed vt vẽtri & delicijs incumbãt ex beneficijs Christi: qui deberent solam (si saperent) Dei gloriam toto affectu curare, solam Dei voluntatem spectare, non suum priuatum commodum.

Anagoge à cibo corporali.

[OPERAMINI non cibum, qui perit.] Auditorum animos singulari anagoga erigit à cibo corporali, quem illi tantopere quærebant, ad cælestem, & spiritalem panem transiens. Operamini non cibum, qui perit. Reuocat eos à solicitudine illa, qua solum ventrem opplere intenti debãt, & carnalibus rebus animos addebant. Hoc verbũ

Operari.

OPERAMINI, insinuat nauare operam, siue operari, vnde fructus aliquis, & aliquod operę pretiũ prouenit. OPERAMINI non cibum, qui perit, id est, operam vestram, & laborem, culturámque huc impendite, vt alio cibo pascamini. Verbum Operamini, videtur insinuare quàm molestum opus sit carni, operari cibum non peruentem. Massellianí (ex hoc loco, & Luc. cap. 10. Martha, solicita es, & turbaris erga plurima, Maria optimam partem elegit, &c. Et Matth. cap. 6. Ne soliciti sitis in crastinum) dicunt Dominum, corporalem operationem excluisse: & ob id per ignauiam, & otium aiũt viuendum

Otium vitandum.

esse. Facessant hinc, non intelligentes Scripturas, & religionem Christianam calumniantes, vt suam tueantur socordiam. Dominus (vt his respondeam) nõ prohibet operari, & labore victum quæritare, qui maxime otium, & eos, qui otiositatem, omnium scelerum genitricẽ sequuntur, odit: sed prohibet ne tanta solicitudine erga res caducas, & terrenas ducamur, quæ nos à Spiritu, & rebus cælestibus auocet. Audiant illi Paulum, qui Ephes. cap. 4. 1. Corinth. 9. & Act. cap. 10. laborem, & operas manuum ad victum quærendũ commendat. Hic nollet præceptoris sui doctrinæ aduersari, qui nihil, quod Spiritum Christi non spiraret, docuit. Quòd autem obijciunt dictum Christi ad Martham, nõ reprehendit Christus Martham quòd operaretur, sed docuit considerandum tempus, & ad distribuendum esse, ne audiendi verbi Dei occasio in carnalium rerum cura consumatur. Martham non ad deliciam, sed ad audiendum verbum alliciebat. Quasi diceret, Veni vt vos cælestia docetem, & animos vestros cælestibus pascerem, tu verò circa prandium occuparis. Qui pigritiæ incumbit, ventri viuit, delicijs vacat, is cibum operatur qui perit: qui verò ex labore suo Christum nutrit, hoc est, pauperes alit, vestit, docet, quis adeò insensatus vt eum cibum pereuntẽ operari dixerit, per quẽ & cæleste regnum, & illius bona nobis promittuntur? Quod Christus in Matthæo dicit. Ne soliciti sitis, &c. nõ vetat operandum, sed ne toti rebus terrenis inhiemus, velut rerum spiritalium obliti. Aliud est solicitudo, aliud operatio: fieri enim potest vt quis operetur nulla auocatus solicitudine.

Martha allecta ad audiendum verbum.

[SED qui permanet in vitam æternam.] Non magnum est quòd pascamini cibo, qui in alium recipitur, deinde in secessum abit: non deerit cibus lucem Euangelicam desyderantibus. Quin omnem operam vestram, & laborem, culturámque huc impendite, vt pane semper perennante, & viuificante potiamini, & fruamini: omnem curam cõuertite ad eum panem, qui sumptus, neque concoctione perit, neque in breue tempus vitam corporis protrahit, quemadmodum cibus ille frumentaceus, cuius gratia huc venistis, mox recurrente fame, sed permanet in homine, spiritali alimonia vegetans animam, vitam illi tribuens æternam. Cibum hunc permanentem insinuat seipsum esse, siue mysticam sui corporis sumptionẽ, quam nobis ipse dat Filius hominis factus, vti paulò post ostenderur. Hæc nos docent: quum Deus nos non crearit vt tantùm edamus, sed vt iuste viuamus, quid ram soliciti sumus de victu: quid adeò insanimus, & nihil non, quãlibet durũ, sustinemus ad cumulandas opes, qui, quibus cõgregamus, nescimus.

Euangeliũ desyderantibus nihil deerit.

Cibus permanens.

Edendum vt viuamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Huc pertinet quod dicebat Christus Matthæi capit. 6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, &c. Obseruanquum dicitur, QVI permanet in vitam, &c. significat Christi veluti fidelis, & optimi medici officium, qui non solùm à noxijs dehortatur, sed etiam salutaria antidota & remedia concedit. Quærite (ait) non vt ventrem, sed vt mentem pascatis: quærite vt iustificemini, & æternũ cum Deo viuatis.

Christus verè medicus.

[QVEM Filius hominis dabit vobis.] Occupatio, qua præuenit eos, qui soliciti rogabunt fortassis, Quis dat nobis cibum, qui nos nutrit in vitã æternã? Poterimusne hunc nostris viribus assequi, & operari? Respondet, Hũc panem tam eximiũ. si illius appetentes, & famelicos vos viderit, dabit vobis FILIVS HOMINIS, id est, vt homo. Christus homo, noster est mediator, 1. ad Timoth. cap. 2. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus IESVS, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus: qui solus omnia nobis commeruit, tũ præstat, cui Pater omnia in manu, & omnes iudiciũ dedit, id est, omniũ gubernationẽ, & regnum dedit, vt suprà, 3. & 4. cap. diffusiùs declarauimus.

Christus homo dat cibum perennem.

Panis à deo signatus.

[HVNC enim Pater signauit Deus.] Aetiologia est. Reddit rationem, quare Filius hominis dat nobis panẽ permanentem in vitam æternã. Quia Deus hunc signauit, siue sigillauit, vt ita loquar. Recurrit Christus ad Patris authoritatem: quia iuxta carnis oculos (quales habebant Iudæi) Christus habebatur pro contempta persona, ideo necessariũ duxit allegare authoritatem Patris, pro certitudine cibi, quem affirmat se daturum. Quum Filius sit expressa Patris imago, & character verè à Patre consignatus (habet enim imaginem, hoc est, Imago est Patris) intelligamus hunc à Patre signatum, sicut Imago sigillum est. Hunc ergo, qui est Filius hominis, SIGNAVIT Pater, hoc est, signaculum suum, & imaginem genuit, quæ haberet in se quod ipse habebat, & naturalem cum ipso identitatem. Pater sese totum vnà cum omnibus suis in Christum effudit, non sua deserendo, sed communicando illa eadem Filio. Similiter Filius hominis

Imago Dei.

hominis signauit Pater, hoc est, eum Spiritu Sancto, præ omnibus participibus suis donauit, & vnxit, vt esset omnium saluator, & dominus, etiam Angelorum caput, & princeps. In hunc omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi sunt, Coloss. cap. 2. Propterea solus Patrẽ nouit, & nosse donat, misso Spiritu Sancto omnis veritatis doctore in corda suorum. Ipse est omnium seculorum thesaurus, ex quo suam institiam mutuò acceperunt Patriarchæ, Adam, Abel, Enoch, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, Prophetæ, Apostoli, Martyres, omnésque pij, quotquot crediderunt, credunt, credéntq; in nomen eius. Quũ ergo Patri visum, placitúmq; fuerit, hæc per Filium perficere, per quẽ omnia quoque condidit, & Filium quidẽ hominem factum, per quẽ instaurare vult omnia, Ephes. capit. 1. dictum est, Hunc cibum dabit vobis Filius hominis. Obserua: Hac consignatione, incarnationis mysteriũ significatur. Quemadmodũ sigillato imprimitur sigilli imago, ita Filio hominis impressus quodam modo est Filius Dei, assumens humanitatẽ, qui Filius Dei est expressissima Dei Patris imago. Hebræorũ cap. 1. Qui quũ sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Est enim Filius similis Patri in substantia, quia vna eadémque substantia, voluntas, & potentia est Patris & Filij.

Thesauri Sapientiæ Dei in Christo omnes.

Filius Dei, Imago Dei. Filius similis Patri.

[DIXERVNT ergo ad eum.] Prodijt hæc interrogatio non ex cupiditate discendi, sed ex præsumptione, & contemptu quodam. Quasi omnia scirent ex Moyse, ac nihil sibi discendũ restaret, ita interrogarunt. Nõvisus est Euangelista verbo Respõderunt, sed DIXERVNT: vt insinuaret, nõ illos fuisse plebeios, qui dixerunt, Quã do huc venistis? sed Rabbinos, & in lege eruditos, quos in Synagoga Christus inuenerat: leuioris enim disciplinæ viri, aut qui nihil eruditionis habebant, ex verbis Christi nõ accepissent occasionẽ rogandi, cum quodã pronũtiationis fastu, Quid faciemus vt operemur opera Dei?

Rabbini ad Christum.

[QVID faciemus vt operemur opera Dei?] Hoc in votis semper habet caro, vt neque Deo quicquam honoris deferat, neque cuiquam cõsulat, sed solùm sibijpsi viuat. Quærit vt hic longam & prosperam agat vitam, pro sua libidine, non Dei voluntate, impunéque possit vetè bona opera negligere. Hæc interrogatio ex

Caro sibi tantum & placet & studet.

Iudæorum carnalis cogitatio de pane.

carne est,& procedit. Putant enim hi Iudæi hic Dominũ per panẽ,hoc est,cibum,quẽ Hebræi omnem panis nomine vocant,intellexisse id,quo consequimur vitã æternã. Vnde supercilioso quodã animo rogant, Quoniã admones nos vt operemur cibum quendã qui perennat, & viuificat, Quid faciendũ vt operemur ea,quæ Deo digna sunt,& vitã promereamur æternã, quorũ gratia te dicis te huc venisse? Quid istud est? Nónne Moysen habemus,qui nos docet quæ opera Deus à nobis efflagitet? Visne nouã legem condere,e cuius præscripto nouã vitam,relicto Moyse,formare debeamus? Quũ lexà Deo

Iustificatio iuxta opinionẽ Iudæorum.

data sit,oportet opera illius nos iustificare,quũ Deo sint accepta,& iuxta præscriptũ,& voluntatẽ eius sint facta. Circucidimur,offerimus quotidie sacrificia,nõ vescimur suilla carne,sabbatũ agimus, interim & ieiunamus. Hæc verè sunt bona opera, hæc nos facere docuit Moyses,Dei amicus,& familiaris. Putas te nos docere meliora? Hæc quũ sint à Deo p Moysen,cur nõ iustificãt nos? Vere nos iustificãt. Nã dicimur populus Dei,popul⁹ sanctus: vnde ergo sancti essemus, nisi ex legis operibus & iustitia? Sunt ergo opera legis,quibus cibũ nõ pereuntẽ percipimus. Sed quũ hæc nihil ad tuũ institutũ faciant,& alia tu sinues faciẽda,maior Moyse videris,quẽ ad hunc cibum percipiendũ nullũ tale opus præscripsisse ex lege diximus,etsi ad senectam vsq; totam ætatẽ in voluenda traditandáque lege protraxerimus. Quid ergo faciendum iubes,vt operemur diuina opera? Vides huiusmodi Rabbinos modò à carne trahi: nam quũ Dominus se, suamque carnem,& sanguinem edendum, & bibendum postea dixit,non dubitarunt hi Iudæi eum hoc dicere, se esse eum,qui vitam æternam elargiri,in nobis viuere velit. Non absimilis est dialogismus Matth. cap. 19. de quodam adolescente diuite,qui cum quodam contemptu rogauit Dominum dicens, Quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Dominus mittit illũ ad Moysen & decalogum,vt is cognoscat se peccatorem, & à lege accusatum. Deinde ad fidem viuam, dicens, Si vis perfectus esse,si vis verè & perfectè legẽ implere, veni,id est,crede mihi,& me sequere. Ita & hoc loco auditores vocat ad sequendũ se,hoc est,vt credant,& iustitiã apprehendant.

Sequi Christum.

[RESPONDIT Iesus,& dixit eis.] Exemplum philanthropiæ, & summæ charitatis in Christo,qui nihil offensus tam crasso,& carnali responso, pergit eos paulatim euocare ad perfectiora: vt intelligant cibum illum perennantem, & viuificantem non illis contingere operibus legis,quibus gloriantur,sed sola fide viua.

Fide viua nobis contingit verus cibus.

[HOC EST opus Dei,vt credatis in eum, quem misit ille.] Quærentibus de operibus,per opera Christus respondet. Rogatis(inquit) quod est opus, quo demereamini Deum. Deus,quum sit Spiritus, nullis oblectatur carnalibus,vt huiusmodi,nihil moratur vestras vmbras,& legis vestræ ceremonias ex se. Discite,etiam inuiti, Deũ nunquàm boum,aut ouium cæde fuisse oblectatũ. Quid iuuare poterit,hircus,aut thuris, cinamomive suauis odor, etiam si aerem repleat? Num hircorum sanguinem bibet? Nouit omnia volatilia cæli, & pulchritudo agri cum eo est: odit ac repulit solennitates vestras, Psalmo 49. Esaiæ capite 1. Ieremiæ 7. Opus igitur ad iustitiam parandum,non est immolatio victimarum, aut cætera, quæ constant corporalibus ceremonijs, sed hoc est opus, quod à vobis flagitat Deus, vt credatis in Filium suum, hoc est,in Iesum Christum, quem pater in hunc mundum misit, ad saluandos verè credentes,& per quem vobis loquitur: qua methodo consequi potestis cibum, qui nõ perit. Opus ergo Dei est fides in Christum. Hæc fides comprehendit actus intellectus, & voluntatis: hoc est, complectitur Dei cognitionem,& actum, quo voluntas tendit in id, quod intellectu apprehenditur. OPVS ergo Dei vocauit Dominus fidem,quæ est certa de bonitate Dei persuatio, confidénsque salutis ab ipso expectatio. Hæc definitio, siue descriptio, indicat fidem in se complecti actus intellectus,& voluntatis, siue actus simplicis fidei,(hoc est,historicæ cognitionis) spei,& charitatis. Rogabit aliquis, Quare hæc fides vocatur opus Dei? Respondeo,Quia hanc non habemus nisi attracti à Deo, nisi Spiritus Christi nobis afflauerit, effeceritque eam in animis nostris: hoc est,nisi præuenerit nos Spiritus Christi,nunquã,quãlibet magnis nostris viribus,hãc assequi fidẽ possimus: sed ille, vt Ioãnes ait in Apocalypsi,capi. 3. stat,& pulsat, vt nobis apertientibus introeat.

Fides in Christum,est opus Dei.

Fidei definitio.

Hic

Spiritus Sãcti attractus Doctrina Dei, Illuminatio.

Hic afflatus Spiritus Sancti paulò infrà, tractus Patris vocatur. Hæc fides, siue animi persuasio, & expectatio, quæ alibi dicitur Doctrina Dei, alibi Illuminatio, vocatur Opus Dei, quòd verè sit diuinum, & sanctum, quódque Deo probatur, quo demum salui, & filij Dei simus, similiter quòd sit fons, & radix omnium bonorum operum, id est, vitæ probatæ Deo, quódque maximè hac fide Deo vnimur, & Christũ, vt cibum vitæ æternæ verè edimus: eóque vt filij eius alimur, & illi inserimur, vt simus vnũ in illo, & cum illo. Præterea hęc fides, siue credere ta

Christo quomodo inferimur.

Fides quare dicitur op⁹ Dei.

Christum, vocatur opus Dei, non solùm quia est donum Dei in opere nostro, siue in actu voluntatis, & liberi arbitrij adhærentis afflatui ipsius Spiritus, sed etiam quia hoc opus maximè requirit Deus, quòd Deo hominem vniat, & huius vnionis fundamentum sit. Colligamus

Credere in Christũ quid sit.

ex his CREDERE in Christum, non est res à Christo gestas nouisse: has enim nouit Satan, qui tamen illa notitia non est iustificatus: nec est, meminisse, aut mente reuoluere Christũ natũ esse, passum esse, resurrexisse, & eglos ascendisse: nam & impij horum omnium meminerunt, & de his cogitant, nihilo meliores effecti: sed Credere in Christum, est certò apud se statuere per Christum contingere iustitiam, & vitam æternam, eique toto corde, tota anima, totis viribus inhærere. Hoc qui fecerit, omnia

Piorum cõsolatio à meditatione bonorũ Christi.

bona Christi complectetur, illisque ex animo adhærescet. Huius mysterij meditatio maximam affert pijs consolationem: nam hæc meditatus, videt in morte vitam, in maledictione benedictionem, in peccato iustitiam, in cruce gaudium, in damnatione liberationem, in paupertate diuitias, in contemptu honores, in desperatione spẽ, in tenebris lucem, in imporentia & infirmitate potentiam: &, vt vno & altero absoluam verbo, videt omnia siue quæ in cælo, siue quæ in terra sunt, per Christum & in Christo instaurata esse: quem videt ad dexteram Patris in cælestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro. Videt Satanam cum suo exercitu vinctum & relegatum in abyssum: quem, cum vniuersa eius cohorte, & classe, nihil verecur. Obserua: quum dicit, QVEM mitte-

ille: insinuat mysterium incarnationis & trinitatis, Patris mittentis, Filij missi, & Spiritus Sancti, qui vtriusque est amor, & cuius opera designata est hæc missio. Simul etiam allegat Patris authoritatem aduersus eos, qui Christum non vt Deum, sed hominem, & vt vilem, & abiectam personam eum habebant.

[DIXERVNT ergo ei.] Admirabundi rursus insurgunt Rabbini isti in Synagoga, quum audiunt doctrinam nouam, quam ex Moyse aiunt se non didicisse. Propterea ingrate, atque impiè interrogant, appellantes ad Moysis doctrinam, & ad legem miraculis mannæ & aquæ de petra, confirmatam.

Iudæorũ pugnatio à Christo ad Moysen.

[QVOD ergo tu facis signũ, vt videamus, & credamus tibi? Quid operaris?] Quales sunt, seipsos hac interrogatione produnt gastrimargos, qui Christum quærunt, nõ vt iustificentur, sed cibentur, & ventrem oppleant. Attenti audierunt Christum, promittentem maiora, quàm Moyses dederit. Vnde mille curis anguntur promissa Christi audientes, quæ collatione quadam cum Moyse in seipsis conferunt. Moyses pollicebatur terram lacte & melle fluentem, temporalem pacem, salutem corporis, & alia id genus, quæ nihil haberent quod durarent: hæc tamen nihil faciunt ad ea, quæ Christus promittebat æterna, & nunquàm peritura. Sed quòd humilem, & abiectã Christi personam viderent, non credunt illius doctrinæ: desyderant, quærúntque signa, quibus Christi doctrina vera illis appareat. Quasi dicant, Quales nos putas esse, qui sumus Rabbini, & in lege peritissimi? Existimas nos tam stupidos, & male feriatos homines, vt sanctissimam legem nostram à Deo datam reijciamus, & maiores nostros (quorum authoritatẽ hactenus sequuti sumus) relinquamus, vt tibi nouo, & incognito homini, ista tam importuna in legem nostram dicenti, fidem adhibeamus, & relicto magno nostro Moyse à Deo multis miraculis probato, te solum (qui hactenus nullum tuæ doctrinæ specimen dedisti) suspiciamus, colamus, & veneremur? Quibus signis, & miraculis vendicas peculiarem authoritatem supra maiores nostros? Neque volumus te aliquod signum in occulto operari, sed palàm, vt videamus: idque non sit paruum, aut leue, sed maximè arduum,

Iudæi signa quærunt.

Gastrimargi Iudæi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

duum, & ingens opus, vt eo conspecto, euicti credamus non verbis tuis, sed factis. Sed QVID operaris? Quasi dicant, Quid hac tua (quam tibi vindicas) authoritate dignum facis? non est æquum, vt tibi tantam authoritatem tuis verbis arroganti, credamus, nisi priùs prodigium aliquod feceris. Perspicuum est, hos non fuisse ex illis, qui paulò antè viso miraculo panum dixerant, Hic est verè Propheta ille, qui venturus est in mundum, volebántque eum ob id in regem rapere: hi docti erant in lege, allegant enim legem, & Prophetam.

Laboris oscos.

[PATRES nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de cælo dedit eis manducare.] Hæc apertè declarant istos quæsiuisse vt cum Domino vagarentur, & ab ipso sine labore pascerentur, vti populus olim in deserto quadraginta annis alitus fuit manna. Noli existimare nos tam leues fuisse, qui Moysi dictis audire vnquam voluerimus, nisi editis priùs ab ipso multis signis & prodigijs: nam ne minimum quidem fidei adhibuissemus doctrinæ eius, nisi illam multis miraculis asseruisset. Non facis (aiunt) Moysi opera, non eò in virtute promouisti, vt tanta facere possis.

Moysen Iudæi Christo præferunt.

Quomodo ergo vis, reiecto Moyse, tibi credamus, & in tuam sententiam descendamus? Moyses quadraginta perpetuos annos in deserto numerosam patrum nostrorum multitudinem pauit: panem dedit non humana opera pistum, sed de cælo descendentem, quemadmodum scriptum est Psalmo septuagesimoseptimo, Panem de cælo dedit eis manducare. Adeoque totus hic Psalmus summa est quædam miraculorum in egressu Aegypti gestorum. His ostentis commotus populus, obtemperauit Moysi. Tu nihil, quod tuæ pollicitationi respondeat, fecisti. Putaremus nos multa dementia ductos, si à Moyse tot, tantisque miraculis probato, & confirmato, deficeremus ad te homuncionem, qui ad Moysi authoritatem accedere non posses. Aliquot è nostris semel, & vno duntaxat die, cibasti: at vt, iuxta veterem parœmiam, vna hirundo non facit ver, ita nec hoc modico miraculo, doctrinæ tuæ authoritatem satis confirmas. Quare si desyderas vt tuæ adhæreamus sententiæ, & confiteamur nos ex te omnino pendere, pasce nos per quadraginta annos,

annos, vt fecit Moyses, facito vt nulla vnquam vetustate deficiat vestimentum nostrum: hæc si feceris, te ducem vnicum sequemur, & suspiciemus. Mirabilis est hæc hominum ignauia: Primùm petunt miraculum, quasi priùs nullum vidissent ostentum. Non quoduis miraculum recipiunt vt credant, sed præscribunt quod volunt signum edi: & ex tam multis, quæ Patribus exhibita leguntur, illud potissimùm eligunt, quod ventri prodest, & ad pastum facit, vsque adeò de ventre sunt solicíti. Obserua: quum dicit PANEM de cælo, &c. alij legunt Panem Angelorum, quia de CAELO, id est, de nubibus opera Angelorum dépluebat panis.

Soliciti de ventre.

Panis Angelorum, siue de cælo.

[DIXIT ERGO eis Iesus.] CHRISTVS, vt est omnium mansuetissimus, dissimulans illorum ruditatem, dignatur paulatim ad sensum rerum spiritualium eos adducere, nec mox vt impia ventris animalia repellit, sed benigniter respondet: non negans, legem esse doctrinam à Deo, & miraculis confirmatam, sed aperiens discrimen esse inter suam doctrinam, & doctrinam legis, honorem quidem suum relinquens legi, sed præferens Euangelium legi, & doctrinam suam doctrinæ legis.

[AMEN, amen dico vobis.] Propter imbecillitatem nostram Christus hoc nobis condonat, vt in re seria & certa, quam declaraturus est, iuramento vtatur.

Iurare licet in re seria & vti li.

[NON Moyses dedit vobis panem de cælo.] Videns Christus quanta laborarent ignauia hi Rabbini, quòd plus honoris Moysi, quàm par esset, darent, illos arguit, ostendens Moysen sua virtute nullius authorem miraculi fuisse, qui solùm ministeret Dei ad populum, & rursus populi ad Deum, hanc operandi miracula facultatem, sibi ac Patri omnino accommodans. Moysen eleuat, cui id authoritatis satis obscurè detrahit, propter auditorũ ineptiam, & vanitatem, qui nec dignitatẽ loquẽtis cognoscebant, nec de veritate cognoscenda multùm solliciti erant: quibus satis erat, Moysen in ore versare, & in illo solo authore inflari: vnde plerũque eã, quæ Dei est, authoritatẽ illi accõmodabant. Si Moyses (inquit) apud vos tã magni nominis est, quòd manna vobis de cælo dederit, atque eũ cibũ vt cæleste suspiciitis, q̃ è cælo venerit, non

Moyses non fuit miraculi author.

Miraculorum author Deus.

non tam Mosi, quàm Deo, debetur hæc gratia, à quo hoc manna Moses accepit, qui ex se tantum beneficij præstare non poterat. Non enim erat Dominus, sed illius magni Domini (cui debetur omnium miraculorum gloria) minister & famulus. Aut dici potest, Hoc vobis condono quòd dederit vobis panem manna: sed non dedit vobis

Panis eximi⁹.

panem illum eximium, qui viuificat. Græcus textus addit articulum τὸν ἄρτον, hoc est, illum panem. Neque enim negat vllum panem fuisse ministratum per Mosen: sed non illum eximium, de quo dixit, Qui permanet in æternum, & qui dat viuere æternum. Manna, quod dedit vobis Moses, non fuit verè cælestis, hoc est, diuinus panis, ad æternam vitam ex seipso satians, licet Psalmographus dixerit Panem è cælo: nō tamen è cælo venerat, sed ex aëre defluebat: quemadmodum aues in aëre viuentes è cælo dicuntur: sed panis verè cælestis imaginem dúntaxat habebat. Terrenus Moyses populum habebat carnalem, quos, vt similes habeant labra lactucas, pane pascebat corporali. Non item Pater meus cælestis, qui spirituali populo per Filium suum, cælestem largitur panem.

[SED Pater meus dat vobis panem de cælo verum.]

Manna.

Quemadmodum panem cælestem, Manna, ex imperitia nuncupatis, quo solum Iudæorū genus, & breui tempore, fuit enutritum, sic misericordiam Dei contraxistis, & exilem feciſtis, vt id beneficij cælestis solis Iudæis donatum esse putaueritis. At panis ille manna, typus &

Typus veri panis manna.

figura erat vniuersalis Dei liberalitatis, loco arræ hominibus concessa. Nunc verò quum veritas sit in lumine, exactúmque sit figurarū tempus, Pater meus dat panem. Quem panem? Manna? Non: sed panem, quē significabat

Panis de cælo. Christus quare dictus panis.

manna, ipsum scilicet Dominum Iesum. Hic de cælo est, hoc est, non est depluens ex aëre, sed est è secretis diuinitatis, è sinu Patris, quia Deus est, panisq; vocatur, quia solus suo Spiritu, suique & Patris cognitione, satiat ad vitam, hoc est, æternū dat beatè viuere, & se mãducandū dat fidelibus. Obseruate AELVM tropo scripturæ aliquando

Cælum in scriptura varié accipitur.

pro nubibus, & superioribus orbibus, vt paulò antè. Ioan. Gene. 1. 2. Petri 1. Psal. 18. Matth. 24. & alijs plerisq; locis. Interdū autē pro secreto diuinitatis, vt hoc loco, & supra cap. 3. Nemo ascendit in cælū, nisi qui descēdit, &c. Verū dixit,

dixit, hoc est, non typicum, sed verè cælestem, seipsum significans. Obserua: quum de Moyse sermonē fecit, vsus est verbo Dedit, quod rationem temporis potiùs, quàm potestatis importaret verbum Dedit: sed de Patre loquutus, vsus est verbo Dat: licet quidā codices habuerint Da bit, legendū tamē est, Dat, iuxta lectionē Græcā: quòd hic Dat, non habeat rationem temporis, sed potestatis. Dat enim, qui solus potest dare. Græcis est δίδωσι, non δώσει.

Verbum Dat, potestatem importat.

[PANIS enim verus est.] Aetiologia est explicans nostras, quibus facilè secernemus panem illum eximium, à pane Mosaico. Panis Mosaicus typus erat huius panis, qui verus est. Græcis legitur, Panis enim Dei est, &c. quibus consentiunt vetustissima Latinorum exemplaria. Panis Dei, hic verus panis est, qui quum sit ex substantia patris, naturaliter vita cuncta viuificans. Vt enim panis terrestris, imbecillitatem carnis nostræ sustinet, atque consecuat, ita & hic panis cælestis spiritū nostrum viuificat, & corpus ipsum à corruptione liberat.

Panis Dei.

[QVI de cælo descendit.] Hic panis eximius à circumstantia loci commendatur. Non est terrenus: nam non è terra, sed à cælo summo egressio eius: è cælis ita profectus est, vt verè sit cælestis à natura & ab effectu. A natura enim Deus est, vnum cum Patre: & ab effectu, quia diuinos & cælestes facit, qui ex animo illi adhærent.

Panis ille eximius quare de cælo dictus.

[ET dat vitam mũdo.] Excellentior est hic panis Mosaico pane. Contractus & destinatus erat solis Iudæis panis Mosaicus: at hic verus panis vniuersos viuificat: non est Iudæorum solum, sed & Gētium hic panis, qui nec est corporeus, nec ex aere depluit, sed ab ipso Deo venit, & tam efficax est, vt eis, qui sumpserint, donec animorum immortalitatē, hoc est, non vni populo, sed toti mundo, siue omnibus electis vbicunq; gentiū agant. Obseruate scripturæ vsurpat sæpe MVNDVM, pro promiscua hominum vniuersitate. Iterū pro ijs, qui nōdum sunt renati & facti cælestes, vt est illud, Mundus me odit: itē, Non pro mũdo rogo: interdum pro ipsis electis, vt hoc loco, & supra, Sic Deus dilexit mundū, vt Filium suū vnigenitū daret, &c. Nihil ergo est quod tantopere mouere vos debeat Moysi authoritas. Pro Moyse enim (pro quo gloriamini) Deum

Mosaicus panis solis Iudæis datur. Panis cælestis toti mundo cōmunicatus.

Mundus variè accipitur. Legis & Euāgelij differentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habetis huius muneris & beneficij authorē: pro famulo Dei, Filium Dei habetis. Si doctrinā spectaueritis, pro doctrina & lege accusatrice, Euangeliū & doctrinā vniuersalem, promittentem omnibus in Christo vitā. Si officium spectatis, tantum interest, quantū inter corpus & animā, quantum inter vitam breui desiturā, & vitā in cælis perennem, quantū inter tenebras & lucē. Obseruat Moyses

Manna typus. typū viri Dei spiritualiū Israelitarū ducis gessit. Manna Christum verum panem præfigurauit. Non quod manna falsum aut phātasticū fuerit, sed quia figura fuit, nō ipsa-

Manna quid significat. met veritas. Vt enim māna Iudæos obstupescere fecit, ita aduentante veritate Christo, attoniti fuerunt, qui verbū audiuerunt factū hominē. Manna, lingua Syrorū, Quid est hoc, significat. Iudæi enim viso illo mane quod cunctis latim deplutum esset, ante cuiusq; tabernaculum, tam peregrino & insolito obstupefacti ostētu, interrogantes inuicē, dicebāt, Quid hoc? Ita & ab Oriente veniens Dominus, & mane apparēs, factus homo & verum manna, cōperunt omnes inuicē interrogare: in primis Angeli adorabundi præ gaudio magno dicunt, Quid hoc? & cantant, Gloria in altissimis Deo. Virgo & Ioseph hoc admirabile cōmercium videntes, dicunt, Quid hoc? illuc sese recipiunt pastores, vt viderant quid hoc, quod nuntiauerunt Angeli. Omnes pij dixerunt, dicúntq;, Quid hoc? quomodo filius Dei & filius hominis? quomodo ex duobus & in duobus vna persona? quod hoc est mysterium? Magnum est diuinitatis mysterium, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Verbum caro factum est. Moysi ergo manna typus erat, cuius veritas, Christus.

Mannæ spiritualis intelligētia.

[DIXERVNT ergo ad eum.] Quum nihil præter Spiritum doctrina Christi spiraret, non tamen ad spiritalem cibum isti carnalibus imbuti desyderijs animos erigunt, sed adhuc ventris negotium somniātes, doctrinam illam de pane sensibili interpretantur, dicentes,

[DOMINE, semper da nobis panem hunc.] Hypocrita salutatio, Dominum dicunt, & labijs honorant, quum corda odio plena erant. Videntur mihi nescio qua irrisione & irritione vti. Saturitatē amabāt potius, quam salutē, & saturatorem requirebant potius, quàm saluatorem. Da nobis semper panem hunc. En verba ipsissimorū carnalium de Christo & doctrina eius carnaliter sentientium.

Carnalium ratio ad Christum.

Quemadmodū Samaritana audito Christo promittenti, qui biberit ex aqua, quā ego dabo ei, non sitiet in æternū, dixit, Domine, da mihi istam aquā, vt non sitiam, neq; veniam huc ad hauriendū: ita & isti malè feriati homines, multa anaritia, & irrisione ducti, nimisq; auide dictum Christi accipientes, venisse panē Dei de cælo, qui daret vitam mundo, quasi verò non necesse fuerit in posterum in sudore vultus terrā colere, semina sulcis credere, & in saturitate panis, & otij securitate, nō sit opus penuriā vllius rei præcauere, aiunt, O quāto honore te exciperemus, nō solum vt magnū te haberemus Prophetā, sed te profiteremur verū esse Messiā, si quod polliceris, præstares. Bene nobis cōsultum esset: nā otiosi viueremus, nihil nobis sit dandū esset in labore. At qui fieri potest vt hūc panē viuificū appares, & eo tantam Iudæorum multitudinem æternum in dulci otio nutrias? Sed interim dicito, Quū neq; horreum, neque frumentum tibi sit, vnde possint panes corporales pinsi: qui fieri potest, meliorem, præstantiorem ve panem nobis dare possis? Hæc sunt carnalium hominum verba ad Christum: qualia etiam pendenti in cruce obiecerunt, Quomodo alios saluos faciet, quando seipsum saluum facere non potest?

[DIXIT autem eis Iesus.] Exemplum magnę dilectionis erga nos in Christo, qui ingratos, carnales, & multa ignorantia laborantes, pacifice instituit ad meliorem intellectum, neq; id facit obumbrato, & subobscuro sermone (quod nonnunquam, propter auditorum imperitiam, facere est solitus) sed quum istos nihil intelligere videat, vt exuciat illis somnium cibi corporalis, & nulla excusatio non credentibus relinquatur, diluciḍe, ac breuiter totam mysterij vim explicat, & apertius eis ostendit se non loqui de pane, qui dentibus māditur, & per gulam in stomachum traiectus, corporis famem ad tempus sedat, sed de pane cælesti, qui vere Christus est.

[EGO sum panis vitæ.] Apertis verbis, nullo ænigmate, nulla metaphora, verbo substantiuo SVM, non verbo SIGNIFICAT, vsus, apertissime dicit, EGO sum panis vitæ. Nolite putare manna fuisse panem de cælo. Ego enim sum panis vitæ, qui olim vobis figura in manna solum modo datus, nunc adsum omnem adimplens

Christus explicat quis verus panis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

figuram: hoc est, qui aduentu meo finē impono figuris, & veritatē exhibeo. Hæc verba faciūt vt subodoremus sanctissimi corporis Christi vitā & gratiā, qua in nobis vnigenitī proprietas, id est, vita, & ingreditur, & permanet. Paulò ante de seipso loquutus, tertia vsus est persona, nō itē nūc, sed prima persona, certā illius veri panis cœlestis demonstrationē afferens. Qui tanto desyderio moti quærebatis, Da nobis hunc panem, qui vitā dat mundo, hunc vobis ostendo, en nō procul est. Ego ipse sum panis vitæ: iam hunc accipite panē, & eo fruamini æternum. Nolite obdurare corda vestra, sicut in irritatione secūdum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea. Sed venite ad me.

Probatur Christus verus panis omnibus sanctis præstare.

[QVI venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, nō sitiet in æternum.] Argumento ab effectibus petito, commendat hunc panem vitæ, simul cōmodissime ac subocculte insciti am quorundam, gloriam Christi non agnoscentium & plus Moysi, aut sanctis viris, quàm Christo tribuentium, propulsat: ostendens ab ipsarum rerum collatione se in infinitum illis præstare. Hoc argumento vsus est olim, quum ad Samaritanam est loquutus, & ei se viuentem aquam dare polliceretur: hoc quum non intelligeret mulier ait, An tu maiores patre nostro Iacob, qui dedit nobis hunc puteum? Hanc itaque volens Christus ab ipsa opinione (qua plus ipsi Iacob, qu ām Christo asscribebat) abducere, & se maiorem ipso Iacob manifestare, ad aquarum differentiam descendit. Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. His verbis Christus docebat se superiorem ipso Iacob, qui multò maiora tradere potest. Non abhinc hoc loco facit Christus: Nam quia Iudæi solo suo Moysi gloriabantur, Moysen semper anteponentes, volentesque magis Mosaicam legem sequi, quàm doctrinam Christi, semper in ore versabant mannæ copiam, & aquarum de lapide fluxum, vnde Moysen Christo præferebant. Operæ pretium ergo duxit Christus, vt se maiorem Moyse ab ipsis effectis ostenderet: non aperte quidem de Moyse mentionem faciens, ne in iram infrænis illorum audacia incideret,

incideret, sed ea ipsa adducens, quæ ex comparatione Moysen in infinitum Christo inferiorem ostendūt. Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in æternum. Quasi diceret, Hæc si cōparaueritis ad ea, quæ per Moysen accepistis, agnoscetis vere quantus est vester Moyses. Dederit vobis ergo (vt hoc vobis condonem) Moyses manna: sed qui comederunt, rursus famuerūt, & post saturitatem, recurrit famis molestia, & esurierūt. Dederit vobis copiosum aquæ fluxum e petra, sed qui biberunt, rursus sitierunt. At longe aliter res habet apud me. Qui enim ad me venit, nunquàm esuriet, &c. Ergo ex his colligere poterāt Iudæi, Christum Moyse maiorē. Quid hic pollicetur Christus? nihil corruptibile, sed cœlestē benedictionem, quam cōmunicatione corporis atq; sanguinis Christi assequimur. Hæc enim communicatio nos reducet integre ad incorruptionem, vt cibo & potu corporali non indigeamus. Nam corpus Christi viuificat, & ad incorruptionē sua participatiōe reducit. Hoc corpus, cor pus ipsius vitæ est, virtutē incarnati Verbi retinēs, & plenum potestate illius, quo vniuersa & sunt, & viuūt. Hæc omnia nos admonent, diligenter contemplemur, quàm alieni sumus à vita æterna, si rariùs in Ecclesiam proficiscamur, & longa temporis intercapedine propter simula tam religionē mystice communicare Christo recusamus.

Christus Moyse maior.

Corpus Christi.

Sensus verborum est, Qui venit ad me, siue qui credit in me, hoc est, qui me vt saluatorē recipit, & se mihi totum cōsecrat, is, cui hoc facere datum fuerit, Non esuriet, neque sitiet, hoc est, nihil desyderabit boni: quia esurientes impleuit bonis: Credere in Christum, est ad eum venire, & eum saluatorē agnoscere, siue certò statuere, hunc sibi & omnibus credentibus panē vitæ esse, & qui dat nō esurire & non sitire, id est, qui dat non petire in æternū: qui dat nihil boni desyderare, sed per omnia beatū esse, quod in ijs, qui se Christo dediderūt fide viua, hic incipit, perficitur autem vbi corpusculū hoc, in die nouissimo restitutum virtute Christi, imaginem ipsius, qui cœlestis Adam est, gestabit. Interim tamen, Qui in me credit, ait ille, nō esurit in peccatis: quia iustitiam meam possidet. Non esurit in afflictionibus: quia se per crucem liberatū iri fide videt. Non sitit in morte: quia in media morte vitam habet,

Venire ad Christum.

Credere in Christum.

Credens non esurit.

Esurier.

bet. Non sitit in inferno: quia ego vici infernum, & ligaui Satanam in abyssо, cuius ianuas clausi. Neque esuriet, neque sitiet, in rebus externis, ad leuandam corporis inediam, quia Pater meus scit quibus ille indiget, vt adijciat omnia necessaria credenti in me. Horum omnium specimen dedit in Israelitis, quos manna pauit in extrema penuria, in muliere Sareptana, & in Samaritanis sub Eliseo 4. Reg. 7. Huc pertinet quod dictum est ab Esaia cap. 49. Non esurient, neque sitient, & non percutiet eos æstus & Sol, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Nulla ergo potest esse egestas vbi est æterna satietas.

Egestas nulla vbi satietas æterna.

[SED dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis.] Occupatio est, qua preuenit incredulos, ne obijciàt olim se iniuria perditum iri: sed dixi vobis quanta incredulitate laboratis, vt intelligatis vos vestra culpa perituros, si in infidelitate vestra perstiteritis. Nulli panis vitæ omnibus præsentatus, sed magis vos tangit, mouétque panis interitura solicitudo. Rogabit aliquis: vbi quid tale dixit Christus? Respondeo. Audi Esaiam capit. 6. dicentem, Vade (inquit) & dic huic populo, Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. Hæc prophetica oratio rebus ipsis vera nunc demonstratur. Quum dicitur, ET vidistis me, hoc est, vidistis me maiora præstantè, quàm si vos manna pauissem. VIDISTIS hoc est, videre potuistis me Deum esse, quando quinque panibus hordeaceis tam numerosam multitudinem laturauí. Quòd me Deum eo signo agnoscere potuistis, argumento est, quòd me illum magnum Prophetam promissum prædicastis, & me in regem rapere voluistis. Adhuc præstantiora vobis polliceor, offerósque quibus & me Deum esse cognoscere potestis, tamen non creditis. Cur ita? Quia indignos vos præstitis: nam quia peccatorũ vinculis coarctati nõ vultis liberatorem & iustificatorem vobis oblatum cognoscere, & cognitum recipere, ideò ira Dei digne vos excæcauit, & ob-

Panis vitæ omnibus præsentatus.

Esaiæ de communi saluatore.

Increduli, quia indignos se præstant.

& obcæcatum magis factum est cor vestrum. Hæc sententia indicat Christum loquutũ esse vt Deum: qui declarat se videre quanta incredulitate teneantur, & quales sint, futuriq; sint, vt intelligant ira diuina perditum iri omnes incredulos. Respondet ergo hæc sententia Christi, ei, quam suprà dixit, Amen, amen, dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus. Dixi vobis, & nunc dico, Quia audistis me, & audistis verba vitæ æternæ, nec tamen creditis, quæreutes solummodo signa videre, & non id propter quod signa fiunt. nõ mea, sed vestra, culpa peribitis. Quid enim vltrà facere debui ad me manifestandum, quod nõ feci? Sed hęc est causa quòd non creditis, quia Patrem vocatem non auditis, vt me sequamini: sed ventri vestro (quẽ pro Deo habetis) reclamanti obeditis.

Christus nihil non fecit pro omnium salute.

[OMNE quod dat mihi Pater, ad me veniet.] Minatur CHRISTVS quantum illis incommodet incredulitas, & quantam facturi sunt grauæ iacturam ex his, quos loco illorum sufficiet Dominus: quibus omnium animos erigit, vt intelligant CHRISTVM non Iudæorum solùm, sed & Gẽtium esse saluatorem. OMNE quod dat mihi Pater, id est. Omnis, siue Gentilis, siue Iudæus, siue liber, siue seruus, qui datus est mihi à Patre, id est, cui id beneficij datum est à Patre, vt in me credat. VENIET ad me, id est, recepto illo ad credendũ dono (fides enim donũ Dei est. Ephes. ca. 2. & nõ ex operibus nostris, vt ne quis glorietur) veniet ad me, id est, credet in me. CHRISTVS ait ad se venire, quos Pater sibi dedecere, (ipse enim Deus est Patri æqualis) sed quia nemini, sed soli diuinæ naturæ conceditur, vt ignorantiæ tenebris inuolutos illuminet, sicut homo Patri hanc rem pro suo more attribuit. Rogabis, qui sunt, quos Pater dat? Respondeo: Non nisi electos in CHRISTO, dat. Nam ex omnibus hominibus ante iacta mundi fundamenta Deus aliquot elegit in CHRISTO, seu pro bona voluntate sua decreuit illis dare vitã æternã, Ephes. cap. 1. Quos ergo Pater ante mundum conditũ prædestinauit, eos dat Filio suo, Domino nostro IESV Christo. Hæc sententia confirmat dictum Pauli Rom. cap. 8.

Incredulorum cœcitas.

Datum à Patre Filio.

Pater quos dederit Filio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quos prædestinauit hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autē iustificauit, illos & glorificauit.

Liberum arbitrium. Voluntatis actus liber.

[ET eum, qui venit ad me, non eijciam foras.] Insinuat hic locus liberum arbitriū. Necessarium est, Patrē primò trahere, hoc est, suo Spiritu afflare, siue præuenire sua gratia voluntatē, antequàm exeat in actum voluntas, quæ præsente sibi hoc Dei fauore, instinctu, & auxilio, potest non velle. Hanc libertatem Dominus expressit Matth. cap. 24. Quoties volui congregare te, &c. & noluisti. Et superiore cap. Non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Vult quidē Pater (ait Dominus) omnes saluos fieri, præstóque est auxiliari, Apoc. cap. 3. At necessarium est, vocatos venire, hoc est, oportet credant vocati, & per me salui fiant. Quibus (ne animos desponderē) polliceor me non eiecturum illos foras, hoc est. Quisquis ad me venerit (atque vtinam omnes veniant) NON eijciam foras, hoc est, non perdam, sed saluabo, vt ostendam quàm vtilis fuerit credentibus fidei pietas: hic vir neque sterilis erit, neq; abdicabitur, atq; ille, de quo Ieremiæ capit. 22. scribit, Terra, terra, terra, audi sermonē Domini. Hæc dicit Dominus, Scribe virū illū sterilē, virū qui in diebus suis non prosperabitur. Non ergo vt ingloriosus eijcietur qui credit, nec erit beneuolētiæ diuinæ expers, sed recondetur in horreum, & in cælestes mansiones diuertet, vbi æternùm Deo fruetur. Colligamus ex superioribus, tria concurrere ad hunc panem vitæ adquendum, Patrem trahentem, voluntatem venientem, & IESVM non reijcientem, sed admittentem.

Foras eijcere

Ad verum panem habendū tria necessaria.

[QVIA descendi de cælo.] Aetiologia est. Reddit enim rationē cur credentes nō eijciat foras. Vult Pater, quotum in ipso est, omnes homines per viuam fidē fieri saluos. Et in hoc ipsum DESCENDI de cælo, hoc est, homo factus sum propter omnium salutem.

Electui ante mundi iacta fundamenta. Ordo, quo Filius electos adducit.

[NON vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.] Deus ante iacta mundi fundamenta aliquot ex oibus hominibus elegit in suo Filio, quos aliquo ordine Filius adducit. Quis ordo? Primò mittit Filium suū in hunc mundū, qui annūtiat bonā Patris voluntatem, & velit omnes homines saluos facere. Deinde vt audiāt, & qui aures audiēdi habeant. Postremò, audi-

tis credāt, iustificētur, & vitā æternā habeāt. Prædestinauit Deus nos in hoc scilicet, vt per Christū adducamur sibi, ad quē nō conscendemus, nisi per gradus, quos tanquam media ad summū perueniēdi, ordinauit. Descendit Filius, hoc est, factus est homo, qui voluntatē Patris annuntians, vocauit nos per doctrinā Euāgelicam: quam qui recipiunt, iustificat, & iustificatos per dona Spiritus glorificat, & æternùm beat. Hæc media ad finem egregiè declarauit Paulus Rom. cap. 10. Omnis quicunq; invocauerit nomē Domini, saluus erit. Quomodo ergo invocabunt eum, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Descensus ergo Filij in mundum, est præcipuus gradus, quo ad Patrem conscendamus. Obiter dixerim, Noli perturbato esse animo, quum audis ea, quæ de prædestinatione dicta sunt, neque ea curiosius inuestiga ueris, quæ altiora sunt, quàm possis comprehendere. Sed audi Christum, & huic te morigerum præstes, qui annūtiat tibi voluntatem Patris volentis omnes homines saluos fieri. Ad quam salutem consequendam gradus quosdā tibi iudixit Christus, quos, si vis, peruios habes: si accesseris, non occludet tibi ianuā, nō te eijciet foras. Nihil respicias an sis prædestinatus, sed da operā vt in Christum credas, & per eum iustificeris. Hoc si per fidem inueneris, hoc est, videris te per fidem esse in Christo, inuenies & te per Deum esse electum, & prædestinatum. Cauue quæras te in homine, vt iustificatore: est omnis homo mendax: sed quære te in Christo, in quo si te reperis per fidem viuam, certò scias te esse electum in ipso. Porrò quòd voluntatem Patris adducit, id facit vt agnoscant illum non suam voluntatem, tanquam propriam & priuatam, facere, quòd videatur priuatim sine Patre agere: sed vt ostendat se vnam cum Patre habere voluntatem. Aut venit, NON vt faciat suam voluntatem, hoc est, humanam, quæ faciat aliud à voluntate Patris, sed vt faciat voluntatem eius, qui misit illum, hoc est, faciat quæ Pater illi admādauit. Dicebat enim ille. In capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam. Quum ergo Pater donet Filio saluandos, & Filius voluntatem Pa-

Descensus Filij in mundū. Media ad salutem & vitā æternam.

Prædestinationis vox nemi nem cōturbet.

Cōsolatio ad ueros timidos de prædestinatione. Prædestinatū se inuenire. Quæramus notipsos in so lo Christo. Electionis certitudo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tris perficiat, non poterit quisquam de manu Filij sal-
uandos rapere. Qui ergo Filio voluntatem Patris facié-
ti resistunt, vere Deo resistunt, & volũtati diuinæ aduer-
santur. Duas hic locus indicat fuisse in Christo volunta-
tes, alteram humanam, quam habet secundum quod
homo, alteram diuinam & increatam: quam hic volun-
tatem Patris appellat, quòd vna eadémque sit Patris &
Filij voluntas, potestas, & maiestas.

Voluntates duæ in Christo.

[HAEC est enim voluntas eius, qui misit me, Patris,
vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo: sed resu-
scitem illud in nouissimo di.] Officium suum Christus
declarat. Quod est: duo facere, quæ pater faciendo man-
dauit. Primus est, vt quicquid Pater dedit Filio, nihil ex eo
depereat, Filio seruante: Non perdam (ait) ex eo: & si
quidam perire videantur, tamen perire non possunt.
Nam si quis perierit, certum est illum non fuisse de gre-
ge Domini. Alterum est, vult Pater, ne quod ipse tradi-
dit ad vitam, mundus capiat ad mortem. Quòd si iuxta na-
turæ humanæ præscriptum, corpus moritur, remanet ta-
men melior pars hominis viuens, anima. Atqui vult Pa-
ter vt Christus corpus defunctum rursum reddat vitæ,
in nouissimo die. Ergo resurrectio est opus Christi, &
spectat ad eius officium, vt excitet à morte ad vitam.
Videamus geminam resurrectionem, quæ pijs per Chri-
stum contingit. Resurgunt à peccato ad vitam & gra-
tiam, vt sint membra Christi, quos suscitabit in nouissi-
mo die secundum carnem. Quum dicit, QVI mittit
me, id est, cuius voluntate & authoritate factus sum
homo.

Officium suũ Christus declarat.

Resurrectio est opus Dei.

Christũ mittit.

[HAEC est autem voluntas Patris mei, qui misit me,
vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat
vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo
die.] Epanaphora, seu repetitio est, qua CHRI-
STVS suum expeditius declarat officium, simul &
insinuat quibus notis deprehendere possumus, nos
esse à Deo prædestinatos & electos. Eò missus est Fi-
lius, hoc est, factus homo, vt electos ad Patrem adducat.
Electi sunt, qui vident Filium, & credunt in eum. Nam
omnes hac fide insignitos Filius ad Patrem adducet. Ergo

Electi qui dicuntur.

cet: Ergo qui fide videt Filium, & ei se totum consecrat,
iam fide cognoscere potest se in eorum albo esse, quos Pa
ter Filio dedit, hoc est, propter quos Filius venit. Non
igitur solicitus sis, quasi animum despondere videaris, ro
gans apud te an sis prædestinatus: tam alta sapere & in-
quirere noli: sed his indicijs & signis disce te repertum
iri in caulis & grege Christi, quem integrum Patri red-
det, tantum abest ne minima ouis pereat, vt ne pilus qui-
dem periturus sit de capite electi. HAEC est voluntas,
&c. Quasi dicat, Quemadmodum Pater vult Christum
exercere suum officium, hoc est, vocare homines, & vet-
bo audientes non reijcere: ita Patris voluntas est, vt ho-
mines Christum suscipiant, & in illum credant: siue VT
omnis qui videt, hoc est, considerat, & planè cognoscit,
credat in eum: nã qui planè & vere cognoscit Filiũ, non
potest non in illũ credere: agnoscit & sentit eũ vnicũ esse
Saluatorem, Deum, vitam, & omnia. Impij vident qui-
dem Christum, & cognoscunt, sed non peruident, & pla
ne agnoscunt. Huc pertinet quod dicit infrà, capite 17.
Christus, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum
Deum, & quem misisti Iesum Christum. His vehemen-
ter perstringit auditorum animos, vt resipiscant. Quasi
diceret, Huc me misit Pater, id est, eò factus sum homo,
vt me videatis hominem, quem in deitate videre non
potestis, & mihi credatis. Me videns & auditis vera lo-
quentem, & signa facientem, quæ vere ostendunt, confir-
mántque me esse Deum, & à Deo missum: ideò inexcusa
biles eritis si non creditis. Proinde reuocat illos ab infide
litate, argumento à præmio & fructu, quem consequen-
tur, si crediderint. Qui in Filium Dei crediderit, non pa-
tietur Filius illum perire, sed etiam si mortuus fuerit cor
pore, resuscitabit illum in nouissimo die. Hæc dicta sunt
per occupationem. Heus, quid istud est? Credentibus pro-
mittitur vita æterna, illi autem nihilò minùs moriuntur.
Verbum Christi elegans est, præcludens ora carnalium:
licet moriantur corpore, aut, si mauis, dormiant etiam
ipsi credentes: quia tamen signati sunt Spiritu Sancto in
diem redemptionis, & nouissimæ resuscitationis, spe sal
ni sunt, & saturi, cõtenti qualicunq; gustu vitæ cælestis,
qui simul eis interim cõtingit, donec corpore & anima

Cognitio prioris prædestinationis.

Electionis signum.

Impij Christũ non peruidẽt.

Credentibus promissa vita. Mortui dormientes.

plene

Filij potestas excitandi mortuos.

plenè innouati, plenè item regnum Dei in hæreditatem percipiant. Hoc enim potestatis habet Filius, vt mortuis etiam vitam restituat. Rectè ergo hoc dictum Domini intelligitur de vltima resuscitatione, quia in nouissimo demũ die & fine seculi, nostri consummatio expectatur.

[MVRMVRABANT ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.] Quum auditorum animi in patinis versarentur, nec attenderẽt quàm dilucidè manifestaret Christus se cælestem illum panem esse, qui in se credentibus vitam det æternam, seruet à morte, atque in die nouissimo restituat in vitam æternam, per omnia consummatos: spe cibi vtcunque Christi sermonem ferentes, dum diu, satisque expectatũ est, nec vident vllum tibi apparari prandiũ, spem pastus corporalis adimentes, vertuntur ad calumniam, aduersus illum murmurant contemnunt, deridẽt, fastidiunt,

Vulgi leuitas,

& mendacij arguunt. Vide, quæso, mutabile vulgi iudicium: quem enim saturi volebant regem facere, nunc

Venter latrãs.

ventre ipsorum oblatrante, vt abiectam personam habent, atque vt superbam & arrogantem criminantur, & adhuc palàm, sed inter ipsos submissiùs obloquentes, & murmurantes, præsertim de hoc dicto, quod omnìũ maximè debebant amplecti, ambabúsque manibus obuij excipere, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Expectantes cibum corporalem, putant se delusos hoc dicto, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Sed longè aliter res habebat, quum offerretur illis præstantius, quàm expectarent. Vnde seipsos sua temeritate, & affectata ignorantia fallunt: dum enim cælestia illis proponuntur, culinæ & patinis solùm inhiant. Quòd fit vt rectè de ipsis prædixerit Propheta Psalmo sexagesimooctauo, Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incuruat: vt propter arrogantiam, ac inobedientiam suam, nullo modo ad cognitionem mysteriorum Dei animum erigentes, mali malè perdantur. Hæc murmuratio videtur quasi paterna hæreditate ad ipsos descendisse. Nam istorum maiores (Exodi capite 16.) ex ingratitudine aduersus Deum in deserto murmurauerunt: isti murmurant de Christo, nec solùm murmurant,

Inobedientiæ exitium.

sed & ipsum saluatorem contemnunt. Hos reuera vene-

nosus draco mordebit, quũ semper inobedientia in perniciem exire soleat. Non ait Euangelista istos murmurasse contra illum, sed de illo, supple Domino. Vnde veri simile videtur, inter illos quosdam fuisse pro Domino, alios contra Dominum submissiùs loquutos. Postea inualuit contentio, quam vocat Euangelista certamen: hac sententia, litigabant ergo Iudæi, &c.

[ET dicebant, Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo dicit hic, Quia de cælo descendi.] Mimesis est, Euangelista enim refert verba eorum, quos imbecillitas humani corporis Christi offendebat. Nimirum cernebant tantùm oculis corporeis Christi opera, quæ si oculis fidei perspexissent, nihil non diuinum in Christo cognouissent. Sed ex notitia, & familiari personarum colloquio, frequenter oriri solet contemptus. Atque iste est homiois genius, vt quæ ex longinqua patria aduehuntur, pluris faciat, quàm quę eadem domi, & in hortis etiam meliora habet. Quid, inquiunt, iste audet dicere è cælo descendisse, & è diuinita-

Opera Christi, fide aspicienda.

Homines externa mirantur, cõtemptui domesticis.

te huc prodijsse, vt addictos tibi, ad vitam æternã faciet? Quasi verò ignoremus qui sit, & non nouerimus de facie huius patrẽ & matrem, homines humiles & tenues. Nónne hic est Iesus ille faber, Ioseph fabri & Mariæ filius? homo ex hominibus quemadmodum nos, & symphoniota noster à cunabulis ipsis non incognitus? Qua fronte dicit se descendisse de cælis, quem dedit nobis oppidulum Nazareth? Expectabamus ab eo ventris nostri saturitatem, sed abeundum nobis est: recedimus hinc spe nostra frustrati, veluti hiantes lupi. Quid nobis nuntiat aliud, quàm quædam vana, quæ & Philaucus quispiam & Suffenus solet de se plenis buccis effutire & narrare? Gloriatur se de cælo descendisse: est filius Ioseph, nupérque apud nos natus. Ergo non descendit de cælo. Quales hic nos putat? Stupidos forsan, & qui tam leuiter patiamur nobis imponi. Det nobis interim quo vescamur, & saturemur. Si quid tale præstiterit, nos huic multum deferemus. Hæc sunt, quæ inter sese musitabant. Sed proh dolor, quanta temulentia & imperitia est depressus istorum animus, quàm crudum, cæcum, & rude cor effectum est: videtes enim nihil vident eorũ, quæ magno

Christus contemptus à suis.

honore

Universidad de Deusto
Biblioteca

honore excipienda veniunt: candida in nigra vertunt: & quæ multa commendatione recipienda sunt, risu digna sentiunt. Qui ex suo Moyse & Propheris discere poterant, Christum scilicet non absque carne ad nos venturum, quem virgo de tribu Iuda & Dauidis pareret: horum tanta fuit temeritas, vt quia Christi matrem cognoscunt, propterea de cælo ipsum descendisse non credant. Et si corpus è cælo non descenderit, sed in vtero Virginis formatum fuerit, erat tamen in corpore, vt in templo, Verbum Dei, quod à Patre, propter omnium salutem, descendit: & non angelos, sed semen Abrahæ appræhendit, vt in omnibus, fratribus similis factus, & Deus verè simul ac homo inuentus, adduceret genus humanum in adoptionem filiorum. Discamus ergo etiam è pusillo corpore, & re iuxta sensum modica, diuina & sancta considerare, quum dirigere nos debeat fidei oculus ad sanctorum virtutem inspiciendam, & reconditam in eis gloriam contemplari.

Humilis fide considerandæ.

[RESPONDIT ergo Iesus, & dixit eis.] Hæc est Iesu Christi philanthropia, qui pro immenso erga genus humanum amore non indignatur cæcis Iudæis: qui tametsi illum parui faciant, Patrem eius cælestem non agnoscant, & matrem solummodo & patrem Ioseph dicant se cognoscere: declarat tamen se Deum esse, quū illorum cogitationes se intelligere demonstrat. Nam qui corda hominum nouit, & animorum consilia non ignorat, quomodo tantum hominibus non præstabit, quantum terrestribus natura Deus excellit?

[NOLITE murmurare inuicem.] Murmuratorum mentes & animos aperit. Nolite murmurare inuicem. Vos quidem submissius inter vos loquimini: sed æquè mihi nota sunt illa, atque si aperto ore loquuti fuissetis. Non est quòd inter vos murmuretis de his, quæ vobis loquutus sum: hoc satis intelligo quæ sit huius vestri murmuris causa. Quasi dicat, Scio quare hunc panem nō esuriatis, non intelligatis, non quæratis.

[NEMO potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.] Eorum, quæ supra dixit, est exegesis, simul & confirmatio. Quid istud est, ait, quod inuicē murmuratis de his, quæ per me verè recensita sunt? Ego sum panis

panis viuus, qui de cælo descendi: nō est mirum, si huic sermoni fide nō adhæseritis, quia huc ad me venter, Deus vester, vos traxit, nō meus Pater cælestis, QVI me misit, id est, qui me incarnari, & hominē fieri voluit. Incredulitas locū habet in vobis. Videtes enim nō videtis, & audiētes nō auditis, & præsentes estis absentes. Quisquis vult saluus fieri, necesse est ad me accedat. Hic accessus neque pedibus, neque alis, aut huiusmodi rebus fit, sed fide viua: quæ fides nō fortuitò cōtingit, sed tractu Patris: qui tractus nō est violētia necessitans, sed inspiratio, & afflatus quo excitatur voluntas, vt agat iuxta lucem, siue cognitionem ipsius intellectus, hoc tractu, siue afflatu, & inspiratione illustrati, & adiuti. Hoc ipsum dictū est, nō vt libertatem tollat arbitrij, absit: sed vt ostendatur quòd multa habet opus cooperatione à Deo, is, qui creditorus est. Respondebit aliquis, Si libera est volūtas, quomodo trahi potest? qui enim trahitur, inuitus sequitur. Respōdet Augustinus, Trahitur animus & amore. Rogas: Quomodo voluntate credo, si trahor? Ego dico (ait ille) Parū est voluntate, etiam voluptate traheris. Quid est trahi voluntate? Psalm. 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Est quædā voluptas cordis, cui panis dulcis est ille cælestis. Porrò si Poetæ Virgilio in secunda ægloga dicere licuit, Trahit sua quenq; voluptas: nō necessitas, sed voluptas: nō obligatio, sed delectatio: quantò fortius dicere debemus, trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita, quod totum, Christus est? Vt enim suas habet voluptates sensus, ita & animus spiritales habet delicias, & voluptates. Vnde dicitur Psalmo 35. Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos: Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumē. Qui amat, & desyderat vitā, qui sitit fontē vitæ, & suspirat vitam æternam, hæc intelliget: nō autem carnalis, quales erant hi Iudæi. Commendat hic locus gratiam Dei. Nemo venit nisi tractus. Quem trahat, & quē non trahat: quare illū trahat, & illū non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare: semel accipe & intellige. Si videris

Venter Deus Iudæorum.

Incredulitatis effectus.

Tract⁹ Patris nō necessitat.

Liberum arbitrium.

Volūtas libera quomodo trahi dicitur.

Voluptas animi.

Tractus diuinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deris te non trahi,ora vt traharis. Signum tractus,est fi-
Fides signum tractus diuini. Attractio. deis. Si agnoscis te credere in Christū,tractus es:si nō cre-
dis,ora vt credas, certò apud te statuens quòd Deus vult
omnes saluos fieri,omnes vocat. Volenti non præcludit
viam salutis, qui tibi dulcedinem Filij ostendit, quam
dum ostendit,& verè cognoscis (hoc est,persuasus es) tra
heris. Ista reuelatio,est attractio. Elegans est similitudo,
quam beatus Augustinus huc non ineptè adducit. Osten-
dis oui viridem ramum, & trahis eam: nuces puero de-
monstrantur,& trahitur. Si ergo ista,quæ inter terrenas
delicias reuelantur amantibus, trahunt, (quoniam ve-
rum est,Trahit sua quenque voluptas) non trahit reue-
1. Corinth. 2. latus Christus à Patre, qui suauiores delicias, & æternū
duraturas affert? Nam neq; oculus vidit, neq; auris audi-
uit, neque in cor hominis ascenderunt,quæ sitientibus,&
Humanæ vires in rebus Dei nihili. desyderantibus veritatem,præparauit Dominus. Colli-
gamus ex his,neminem suis,quamlibet magnis,viribus
posse ad Christum venire, hoc est, in Christum credere,
Fides donum Dei. nisi trahatur à Patre: hoc est, nisi adiutus sitâ Patre, siue
nisi aptus reddatur ad credendum à Patre, siue nisi dona-
tur fide & Spiritu Sancto, quo corda nostra in Christum
obsignantur,& confirmantur. Rogabis, Quibus hoc be-
Dei tractus quibus conceditur. neficij donat Pater? Respōdeo: quibus vult, nam cui vult
misereturꝫ, & quē vult indurat. Vult certe omnes saluos
fieri, qui tamen permittit quosdam indurari suis demeri-
tis. Hortatur enim omnes ad salutem, docet, inspirat, illu-
minat: sed quum vocantem negligant, imò auersentur,
& se à vocante subducant, meritò, & iure optimo, sua cæ-
citate, & dementia in profundum malorum labuntur,
indignósque sese reddunt, quibus tanta gratia, & tam
immensa Dei bonitas cōcedatur. Hæc omnia fusiùs de-
clarauimus in 1. capi. ad Romanos: vide si iuuat. Maxi-
mopere ergo cauendum est, ne quis sibi persuadeat se, tā-
quam ex se, & suis viribus aliquid boni posse, cui certè fa
tenda est sua ad bona tarditas, & impossibilitas. Qui si
ad hunc modum à Deo perculsus est in corde suo, vt se re
lem agnoscat, qui propter peccata sua damnari debeat,
hic primus est pulsus, quo Deus illum pepulit: & per hāc
pulsationem vinculum diuinæ suæ gratiæ ingerit, qua
eum trahit, vt animæ suæ consulat, & eius rationem ha-
beat.

beat. Priùs ergo apud se, & suas omnes vires, nullum vel
auxilium, vel consilium inuenire potuit, nec optauit.
Nunc autem inuenit consolationem, & promissionem
Dei, quę ita sonat, Qui petit, accipit, & qui querit, inuenit,
& pulsanti aperietur. Ex tali promissione homo animū
magis ac magis erigit, & subinde maiorem fiduciam in
Deum concipit. Nam quum audit hoc opus Dei esse, hoc
magis postulat, flagitátque à Deo, tanquam à proprij Pa-
tris manu, vt eum trahere dignetur. Hæc fiducia certum Attractus diui
est signum, quo quis cognoscit se eum esse, quem Deus tra ni signum.
xerit, dicente Ioanne 1. epist. cap. 5. Qui credit in Filium Testimonium
Dei, habet testimonium Dei in se. Is tunc in veritate co- Dei habere in
gnoscit Deum nihil aliud esse, quā opitulatorem, conso- se.
latorem, & saluatorem, cui se totum ex animo consecrat, Cognoscere
vt in sanctitate, & iustitia omnibus diebus vitæ suæ ser- deum sibi pro
uiat illi. pitium.
Lucæ 1.

[ET ego resuscitabo eum in nouissimo die.] Pater
meus trahens (ait Christus) illuminat, & docet quis sum, Patrem trahe-
quæ bona credentibus in me largior: hunc tractum, hanc re nos, quid
inescationem sequuntur credentes, quibus reddo quod est.
crediderunt, amauerunt, & sperauerunt. Videbunt quod
adhuc non videndo crediderunt: manducabunt quod esu-
rierunt, & saturabuntur eo, quod sitierunt: nunc quidem
in spe, sed perfectè, & cōsummatè in resurrectiōe omniū
mortuorū, quæ opus meū erit. Tunc consummabitur pio
rum fœlicitas, & impiorū exitium. Iste est fructus, istud Credentiū præ
est præmium credentium: Christus credentes in se susci- mium.
tabit ad vitam æternam in die nouissimo.

[EST scriptum in Prophetis, Et erūt omnes docibiles
Dei.] Authoritate scripturæ confirmat Dei donum esse,
credere in Christum: caro non potest quod spiritale est
concipere, & subinde spiritale parere. Humano studio, Caro cæca in
quamlibet Aristotelico, aut Platonico, non discuntur cæ- rebus Dei.
lestia, & spiritalia. Hæc philosophia, quā docet Christus,
non humana, sed plane cælestis est: ergo non percipitur
nisi arcanus Patris afflatus reddat illi cor docile. Nimi-
rum hoc est, quod olim à sanctis prophetis fore prædi-
ctum est, ET ERVNT omnes docibiles Dei. id est, Erunt Docibiles
omnes à Deo docti. Vestræ cupiditates demergunt vos in Dei.
hæc terrena, nec sinunt animos erigi ad cælestia, vnde in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Indociles. Voluntatis libertas.

dociles estis. Donum Dei est hic attractus, qui non cogit necessitatem imponens, vt inuiti velitis. Vester enim est conatus, operæ pretium est attrahenti consentire. Quare si non creditis, ipsi in vitio estis: quia vos ipsos subducitis attrahere volenti. Tanta est Patris pietas, vt quantum ad se attinet, cupiat omnes attrahere. Est ergo fides donum Dei, non hominis natura, aut artificium. Nam omnes, qui regni cælestis participes fieri voluit, necesse est doctrinam à Deo recipiant. Sunt certè homines Ecclesiasticæ & Apostoli, organa Dei, solùm pronuntiant verbum, externa est vox, cui nisi adsit attractus Patris, hoc est, nisi sint dociles Dei, hoc est, nisi adsit internus præceptor, qui auditorum animos apparet reuelatione, & pulsatione interna, & hi sese tanto præceptori morigeros præstent, erit verbum veluti supra petram satum, non habebit radicem, quamlibet fuerit sedulus cultor externus. Quum testimonia Prophetarum adducit Dominus, denudat Iudæorum ignorantiam, & ora obstruit: non enim poterant etiam vocibus Prophetarum se opponere, qui prædixerunt à Deo Patre doctrina quadam ineffabili hominibus Filium reuelatum iri. Huius prophetiæ allegatæ, si verba diligenter perpendamus, non facile inuenemus locum vnde rectius dicamus hanc sententiam, erunt omnes dociles Dei, mutuatam, quàm ex Esaiæ cap. 54. vbi ipsi Ierusalem, id est, sanctorum Ecclesiæ promissum legimus fore, vt omnes filij eius sint docti Domini, id est, discipuli Domini, quos ipse suo Spiritu erudiat. Scribit Esaias cap. 54. Dabo vniuersos filios tuos à Domino. hoc est, Omnes filij tui donabuntur fide & Spiritu Sancto, qui docebit eos omnem veritatem. Sed quum Euangelista non dixerit in Esaia, sed in Prophetis, significauit non solùm Esaiam, sed & alios Prophetas ista prænuntiasse. Nam si sensum solum consideres, vix aliquis Prophetarum est, qui non multis hanc Patris doctrinam, Christi tempore potissimùm sese exeruram prædixerit: Licet ante Christum natum hac doctrina veteres fuerint docti, multò tamen cumulatior, ac plenior imperiri cœpit electis à glorificato Christo. Hoc certè Ieremias cap. 31. prædixit fore, vt scriberet Deus legem suam in cordibus suorum. Idem testatus est Ioel, cap. 2. Ezechiel, & alij

Fides.

Prædicatores, organa Dei. Præceptor internus, Spiritus.

Docti à Domino.

& alij quoties de amplissimo dono Spiritus vaticinati sunt. Quare videtur hoc dictum Christi, non vni Prophetarum, sed omnibus attribuendum esse. Obserua: quod Hieronymus iuxta veritatem Hebraicã transtulit, Vniuersos filios tuos doctos à Domino, Septuaginta verterunt διδακτοὺς, id est, discipulos Dei. Docilis est is, qui facilè discit. Docibilis, vox est inaudita Latinis auribus. Quidam ait se legisse in quibusdam exemplaribus Græcis διδακτικοὺς, id est, appositos & idoneos ad docendum. Vnde Paulus vult episcopum esse διδακτικὸν. In alijs verò reperisse διδεκτὸν, id est, dociles. Colligamus ex dictis, huius disciplinæ cælestis Deum authorem esse, non tamen contemnendam prædicationem externam, siue externum auditũ. Fides enim ex auditu est, auditus autẽ per verbum. Docet quidem Deus, sed habet sua organa externa, siue media. Dat Spiritum bonum, sed per verbũ Euangelij: dat incrementum. Paulo plantante, & Apollo rigante. Perinde Deus docet, homo ministrat, credes accipit rorem cælestem. Et, vt vno & altero verbo concludam, quæ Apostolorum ministerio distribuuntur, authore Deo fiunt.

Docilis quis dictus.

Prædicatio externa necessaria.

Organa Dei. Donorum author Deus, ministri Apostoli.

[OMNIS, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.] Hic locus elegans est exegesis illius, quod dictum est, Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Nam quid per Trahere, Dominus intellexerit, his verbis satis explicat, OMNIS qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me: serenim si homo venit ad CHRISTVM, & tum venit, quando à Patre audierit, & dicerit veniendum esse, certè suo arbitrio, suáque sponte venit, non minus, atque aliud quippiam amplectitur, de quo AVDIVIT, & didicit, id est, certò cognouit id ẽ re sua esse. Vbi auditus, disciplina, & doctrina adest, ibi fides non vi, sed persuasione oritur. Trahit Deus ad Christum homines, non velut homo saxum, aut lignum post se trahit, sed trahit monitione, doctrina, reuelatione ineffabiliter facta, vt ille solus nouit, qui dignos cognouit. Quum ergo Deus neque vi, neque necessitate cogat voluntatem, non possumus (quod etiam Ecclesiæ, veritatisque dogmata sanctissimè docent, & præscribunt) liberam potestatem hominis (quod liberum arbitrium appel-

Audire à Patre.

Deus quomodo trahere dicitur.

Voluntas libera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lamus) vllo modo negare. OMNIS igitur, qui audiuit à Patre, id est, quem Pater Spirituali afflatu mouit, ET didicit, id est, in doctrina audita de Filio promouit, & est persuasus, VENIT ad me, id est, credit in me. Non est ergo quòd miremini, si, quæ dixi, non recipitis. Nam non estis docti à Patre: Patri trahenti & docenti non auditis, non igitur ad me venietis.

Antipophora.

[NON quia Patrem vidit quisquam.] Antipophora est, qua anteuertit Christus Iudæorum cogitatus, & præoccupat eorum responsationes. Fortasis responsassent: Nunquàm vidimus Patrem, quomodo ergo discere potuimus à Patre? Sic diluit obiectiunculam: Non quia Patrē vidit quisquam: id est, Nolite intelligere quod Patrem docere, sit Patrem exponi præsentialiter oculis vestris, & his vestris auribus illum docentē audire. Occulte ferit Iudæos, qui suum Moysen iactabant in montem ascendisse, & intenebras ingressum, ipsam ineffabilem Dei naturam oculis suis vidisse: sed ne illos molestaret, turbaretve, non de ipso Moyse determinate, sed de omnibus vniuersaliter dixit. Non quia Patrem vidit quisquam.

Deus humanis sensibus nō est subiectus.

Deus videtur oculo cordis, seu fide.

[NISI is, qui est à Deo, hic vidit Patrem.] Deus, quum sit Spiritus, non est humanis sensibus subiectus, quibus ne exponi quidem potest, vt sentiatur, sed oculis cordis videtur. Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt. Is enim corda ad videndum illuminat, & intus docet inuisibili, & ineffabili quadam inspiratione. At qui sic illuminatus, & inspiratus est à Deo, Hic vidit Patrem, id est, sic edoctus, scit quæ sit voluntas Patris. Aut nemo vidit Patrem. Nisi is, qui est à Deo, id est, Filius, hic vidit Patrem, ac si diceret, Ne Moyses quidē vester vidit Patrem. Ego verò vidi Patrem, vos non vidistis Patrem. Ad me non venietis, nisi trahamini à Patre. Trahi à Patre, est discere à Patre: discere à Patre, est audire à Patre: audire à Patre, est audire verbum Patris, id est, meipsum, nō verbum transiens, sed permanens idem cum Patre. Colligamus ex his, neminem posse ad Filium venire, nisi Patrem habeat præceptorem: nec posse Christo fidere, nisi se Patris discipulum cognouerit. Proinde si quis se Dei auditorem & discipulum desyderauit, audiat Filium, qui solus agnoscit, & videt Patrem: est enim expressa imago substantiæ illius. Si quis velit agnoscere patrem præceptorem, agnoscat Filium, & credat Filio. Nam Filius, Patris nūtius est, qui Patris voluntatem nobis manifestat. Huc pertinet quod scribitur Matth. cap. 11. Nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrē quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Obseruandum est, quum Patrem reuelare, trahere, aut facere aliquid dicimus, nos non ita asserere, quasi velimus in operatione diuidere Patrem à Filio & Spiritu Sancto, aut Spiritum à Filio, atq; Patre. Nam Scriptura ait, Matth. cap. 16. Patrem reuelasse Petro respondenti, Tu es Christus Filius Dei, &c. Paulum dixisse, ad Galatas cap. 1. sibi creditum esse Euangelium per reuelationem IESV Christi. Rursus 1. Ioan. 2. & plerisque alijs sacri Euangelij locis, Spiritum Sāctum esse Euangelij reuelatorē. Sed definimus (quia vna deitas est) omne consilium & operationem æqualiter vni totiq; trinitati (vt sic liceat dicere) necessariò attribui. Licet enim proprie vna quæque trinitatis persona subsistere vere credatur, est tamen vna natura diuina, quæ communia habet opera, & diuisim non operatur.

Trinitatis opera indiuisa.

[AMEN amen dico vobis, Qui credit in me, habet vitam æternam.] Per expolitionem clariùs explicat Christus quæ paulo ante dixit, ostendens, quomodo effici possumus discipuli Patris, vt cognoscamus Filium esse viuificum panem, qui nos æternum satiare potest. Hic legitur philanthropiæ Christi exemplum, qui propter cæcitatem, ignorantiam, & indignitatem Iudæorum, à docendo non desistit. Simul & ostendit quando nobis iurare liceat, in re scilicet seria & certa: & quia id gloria Dei & proximi vtilitas requirit. Deus enim illos omnino esse insensatos, & Prophetarum etiam verbis parum ex imperitia esse credētes, imbecillitatem illorum ad fidem iureiurādo erigit, proponens præmia credentibus præcipua, quibus illos ad se trahat, & ad fidem præmiorū suauitate quodam modo impellat. AMEN amen, id est, Certissimum dico vobis, Qui credit in me, id est, qui in me confidit, Habet, hic in spe, & post hanc vitam in fruitione, & clara visione, vitam æternam. Quasi diceret, Audite, audite, via & ianua ad vitā ęternā, est fides viua.

Iuramēti quā do licitum.

Fides ad vitā est ianua.

[EGO sum panis vitæ.] Quum hæc sententia ad alte-

Trahi à Patre.

Discipulus Dei quis dicitur.

Panis vitæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram partem propositæ antitheseos pertineat, huius scilicet, Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt: in idémque redeat quod dicitur, Qui me edit, non morietur: apertis verbis nudáque oratione, quę neque fuco, neque velamine aliquo ornata est, per elegantem collationem docet Christus viuificum esse panem, non autem manna. EGO sum (inquit) panis ille, qui vitam præstat, non corporalem, ac temporariam, sed animæ & æternam. Hoc ergo dicit Christus, vt discant si mortem euadere velint, mortem, inquam, non illam, quæ est veluti quidam somnus & transitus ad vitam, sed quę æterna est, & semper manet mors, necesse esse illo panem participare, qui mortem solus & interitum potest destruere: hoc enim proprium opus est vitæ. Respondebit aliquis, Si quis receperit hunc panem vitæ poterit ne peccare? poterit. Si peccet, quomodo dictus est habuisse vitam æternam? Quātum ad eum, qui est vita æterna, pertinet fecit quod in se est, vt æternùm cum illo maneret, sed ille in vitio est, quia sua volūtate se subduxit a pane vitæ, quo cum æternùm victurus erat.

Collatio manæ & panis vitæ.

[PATRES vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt.] Hac secunda antitheseos parte diluit CHRISTVS obiectiunculam illam, qua obijciebāt. Quid maius nostro Moyse operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de cælo dedit eis manducare. Hoc (inquit) non operatur manna quod ego, qui sum panis vitæ, siue panis viuificans. Nam manna eò datum est, vt inediam corporalem solùm ad aliquot horas auferret, & vitam ad aliquod temporis spatium protraheret: non autem vt vescentes ad immortalitatem transformaret. Comederūt quidem Patres vestri manna, nihil tamen aliud illis præstitit, quàm panis triticeus præstat, aut hordeaceus, vnde MORTVI sunt, id est, nullam inde vitæ perpetuæ virtutem acceperunt. Non enim viuificabat, sed solam famem corporalem pellebat, mox recursuram, ac denuò cibum flagitaturam. Significanter dixit IN deserto, volens ostendere quòd non longo tempore datum fuerit patribus manna, sed in deserto, & non in terra promissionis. At longè alius est panis vitæ, qui perpetuò durat, qui

Mana ad corpus pertinet.

Panis vitæ.

qui transformat recipientem se in immortalitatem, & dat ei non mori spiritualiter, siue edat non æternùm mori: moritur quidem corpore ad aliquod tempus, sed moriens viuit spe resurrectionis glorioſæ futuræ, & viuit Deo, vt Paulus ait Rom. capit. 6. Non est igitur necesse vt vllum manna flagitetis è cælo, quum panem habeatis cælestem præsentem ac paratum vobis, qui credentibus paratus est seipsum communicare, vt viuant æternum. Obseruandum est in hac collatione comparari manna purum citra fidem & Verbum, cum mystica communione corporis & sanguinis CHRISTI, siue cum pane viuificum: nam si respexeris manna cum verbo & fide viua, vere viuificauit vescentem in fide viua. Legimus in Exodo, capit. 16. Apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum, in similitudinem pruinæ super terram. Quod cùm vidissent Filij Israel, dixerunt ad inuicem, Manhu? quod significat, Quid est hoc? Ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moyses, Iste est panis, quem dominus dedit vobis ad vescendum: hic est sermo, quem præcepit vobis dominus. Hoc manna CHRISTVM iustificatorem adumbrabat. Viso ergo hoc externo signo, qui fide accipiebat CHRISTVM inuisibilem, quem expectabat Messiam, iustificabatur. Non ergo manna ex se, sed propter verbum (quod credebatur) & Christū, re illa externa figuratū iustificabat. Id circo Paulus 1. Corinth. cap. 10. vocauit mānā, escam spiritualem, quia vescentibus in fide spiritalem vitā præbebat: nō ex se, sed ex verbo credito, & Christo adumbrato: qui solus iustificat, & iustificationis vim confert. Aut quia mana vmbra erat veritatis, veritatis nomine in Spiritu appellauit hoc est, appellauit cibum spiritualem. Vt vmbra ex se nihil habet virtutis, & per se nihil efficere potest, sed sola veritas: ita manna, quod vmbra est, nihil per se ad iustificationem facit, operatúrve, nisi adsit veritas, cuius virtute qui credit iustificatur. Solus Christus veritas est: in hoc igitur vnico, ceu fonte, quærēda est nostri iustificatio. Colligamus ex his, manna fuisse figurā CHRISTI, non tamen fuisse Christum, nec vitam præstitisse. At Eucharistia, quæ per manna significabatur, CHRISTVM ipsum cōtinet, & vitam præstat æternam.

Manæ & corporis Christi collatio.

Mannæ esca spiritualis ex verbo credito.

Vmbra.

Iustificatio nostri vnico Christo. Eucharistia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obserua: Quũ dicit Christus, PATRES vestri, &c. nõ improbat legis doctrinã, sed Euãgeliũ & panẽ vitæ, legi, & mannæ præfert, vt rem excellentiorem. Ad hæc, quum dicit mortuos fuisse, ostendit legis impotentiam, quæ de vita præcipere, & eam ostendere, sed non cõferre potest.

Legis impotẽtia.

[HIC est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.] Post enarratum panem spiritualem qui est fides viua, Qui credit in me, &c. & ostẽsam mãnæ impotentiam, nunc apertis, & nullo ænigmate obuolutis, verbis, de mystica cõmunione corporis sui Christus sermouẽ facit. Qui seipsum demonstrãs, ait, HIC est panis de cælo descendens: id est, nolite quærere manna è cælo, quũ habeatis præsentissimum panem cælestem, qui vitam largitur æternam. Nemo ascẽdit in cælum, nisi qui descẽdit de cælo, Filius hominis est. Ego ipse sum solus, qui descendi de cælo. Ego ipse sum ille panis viuificus & cælestis, quem si quis traiecerit in animæ suæ viscera, NON morietur, id est, vegetabitur, & adolescet in vitam æternam. Hic panis descendit de cælo, hoc est, Filius Dei descendens de cælo factus est homo: non solùm vt in eum credamus, sed vt eum in sacramẽto sub speciebus panis & vini manducemus, & eo vescentes non moriamur, sed æternùm vegetemur, nutriamur, & cum eo viuamus. Necessariũ est, hunc panem vitæ edamus. Nam quum simus nõ solùm mortui, sed etiam mors, necesse est vt vitam ipsam recipiamus, & ea viuamus, cuius opus est, mortem interimere.

Panis de cælo descendens.

Panis vitæ.

[EGO sum panis viuus, qui de cælo descẽdi. Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.] Epanaphora est, qua, veluti expolitione rhetorica, repetit. Hic est panis de cælo descẽdens, &c. &, EGO sum panis vitæ, hoc est, sum meapte naturâ vita, & alios viuos faciens. His IESV CHRISTI verbis Paulus ita perdoctus est, vt ad Philippenses cap. 3. dixerit, Eadem vobis scribere, mihi quidem nõ pigrum, vobis autem necessarium: nã quemadmodum solent frequentibus, & eisdem repetitis, malagmatis crudum vulnus mollire: sic induratis Iudæorum animis varia, aut eadem frequenter repetita accommodanda est doctrina, vt si prima non profuerit, secunda saltem, aut tertia, etiam eisdem repetita verbis, adducta, eosdem pellicere, atque permulcere possit. Quare ne excusationi sit locus, & excusari possint, si mali malè perdantur, qui seipsos veluti proprio gladio iugulant, Christus varia, modò ænigmatica, modò dilucida oratione, modò eisdem, modò diuersis verbis eandem doctrinam Iudæis proponit, vt si prima, aut secunda non pellecti fuerint exhortatione, saltem tertia, & quarta molliantur. Dixi vobis iam semel & iterum, quòd ego sum panis vitæ, quòd si dictis obsurdueritis, nolite mihi eadem repetenti obsurdescere, nolite obdurare corda vestra. Audite, attenti estote, Ego sum panis viuus. Dicit se panem non qualemcunque, sed panem viuificum, qui vita est, & alijs vitam confert: qui solus descendit de cælo, id est, homo factus est, non è cælo cecidit, & deplutus dicitur, vt manna, quem offensi corporis huius infirmitate & humilitate, nihil aliud esse putauerũt Iudæi, quàm Ioseph & Mariæ filium. SI quis manducauerit. Non dicit, Si quis hunc panem intuitus fuerit: plus enim gratiæ cõfert Eucharistiæ (quæ verum IESV Christi corpus & sanguinem continet) receptio, siue manducatio, quàm solus intuitus. Nam si nullus maior fructus ex manducatione sacramentali nobis, quàm solo intuitu, contingeret, nunquàm se edendum sacramentaliter, sed spectandum solùm Christus nobis præcepisset. Sed ait, Si quis manducauerit, vt iam assuescerent intelligere se nõ abs re panem vocari, panem, inquam, vitæ, vt panẽ hunc mãducantes, & sacramẽtaliter recipientes in eo inessemus. Tales enim ferè esse solemus, quales sunt cibi, quibus vescimur. Si vescamur cibo paulo duriore & crassiore, duri & intractabiles efficimur, si humidiore, humidi, si sicciore, sicci: qui ergo Christo vescitur, quod fit non solùm per fidem viuã, sed etiam per Eucharistiæ receptionem, viuit, viuit, inquam, non ad tempus solùm, sed æternùm: habet enim panem vitæ, siue vitalem, qui dat manducantibus se vitam æternam, siue æternum viuere, quantum ad rationem huius panis cælestis & vitæ attinet. Obserua: quoties in Scripturis reperis, Manducat aut Bibit, & non additur verbo Indigne, semper subaudiendũ est Dignè. Chrysostomus in hunc locum ait: Panem verò siue doctrinã hoc in loco & salutẽ, & fidem in se, siue corpus suum

Indefessè docendum.

Christus quatenus se dixit panem.

Manducatio sacramenti.

Intuitus sacramenti nõ sufficit, necessaria est mãducatio

Nutrimur eisdem quibus sumus.

Siue panis vitæ, siue doctrina, animã roborat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suum dicit: vtrunque enim animam fortiorem reddit.

Eucharistia est panis vitæ.

[ET panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.] Expolit quod dixit de pane vitæ, simul & eleganti præoccupatione euertit carnalium hominum abortho doxis doctoribus recedentium, rationes & obiecta, docens hunc panem vitæ non esse phantasticum, aut fictitium in speciem, sed veram esse, suam carnem, quam in cœna sub specie panis daturus erat, & qua genus humanum redimendum erat. Vnde verbum δώσω, id est, Dabo, in Græco textu geminatur. Panis (inquit) quem ego dabo, caro mea est, quam dabo pro mũdi vita. Priore verbo Dabo, significat CHRISTVS se daturum carnem suam sub specie panis, nimirum in cœna, quando dixit, Accipite, & comedite, hoc est corpus meum. Ac rursum secundo verbo Dabo, significare voluit sui corporis litationẽ, quæ facta fuit in cruce: quasi dicat, Quam ego voluntarie tradam, sicut & Pater meipsum voluntarie tradidit: vt ostendatur vna Patris & Filij esse voluntas.

Panis verus, caro Christi.

Hic, inquam, panis est, & verè est hæc caro, non alterius quàm mea, & quam videtis: hoc est, est corpus meum, quod impendam, ac tradam voluntariè in mortem pro redimẽda totius mundi vita. Ac si diceret, Refectio, qua reficiam me, id est, quo vitam in eis vitam æternam, primùm caro mea est, corpus hoc, quod dabo pro mundi vita in mortem crucis: nam morior (inquit) pro omnibus, vt per meipsum omnes viuificem, & caro mea omnium redemptio fiat: morte mea morietur mors, & simul mecum natura hominum resurget. Litatione ergo sui corporis, tam magnum electis omnibus beneficiũ immortalitatis contulit, homo factus ex semine Abrahæ, & per omnia, absq; peccato, fratribus similis factus. Hæc subodorauit Paulus ad Hebræ. cap. 2. dicẽs, Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperiũ, id est, diabolũ: & liberaret eos, qui timore mortis, per totã vitã obnoxij erant seruituti. Qui fieri aliter poterat vt destrueretur mors, & deturbaretur mortis princeps, nisi seipsum pro nobis morte occupatis obtulisset sacrificus viuẽs: qui in carne passus, satisfecit pro nobis, quos suo liuore sanauit, nostráque delicta

Christianorũ refectio.

Mors Christi.

delicta in suo corpore super lignum portauit, vt morte ipsius in ipso omnes viueremus: resurgens enim omnes electos secum traxit, & conuiuificauit. Hoc neque cinis vitulæ, neque sanguis brutorum, aut quiuis hominum poterat facere. Meritò ergo dicit, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Hanc carnis Christi litationem intelligemus ex ipsius verbis, infrà capit. 7. Pater, inquit, sancte, serua eos. Et rursus, Ego sanctifico meipsum. Vbi obserua. Non sanctificat seipsum Christus, quòd animo fiat mundior, vt nos dum sanctificamur: aut quòd Spiritum Sanctum recipiat, & illius particeps fiat: quum in ipso Spiritus Sanctus naturaliter sit, & ideo semper Sanctus est: sed dicitur seipsum sanctificare, quòd membra sui corporis mystici sanctificet, dum se pro suis offert hostiam immaculatam in odorẽ suauitatis. Proinde caro CHRISTI ex vnione diuinitatis, cuius est organum, & instrumentum, (vt ait Damascenus) viuificat, & sanctificat. Verbum VADO, indicat quod nondum institutum erat Sacramentum Eucharistiæ.

Christum sanctificare se.

Caro Christi organum diuinitatis.

Constanter dicamus panem, qui in mysterijs sanctis, hoc est, in missa consecratur, & sumitur, esse ipsissimam carnem Domini: non enim dixit, Panis, quem ego dabo, figura est carnis: sed, caro mea est. Transubstantiatur enim arcanis verbis panis ille per mysticam benedictionem in carnem Domini. Si quis est, qui hæc verba fastidiat, audiens panem vitæ esse carnem CHRISTI, heus tu, quisquis es, attende: CHRISTVS hîc agens, & in carne ambulans, pane viuebat, & exeo alimoniam sumebat: nam subiectus erat nostris infirmitatibus, absque peccato, quales habemus. sitiebat, esuriebat, sudabat, labore lassus erat, & huiusmodi afficiebatur: panis, quem manducabat, rogo te, dicito, quò se recipiebat? certè in corpus eius mutabatur, similisque fiebat sanctæ eius carni, hoc est, fiebat caro eius, & in augmentum & sustentationem conferebat, iuxta consuetam & humanã alimoniam. Ergo & nunc per sacra verba, iuxta ipsius Domini præscriptum, & ordinationem, panis in carnem Domini transmutatur. Quum ergo inuitarit nos Dominus ad edendum panem cælestem, ac denique dixerit carnem suã esse panem illũ, nihil disceptãtes credamus, credẽtes

Corpus Christi in missa.

Panis vitæ, caro Christi.

Panis in carnẽ Christi transubstantiatus.

Carnis nomine cur vsus, quum totus Christus sit in Eucharistia.

suma

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus in Eucharistia.

sumamus,& viuamus. Responsabit aliquis, Quum in Eucharistia contineatur totus Christus, cur solo carnis nomine est vsus? Respondeo: Constanter credendum est, Christum esse, & realiter contineri in Eucharistia, siue altaris sacramento, quod ob id, Panis Dominicus verè dicitur: sed quia caro, siue corpus, ibi est ex vi conuersionis, & transsubstantiationis: transmutatur enim panis in carnem, seu corpus, non autem in animam & diuinitatem: diuinitas verò & anima sunt ibi per quandam concomitantiam: adeò vt si daretur (hæc sunt Beati Thomæ verba) per impossibile, quòd diuinitas separetur à corpore Christi, iam non esset in sacramento diuinitas. Similiter etiam si in triduo mortis suæ aliquis consecrasset, non fuisset ibi anima Christi, sed tale corpus, quale fuisset in sepulcro. Iam quum hoc sacramentum sit passionis memoria, doctore Paulo, 1. Corinth. 11. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis. Passio autem Christi, fuit ex infirmitate, 2. Corinth. vltimo, Crucifixus est ex infirmitate: quò significantiùs insinuaretur hæc infirmitas, ita exta quam fuit mors eius, dictum est potius, CARO mea. Etenim Dominus, vt homo est, id est, caro est, mediator est Dei & hominum. Ideo quum eius adeò humilitate offenderétur Iudæi, cœpit adhuc ipse de se humiliùs loqui, & carnem suam (quæ appellatio mortalitatem omnemque hominum fragilitatem in se complectitur) dicere panem illum viuificum, pascentem in vitam æternam. Ad hunc certè modum referienda erat tanta illorum arrogantia, superbúsque ille Domini contemptus, quem tam liberalem, & munificum ex miraculis, & doctrina cognoscere poterát: caro enim infirmitatem præ se ferebat. Insurget fortassè aliquis, diceus, Quid hoc est quod asseris? en, non apparet nobis caro, sed panis. Apparet nobis fide, non carnalibus oculis, vt non abhorreamus ab eius vsu, & manducatione. Vera procul dubio caro est, quam edimus, quanquàm ea nihil offensæ patitur à dentibus nostris, neque minuitur, nec in nostram vertitur carnem, instar alterius carnis cuiuslibet. Cæteræ carnes, quum eduntur, vitam, quam priùs habuerũt, amittunt, & in carnem nostram digeruntur: At hæc caro

Panis in carnẽ Christi transmutatio.

caro Christi præter hoc, quòd pristinæ vitæ nihil omnino perdat, nostras viuificat animas, & nos incorporat ipsi Christo. Quare, quum hæc cœna spiritualiter nos reficiat, mentésque nostras multò magis, quàm corpora, pascat, spiritalis verius, & rectiùs vocabitur, quã carnalis.

[LITIGABANT ergo Iudæi ad inuicem, dicentes, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?] Anteà murmur subortum erat, quòd dixisset Dominus, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi: sed quò magis Dominus explicare studebat, quid suis à se expectandum esset, hòc magis mouebantur carnales Iudæi contra Dominum: vnde diu incalescente murmure; posteà orta est inter ipsos opinionum dissensio, aliis aliter atque aliter interpretantibus quod dicebatur. Etenim quemadmodum prima fronte non placuit Nicodemo sermo de renascentia, nec Samaritana mulier intelligebat dictum Christi de aqua saliente in vitam æternam: ita carnalis & crassus hic populus, quantò pluribus eruditur de spiritualibus, tanto minus illa intelligit. Disceptantes igitur inter se, dicebant, Iste filius Ioseph. paupercula faber, quem nobis Nazareth, vile oppidulum dedit, paulò ante dixit se è cælo descendisse: non contentus hac insania, nunc aliud cùm impossibile, tum absurdum dicit, carnem suam, instam vermium escam, & instar graminis caducam, panem illum esse vitæ æternæ, ad quem nos tam studiosè inuitat. Hoc scilicet faciemus. Putáne nos tanto delirio obcæcatos, vt sinamus nobis imponi, qui viuifica Moysi doctrina postposita, vitam à carne eius expectandam credamus? Sed si adhuc illi condonaremus, permitteremúsque tanta sibi arrogare, qui fieri posset vt tam abiecta persona, & tam pusillus homo, daret carnem suam alijs edendam sic, vt ea sufficeret vniuerso mundo? Nam dixit hic, Caro mea est, quam dabo pro mundi vita: qua ratione tandem hanc, quam pollicetur, vitam, à carne eius percipiemus? Quomodo vescemur hominis viui carne? Obserua: exemplum carnalis affectus, opinionis, ignorantiæ, & cæcitatis in Iudæis, qui omnia in carnalem intelligentiam vertunt. Vnde discrepantes verbo Christi, verbum incredulitatis proferunt. Vbi animum incredulitas occupauit, statim vocem

Murmure incalescente orta est inter Iudæos dissensio.

Iudæorũ opiniões de Christi dicto, Ego sum panis vitæ.

Carnalium disceptatio de Eucharistia.

QVO

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo, vox est incredulorum.

QVOMODO, per os emittit, vt suprà capi. 3. Nicodemus ait, Quomodo potest homo rursus introire in ventrem, &c. & infrà cap. 7. Quomodo tu dicis, liberi eritis. & capi. 9. de cæco, Quomodo aperti sunt tibi oculi? Rursus cap. 12. Quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Expulsa ergo incredulitate, audito verbo, credamus, certò apud nos statuentes, quia omnia possibilia sunt credenti.

[DIXIT ei ergo Iesus.] Res ipsa indicat quàm mitis, & misericors est Christus, qui nihil durum aduersus duritiem illam incredulorum respondet: nihilque contendit, qua ratione posset sumi caro vice panis: sed quod illi iudicabant absurdum, & impossibile esse: hoc nunc etiam iuramento confirmat esse necessarium. Neque solùm semel (tanta est Christi philanthropia) sed iterum atque iterum aperit quàm magna consequentur bona, si cum de panem illum viuificum manducauerint, vt desyderio æternæ vitæ ad fidem compellantur, sine qua doceri non possunt, dicente Esaia cap. 7. Si nõ crediderit is, non permanebitis, siue non intelligetis. Necessarium enim est ante omnia, fidei radices in animo iacere, antequam quæ quærenda nobis veniunt, quæramus.

Iurat Christus Amen.

[AMEN, amen dico vobis.] In re seria, & pro vtilitate proximi, ac gloria Dei, Christus iurat. AMEN amen dico vobis. id est, certissimum illud vobis affero, & pro certo habetote.

Manna. Verbum Dei.

[NISI manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.] Quum de triplici pane mentionem fecerit Christus in hac cum Capharnaitis disputatione, primò de manna, quod coriandri similitudinem præ se ferebat: secundò de verbo Dei, quod similitudine carnis peccatricis obtectum, à Patre Iudæis datum est, Amen amen (inquit) dico vobis, non Moyses dedit vobis panem illum de cælo: Sed pater meus dat vobis panem de cælo verum. Panis enim Dei est, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Tertiò de seipso vero pane, quem pollicetur se daturum cunctis credituris, quum dicit, Et panis, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita: præstiterit-

Eucharistia.

que Dominus quod pollicitus est: totus hic locus vere ita-

telligendus est de Eucharistia, consentientibus Chrysostomo, & Cyrillo, qui hunc locum explicantes, aiunt, Etenim quum Iudæi negarent CHRISTVM posse dare carnem suam ad manducandum, Christus his verbis, NISI manducaueritis, &c. non solùm non impossibile, sed & necessarium asserit. Propterea (ait Chrysostomus) id prius fecit miraculum, vt per illud non essent amplius increduli his, quæ postmodum diceret. Illi quidem tunc temporis nihil ex his dictis, nos ipsius beneficij vtilitatem cepimus. Quare necessariò dicendum quàm admiranda mysteria, & cur data sunt, & quæ nam eorum vtilitas. Vnum corpus sumus, & membra ex carne & ossibus eius. Quare initiati eius præceptis parère debent. Vt autem non solùm per dilectionem, sed re ipsa in illam carnem cõuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est. Quum enim suum in nos amorem indicare vellet, par corpus suum se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redegit, vt corpus cum capite vniretur: hoc enim amantium maximè est. CHRISTVS vt suum in nos ostenderet desyderium, & nos maiori charitate adstringeret, non se tantùm videri permisit desyderantibus, sed & tangi, & manducari, & dentes carni suæ infigi, & desyderio sui omnes impleri. Paulò pòst sequitur, Vester ego frater esse volui, & communicaui carnem propter vos, & sanguinem, & per quæ vobis coniunctus sum, ea vobis rursus exhibui. Hactenus ille. Audiant hæc (ait Cyrillus) qui ex arrogantia nondum Christi fidem susciperè volunt. NISI manducaueritis (inquit) carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Non enim possunt cum sanctificatione, beatæ vitæ fieri participes, qui per mysticam benedictionem IESVM non susceperunt. Vita enim secundum naturam ille est, qui ex viuo Patre genitus est. Sed non minus corpus quoque suum viuificat: coniunctum enim ineffabiliter est Filio Dei, à quo vniuersa viuificantur. Idcirco corpus suum dicitur, & vnus cum eo est. Nempe pòst incarnationem, vnus est, & vnus manet absque diuisione vlla, præterquàm quòd Dei Patris verbum, & templum à virgine sumptum, idem naturà non sunt. Nõ enim est eiusdè substantiæ

Christus se videri, tãgi, manducari, & dentes carni suæ infigi permisit.

Viuificatio omnium.

Tẽplum & Virgine sumptũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caro Christi viuifica.

stantię Verbo Dei, homo assumptus, vnus tamen cũ illo est coniunctione ineffabili. Quoniam igitur Saluatoris caro, Verbo Dei (quod naturaliter vita est) coniuncta, viuifica effecta est: quando eam comedimus, tunc vitam habemus in nobis illi coniuncti, quæ vita effecta est. Paulò pòst subiũgit, Non ergo verbo solùm semper, (vt diximus) verumetiam tactu mortuos excitabat, vt ostenderet corpus quoque suum viuificare posse. Quòd si solo tactu suo corrupta redintegrãtur, quomodo non viuemus, qui carnem illam & gustamus, & manducamus? reformabit enim omnino ad immortalitatẽ suam participes sui. Oportuit certè vt nõ solũ anima per Spiritũ Sanctũ in beatam vitam ascenderet, verum etiam vt rude, atque terrestre hoc corpus cognato sibi gustu, tactu, & cibo ad immortalitatem reduceretur. Hactenus ille. Ne ergo deprauatores videamur perinde atque isti Iudæi sunt, necessarium est, sumamus, & manducemus sacrosanctam, & veram Eucharistiam, verè corpus, & sanguinem Christi, imò totum Christum continentem. Atque operæpretium est in tam diuinorum mysteriorum sumptione, indubitatam habere fidem: & non quærere, quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? nec animales simus. Nam animalis homo, hoc est, qui sequatur cogitationes humanas, & carnales, non est capax eorum, quæ sunt super naturam, & spiritualium. Atque ita neque spiritalem manducationem, quæ per viuam fidem fit, qua certò apud me statuo Christum exhibuisse seipsum in ara crucis hostiã Deo in mei reconciliationẽ, & huius litationis beneficium ex animo volò, certo statuens apud me quòd id beneficij non mihi denegat, nec sacramentalem, spiritalem, & corporalem (qua vere corpus Christi in sacramento sub specie visibili sumitur, & manducatur) intelligit. Scopus huius textus & sententiæ est: Necessarium est, omnes rationis capaces, sumere, & manducare panem illum verum, & cælestem, hoc est, corpus Iesu Christi vere, & realiter per os in seipsos trajicere, si æternùm viuere volunt. Modum manducationis, & receptionis hic subticet, quem posteà per se, & suos Apostolos declarauit. Hoc non hominum, sed Dei est mandatum: in quo neque tropos, neq; figuras, aut verbum (est) pro

Animalis homo.

Viua fides. Spiritalis.

Intellectus huius loci, Nisi mãducaueritis carnem, &c.

Manducationis modus.

pro (significat) agnoscere oportet. Nihil enim hic ænigmatice, & figurate loquitur, sed quod his verbis pollicitus est. Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mũdi vita, verè & realiter præstitit. Insurget quispiam dicens, Non est sacramentalis hæc manducatio necessaria: nam qui solam fidem viuam habet, hunc fructũ vitam æternam consequitur absque hac manducatione. Qui enim dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: ipse etiam affirmat, Qui credit in me, habet vitã æternam. Quare quum effectus vtrique communis sit, & tantundem fide sola vita quis consequatur, quantum ex esu sacramentali, nulla erit sacramenti huius necessitas habenti viuam fidem. Nam per ipsam fidem citra sacramentũ obtinebit quantum pro sacramentali esu promittitur, hoc est, vitã æternam. Respondeo, Christum non hic sensisse, fuisseve locutũ de simplici fide, & quauis credulitate, quum dixit, Ioannis cap. 11. Qui credit in me, habet vitam æternam: sed existimo verbum (credere) compræhendere firmam quandã animi propensitatem ad omnia recipienda, quæ ad veram, viuamque fidem pertinent. Quæ qui paratus fuerit & mente, & opere complere, creditur quòd talis, propter ipsam bonam, studiosamque voluntatem ad omnia, quæ docetur (tametsi per opportunitatis inopiam, quædã, imò plurima non fecerit) vitã nihilominus æternam consequetur. Est re vera fides veluti initiũ aliquod domus nostræ spiritualis, doctore Iacobo cap. 1. Verbo enim veritatis genuit nos, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Similiter & Paulo Hebr. cap. 3. Participes enim Christi effecti sumus: si tamẽ initium substantiæ eius vsq; ad finem firmum retineamus. Oportet ergo initium hoc fidei consummemus, perficiamusq;. Non sufficit in Deũ credere, nisi ex integro credideris. Nam Sabellius omnẽ pietatem, bonitatẽ, & potentiã in Deo esse, verè credidit: sed de singulis personis, in illa sacra Triade nõ rectè sẽsit, qui Patrem fuisse passum credidit: propter quod nihil illi profuit fides, quam dicebat se in Deum habere. Ad hunc modum lapsi sunt, & damnantur Arrius, qui Filium Patri inæqualem affirmauit, & alij, qui de Spiritu Sancto male sunt opinati. Quare neque tibi quicquam profuerit, si

Mãducatio sacramẽtalis est ne necessaria.

Fides viua sufficiũt absque sacramẽtali mãducatione. Credere.

Fides initium domus spiritualis.

Sabellij error.

rit, si in Deum dixeris te credere, quum interim malè de Christi humanitate & carne senseris. Certe qui discredit in vno, in nullo credit, neque syncere credit, qui dicit se Scripturas omnes recipere, dum easdem vel suo, vel alterius ingenio detortas, & contra sensum ab Ecclesia catholica traditum, inuersas, vt germanas, & veras recipit: sed hoc alicui condono quòd dixerit se habere sanam fidem dictorum omnium, quid illi proderit ista credere, si iuxta Scripturas viuere nolit? vanum prorsus & inutile fuerit. Oportet igitur vitam agere, & incedere iuxta Scripturarum præscripta, & veritatem. Neque solùm sat erit ea credere, quæ traduntur, verumetiam ea, quæ iubentur, facere. Quare quis existimauerit quempiam vere credere, qui de baptismo pariter & absolutionis sacramento (quum in Scripturis aperte tradita sint) non recte credit, sicut fecit Nouatus: aut si crediderit, contemnat tamen, aut simulate, & crasse negligat ea, vel alia sacramenta suscipere, si detur opportunitas: aut si precationes, eleemosynas, & ieiunia, ceu res inutiles reijciat, quis dixerit huius fidei meredem esse vitam æternam? Necessarium igitur fuerit vere credentem sese morigerum præstare ad omnia, quæ Spiritus Christi per Scripturas instigauit facienda, nec in aliquo dissidere quod Ecclesia catholica (quæ est, vt Paulus ait, columna & firmamentum veritatis) profitetur: sed pro certo dogmate recipienda sunt omnia, quæ priscí omnes catholici concorditer, & vnanimiter nobis reliquerunt. Qui quoniam concorditer, & vnanimiter censuerunt iuxta sacras literas, & sensum earum, quem reuelatore Spiritu CHRISTI discerunt, non vere & syncere credit, qui sacramenta post susceptam fidem non recipit. Atque vt alicui non profuerit, si post professam fidem, noluerit renasci ex aqua & Spiritu Sancto, ita neque vtile fuerit ei, qui se credere in Deum asserauerit, si corpus CHRISTI in Eucharistia recipere neglexerit, & necessarium non duxerit ad corroborandum fidem, & vitam æternam consequendam. Præterea enim gratiam, quam suscipimus per fidem viuam, confertur etiam nobis gratia nouæ in sacramenti susceptione, quæ iure optimo gratia sacramentalis nuncupatur, multam, copiosamque gratiam confert

Discredens in vno, in nullo credit.

Fides vitæ respondeat.

Nouatus.

1. ad Tim. 3. d

Gratia sacramentalis.

confert receptio corporis CHRISTI. Plus enim confert receptio hæc, quàm solus per fidem intuitus: vt solent gemmæ, quum in medicaminibus teruntur, maiorem virtutem & fomentum, si in corpus recipiantur, afferre, licet non vertantur in substantiam corporis, quàm si ob oculos solùm apponerentur: ita quis negauerit viuificatricem Christi carnem illis, à quibus pie sumitur, potissima quadam & ineffabili sua virtute præstare fomentum, & quodam modo alere, licet non in carnem recipientis conuertatur. Affirmat beatus Ireneus corpus nostrum ali & nutriri carne & sanguine Domini. Quomodo (inquit) negant hæretici carnem nostram capacem esse donationis Dei, qui est vita æterna, quæ & sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum eius fit? quemadmodum Apostolus ait in ea, quæ est ad Ephesios, epistola, Quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Hæc ille. Quòd si ita non tibi satisfacit, audi Chrysostomum in Homilia de sacrorum participatione dicentem, Necessarium est, dilectissimi, mysteriorum discere miraculum, quid sanguis sit, & quare sit datum, & quæ rei vtilitas: vnum corpus sumus, & membra ex carne eius, & ex ossibus eius. Sequamur autem initiati quæ dicuntur: vt itaque non tantùm per charitatem hoc fiamus, verùm & ipsa re in illam misceamur carnem: hoc per escam efficitur, quam largitus est nobis, volens ostendere desyderium quod erga nos habet. Propterea semetipsum nobis immiscuit, & corpus suum in nos contemperauit, vt vnum quid efficiamur, tanquam capiti corpus coaptatum. In eandem sententiam accedit Cyrillus cap. 15. super Ioannem, Confiderandum est (inquit) non habitudine solùm, quæ per charitatem intelligitur, Christum in nobis esse, verum etiam & participatione naturali. Nam quemadmodum si quis igne liquefactam ceram alij ceræ similiter liquefactæ ità immiscuerit, vt vnum quid ex vtrisque factum videatur, sic communicatione corporis & sanguinis Christi, ipse in nobis & nos in ipso. Hactenus ille. Hæc nihilominus fieri credenda sunt, citra quamuis iniuriam aut permutationem corporis Christi, quemadmodum exemplo auri & gemmarum paulò ante diximus,

Intuitus sacramenti nō tam efficax quàm receptio.

Ireneus.

Corpus nostrū carne Christi alitur.

Sacrorum participatio.

Chrysostom".

Christus in nobis participatione naturali.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caro Christi trasciturin stomachũ nostrũ.

quæ quum in puluerem contusa corporibus inualidis ministrantur, eadem reficiunt mirifice citra sui diminutionem. Neque putaueris (vt quidam errore ducti asseruerũt) quòd caro Christi, siue Eucharistia, dum eam sumis, & in medio palati est, euanescat, sed descendit in stomachum, & commiscetur partibus nostræ carnis, & eam reficit, ac nutrit, sine quauis offensione sui. Quare ad quæstionem respondeo. Licet viua fide quis consequatur æternam vitam citra receptionem Eucharistiæ, ob legitimũ impedimentum, propter quod non licuit illi recipere sacramentaliter corpus Dominicum, tamen non solum vitam æternam habet, qui dignè recipit Eucharistiam, sed & maiore & copiosiore gratia abundat, quàm si non manducasset, & recepisset veram ipsv Christi carnem. Respondebit aliquis, Hoc tibi facilè condonabo, necessarium esse viro Christiano recipiat Eucharistiam, sed id fieri sub vtraque specie, vt hic locus manifestè concludit: nam manducationi addit, Et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis. Respondeo: Hic locus, vt dixi, eò tendit vt credentes recipiamus id, quod exhibiturus erat Christus pro mundi vita. Quid hoc erat? Caro & sanguis effusus pro generis humani satisfactione & vita. Iam qui Eucharistiam recipit sub specie panis, & corpus & sanguinem recipit: nam sub illa specie totus Christus continetur. Idem realiter & vere habetur, quod sub specie vini: neque plus in vño, quàm in alio Christianus inuenier. Sub specie panis est caro ex vi conuersionis: panis enim conuersus est in carnem: nihil de pane illo triticeo remansit: tota panis substantia conuersa est in carnem: anima autem & diuinitas ibi sunt secundum concomitantiam. Ita & in sacramẽto sub specie vini, sanguis est ex vi conuersionis, quia vinum conuersum est in sanguinem, reliqua ibi sunt ex concomitãtia: quia quod diuinitas assumpsit, nunquàm dimisit. Quare quum vnanimiter & constanter ita à viris orthodoxis traditum interpretatũq. fuerit, vt laicis, imò & sacerdotibus nõ sacrificãtibus sufficiat sub specie panis cõmunicare verum sacrũ Christi corpus, quod nõ plus fructus habeatur ex receptione sub vtraque specie, quàm sub vna specie: obnixe obtestarer aduersarium, ne plus saperet quàm oportet, sed stare

Manducatio corporis Christi aliquid supra fidem nobis confert.

Cõmunicatio sub vtraque specie ẽsse ne cessaria.

Christus totus sub vtraque specie.

Panis conuersus in carnem.

Vinum cõuersum in sanguinem.

Sub vtraque non plus fructus quàm sub altera specie confertur.

stare definitionibus sacrorum conciliorum, & sanctorum patrum, quorum authoritas tanta est, vt illi adhærendum veniat, quoties de re quapiam inter Christianos controuertitur. Non negauerim in prima Ecclesia apud aliquot, non tamen vniuersos Christianos, fuisse sub vtraque specie cõmunicatũ, ex rationabili causa: & vt maior haberetur sacramento reuerentia, quòd non sine magno effusionis sanguinis periculo, poterat sub specie sanguinis cõmunicari, fecit, statuitq; Ecclesia, vt sub specie panis tantũ viris laicis, & non sacrificantibus cõmunicarentur. Quòd hoc potuerit Ecclesia facilè cõmonstrabimus: Si quod maius est potuit immutare Ecclesia, potuit & qd minus est: sed ex rationabili causa, & vt nomen Christi maiori honore exciperetur, alia forma per aliquot annos baptizauit atq; instituerat Christus. Nam Christus Matth. vltimo baptizandi formã præscripsit Apostolis, quando eos in orbẽ misit, Euntes (inquit) docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Ecclesia verò aliquot annis non vsa est illa forma, quam mutauit, volens omnes baptizari in nomine Christi. Iam insiciari non potes multò maioris esse necessitatis sacramentum Baptismi, sacramento Eucharistiæ: quũ nemo nisi renatus possit saluari, & cælos ingredi, quos ingrediuntur etiam qui Eucharistiam non receperunt, vt paruuli ante annos discretionis è viuis excedentes, & plerique natu maiores, aliquo & legitimo præpediti impedimento. Ad hæc pertinet quòd Concilium illud Ierosolymis per Apostolos celebratum, Act. cap. 15. de non manducando suffocato, postea per Ecclesiæ authoritatem ex rationabili causa immutatum est. Quare potuit sanxisse & ordinasse Ecclesia, vt sub vna tantum specie laici reciperent corpus dominicum. Idque sanctissime factum putauerim præter rationes multas, quas solent plerique afferre, exemplo Christi, qui viris laicis quibusdam corpus suum sub vna specie panis communicauit, non ministrato sanguine sub specie vini. Refert Lucas, Christum duobus discipulis in castellum Emaus proficiscentibus, se comitem adiunxisse, quorum oculi tenebantur, ne eum agnoscerent: quibuscum, mensæ in hospitio accubuit, accipiens panem, benedixit, fregit, ac porrexit illis

Ecclesiæ sanctæ institutio de communione sub altera specie.

Ecclesiæ authoritas.

Communicauit Christus quibusdã sub specie panis tũtum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

duobus,quibus aperti sunt oculi eorum. At mox vt cognouerunt eum, euanuit, & à conspectibus eorum subduxit se. Eu apertè cõspicis, Christum cõmunicasse corpus suum illis duobus sub vna tantùm specie,nulla facta mentione de specie vini. Et ne huic interpretationi solus videar assentiri, Diuus Augustinus libr. 5. de consensu Euangelistarũ,hoc ipsum testatur. Non incongruenter (inquit) accipimus,hoc impedimentũ in oculis eorum a Satana factũ fuisse,ne agnosceretur IESVS,sed tamen à Christo facta est permissio vsq; ad sacramentũ panis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentũ inimici, vt Christus posset agnosci. Hactenus Augustinus. In eadẽ sententia est Chrysostomus,homilia 17. super Matthæũ,Similiter & Theophilus, vetustus author,pius & verè Christianus. At reclamabis, dicens Christum sub vtraque specie distribuisse Apostolis. Respondeo,Scio Christum dixisse, Exemplum dedi vobis,vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. At Spiritus Sanctus ipsi Ecclesiæ afflauit, eámque docuit, non omnes, ad vnguem, veluti ex præcepto circumstantias actionum Christi obseruandas esse. Sub noctem, & sub cœnam ille consecrauit, & communicauit:non tamen vt maior sacramento habeatur reuerentia,ieiuni, & mane recipimus Eucharistiam. Quòd autem communicauit discipulis sub vtraque specie,ce vera æquum erat ita faceret, non minus ob id, quòd iam huius sacramenti prima fuerat institutio facta, quàm ob id, quòd illi iam designabantur,erántque sacerdotes constituti,quibus,quia sacramenti conficiendi potestatem contulit, voluit eisdem ipsum exhibere sub vtraque specie: soli aderant Apostoli duodecim, authore Luca, qui enumerasset alios si adfuissent. Et quum facta esset hora (ait cap. 22.)discubuit,& duodecim Apostoli cum eo. Quare solis sacerdotibus sacrificantibus communionem sub vtraque specie reliquit Ecclesia,non autem viris laicis. Et ne obicieris,quod hoc instituto laici non solùm tanto bono de perceptione sub vtraque specie frustrantur, sed & se contẽptos facilè conijciunt,quod multis potest esse scandalũ,dico,Considerandа veniunt duo circa Eucharistiã,efficacia & significantia. Quantũ ad efficaciã, nihil

Non omnes Christi actiones sub præcepti cadunt.

Circumstantiæ præceptorum Christi non omnes in præcepto.

Cœnæ nouissimæ soli duodecim accubuerunt.

Laicis nihil detrahitur quòd sub altera tantum specie cõmunicent.

In Eucharistia considerandа efficacia & significatio.

Eucharistiæ efficacia.

nihil certè amplius sub vtraque specie continetur,quàm sub altera tantũ:totus enim Christus cũ anima, sanguine,corpore,& deitate,non minus sub vini,quã sub panis specie,cuique,siue laico,siue sacerdoti conferrur. Quare neque contemnitur, neque gratia aliqua frustratur laicus. Si vero significantiã spectaueris, aliud est:sic enim Eucharistia repræsentat sacrificiũ, quod pro nobis in cruce Christus obtulit,quũ videlicet à corpore sanguis separatus erat. Et quia significantiæ mysteriũ magis ad consecrantem pertinet,quam ad suscipientem,ob id quoties missam sacerdos celebrat,sacramentum hoc sub vtraque specie conficitur, non solùm vt astantibus passionis Christi memoria viuaciùs ingeratur, verumetiam vt tanquã ipsi munificentiam facilius promereantur. Quare quũ sub vna specie tantũ contineatur, quantũ sub vtraque, necnon sub vna specie æquè exerceatur fides, erigatur spes, ac charitas inflammetur, atque sub vtraque, nec differentia sit niũ in expressiori significatione,constanter dicendũ est, neque laicos per hoc ritũ contẽni,neque quicquã illis incommodari. Si quis responsare adhuc desyderauerit,hoc vnum rogo, sibi persuadere velit quod Paulus 1. Corinth. 11. ait. Si qui videtur cõtentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. Quæ quum audiret inter suos controuersiam esse de sacra communione faciendа sub vtraque specie, sacrificantium communionem ab alijs discreuit. Cuius decretũ extat in concilio Agathensi & Sardicensi. In concilio etiam quodam generali ad Cõstantiam vocato, definitum est, vt consuetudo, quam de communione sub vna duntaxat specie laicis exhibenda tum asserebant ab Ecclesia fuisse receptam, deinceps obseruaretur. Hoc decretum tanquã à Spiritu Sancto profectũ, ab vno-quoque bene Christiano repudiari non debet. Colligamus ex his & sensum horum verborũ vno atque altero verbo dicamus:Christus ex his verbis insinuat necessariam esse,ad vitam æternã habendam,manducationem panis illius,quem daturus erat in cœna,hoc est, vult omnes homines rationis capaces (quos hic solùm alloquitur, vt verbum secundæ personæ Manducaueritis, ostendit,

Eucharistiæ significatio.

Manducatio Eucharistiæ necessaria.

Eucharistiã recipit soli rationis capaces.

Verbi secundæ personæ virtus.

qua persona nõ vtitur in præcepto de baptismo, sed ait, Nisi quis id est, omnis qui non vt etiam rationis incapaces, cuiusmodi sunt infantes, hoc verbo Nisi quis, &c. cõprehendantur) recipiant Eucharistiam vere continentẽ carnem & sanguinem, adeò & totum Christum, credãtque dum hanc manducationem exercet, se manducare carnem Christi, & bibere sanguinem eiusdem, quum id, quod cõtinetur sub specie vini nõ sit aliud, sed idẽ realiter sit, quod est sub specie panis. Proinde quòd hic dixerit, Nisi manducaueritis, & biberitis, &c. explicatiùs voluit significare verbum promissionis præcedens, Caro mea est, quam dabo pro mundi vita. Quasi diceret, Ego pro vestra salute & vita moriar in ligno, carne exanguis relicta, & sanguine effuso. Hoc necessarium est in vobis sentiatis, vt mecum mortui simul & resurgatis. Beatus est, qui hæc credit, & facit, hoc est, qui credit se manducare carnem Christi, & bibere eiusdem sanguinem, dum Eucharistiam, hoc est, verum IESV Christi corpus, in sancta cœna recipit, per manus sui parochi, personam Christi gerentis & repræsentantis, certus se per illius in cruce litationem & sacrificium, esse redemptum, & filium Dei atque hæredem constituturum. Proposuit siquidem Deus Christũ (ait Paulus Rom. cap. 3. propitiatorẽ per fidem in sanguine ipsius, ad ostẽsionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore: vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide IESV CHRISTI.

Eucharistiam recipientis fides.

Christus à Patre nobis propositus.

[QVI manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.] Quia creditu difficile est quod proposuit se esse panem de cælo, qui manducantibus se, vitam æternam dat, idem repetit ijsdem verbis, cũ expositione, vt apertiùs nobis declaret, & id tenaciùs in animis teneamus, quàm necessaria fuerit receptio Eucharistiæ, siue manducatio corporis eius, cum manducatione spirituali, hoc est, cum fide, qua creditur passus & mortuus, vt cum illo æternùm viuamus. Qui recipit & sacramentaliter manducat Eucharistiam, manducat carnem, & bibit sanguinem non nudi hominis, sed Dei veram carnem

Manducatio spiritualis.

Eucharistiã recipiens, manducat carnem & bibit sanguinem Dei.

nem & verum sanguinẽ: quæ caro Dei viuificare & deificare potest, vt pote contemperata deitati: iis qui manducat, habet ex esu potúq; vitam æternam. Neque solùm hîc per spem, sed etiam post hanc vitam in re, & possessione, à facie ad faciem beatus erit per meam carnem, si-mo die comedẽtes resuscitabo: atque ita resuscitato corpore, totus homo mecum vita æterna fruetur. Proinde quum ipse sit resurrectionis author, qui naturaliter vita est, nõ patietur sua membra diuelli à se, qui supra omnes est, sed quisquis per hunc panem cæleſtem illi est insitus, per illum in nouissimo die suscitabitur: vt quoniam totus homo illi credidit, totus homo cũ illo viuat in æternum. Qui ergo manducat carnem Christi, iam habet vitam æternam, quia iam viuit secundum animam & Spiritum, morietur quidem secundum corpus, sed cum spe resurrectionis. Nam huic pollicitationi adhæret, ET ego resuscitabo eum in nouissimo die. Obserua: Paulò antè dictum est, Hæc est voluntas Patris mei, qui misit me, vt omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Hos fructus hoc loco repetit, ne quis existimet se absque receptione corporis Christi sub specie visibili, vitam vtranque, corporis, & animæ sola fide recuperasse, & isto sacramento non egere. Hac ergo repetitione contestatur Dominus, quod non verè credit, qui sacramentalem mã ducationem contẽpserit. Nã hanc cõtemnens, se à capite, & membris præcidit, & segregat, quare nec vitã habet.

Caro Christi viuificat & deificat.

Corpus Christi quomodo nobis vita est.

Promissio de resurrectione.

Infidelis est, qui contemnit manducationem Eucharistiæ.

[CARO enim mea, verè est cibus, & sanguis meus, verè est potus.] Superiorum rationem, & causam reddit, à causa formali, qua Christus vrget medium, per quod nobis contingit vita. Rursus, ab ipsis effectis ætiologiam adducit, quibus declarat carnem suam esse mediũ ad vitam. Manna solùm ad tempus nutriebat, non ergo erat cibus de cælo: sanctum verò Christi corpus, eò quòd non ad paruum tempus duret, neque corrumpatur, sicut cibus corruptibilis, aut manna, sed æternæ vitæ sit subsidium, est verè cibus. Similiter & potus sanguinis Domini verè est potus, quia nõ ad tempus sufficit siti, sed semper absque siti conseruat: nec indigere permittit biben-

Caro Christi verè cibus esse probatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem. Nam quisquis gratiâ Spiritus Sancti per receptionem Eucharistiæ, siue per diuinorum mysteriorũ sumptionem susceperit, neque famem Spiritualem, neque sitim patietur, qualem increduli patiuntur. Nõ enim hominis simpliciter sanguis est, (ait Cyrillus) sed eius, qui naturali vitæ cõiunctus, vita effectus est. Propterea corpus, & membra Christi sumus: quia per hanc benedictionem mysterij, ipsum Filium Dei suscipimus. VERE est cibus. id est, vere viuificat, liberat, & spiritualiter æternùm nutrit. Obserua: vt fortius falsum Iudæorum de se iudicium feriret, qui humanitate CHRISTI offendebantur, habenter eum pro abiecta & vili persona, frequenter vocabulum carnis repetit, & se Filium hominis nuncupat, vt declaret illis, id, quod tantum abijciebant, vt puta carnem suam, esse medium, quo pararetur mundo redemptio, & vita æterna, neminémque æternùm victurum, qui non ederet carnem Filij hominis, hoc est, qui non haberet Christum in se viuentem.

Cibus verus.

Manducare carnem Christi quid est.

[QVI manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.] Pérgit probare, idque ab effectibus, carnem suam vere esse cibum, & sanguinem suum vere esse potũ. Carnem Christi manducare, & eius sanguinem bibere, est in Christo manere, & illum manentem in se habere. Ac per hoc (ait Augustinus) qui nõ manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubiò nec mãducat spiritualiter carnem eius, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter, & visibiliter premat dentibus sacramentũ corporis & sanguinis Christi: sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat, & bibit, quia immundus præsumpsit ad Christi accedere sacramenta: sed offerat te Christo cum spe veniæ, & manducet Eucharistiam, quam recipiendo manducabit carnem, & bibet sanguinem Christi, fiétque in eo noua quædam, & super rationem humanam contemperatio: ita vt sit Deus in nobis, & nos in Deo. Nam non Deum nudum manducamus (ait Theophylactus,) tangi enim nequit, & incorporeus est, neque oculis, neque manibus apprehendi potest. Iterum nisi hominis caro nihil prodesse potest, sed quia Deus voluit sibi carnem secundum ineffabilem contemperationem

Contẽperatio Spiritalis.

Caro Christi viuifica.

nem, viuifica est, & caro, non quòd in Dei naturam transierit, absit: sed ad similitudinem candentis ferri, quod & ferrum manet, & ignis operationem demonstrat. Sic igitur & Domini caro manens caro, viuifica est, sicut Dei caro. Proinde quemadmodum (vt Paulus ait, 1. Corin. capite 5.) modicum fermenti totam massam fermentat: sic paruula benedictio, siue suscepta Eucharistia, totum hominem in se attrahit, & sua gratia replet. Et hoc modo in nobis CHRISTVS manet, & nos in Christo: verè enim totam fermentum in totam massam per transit. Mirabilis est hæc tum contemperatura, tũ coniunctio manducantis, & rei manducatæ: in qua si iuxta fidem intuiti fuerimus, veri cibi & potus conditiones in hac sacramentali manducatione & nutritione spiritali reperiemus. Res, quæ manducatur, tandiu cibus esse dicitur, quandiu in manducante, & manducans in illa manet. Et similiter de potu dicitur. Nam nõ alleret cibus siue alimentum, nisi esset in eo, qui alitur, & qui alitur fit in alente: hoc actione & alimento naturali comperimus habemus: nisi enim natura eius, qui alitur, attendat alimento, iam non alitur. Item si alimentum transiuerit, siue in eum, qui alitus est, siue in quamcunque aliam materiam, iam non est amplius alimentum, iam non est cibus, aut potus. Has alimenti conditiones explicat Dominus his verbis, Manet in me, & ego in illo. Quũ enim dicit MANET, excludit transitũ: non certè transit caro Christi in nostrã, neque nostra in ipsius carnẽ. Quũ addit IN me, ostendit attentionem ipsius manducantis ad ipsum verum cibum (à quo alimentum accipit) spiritalem, & fouentem in vitam æternam. Subiungens IT ego in illo, declarat se esse intus in manducante, vt ostendatur ineffabilis quædam & mutua coniunctio inter manducantem, & rem manducatam, siue verum cibũ ex charitate, secundũ id, quod scriptum est, Qui manet in charitate, in deo manet, & Deus in eo. Obserua: non dixit Manet in carne mea, aut sanguine meo: vt iam nos euehat ab humanitate ad ipsam diuinitatẽ, hoc est, ad seipsum, vt plane intelligamus, quòd qui manducat carnem CHRISTI, & fide viua mortem eius, & sanguinem recipit, non solùm coniungitur humanæ naturæ, sed toti Christo,

Cibi & potus cõditiones in manducatione spiritali.

Alimenti conditiones.

Mãducatis & rei mãducatæ coniunctio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christo,qui deus & homo est: sitque particeps benedictionis,quæ(mihi crede) non mortem solùm, verum etiam morbos omnes depellit. Sedat enim(ait Cyrillus) quum in nobis maneat Christus, sæuientem membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, ægrotos curat, collisos redintegrat: & sicut pastor bonus, qui animam suam pro ouibus posuit, ab omni nos erigit casu. Obserua: Quum dicit, ET ille in me, & ego in eo: quasi diceret, Quicquid ego habeo, illius fit particeps, vt vitam quam ego in me habeo, iustitiæ, vitæ æternę, & sic omnium meorũ bonorum: imò vicissim & ego in illo, qui tanto amore hunc quæsiui, vt illum fecerim templum meum, domum meã, quam solus ego ab multis sordibus purgaui, qui illius peccata & mea feci, & eadem tuli super dorsum meum, vt seruaretur, & in illo manerem, cui vitam per Spiritum meum impartio, aut, Ille in me est, velut membrũ in corpore, aut palmes in vite, societate ineffabili.

Christum esse in nobis, & nos in illo.

Apodixis.

[SICVT misit me viuens Pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.] Nulla est ex Aristotele, aut Platone methodus ad huius loci cognitionem, nihil hic cognoscit caro, sola fide horum verborum seusum accipimus. Peruenusta, & eadem ardua, collatione Christus seipsum explicat, atque hæc est ἀπόδειξις, id est, euidens probatio eius, quod Christus toto hoc sermone egit, esse scilicet se panem cælestẽ, dare vitam mundo, victurum æternùm eum, qui sibi credit, qui ad se venit, qui carnem suam edit, & bibit sanguinem suum: viuere in ipso, & per ipsum, & ipsum viuere in eis, qui suam carnem manducant. Hæc argumentis deducamus: Vita Dei æterna est: Ergo qui particeps est vitæ Dei, æternùm viuet: sed omnis, qui spiritaliter, & sacramentaliter Christum recipit, hoc est, qui Christum, vt vitæ largitorem, fide & ex animo complectitur, eundẽm que in se habet, id est, eum edit, & mãducat, est particeps vitæ Dei: Ergo qui manducat carnem Christi, & fide vna illum assumit, vt sese offert verbo & sacramento, is particeps est vitæ Dei. Est particeps vitæ Dei, ergo viuet æternùm. Superest probare quòd Christus eam viuæ vitam, habeátque, quam & credentibus, & seipsum sumentibus

tibus, siue manducantibus communicet. Vt(inquit) quãuis Pater viuens vita propria, quæ à nullo dependet, MISIT me, ad est, homo factus sum, VIVO tamen propter Patrem, id est, Ita & ego sum vera vita, quandoquidem Pater generatione se totum in me impressit: non quòd deserat vitam, & omnia, quæ habet, sed quòd omnia eadem mihi communicet, & in me transfundat, quæ habet. Sic qui manducatione carnis meæ me recipiet, viuet profectò totus ad me reformatus, qui viuificare possum, quoniam ex viuo Patre sum: propter hoc sum Deus viuens & immortalis, quia talem habeo Patrem, & talis Pater me misit, id est, genuit, & incarnari voluit me: mortalem quidem carnem assumpsi: sed quia naturaliter vita existens, habito in ipsa, totam carnem meam ad vitam meam reformaui, corpúsque meum sic vita repleui, vt qui manducat meam carnem, propter me viuat. Et quia sum via, veritas & vita æterna, qui manducat me, viuet æternùm propter me. Quare hanc vitam acceptam à Patre, non soli mihi, velut inuidus quispiam, reseruabo: sed eam communicabo credentibus in me, & dignè manducantibus me: huc enim missus sum à Patre, vt mea communicem, quæ à Patre naturà habeo. Aut sicut misit me viuens Pater, &c. Ac si diceret: Sicut hic homo vitam habet propter Patrem, id est, vnitus est naturæ diuinæ in vna hypostasi, quæ est Filius, & ob id in eo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei: deditque ei Pater omnia in manu, necessarium est, vt ipse sit veluti canalis, per quem ad nos deriuatur non solùm vita, sed & omne bonum, adeò vt nihil nobis à Deo communicetur, nisi id ad nos per hominem Christum scaturiat: vt non solùm fatendum sit, omnia per Christum condita esse, sed etiã instauranda. Qui ergo manducat Eucharistiam, quum vnitur Christo manducato, necessarium est ipsum viuere propter Christum manducatum, cui vt vitæ largitori modo quodam ineffabili vnitus est, & ab eo vitam habet. Est certè Christus causa media, & meritoria, propter quam & manducans, & credens in eum, viuit æternùm. Obserua: Quum dicitur, Ego viuo: ne existimes eum iuxta participationem vitæ viuere, alioqui animal diceretur Deus, sed non est: neque enim Deus animal nominatur,

Christus vitã credẽtibus communicat.

Christus homo vitam propter patrẽ habet.

Homo ppter Christum mãducatũ, vitam habet.

Christ* causa vitæ credentibus collatæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus non participatione vitæ dicitur vivere.

Animal.

Christus animal non est.

Vita quid est.

natur, neque creatura quædam, vita vocabitur. Nã aliud animal est, aliud vita, quæ in ipso est. Si enim idem esset animal & vita, omne animal profectò vita diceretur: quod certè nemo sanæ mentis vnquam cogitauit. Vnigenitus ergo animal non est, sed vita secundum naturam, vt ipse infrà asserit, Ego sum resurrectio & vita. Proinde Vita illud est, quod viuificat, non quod ab alio viuificatur, sicut & Sapientia, quod sapientem facit, non quod sapiens sit. Est autem Christus vita, 1. Ioannis 5. Scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus, & vita æterna: Paucis absoluamus sensum, quem prætendunt hæc verba: Quia Pater viuens misit Filium suum vnigenitum viuentem propter ipsum Deum Patrem, ideò factum est, vt qui manducat carnem Filij hominis, viuat propter ipsum Iesum Filiũ Dei. Aut Filius propter vnitatem, quam habet ad Patrem, recipit vitam à Patre. Ergo qui vnitur Christo, quem eò misit Pater vt det vitam mundo, recipit vitam à Christo.

[HIC est panis, qui de cælo descendit.] Totius apologiæ conclusionem allaturus, à demonstratione certæ personæ, & à loco veritatem panis cælestis insinuat. Ex multis iam vos docui, aperuique quòd panis verus, quem ego daturus sum, est hic panis: demonstrat suum corpus, siue carnem suam, quam daturus erat pro mundi vita. QVI descendit de cælo: verbum, Descendit, κατέβη est præteriti temporis, vt insinuet non esse aliam hypostasim carnis suæ, ab hypostasi Filij Dei: sed vna est, hoc est, Filius Dei, qui descendit de cælo, id est, incarnatus est, quando verbum caro factum est. Ergo qui credis panem verum de cælo descendisse, crede æternam ab eo vitam credentibus immitti. Ostendet enim hic effectus hunc panem de cælo, hoc est, ex Deo esse: æquum & decens certe est, æterna esse, quæ ab æterno emanant.

Æternum ab æterno.

[NON sicut manducauerunt Patres vestri manna, & mortui sunt.] Ab effectis ipsis probat, manna non fuisse cibum de cælo. Quæ ad breue tempus sufficiunt, non merentur appellari cælestia, & dici è cælo esse: sed manna solùm ad breue tempus datum est, quod etiã famem non extinguebat quin mox eadem rediret: nam Patres

Manna non erat cibus de cælo.

Iudæorum comederunt ipsum manna, & tamen mortui sunt. Certissimum enim est quòd si de cælo, id est, ex Deo fuisset, atque hic verus panis, liberasset à morte participantes. Eò manducabant manna, vt vitam seruarent, & tamen mortui sunt: non est ergo manna panis de cælo, hoc est, cælestis naturæ, cælestes, & spiritales faciens sui participes, sed terrenus, & temporarius erat cibus, ex aere depluens, parum efficax, nihil præstans quod æternum duret.

Hominum insc ritia.

[QVI manducat hunc panem, viuet in æternum.] Frequenter vitæ meminit, eiúsque vocem, & nomen sæpe versat in ore, quòd intelligeret nihil mellitius, suauiúsve dici, quod homines magis delectaret: quibus natura comparatũ est, vt non solùm & esse & viuere desyderent, sed etiam maximoperè affectent, quæ ad vitam conducunt. QVI manducat hunc panem, qui verè de cælo descendit, qui ex Deo est, vim cælestem habens, vt manducantes in se quodammodo transformet, habet vitam æternam: id est, Hic panis cælestis vescenti dat vitam æternam, pro qua seruanda ille manducat hunc panem. Habet re vera vitam æternam, quantum attinet ex parte huius panis cælestis, qui non aufert liberum arbitrium, quin possit manducans peccare, & hoc peccato amittere vitam illam cælestem: sed hac amissa, non animum despondeat: redeat ad hunc panem cum fide viua, & inueniet vitam, pro qua agat gratias, & perseueret constanter in fide illa viua, cuius fructum reportabit salutem animæ suæ, æternum cum hoc pane cælesti victuræ.

Panis de cælo dat vitã æternam.

[HAEC dixit in Synagoga docẽs in Capharnaum.] Doctoris personam gerens, doctrinam illam cælestem, hoc est, sacrum Euangelium Dei, æternum quoddam cõsiliũ, in Synagoga, frequentéque plebis conuentu nuntiauit: palámq; hæc verba fecit, vt omnẽ Iudæis, atque incredulis excusationem auferens, eos maioris criminis reos ostenderet, & se nihil aduersus legem docere, qui in Synagoga cunctis audientibus functionem suam ex lege sanctam & veram esse aperirer. Vnde Pontifici interroganti de doctrina eius, respondit Christus. Ego palã loquutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga, & in tẽplo, quò omnes Iudæi cõueniunt, & in occulto

Christ⁹ in Synagoga docuit.

doctrina Christi publica.

loquutus

loquutus sum nihil. Hæc prædixerat ipse per Esaiam ca. 45. Non in abscondito loquutus sum, in loco terræ tenebroso. Certa ergo est doctrina Christi, quæ in apertũ prodit, nullius erroris suspecta. Qui facit veritatem (vt supra cap. 3. dictum est) venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Publica proculdubio dicendi authoritas, veritas, & claritas veheméter aduersarios terrent, & paratiores ad credendum faciunt auditores.

Synagoga. Obserua: locorum circunstantiæ, nempe in Synagoga, loco, in quem conueniebant tum magistratus, tum plebeij, & in Capharnaum vrbe inclyta, & metropoli Galilææ, faciunt vt nihil prorsus de veritate narrationis dubitare possis.

[MVLTI ergo audiẽtes ex discipulis eius.] Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus, abhorrens semper à sublimiore doctrina, quam quum non intelligit, neque attendere, neque eam assequi vult, sed contrà animo deiectus, illi veluti duro sermoni, detrahit, & aduersatur. Ad hunc modum facere videntur edentuli, qui molliora, etiam si peiora sint, eligunt alimenta, solidiora verò, ac meliora edulia maximè vilipendunt, agrotationem suã occultare volentes. Tantum abest crassus Capharnaitarum populus tãti mysterij cęlestis capax esset, vt discipuli quoque complures hoc sermone à magistro desciscere voluerint. Nõ putauerim istos fuisse veros discipulos, sed tantùm hoc nomine dictos, quòd frequẽtiæ Dominũ sequerentur, & longiore tempore cum Domino morarentur, veluti quodam feruentiore zelo, & studio ducti, quàm reliqua turba. Horum frigidus, & inconstans erat feruor, & animus, qui ad tempus crederent, & quouis doctrinæ vento motarentur.

Animalis homo.

Edentulorum natura.

Facti discipuli Christi.

[DIXERVNT: Durus est hic sermo, & quis potest eũ audire?] En carnalium verba, DVRVS est hic sermo, (aiunt) quem loquitur, de comedenda carne viui hominis, & bibendo sanguine: non posse quenquam viuere, nisi edat eius carnem, & bibat eius sanguinem: quique hoc fecerit, eum victurum in æternum: Manna non esse panem de cælo: Carnem suam esse verum de cælo panem: cuius aures ferant huiusmodi doctrinam? Quis hæc sustineat audire? Quid hoc est aliud, quàm ex mortali carne facere Deum immortalem? Forsitan potuissemus ferre quòd se panem cælestem dixerit, metaphora quadam, qua intelligeremus doctrinam (quam sibi attribuebat) eandẽ esse cum Patris sui doctrina: sed longè aliter res habet. Carni suæ, quæ quid aliud est, quàm esca vermiũ, aut gramen aliquod, vt omnis caro) tãtum tribuit, vt necessariũ dixerit eam comedendam esse, qui voluerit æternùm viuere. Quis ista audiuerit, qui nõ offendatur? Deo detrahit. Horũ manifesta est duricies, & cordis insipiẽtia, qui omnia iuxta oculum & sensum, nihil autem secundum Spiritũ, & mentis acutiem interpretantur, putantes se ad immanes ferarum mores vocari, incitariq;, vt vellent crudas hominis carnes manducare, & sanguinem bibere: quũ audiunt, Nisi manducaueritis carnẽ Filij hominis, &c. Debuissent, vt bonos decet discipulos, interrogare magistrum, & discere ea, quæ non intelligebant. Hæc si fecissent, versati fuissent vt in delicijs in doctrina Domini, canentes cum cithara Dauidis Psal. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.

Carnalis opinio de Eucharistia.

[SCIENS autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarẽt de hoc discipuli eius.] Christus, cuius oculis omnia nuda, & aperta sunt, intelligens quid inter se murmurarent, alia re mirabili, illorum offendiculo mederi vult, prædicens de se conspecturos oculis suis non leuiora, quàm sint quæ nunc audiunt de esu carnis suæ, & potu sanguinis, quæ neq; auditu absurda, neq; visu horribilia sunt, sed delectabilia, & salutifera, si non iuxta crassam carnis intelligentiam, sed spiritualẽ sensum accipiantur.

Christo omnia aperta.

[DIXIT eis.] Pro suo more ad discipulos conuersus Iesus, ne irascitur quidem ipsis murmurantibus, quanquàm interim murmur illorum non probet, blando & leni sermone tarditatem & crassitiem arguit.

[HOC vos scandalizat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat prius?] Pergit Christus suos ad fidem pellicere, quibus ascensum suum in cælum indicat verius, quàm aperte dicit, quòd nondum aduenisset hora eius, vt gloriam suam palàm profiteretur. Hinc interrogatione & ecliptica oratione vsus est ad hunc sensum, An hic sermo vos offendit, quod dixerim, Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebi

Universidad de Deusto
Biblioteca

habebitis vitam in vobis, quod & ego aio è cælo me aduenisse, & me esse panem è cælo, qui vitam dat mundo? Hoc vnum vos rogo: Vtrum difficilius est iuxta humanam rationem, & eraſſum vestrum intellectū, descendisse è cælo, an ascendere in cælum? Quid igitur dicetis, si spectauetis olim Filium hominis, quem modò tam nihili esse putatis, & Ioseph filium arbitramini, quē videtis humano corpore indutum, per resurrectionem ascēdere in cælum, vbi priùs erat ante, quàm descenderet, priusquam hoc haberet corpus mortale? Videbitis (inquam) glorificatum, & in sua maiestate sedentem, æqualem Deum cum Patre Deo, nec amplius obnoxiū humanæ infirmitati, sed sedentem ad dexteram Patris in cælestibus, caput super omnem principatum, potestatem, virtutem, dominium, & habentem nomen supra omne nomen: quid tum censebitis? Eò hoc corpus assumpsit, non vt semper sapiatis carnem, sed à carne deficiatis ad Spiritum. Conditionalem particulam addidit, si, quia multi erant non visuri: sed si videritis ascendentem, nónne id vobis erit propinquissimum argumentū, quo conuincamini dicere, id verū esse quod dixit, Se descendisse de cælo? Nam nemo ascēdit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis est. His ergo verbis significat Christus id futurum, quod admirabilius sit, nempe vt redeat in cælum vnde venerat. Nihil ergo vos (ait) conturbare debet sermo meus. Nam si credere non vultis vitam vobis à meo corpore dari, quid dicetis quando hoc corpus in cælū volare videbitis? Si ergo præter naturam caro mea in cælū conscender, quid prohibet, ne similiter præter naturā viuificet? Obserua. Vnus est Christus, nō duo Christi: vnus enim ante incarnationē, & post incarnationē Filius est: vna eadémq; persona Filij Dei, & Filij hominis. Duæ tamen naturæ, diuina, & humana in vna hypostasi, quæ Filius est: vnde homo est Deus, & Deus est homo. Verbum enim caro factum est, non in carnem mutatum, immutabilis enim natura est. Ideò Christo conuenit aliquid secundum humanitatem, vt puta ascendere, quod non cōuenit diuinitati. Nā Christus ascendit vt homo in cælum, vbi erat vt Deus: ante quem ascensum non illic erat vt homo: ne quis conſentiat Valentino dicenti Christum attulisse è cælo corpus cæleſte,

Humana ratio à rebus Dei abijcienda.

Vita à corpore Christi.

Christus vnus est, non duo.

Valentini error.

cæleſte, sed vt Deus erat, qui æternus est. Nam in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbū. Nō absimile est huic respōso, quod Christus Nathanaeli suprà capit. 1. dixit, Maius his videbis. Et dicit ei, Amen, amen dico vobis, Videbitis cælum apertū, & Angelos Dei ascendētes & descēdentes supra Filiū hominis. Hæc omnia parturiebāt, pollicebantúrq; magnifica & potentia facta, quibus manifestaretur CHRISTVS, vita, & iustitia omnium esse, cuius potens est verbum, & virtus ineffabilis. Nam resurrectione, ascensione, & Spiritus Sancti missione, declarauit CHRISTVS carnem suam (quam in cœna discipulis communicauit, & super lignum in litationem & hostiam pro peccato mundi voluntariè tradidit) esse veram vitam, lucem, & iustitiam mundi. Quomodo obstupuerunt Iudæi videntes tam potentia facta, signa, prodigia, & tam magna miracula, quæ verè ostenderent eum, quem tam acriter auersati sunt, esse summum opificem, & qualem se asserebat: cuius etiam magnitudo, & potentia vehemens appareret, quum tam magna & prodigiosa ostenta operaretur per pauperculos viros piscatores, infirmos, indoctos, abecedarios? Videsne ex vna Petri concione accessisse fide ad Christum animas circiter ter mille, Act. cap. 10. Adhuc loquente Petro hæc, cecidit Spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Paulus 1. Corinth. cap. 6. scribit, Eratis quondam fornicarij, idolis seruientes, adulteri, auari, ebriosi: sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. Nónne hæc manifeste ostendunt potentia & magnifica facta, quibus in aperto est, Christum esse verum panem de cælo, iustitiam, & eum esse, per quem non solum nobis est ad Patrem accessus, sed etiam per quem solum nobis omnia bona conferuntur.

A resurrectione Christus vita mundi esse probatur.

Christus, per quem bona omnia cōsequimur.

[SPIRITVS est qui viuificat, caro non prodest quicquam.] Spiritum vocat seipsum, quoniam Deus spiritus est. Non hoc dicimus (ait Cyrillus) quia Spiritum Sanctum in propria persona subsistere non putemus, sed quia sicut factus homo, Filium se hominis appellat, sic se a proprio Spiritu, Spiritū nominat. Nō enim aliud est ab eo Spiritus eius. Caro, vt sola & nuda intelligitur, nihil prodest

Christus vocatus Spiritus.

Caro nihil prodest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prodest: indiget enim viuificante: sed si laudabili cura scrutemini incarnationis mysterium, & habitantem in carne cognoueritis, quānis nihil penitus caro per seipsam possit, viuificam tamen esse factam credetis: nisi fortasse contendere velitis Spiritum sanctum non posse viuificare. Quum enim diuinæ naturæ in vna hypostasi coniuncta sit caro, proculdubio tota effecta est viuifica. Itaque quanuis natura carnis, vt caro est, viuificare non possit (quid enim est corporis humani moles, si non adsit spiritus?) viuificat tamen, quia tantam verbi operationem sibi sæpit. Quare cæterorum omnium caro nihil prodest, caro autem Christi, quia in ipsa vnigenitus Dei Filius habitat, sola viuificare potest. Proinde Christus non dixit, Qui manducat carnem, habet vitam æternam: sed, Qui manducat carnem meam, vt hoc pronomen (meam) insinuet Spiritum iunctum carni: manducata enim caro Christi, confert, conseruátque vitam: id quod verum affirmauit ex eo, quod viuit propter Patrem, & manducans viuit propter ipsum. Huius vitæ æternæ causam præcipuam vides esse Spiritum. Male ergo & perperam dictum Christi interpretati sunt Iudæi, intelligentes carnem, quo modo in cadauere dilaniatur, aut in macello vēditur, non quomodo Spiritu vegetatur, vt ait Augustinus. Videntur ad hunc modum dicere, Vt ex litigio vestro planè intelligo, non rectè interpretamini verba quæ dixi, Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, &c. Putatis me velle dare carnem meam comedendam, veluti dari solet bruti cuiusdam caro comedenda: quod fieri non potest, nisi occiso bruto? Hoc nolite sic intelligere: nō sum ad eum modum daturus carnem meam manducandam: caro enim mea nisi viuens, & cum suo spiritu manducetur, non prodest quicquam. Caro sola sine spiritu non prodest quicquam: nam spiritus est, qui viuificat. Aliter interpretari potest hic locus. Quia Christus cœpit loqui de sua ascensione, consequens erat, vt de Spiritu suo quicquam subijceret. Hoc ergo dixit Dominus de Spiritu suo, siue de Spiritu Sancto, quo afflans suos, facit eos participes vitæ æternæ. Chrysostomus carnē interpretatur de carne nostra, quæ nequit percipere quæ sunt Spiritus, & de carnali auditione. Quasi diceret, Carnalis intellectus, carnales ideas, cæ-

Caro nō aliorum, sed solius Christi viuificat.

Caro sola sine spiritu nō prodest.

res, carnale ingenium, carnalis esus, &, vt vno verbo dicā, caro vt distinguitur contra Spiritum, non confert vitam æternam. Nam si quod natum est ex carne, non nisi caro est: quomodo ex carne, quę ipsissima morsest, (nihil enim spiritus habet) nasci, gignive potest vita? Tātum abest vigenere possit. Est ergo vera viuificatio è Spiritu, nō è mortalis Adami carne, siue carnali, & crassa, & terrestri intelligentia. Est mundo & carni incognita spiritalis, & sacramentalis manducatio. Caro & sanguis neq; diuersantur, neque locum habent in spiritaliter manducantiū classe. Hæc manducatio non est alicuius animalis emortui, in macello venditi, & à cocis apparati, qualem putabant huiusmodi carnales Iudæi: sed est veræ & viuificæ carnis Christi digna susceptio sacramētalis, qua totus Christus per os in stomachū traijcitur cum fide viua, aut spiritualis solùm, qua certò statuit quis apud se, Christum exhibuisse corpus suum cruci, & sanguinem proprium effudisse pro mundi vita: quòd beneficium crucis ex animo petit sibi conferri, & sentire se cum Christo mortuum ipsi mundo, & resurrexisse ad vitam cum illo.

Caro mors.

Manducatio spiritualis carnis incognita. Manducatio sacramentalis.

Manducatio spiritualis.

[VERBA, quæ ego loquutus sum vobis, Spiritus & vita sunt.] Pergit illos à carnali intelligentia reuocare: Quasi diceret, Si carnales adhuc estis, nolite sermonem meum auersari, quum nondum, vt oportet, intelligatis, sed orate, & operam nauate, vt cognoscatis, & credatis totum corpus meum viuifica Spiritus virtute plenum esse. Verba enim, quæ loquutus sum vobis, non sunt carnalia, hoc est, de nuda & terrestri natura carnis, quemadmodum vos interpretamini, sed de Spiritu, & de vita æterna vobis sermonem feci: non enim natura carnis, viuificū reddit Spiritum, sed Spiritus virtus, viuificā, carnem efficit. Verba ergo, quæ ego loquutus sum, SPIRITVS, id est, spiritalia, & de spiritu, & VITA, id est, de viuifica, & naturali vita sunt. Quæ qui secundum carnem audit, nihil lucratur, nihil vtilitatis accipit. Carnale est, dubitare quomodo de cælo descendit, arbitrari ipsum esse purum hominem, & filium Ioseph: & quomodo possit nobis dare carnem suam ad manducandum. Non ergo sunt carnaliter intelligenda, quæ Christus dixit, Ni-

Verba Christi sunt Spiritus & vita.

Carnalis opinio.

Carnaliter intelligere.

si manducaueritis,&c. Rogabit aliquis: Quid est carnaliter intelligere? Respondet Chrysostomus, Simpliciter vt res dicuntur, neque aliud quippiam excogitare. Non enim ita iudicanda sunt, quæ videntur, sed mysteria omnia interioribus oculis considerandа, hoc est, spiritaliter. Sermo Christi spiritus est, hoc est, spiritalis, quia intellectum eius Spiritus Sanctus reuelat. Et Vita, hoc est, vitalis ab effectu, quia verè credentibus, veluti ipsi Christo (qui vita est) copulatis, vitam affert æternam, nihil mortis, & carnis habens. Sunt ergo illa spiritaliter intelligenda. Intellexisti spiritaliter, Spiritus & Vita sunt: intellexisti carnaliter, hoc est, panem illum è cælo manducandum. sicut alium cibum, aut veluti carnem in macello emptam, & etiam sic illa Spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt. Aut dici potest in alium sensum per quandam metonymiam: Res significatæ per verba, quæ loquutus sum vobis de carnis meæ manducatione, sunt Spiritus & vita, tum ex parte rei manducandæ, quia caro Christi manducãda habet rationem cibi, ex spiritu quidem deitatis & charitatis eius, & ex vita diuina, atq; spiritali existente in ipso: tũ ex parte actus manducandi: quia manducare corpus Christi, est actus non carnalis, sed spiritualis & diuinus, comitatus vera vita, quam secum aduehat: tum ex parte effectus, quia viuificatur homo & spiritalis redditur, cui ex mysticis & tam arcanis rebus susceptis, confertur vera & æterna vita. Huc pertinet quod ait Dauid, Psalmo 118. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me.

Pseudo discipuli.

[SED sunt quidã ex vobis, qui non credunt.] Arguit quosdã infidelitatis, ostendens se Deum esse, dum quæ corde premuntur, reuelat. Dicens QVIDAM (ait Theophylactus) discipulos excepit. Videtur ad hunc modum Christus dicere, Intelligo quibusdã hæc vana videri, nõ ignarus quosdam inter vos esse, qui dictis meis fidem nõ habent, & panem vitæ oblatum respuentes, quæ dixi auersantur. Obserua: Non ait, Non intelligunt, sed, Non credunt. Cur ita? Quia negata causa, negatur effectus. Intelligentiæ causa est fides, doctore Esaia, Nisi credideritis, non intelligetis. Non ergo intelligunt, quia non credunt. Per fidem (ait Augustinus) copulamur, per intellectum

Fides est causa veræ intelligẽtiæ.

Fides copulat, intellectus vnificat.

tellectum viuificamur, priùs hæreamus per fidem, vt fit quod viuificet per intellectũ. Nam qui nõ hæret, resistit: qui resistit, non credit. Sunt ergo quidã, qui nõ credunt: credant, & aperiantur aperiãt, & illuminabuntur. Hæc ille. Plerique verba Domini nõ intelligebant: quia si Christo, vt magistro vitæ, fidem habuissent, facilè cognouissent ipsius sermonem non durum esse, sed vitæ æternæ. Quare nõ est duritia sermonis, occasio scãdali, propter quod murmurabant, & litigabant, sed incredulitas quorundam. Cur non crediderunt? quia noluerunt. Arrogantes enim Phariſæi (ait Cyrillus) & duræ ceruicis Pontifices, seniores q; populi quamuis Mosis & Prophetarum scripturis docti fuissent, credere tamen noluerunt, sed maliguis eorum consilijs indigni vita æterna comperti, Dei Patris illuminationem non receperunt. Nec ideò iniustus est Deus, iram suam istis reseruans, imò vt naturã iustus, omnia rectè ac suæ naturæ conuenienter determinat, quamuis dispensationis suæ viam nos ignoremus. Cognouit autem omnes IESVS fideles simul atque incredulos, & ipsum impietatis ministrũ. Hactenus ille.

Magister Vitæ, Christus.

[SCIEBAT enim ab initio Iesus qui essent credentes.] Aetiologia est, qua reddit rationem Euangelista vnde increduli erga sermonem de cælesti pane vitæ, Christum non latuerunt. Antequam iacerentur mundi fundamenta, & antequam hæc verba faceret, sciebat IESVS quinam ex discipulis essent crediturі.

Iudas incredulorum typus.

[ET quis traditurus esset eum.] Proditoris malitiam indicans, ostendit ipsius Christi deitatem. Alludit ad Iudam, & sic à Iudæ persona, ad omnes incredulos. Sciebat IESVS inter duodecim discipulos, quibus Apostolici cognominis honorem indulsit, quos sibi veluti certissimos amicos peculiariter delegit, vnũ fore, qui se Iudæis proderet ad necem. Charitatis erat, quòd proditoris nomen non crimen siluit, vt omnes sibi timerent, quamuis vnus periret. Nihil his præsens Iudas perterritus, remansit ad insidiandum, non ad intelligendum.

[ET dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.] Quia non humani, sed diuini, est ingenij, posse Deũ in humana forma latentẽ cognoscere (est enim donũ Dei fides) nemo

vestrûm eò conditionis conscendet (adeo res magna est, scilicet credere Christũ esse Deum, panẽ vitæ è cælo, vitę authorem, Verbum esse, virtutem, & potentiam Dei) nisi à Deo Patre cognitionem acceperit. Quid rogo, profuerit vocem Christi audiuisse, corpus vidisse & contigisse, nisi Pater cælestis dederit oculos fidei, quibus saluberiter conspicitur Christus: nisi dederit aures mentis cælestes, quibus cum fructu auditur? Obserua. VENIRE, non est obiter tantùm credere, sed est persuaderi: oportet certè Patri vocanti voluntatem cooperari. Nam qui à voluntate nõ adiuuatur (ait Theophylactus) etiam si à Deo assumitur, non percipit vtilitatem. Verbi gratia, Omnibus dat Deus, sed hoc quidam & sumunt bene, & vtuntur eo quod datur, & custodientes illud, ostendunt Deo donum: quidam autem recipiunt, sed ea, quæ dantur, disperdunt, ita vt nihil accepisse videãtur. Quum ergo dictum est, NISI fuerit alicui datum à Patre, non poterit venire ad Filium: id est, Ille venit ad Filium, cui daturus est Pater: hoc est, à quo custoditum fuerit donum à Deo, quod illi datum est. Hactenus ille. Huc pertinet quod in hunc locum dicit Chrysostomus, cuius verba subscribere non pigebit. Non vi & necessitate (inquit) quadam Deus bonos facere consueuit, neq; electio eius violenta est, sed suasoria. Vt enim intelligas, inquit, non cogi vocatione, multos vocatos perire continget. Quamobrem cõstat in nostro esse arbitrio, an saluemur, an perdamur. Hæc ille. Obserua: quum dicit, A patre meo, suadet eis vt suum Patrem Deum, non Ioseph arbitrarentur. Item Pater trahit Spiritu: datur autem Spiritus per Christum. Christus prædicat verbum Euangelij: nihil non tentat, facitque Christus, vt saluemur.

Verbum.

Oculus, quo Christus videtur.

Venire.

Electio nõ est violenta.

Liberum arbitrium.

Saluari aut perdi est nobis liberum.

[EX HOC multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant.] Quum ægroti essent multorum animi, & mens terrenis cupiditatibus occupata esset, quæ præter crassam Mosaicæ legis religionem nihil cęleste carperet, multi non solùm e Populo, verùm etiam EX IIS v discipulis, qui hactenus illum sequuti fuerant, defecerunt à magistro, perfectiorem aspernati disciplinam, & plenam bonis orationem abijcientes. Vnde qui proficere debuerant (si rectè sibi consuluissent) facti sunt

Impij sua ipsorum voluntate retrò abeũt, & pereunt.

sunt deteriores, adeò vt etiã à cõsuetudine, cõuictúque se subducentes, veluti ipso facto doctrinã illius dãnantes, in dementiam suã delapsi, retrò abeunt, neq; cũ illo ambulant miseri, sed asperа delictorũ suorum itinera diuertunt. Huius rei figura est apud Moysen, Numeri cap. 14. Nã posteaquàm dura itinera peregerũt Iudęi, vastas solitudines trãsierunt, & terræ promissę proximi fuerunt, tunc Iosue cũ his, qui exploratũ in terrã promissam abierant, narrans populo loci amœnitatem, Terra (inquit) quam circumiuimus, valde bona est: si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantẽ. Alij quòd illic vidissent filios gigantum, cæteráque horroris plena, auditores terrebãt. Vnde quidam aderant Hebræi obruendũ esse lapidibus ipsum Iosue conclamabant, promissionibus Dei (quasi non posset eos facilè illuc deducere) nihil attendentes. Horũ incredulitas Dominum iritauit, vt indignos repromissionis terra priuauerit, Psalmo 94. Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Nam retrò iussit eos redire, dicens Moysi, Conuertimini ad viã maris rubri. Idque factum est iure optimo: nam nolentes ire quò vocabantur, redire meritò iubentur. Ad hunc modum his retrò redeuntibus contigit: nam quum viã, qua in cælum itur, proponeretur, ab ea se subducunt, & incredulitate sua dirigentem in viam rectam contemnunt, & se à magistro diuidunt, cum quo sua morositate ambulare nolunt. Proinde qui seipsum à Christo diuidit, retrorsum abit: qui autẽ in fide promouet, & proficit, Domino adhæret, & semper se ad anteriora extẽdit, vt docet Paulus ad Philippenses, capite 3. Vnum autem (inquit) quę quidem retrò sunt obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo IESV. Obserua: quum dicit, EX HOC, subaudiendũ est, tempore, ABIERVNT retrò, & non sequuti sunt Dominum, sed Satanam. Petro quidem (Matthæi capite 16.) dictum est, Vade post me Satana, scandalum es mihi. Sed ille retrò abiens, sequutus est Dominum, vt non esset Satanas ambulando post Dominum. Volens præcedere Dominum, & contilium dare ne moreretur ille, qui venerat vt pro mundi

Abire retrò.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vita morereturSatanas erat:sed posteaquàm se morigerum præstitit suo Domino,& eũ est sequutus, desijt esse Satanas,& factus est discipulus:nõ enim est discipulus supra magistrũ.Meminit Paulus(1.ad Tim. cap.5.) quarũdam mulierũ.quæ, ait,conuersæ sunt retrò post Satanã.

Beneficiũ non cõferur in inuitum.

[DIXIT ergo Iesus ad duodecim, Nũquid & vos vultis abire?] Posteaquam permisit retrò abire qui retrò abeunt (neque enim beneficium conferre in inuitos,neque nolentes saluos facere vult) conuertitur ad discipulos,formam exhibens Euangelicis doctoribus.Nam abeuntibus nihil conuiciatur,ne suam gloriam quæhuisse videatur magis, quàm illorum salutem, nec præsentes rogat vt remaneãt,quasi illorum comitatu & opera indigere videatur: sed pathetica interrogatione vtitur,an cum illis vellent abire,vt hac interrogatione ad confessionem rectę fidei prouocaret. Vos,scilicet quos peculiariter meos Apostolos elegi,vultis abire,tanquam offensi his quæ ego dixi? Ac si diceret: Si oratione mea ellis persuasi,si omnia,quæ à me audistis,mysteria,fide suscipitis,si nullam accusationem verbis meis affertis,si more aliorũ nõ dicitis. Quomodo hic potest carnem suam nobis dare ad manducandum:non abibitis, libenter vos video,& credentes amplexabor:sin vero abire vultis,ibo nam vos cũ reliquis abire.Obserua:non dixit,Abite, aut facessite hinc:hoc enim repellentis fuisset sed interrogauit,Nunquid vultis abire?quo verbo eis liberum faciebat: elicies illorum professionem, vt nec hos blanditijs retineret,veluti suum agens negotium potius,quàm illorum:nec minis aut iniurijs territaret, ne coacti magis, quàm persuasi,IESVM sequi viderentur.

[RESPONDIT ergo ei Simõ Petrus.] Vehemens in Petro charitas,& verę fidei ad cõfitendũ ardor,de omnibus quod optimũ sit pollicens.Nã quod sentiebat ipse de Domino sentire & collegas nihil addubitabat: quam & pro ipsis,nulla ante facta apud eos huius inquisitione respõdit.Per vnũ qui præerat(ait Cyrillus)omnes respõdent sanctam profecto, sanctisq; congruentẽ disciplinã optime conseruantes,& posteritatibus prudentiæ, atque modestiæ laudabilia præbentes exempla. Decet enim non omnes confuse,nec prosilientes imprudenter, quasi rapta

rapta vti oratione:sed credere ijs,qui & consilio,& ordine præpositi sunt.Opus igitur erat diuinitus comprobatæ prudentiæ,soli responsionẽ committere illi,qui ordine maior erat. Hæc ille. Proinde Petrus & reliqui Apostoli ex illis sunt,quibus Pater dedit ad Christum venire, & in illum credere. Quare non recedunt, sed quod intus habent,& in animis credunt,illud foris, & palam ore vnius,totius Ecclesiæ personam gerentis,magna alacritate confitentur,& respondent.

Dominus.

[DOMINE.] Primo verbo Petrus captat benevolentiam,quo statim insinuat quid de Christo sentiat,nempe Dominum,hoc est,potentem, cui vniuersa subijciantur.

Petri feruens charitas.

[AD quem ibimus?] Ad quem, qui tibi par esse possit,confugiemus? Abiit hoc, Domine, vt te deseramus. Quis nos tam salubria & ardua mysteria docere potest? Non ignoramus quàm frigida sint ea, quæ docent Pharisæi,& huius seculi sapientes Philosophi. Quũmq; audierimus Ioannem de te testificantem, ad quem aliũ abibimus? Quos in hoc sodalitium admisisti, non abiges,qui nullum non recipis. Non eò vsque dementia nos occupauit, vt velimus mutare Dominum, mutaturi in peius,quemcunque delegerimus.

Verba vitæ æterng.

[VERBA vitæ æternæ habes.] Cur igitur discedere mus?apud quẽ meliora inueniemus?quũ tu nõ dura(vt illi retrò abeũtes dicunt) verba, sed æternæ vitæ habeas:id est,verba, quæ fideles ad vitã æternã conducere possunt. Tu tuapte naturà es vita æterna,& alios in æternũ viuere facis,& doctrina tua efficax est vitæ æternę,ipsum Spiritũ Dei,& vitã ipsam spirãs. Hęc est excellẽs illa & magnifica fides,aduersus quã nõ pręualẽt inferorũ portę,& quę habentẽ facit verũ Ecclesiæ mẽbrum. Cõmendat Petrus Christũ à cõmodo & vtili omnibus cõmunicãdo, non à diuitijs,& rebus seculi,sed à vita nõ tẽporali, sed æterna. Didicerat hoc respõsum nõ à carne & sanguine, sed spiritu Christi,& à præceptore,qui paulò ante dixerat,Amen, amen dico vobis,qui credit in me, habet vitam ęternam.

Fides magnifica.

Inferorũ portæ fide frangũtur.

Ecclesiæ membra fide sumꝰ.

Petri cõfessio de Christo.

[ET nos credimus,& cognouimus,quia tu es Christus Filius Dei.] Credimus primò,deinde cognoscimus, qa ad hanẽ spiritalẽ cognitionẽ nõ est accessus nisi per fidẽ. Credimus,vt cognoscamus. Nisi crediderit is,nõ intelligetis,

Credimus vt cognoscamus.

Christus qualis nobis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Magnifica Petri cõfessio de Christo.

getis, Esaię ca. 7. Nõ solũ credimus, id est, fide & certò apud nos statuimus absq; vlla dubitatiõe, verũetiã cognouimus diuinitatis operibus, miraculis, & diuina edocti reuelatione, te esse Christum illum verũ Messiã in lege & Prophetis promissum, regem verum ad regendas, defendásque hominum conscientias, & sacerdotem verum ad interpellandum pro nóbis apud Patrem. Te, inquam, esse Filium Dei, hoc est, verum Deum cum Patre Deorum quo pater vult redimere genus humanũ lapsu Adę perditum: in quo Pater habet beneplacentiam: qui das in carne tua & sanguine tuo id, quod es, & à quo solo speranda sit omnibus æterna salus. Ex hac Petri responsione apertè ostenditur quis fuerit totius orationis Christi status: vtique ostendere id, quod Petrus hoc loco confessus est, nempe ipsum Christum esse Filium Dei, esse panem vitæ, & cælestem. Hoc idem fuit, quod & alios incredulos turbauit, & à Domino alienauit.

Nota diligẽter

Euangelij summa.

Status Christi qualis fuit.

[RESPONDIT eis Iesus.] Prædicationem illam Petri de se magnificam, neque commendauit, qui auram popularem non venerat venaturus, neque admiratus est, sed tacito quodam consensu confessionem illam approbans, cœpit actioribus quibusdam verbis eos confirmare. Quos dum attentos reddit, simul corrigit & id, quod Petrus dixerat, Et credimus, & cognouimus: detegens illius hypocrisin, qui non corde confessus est.

[NONNE ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est?] Emphaticè hæc pronuntiat Christus, quasi admirans Iudæ hypocrisin, & futuram perfidiam. Quid admiramini aliquot à me defecisse, & retrò abijsse? Ad salutem vigili & studioso labore opus est: lubrica enim admodum est perditionis via, quæ non solùm imbecillorum, sed & magnatum mentes decipit. Hæc vt vobis aperiam, non eorum, qui iam retrò abierunt, sed domestico, hoc est, vestro exemplo vtar. Nonne ego vos vt eximios ex omnibus delegi? & tamen è tam paucis, & singulariter delectis, vnus est, qui, quanquàm vobiscum ore confiteatur me habere verba vitæ, & quòd sim Christus Filius Dei, tamen corde non credit, & est meus aduersarius, & proditor meus. DIABOLVS est, id est, delator & calumniator, delaturus eum, cuius corpus ederit, & sanguinem biberit, iuxta carnem, non spiritum: cuius audierit sermonem, cuius miracula conspexerit. Etenim re ipsa talis apparuit Iudas, calumnians apud Iudæos Dominum, & mysteria eius illis afferens: sicut & Dauid de ipso dixit, Psalmo 40. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Vigilantiores ergo facit omnes, dum nominatim proditorem non dicit, sed vni generaliter tantæ impietatis onus imminere affirmãs, solicitos omnes reddit, & horrore ad maiorem vigilantiam erigit. Diabolum vocat, diaboli ministrum: nam sicut qui Domino adhæret, vnus cum eo spiritus est, 1. Corinth. cap. 6. ita & qui diabolo adhæret, vnus cum eo est. Quum dixit Iudam diabolum esse, significauit hostem suum esse, non discipulum, licet esset cum alijs delectus in numerum discipulorum externo scilicet delectu, agerétque etiam inter illos.

Perditionis via lubrica.

Diabolus.

Iudas diabolus.

[DICEBAT autem de Iuda Simonis Iscariotæ.] Hæc per exegesim & ænigmaticæ loquutionis Christi expositionem, Euangelista appendit, vt intelligeremus quem Christus significaret diabolum inter discipulos esse. Cuius cognomen addidit, siue vt discerneret à Iuda fratre Iacobi (qui idem Taddæus Lebbæus dictus est, vt sit trinomius:) siue vt ex cognomine Iscariotæ, significaret eum ei facinori natum, quòd Iscar Hebræis sonat mercedem: nam mercede Iudas vendidit Christum. Arq. à tribu Issachar (vnde fuit oriundus) nomẽ fortitus videtur. Quanquàm non desunt, qui à viculo Iscara cognomen deductum malint. Iscariotes, penultima longa, interpretatur vir occisionis, vel exterminationis, vel mortis.

Iudas Taddæus. Iscariota.

Iudas vnde Iscariotes dictus.

[HIC enim erat traditurus eum, quum esset vnus ex duodecim.] Exaggeratio est facinoris Iudæ. Hac appẽdice videtur Euangelista vehemẽter admirari de Iuda: quemadmodum & quilibet nostrũm cum admiratione hoc veluti monimentum, ob oculos habere debet: quò studiosiores, vigilantioresque contendamus ad propositum nobis brauium. Nam si is, qui in chorum Apostolorum annumeratus erat, qui signa fecerat (ipse enim cum alijs ad sanandos ægrotos, leprosos mundandos, & alia pietatis officia exercenda, missus erat) ex quo auaritiæ laqueis

Auaritia radix omnium malorum.

laqueis est irretitus, nihil ei, neque munus Apostolicum neque Christi consuetudo, non exhortatio, non lotio pedum, non communicatio sanctæ cœnæ, non loculorum custodia profuit, sed grauius sibi præcipitium parauit: magno studio contendendum nobis erit, ne post tantam à Christo susceptam gratiam, Iudam per auaritiam imitemur. Nam qui fame confectum, vel frigore cõtemnit, supplicij Iudæ reus erit: & qui indigne Eucharistiam (panem vitæ è cælo) susceperit, eo supplicio, quo Christi interfectores, punietur.

CONCILIATIO PRIMA.

Quid istud est, quòd Christus ipse, qui Euangelicã paupertatem omnium absolutissimè obseruauit, neque tantillùm pro crastino die fuit solicitus, vti docuit Matth. capi. 6. nihilò minùs hîc aliquem secum habuisse commeatum fertur, ducentos denarios, quinque panes, & duos pisces. Respondeo, Paupertatem Euangelicam, & solicitudinis vacuitatem, non in eo maxime sitam esse, quòd prorsus nihil habeamus. Nam Abraham & Isaac multis dotati diuitijs eam induerant paupertatẽ, quæ optimos decet Christianos, vixeruntque procul à cura & solicitudine: sed sita potiùs est in libero corde, & spiritu paupere, nulli rei temporariæ vel curæ addicto. Quod maximè suo exemplo præstitit Christus cum discipulis.

Paupertas Euangelica.

CONCILIATIO SECVNDA.

Pugnare videtur hic locus, Non Moyses dedit vobis panem de cælo verũ: cũ eo Pauli 1. ad Corint. cap. 10. Nolo enim (inquit) vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierũt, & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, & in mari, & omnes eandẽ escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt: bibebant autem de spirituali consequente eos petra: petra autem erat Christus. Si eandem escam manducauerunt spiritus Iem: quomodo dicitur, Non Moyses dedit vobis panem? Respondeo. Scio quosdam maligno spiritu ductos, qui hac Pauli authoritate, & grauissimi cuiusdam authoris annotatione, veluti clypeo fortissimo sese muniunt aduersus veritatem catholicam, vt suũ errorem defendant, quo asserunt in sacramento altaris non esse præsens corpus Iesu Christi. Paulus relatiuũ illud (Randẽ) nõ eò refert, vt eandem escã, & eundem potum, referas ad illam escam, & illum potum, de quo saluator ait, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus. Illi neque corpus, neque sanguinem CHRISTI sumpserunt. Nos autem & corpus, & sanguinem CHRISTI sub speciebus panis & vini realiter, & sacramentaliter sumimus, & manducamus. Sed Paulus eleganti collatione, vult ne efferamur, quòd baptizati & Christiani simus, putantes id satis nobis esse, quòd titulos, & nomina Christianorum ferimus. Quoniam hæc dona nihil nobis profutura sunt, sicut nec multis Iudæis multa beneficia in liberatione ab Aegypto profuerunt, nisi nos diuina gratia dignos exhibeamus. Quasi dicat: Tametsi omnes baptizati sumus in eodem nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & omnes manducemus idem corpus CHRISTI, & eundem CHRISTI sanguinem bibamus: non tamen id sufficiens, propinquũque nobis erit argumentum, quo asseramus æque in omnibus nobis beneplacitum esse Deo, qualemqualem duxerimus vitam, post hæc beneficia Dei recepta. Nam quemadmodum omnes illi, tempore Moysi eandem escam comederunt, & eandem aquam potauerunt cùm boni, tum mali: eandem enim biberunt Dathan & Abirom, quam Moyses & Aaron, eandémque Chore, quam Caleph, aut Iosue: eisdémque beneficijs in liberatione ab Aegypto donati sunt: Ex his tamen multi, Deo non fuerunt accepti, vt introduceret eos in terram promissionis: ita nec complacitum erit ei, vt introducat nos tantis, eisdémque beneficijs cumulatos, in regnum suum, si fuerimus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt: si fornicati fuerimus, sicut & illi fornicati sunt: si tentauerimus, murmurauerimúsque sicut & illi. Non ergo eandem escam, quam nos, patres illi Moyses & Aaron comederunt: omnia enim illis in figura contingebant: Nobis autem veritas data est per Iesum Christum, quem verè recipimus sub specie panis & vini. Huc referre nõ pigebit quod Chrysostomus de veritate corporis & sanguinis in Eucharistia tradit. Animaduertis, inquit, Pauli sapientiã, quo pacto vtrorumque, hoc est, & illorũ, quæ Iudæis

Pauli locus de Eucharistia declaratus.

Christianismi titulo tenus non gaudendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæris priùs exhibuit, & istorum, quæ iam exhibet Christianis, Christum largitorem ostendit: & in hac parte figuram iuxta veritatem adducit. Qui enim illa illis præbuit, inquit, his etiam hanc præparauit mensam. Et ipse idem & illos per mare, & te per baptismum adduxit. Et illis manna & aquam, tibi verò corpus & sanguinem dedit. Et ipsius munera huiusmodi sunt. Ecce mare, manna, aqua, figuræ fuerant: Baptismus autem, & corpus, & sanguis Christi, ipsa veritas. Quòd si Angelus de cælo descenderet, qui verba Pauli eò retorqueret, vt hæc ipsa, quę tunc in illa vmbra facta sunt, affirmaret eiusdem vim tutis esse, cuius sunt nostra sacramenta, quibus Ecclesia à suo sponso Christo donata est, id veluti anathema constanter reijciendum esset.

Argumẽta cõtra studiosos sacrarum literarum.

CONCILIATIO TERTIA.

Pugnare in speciem videtur hic locus, Et erunt omnes dociles Dei: cum eo, qui scriptus est superiore cap. 5. Scrutamini scripturas. Audio certè quosdam tam pestilenti animo esse, vt sacræ scripturæ lectionem fastidiant, & amarulenter proscindant. Quidam vt me à sacra lectione auocaret, aiebat, Non est necesse, te esse legis & Scripturæ peritum, sed Deo doctum: Scriptura est. Nõ oportet virum Christianum nimiùm creaturę addictum esse. Deum vnicum audire necessarium est: cuius voces e cælo expectandæ sunt, vt erudiat. Beatus vir, inquit Dauid, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. Si patriarchis, Prophetis, & sanctis viris olim in somnis & visionibus (illis enim loquitur) est loquutus, cur non & hodie similiter nobis loquetur? Scriptura est quædam res mortua: ne putes è Scripturis te doctum iri: è cælis, nõ è libris oportet pendeas: citra omne mediũ Spiritus Sanctus nobis illabitur. Hæc sunt virulenta Satanæ, & diffectus nobis illabitur. Hæc sunt virulenta Satanæ, & diffectus pulorũ eius tela, quæ spiritalibus iaculis referienda sunt. Heus tu, vrgebis me fortasis, ne fame laborans panẽ flagitem, sed aperto ore in cęlum expectem Angelum à Deo missum, qui apparatum prandium afferat, & pascat: an suadebis mihi, neque edendum, neque bibendũ esse, quia aliàs citra omne medium, quosdam pauit Dominus, idq; nunc posit & velit præter omnem cibum æquè pascere, atq; pane adhibito. Hoc certè potest Dei omnipotentia, sed non

Soluuntur argumenta carnalium dissuadentiũ lectionem Scripturarum.

sed non vult: cui quia ita placitum est, vt certis mediis finem assequamur, quid tanto delirio ductaris, vt velis Deo leges præscribere, imò Deum cogere, faciat quicquid tibi placuerit? Deus vult nos saluos fieri: sed sic statuit vt pulsemus, & petamus, antequam nobis aperiatur, & salus nobis cõtingat. Deus vult nos pascere pane: sed statuit terram colamus, semen tem in terrã proijciamus, metamus, colligamus grana, pinsamus, coquamúsq; panem, & eo vescamur. Potest creare ex nihilo hominem, & tamẽ ordinauit matrimoniũ, vt hoc medio nascerẽtur homines. Quid igitur ordinationi Dei reũstere contendis? Scripturis, veluti organo, vult vtamur ad eruditionem: his nostris oculis Scripturam videmus, & auribus prolatam audimus: at ipse Dominus spiritu, & gratia intus docet. Non sunt creaturæ contemnendæ: quas qui contempserit, & illarum authorem Deum contemnit, & reijcit. In creaturis enim creatorem agnoscere, venerari, & quærere oportet. Vnde quemadmodum in fascijs Puer IESVS erat obuolutus, ita & in Scripturis tectus reperietur: qui ad illas Iudæos mittit Ioannis 5. Scrutamini Scripturas, illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. En, vides Scripturas testes esse IESV Christi: vt sunt omnes creaturæ, Dei testimonia sunt. Scripturas ergo sacras amplexemur, quas Deus legendas tradidit, tanquam voluntatis diuinæ indices. Roma. capit. 15. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem Scripturarum spem habeamus. Scripturis, veluti quodam infusorio, vult Deus nos docere, instituere, monere, terrere, & consolari: quas qui repellere voluerit, Anathema sit. Audiamus quid de Scripturarum dignitate senserint Apostoli. In primis iuratissimus ille IESV Christi orator Paulus 1. ad Timotheum, capite 4. clamat, Dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Et 2. ad Timotheum capite 3. Tu verò permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris: & quòd ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutẽ, per fidẽ, quæ est in Christo Iesu. Agnosce quid hic Paulus ait, Scripturas erudire ad salutem per fidem. Quid enim iuuat legisse, si neque attendas, neq; credas lectioni? Si

Media ad finẽ non contemnenda.

Scripturæ testes Christi.

Scripturarum encomium.

fide legas, ad salutem te instituunt, & per fidem vitam regenerant: nam de hoc te certiorem facit Spiritus Sanctus, qui in corde tuo est veluti arrabo, & pignus tuæ salutis, 1. Corinth. 1. & Ephes. capit. 1. Deinde copiosiorem Scripturarum fructum Paulus expendit, dicens, Omnis Scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Huc pertinet quod Petrus 2. Epist. capit. 1. ait. Habemus firmiorem Prophetícum sermonem, cui benefacitis, attendentes, quasi lucernæ lucenti in loco caliginoso, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Per Scripturas ergo, quarum nomine etiam vocalem prædicationem (per quam plerunque Spiritus Sanctus distribuitur credentibus) intelligimus. Ad hunc modum dicebat Paulus 1. ad Thessal. capit. 2. Non gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam quum accepisseris à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. Ephes. capit. 1. Quum audissetis verbum veritatis, Euangelium salutis vestræ; in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. Adhæc quoties Christus Scripturas citat? quoties ad Scripturas remittit? quoties hanc vocem emittit, Sicut Scriptum est? Adde Euangelium, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis, Roma. capit. 1. Et per Prophetícas scripturas patefactum est, Roma. capit. 16. Et Christus arguit Sadducæos Scripturæ ignaros, Matthæi ca. 22. Non sunt ergo audiendi, qui quibusdam technis & astutis verbis, auocare nos volunt à Scripturarum lectione, aut vocali prædicatione, quæ fit ab homine Apostolico. Interim tamen orãduv est Deus Pater, interim doceat, & scribat legẽ suam in cordibus nostris, vt ea, quæ auribus audiuimus, capiamus mẽte, credamus, & salui simus. Docet quidẽ Deus Spiritu, nihilominus vtitur externo & hominũ ministerio. Est certè verbũ Dei Scripturis, velut vasculo cõseruatũ, & illis ad nos delatum. Velle vel le audire vocem de cælo, est tentatio Dei: cùm possis è Scriptu-

Tentare Deũ.

Scripturis, quasi medio, à Deo doceri voluntatem diuinam. Similiter velle pasci è cælis, quum panẽ habeas ad manũ, irrisio Dei est. Nõ sunt profectò media ad aliquid consequẽdum contemnenda, quæ intelligimus à Deo ordinata esse. Vnde Paulus 1. Cor. cap. 3. dicebat, Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autẽ incrementum dedit. Et rursus, Dei adiutores sumus. Cur? Quia verbum Dei, & Scripturas sacras prædicabat. Proinde Christus vocat Apostolos, Lucem mundi, sal terræ, ob ministerium verbi Dei: quódque de ipso vera luce testarentur, & condirent, atque salirent homines legis, atq; Euangelij prædicatione: quòd verbum veritatis circunferrent, ac spargerẽt in omnes credentes, vt sale hoc saliti non fœterent, sed Christi bonus odor fierent. Ex his colligamus amplexandas esse sacras literas, in illisque toto nisu versandũ esse: quibus, tanquam medio, ad veri cognitionẽ vtamur: respuentes Anabaptistarum errorem, qui solo Spiritu duci volunt, sine vllo medio.

Apostoli cur dicti ministri.

Anabaptistarum error.

CAPVT VII.

POst hæc autem [1] ambulabat Iesus in Galilæã: [a] non enim volebat in Iudæã ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum, [b] [2] Scenopegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius, Transi hinc, & vade in Iudęam, vt & discipuli tui videãt opera tua, quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in [3] palàm

a Iesus fugit Iudæos homicidas.

b Scenopegia.

1 Ambulabat) variabatur Iesus in Galilæa.

2 Scenopegia) id est, festum tabernaculorum.

3 Palàm) libertate.

C 2 esse:

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse: [4] Si hæc facis, manifesta teipsum mundo. Neq; enim [c] fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis Iesus, Tempus meum nondum [5] aduenit: tempus autem vestrū semper est paratum. Non potest mundus odisse vos, [d] me autem odit: quia ego testimoniū perhibeo de illo, quòd opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diē festum hunc, ego enim [6] non ascendā ad diem festum istum: quia meum tēpus nondū impletū est. Hæc quum dixisset, ipse mānsit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, nō manifestè, sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant, Vbi est ille? Et murmur multum erat in turba de eo. [e] Quidā enim dicebant, Quia bonus est: alij autē dicebant, Non: sed seducit turbas. Nemo tamē palàm loquebatur de illo, propter metū Iudęorū. [7] Iam autem die festo [8] circa festi medium ascendit Iesus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudęi dicentes, Quomodo hic literas scit, quum non didicerit? Respōdit eis Iesus, & dixit, [f] Mea doctrina, non est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatē eius facere, cognoscet de doctrina, [8] vtrū ex Deo sit, an ego à meipso loquar. [8] Qui

4 Si hęc facis) vel quum talia facias.
5 Aduenit) adest.
c Affines Christi infideles.
d Christus quare odio habitus.
6 Non ascendam) nondum ascēdo, id est, nondum ascēturus sum.
e Iudicij populi de Christo.
7 Iam autem die festo) circa festi medium.
f Christus docet.
8 Vtrum ex Deo, &c.) id est, an à Deo missus sim ego qui loquor vobis.
g Patri omnia tribuit.

Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit, Dæmonium habes: quis te quærit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis, Vnum opus feci, & omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circuncisionē: [9] non quia ex Moyse est, sed ex patribus: [10] & in Sabbato circuncidit is hominem. Si circuncisionem accipit homo in Sabbato, vt non soluatur lex Moysi, mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in Sabbato? Nolite [h] iudicare secundum [11] faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam [12] ex Ierosolymis, Nonne hic est, quem quærunt interficere? Ecce [13] palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem quum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens, Et me scitis, & vnde sim scitis: & à meipso non veni, sed est [14] verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio

Leuit. 12. 3

h Iudicare. Deuter. 1. c

9 Non quia ex) id est, quæ non modo à Moyse est, sed etiam ex patribus, Abrahā, Isaac, & Iacob ex quibus eā accepistis ante Moysen.
10 Et sabbato) q.d. si dies circuncisionis inciderit in sabbatum, dicitis circūcisionem fieri debere ex maiorum præcepto.
11 Faciē) aspectum.
12 Ex Ierosolymis.) Ierosolymitis.
13 Palàm) liberè.
14 Verus) verax, id est, fernās promissi.

eum: & si dixero quia nescio eũ, ero similis vobis mendax: sed scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebãt ergo eũ apprehẽdere: & nemo misit in eũ manus, quia nondum venerat [i] hora eius. De turba autẽ multi crediderunt in eũ, & dicebant, Christus quũ venerit, nũquid plura signa faciet, quã quę hic facit? Audierũt Pharisæi turbã murmurantẽ de illo hæc: & [k] miserũt principes, & Pharisæi ministros, vt appræhẽderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicũ tempus vobiscũ sum: & vado ad eũ qui me misit. Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos nõ potestis venire. Dixerũt ergo Iudæi [l] ad semetipsos: Quò hic iturus est, quia nõ inueniemus eũ? nũquid [m] in dispersionẽ Gẽtium iturus est, & docturus Gentes? [n] Quis est hic sermo, quem dixit, Quæretis me, & non inuenietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire? In nouissimo autẽ die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat, dicens, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, [o] Flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ viuæ. Hoc autẽ dixit de Spiritu, quẽ accepturi erãt credẽtes in eũ. Nondũ enim erat [p] Spiritus datus, quia

i Hora.

k Sacerdotes iubent Christum comprehendi.

l Ad semetipsos) inter se, vel in animis suis.

m In dispersionẽ) id est, ad Græcos per vniuersum terrarũ orbem dispersos & diffusos.

n Quis est, &c.) Quid sibi vult hic sermo.

o Flumina de, &c.) id est, de medio, id est, de corde eius, quæ maxima copia spiritus sancti me donabitur post ascensionem.

p Spiritus) supple Sanctus datus Apostolis.

quia Iesus nondũ erat glorificatus. [q] Ex illa ergo turba, quum audissent sermones eius, dicebant, Hic est verè Propheta. Alĳ dicebãt, Hic est Christus. Quidam autẽ dicebant, Nunquid à Galilæa venit Christus? Nonne Scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethlehem [r] castello vbi [s] erat Dauid, venit Christus? Dissensio itaq; facta est in turba propter eũ. Quidã autẽ ex ipsis volebãt apprehẽdere eũ: sed nemo misit super eũ manus. Venerũt ergo ministri ad Põtifices, & Pharisæos, & dixerũt eis illi, Quare nõ adduxistis illũ? Rnderũt ministri, [t] Nũquã sic loquutus est homo, sicut hic homo. Respõderũt ergo eis Pharisæi, [u] Nũquid & vos seducti estis? Nũquid ex principibus aliqs credidit in eũ, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc, quæ non nouit legem, [x] maledicti sunt. Dixit [y] Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis, Nunquid lex nostra iudicat hominẽ, nisi priùs audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Respondẽrunt, & dixerunt ei, Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & vide, quia à Galilæa Propheta nõ surgit. Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

q Dissensio in turba ob Christum.

r Castello) oppido.

s Erat) habitauit Dauid.

Michæ. 5. a Matth. 2. a

t Ministri sacerdotũ conuersi ad Christũ Pharisæorũ superciliũ.

x Maledicti) deuoti, execrabiles.

y Nicodemus, Ioan. 3. a

Post hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam. CAP. VII.

QVVM Dominus cælestia quædam, & homine maiora docuisset, longâque disputatione in Capharnao cũ Iudæis, post edita miracula (vnde magnam sibi conflauit apud suos inuidiam) aperuisset, quis & quantus esset, ambulabat, nõ otiabatur, sed diligenter, ac perpetuõ inuigilans suo officio, conuersabatur in Galilæa, huc & illuc pergens: nec amplius in Capharnao apud suos est versatus, quibus hõc erat cõtẽptior, quod familiaris & domesticus esset. Exaggerabat autẽ, & exacerbabat domus, ac parentum humilitas.

[NON enim volebat in Iudæa ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.] In Galilæa, cum alienigenis longo tẽpore fuit. Nã illi tutum nõ erat in Iudæa viuere, qp Iudæi, qui venerãt in Capharnaum, & cũ quibus in Capharnao Christus disputauerat, iandudum vitæ illius molirentur insidias. Quòd noluerit in Iudæa agere, non id fecit metu mortis, qui vt eam pro salute nostra ferret, de cælo descendit, sed consilio & prudentia Spiritus. Nam quanquam in forma Dei esset, & Deo æqualis, dissimulauit ad tempus Dei potentiam, vt verum agnosceremus eum hominem, & non phantasma, sicut falsò crediderunt Manichæi, Marcion, & Basilides: atque vt nobis similiter tentatis, in impotentia spem faceret. Præbebat & hic secessus discipulis imaginẽ futurorum, quibus futurum erat vt ob Iudæorum tum infidelitatem, tum crudelitatem, ad Gentes commigrare cogerentur, vt est in Actis, cap. 13. Aut declinabat Iudæam Dominus, non quasi formidolosus, in cuius manu erat, quoties visum fuisset e medijs insidijs elabi: sed quoniam congruã crucis tempus nondum aderat maximè, quum peragendi erant rei, quontã iam crudelitas faciebat vt apud alienigenas versaretur Christus. Obserua, QVÆREBANT. Verbum est studij & affectatæ voluntatis. Quum dicitur INTERFICERE, Eu præmium oblatæ gratiæ. Vnde apertissimum est, veritatem & Euangelium ciere infestissima odia, & maximas persequutiones, non suapte natura, sed id fit auditorũ, & aduersariorũ ipsissima malitia. Secessum hũc ad alienigenas prædixit Iere. cap. 12. Dereliq. inquit, domũ meã, dimisi hæreditatẽ meã, dedi animã meã dilectã in manus inimicorũ eius. Quod enim Gẽtes neglecto Deo creaturas colerẽt, inimici Dei dicebant.

Christus ad tẽpus Dei potẽtiam dissimulauit.

Iudæã cur declinauit Christus.

Veritatis merces, odium.

[ERAT autem in proximo, dies festus Iudæorũ Scenopegia.] Festus dies ac religiosus Iudæis instabat, Græcis dictus Scenopegia, à fingendis tabernaculis à σκηνὸς, quod est tabernaculum: & πήγνυμι figo, aut conglutino: quem celebrant in gratiarum actionẽ, tum propter conuectas fruges mense Septembri, tum ob memoriam priscorum Patriarcharum, qui fixerãt tabernacula quadraginta annis in deserto, aliti à Deo: vt scribitur Leuit. cap. 23. Ideo & tabernacula fiebant, & quasi sub dio agentes, lætabantur septem diebus: quorum primus incipiebat Sole existẽte in Libra, quum esset in oppositione Lunæ mensis septimi, qui nobis dicitur September. Non abs re meminit Euangelista diei festi, vt occasionem sequentis disputationis explicet. Nam ingens & copiosa hominum multitudo ex vniuersa Syria, ac finitimis etiam regionibus confluere solet Ierosolymam, ob templi celebritatem, cuius cultus & religio etiam apud Ethnicos, in pretio habebatur, suspiciebatur, venerabilis erat. Circunstantiæ temporum confirmant, quæ Ioannes infrà capit. 20. dicit, Multa quidem & alia signa fecit IESVS in cõspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Præcedente enim capite nihil aliud enarrauit Ioannes à festo Paschæ (quod celebrabatur ad primam oppositionem Lunæ ad Solem in Ariete) vsque ad Scenopegia (qui dies festi, quinque mensium interuallo à se distant) quàm miraculum de quinque panibus & duobus piscibus, & miraculum de discipulis ex maris tentatione seruatis, vnà cum concione illa perpetua de pane illo cælesti & permanente in vitam æternam. Quum tamen verisimile sit interea temporis adhuc multa alia & fecisse & docuisse.

Scenopegia.

[DIXERVNT autem ad eum fratres eius.] More scripturæ, fratres Domini Euangelista vocat contribules, coguatos & affines, qui rudes adhuc, & humanis affectibus obnoxij, iure propinquitatis freti, cõfidentiùs quàm par

Fratres domini.

Cognatorum Christi carnale consilium.

est, hortantur eum, & ei insultando monent.

[TRANSI hinc, & vade in Iudeam.] Hæc fratrum verba possunt accipi, vel vt contemptim dicta, vel vt prudenter, sed tamen carnaliter consulta. Si primum: Quasi dicerent, Si vera sunt ista tam magnifica, quę de teipso narras: si tantus es vir, quantum sonare videntur gloriæ quæ de te nobiscum etiam: si tu es Messias, quem te esse dicis: si habes veram doctrinam & certam, qualem tu esse facis: si filius Dei es, quem te esse dicis, transi hinc, & vade in Iudæam: si tuis præstigiis tantum fidis, quid velut subtimidulus inter Galilæos tandiu latitas? Præstaret certè ista, quæ de te tam magnifica prædicas, ostendere Ierosolymis in media hominum luce & frequętia: Etenim stat dies celebris Scenopegia. Abi hinc, & confer te in Iudæam, florentissimam regni partem, & Ierosolymā totius Iudaicæ gentis caput, vbi sunt Scribæ, Pharisæi, principes, nobiles, potętes, sancti, & docti viri: Si de cęlo descendisti, & tanta potes, quanta prædicas, fac vt mundo sis notus. Quid times hominum minas? Si gloriam quæris, cuius te supra modum sitibundum intelligimus, quid hic in obscuro loco Galilææ latitas? Prodi in publicum, ascende in Ierusalē hoc proximo festo. Illic licebit plures discipulos colligere, si viderint omnes quæ tu facis: habebisque illic amplissimam aucupandæ gloriæ materiam. Hic solum rudes, & ineruditos, & rerum inexpertos habes auditores, quibus facilè imposueris: at Ierosolymis sunt legis doctores, potentes, & multa rerum peritia ornatissimi, quibus si persuaseris te è cælo descendisse, nos te, & tuam authoritatem adorabimus: te Messiam illum magnum fatebimur, excipiemus, venerabimur. Hic locus profectò te falsæ doctrinæ suspectum reddit: vnde sinistram de te induimus opinionem. Abi hinc, & manifesta teipsum Ierosolymis hoc proximo festo, si vis & te, & tuam doctrinam cum honore recipiamus. Si iuxta carnis prudentiam, & consilium hæc intellexerimus, hic videtur esse sensus: Quum cognati magnam de suo consobrino & affine Christo, opinionem concepissent, vidissentque proximum instare festum Scenopegia, contulerunt inter sese sua cōsilia, & cōsultantes inuicē in hanc descendunt sententiā, vt quādo vident cognatū timidius & imprū-

& imprudētius suis rebus prospicere, iure cognationis illū admonēāt, ne famā tuam prodigeret, nomenq; suū negligeret, sed Ierosolymā vnà cum ipsis ad diem festum ascenderet, vbi magnatū, præsertim Principū, & Pharisæorū authoritate, suā confirmaret: atque ex miraculis egregijs, in sui specimen, & suæ doctrinæ probationem, coram Iudæis factis, venaretur magnam laudē, quam iam aliqua ex parte parauerat. Hi cōsultant inuicē magis suę ipsorum famæ, quàm gloriæ Christi studio ducti. Saluus sis (aiunt) Iesu Nazarēne, frater noster. Quū tuæ famæ, tuique nominis negligentissimum, nos tui fratres videremus, iure cognationis inuicem consuleuimus, vt consuleremus quid tibi agendum sit: quum nihil in hoc loco tam obscuro agas. Quid hic latitas? Quid formidas, timēsve? Cur non tibi prospicis? Imprudenter certè tibi cōsulis, & tua curas. Nos te per amorē fraternū, & ius propinquitatis obsecramus, hortamurque te etiā atque etiā vt hinc nobiscū in Iudeā transeas, manifestatumque te, tuāmque authoritatem aliquo tui specimine, & sancto spectaculo, vt celebrior habearis apud eos, qui hodie magni, & splendidi sunt nominis, & ex his facilius conflesque tibi copiosiorem discipulorū multitudinem. Nam quæ hic agis, magnifica quidem videntur, sed non satis nobis probantur, quòd ista facias in tam tenui, raráque hominum cōcione. Quæ enim gloriæ seges tibi obtingere potest, quum te è turba hominum in Galilæam locum obscurum subducas? Non prudenter tibi consultū hoc modò putaueris, sed nostris bene monitis acquiesce. Quum facta tua omnino sint diuina, non timebis lucem, nobiscūmque in publicum prodire, & ad festum venire, vt clarior, & honoratior habearis.

[VT & discipuli tui videāt opera tua, quæ facis.] Nō de duodecim hæc dicūtur, sed de turba, & ijs, qui aliàs illum sequebantur. VT VIDEANT opera, &c. id est, vt ipsi de persona tua, & doctrina tua certiores reddātur, & posteà cōfirmentur, vidētes tua opera facta coram viris probatissimis, Pharisæis, & principibus synagogæ, quibus probes te esse filium Dei, & doctrinā tuā è Deo esse.

[NEMO quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palām esse: si hæc facis, manifesta te ipsum mundo.]

Ironicè

Ironicè ista pronuntiant, alludentes ad id, quod supra cap. 3. dictum est, Omnis, qui male agit, odit lucem, &c. & à communi hominum more aliquid in occulto facientium argumentatur, qui nolunt se cognitos. Nam si claros, & celebres se vellent, non operarentur in occulto.

In palàm esse. IN PALAM esse, vsurpatum est pro celebrem esse, quod cognati illius iudicarent hoc ad gloriam eius facere, vt declararet se mundo. Sensus horum verborum est, si haec facis, id est, quae de te mira praedicant, & vis inde agnosci de caelo descendisse, & Christus praedicari, ostende te mundo, facito ista palã, per quae celebris de te pateat apud homines opinio. Qui enim vult ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι, id est, in libertate esse: ac si diceret, Qui vult vt liberè & palàm de eo omnes loquantur, quae magnifica facit, nequaquam in occulto facit.

[NEQVE enim fratres eius credebant in eum.] Ne quis miraretur cur haec cognatorum Domini Iesu oratio esset tam carnalis, arrogans & impia, habereteq; tam frivola, delectáque verba, signanter hanc addidit Euangelista aetiologiam. Cur ita? Siquidem eo tempore ne ipsi quidem tum credebant ei, qui illi fratres erant, & arcta familiaritate iungebantur, sed vel contemptu, vel ambitione consultabant, vt gloria eius & ipsi celebriores fierent. Postquam tamen crediderunt, eò pietatis confecerunt aliqui, vt alij inter Apostolos, alij inter discipulos numerati, gloriam Christi constantissime praedicarint. De hac tam arrogante fratrum oratione vaticinatus est Ieremias cap. 12. Fratres tui (inquit) & domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt aduersum te: & clamauerunt post te plena voce. Ne credas eis, quum loquuti fuerint vbi boua.

[DIXIT ergo eis Iesus.] Si priorem sensum orationis cognatorum Domini spectauerimus, magnũ in his philanthropiae Christi exemplum legemus: qui pro singulari sua mansuetudine, ironiam illorum amicè tarens, non desiit à suo docendi munere. Si posteriorẽ sequuti fuerimus sensum, obseruabimus Christũ leniter fuorũ cognatorũ fidentiã correxisse, simul & docuisse in eo quod pro salute generis humani gerebat in terris, nihil habere iuris carnalem cognationẽ, & propinquitatẽ: sed totũ hoc mysterium

Cognatio carnalis nihil ad spiritum.

sterium (quoniam caeleste est) temperandũ esse ex Patris caelestis authoritate: neque mortẽ sibi formidini esse, quã volens pro vita mundi & hominum redemptione susceptturus esset: nec se gloriae mundi cupidum esse, cuius odium in se cieret, veritatem loquendo, & mundo aduersa, contrariáque praedicando.

[TEMPVS meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum.] Nondum, inquit, palàm faciendi omnia tempus adest, nec opportunum est vt ad tabernaculorum ferias vobiscum proficiscar: quandoquidem meus ad Scenopegia ascensus ex Patris caelestis decreto, non ex humano consilio pendet. Ille hortabitur quando ascendẽdum erit. Nõ erit opus his vestris monitis. Semper paratum est vestrum tempus, qui fauorẽ magnatum sequimini, & eisdem moribus viuitis, doctrinam eorum veluti sacram, & oraculum exosculantes, susscipitis: propterea non potest mundus odisse vos.

Impiorũ tempus semper paratum.

[NON potest mundus odisse vos.] Quia mũdus vos, vt sibi consentientes, diligit, vocat vos obedientes Synagogae filios, tantum abest persequantur, & odio habeat. Obserua. Quaecunque maiori dispensationi res subiacẽt, non omni tempore commodè aguntur, quales Christi res erant. Res autem eorum, qui maiora negligunt, & humiliora sequuntur, quouis tempore susci pi possunt. Propterea dictum est, Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum: qui neque ex praescripto Dei viuitis, neq; rationẽ habetis, quid gloriam Dei promoueat, aut secus: quibus denique cũ mundo, id est, cum hominibus secundum carnem viuentibus bene cõuenit, nullũ est metuẽdũ periculũ. Ideo semper opportunũ est vestrũ tẽpus. Propterea ascendite quando vacabit, nihil offendiculi reperietis, quòd malis mũdi consentiatis. MVNDVM, in his omnibus, nõ visibiles creaturas appellat, sed eos, qui res caducas, atq; instabiles toto aío amplectũtur, q virtutis amicos quasi hostes oderũt.

Synagogae filij obedientes.

Mundus.

[ME autẽ odit, quia ego testimoniũ perhibeo de illo, quòd opera eius mala sunt.] Nihil me moratur gloria mundi, hanc non venor apud mundũ: Ego tantùm gloriã Patris quaero, & salutẽ hominũ molior. Tantum autẽ abest vt mũdi gloriam affectẽ & quaeram, vt illius odiũ mihi

Veritatis osores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mihi concitem, arguens máguatum & sanctulorũ huius mũdi opera, iustitias, prudentiã, potentiã in cõspectu Dei abominabilia esse. Imò & Pharisæorũ iustitiam esse meram impostúram, & hypocriseos cõmentum. Ista dum audiunt, vitæ meæ insidiãtur, insaniunt, cõsultant, nihil deniq; nõ tentant, vt me de terra tollant, tãquam hominem blasphemũ, hæreticũ, & seductorem, qui legẽ, & eorũ superstitionem abijciam, & hypocriticã esse affirmẽ. Obserua. TESTIMONIVM perhibere, est aperte, & sine ænigmate docere. OPERA, non solũ intelligimus externa vitæ facta, sed potiùs animi impietatẽ, doctrinas impias, cultũ impium, & similia. Hæc nos monent, dũ audimus fratres Domino molestos fuisse, ferendũ nobis esse, quòd & domestici nos insectantur. Item quum dicitur, Nondum venit tempus meũ: monemur quàm diligenter nobis obseruandũ sit, vt ex præscripto Dei, & suo tempore omnia agamus. Item notandũ est, nos mundi amicitiam non posse tueri, nisi malis eius operibus consentiamus.

Testimonium perhibere.

Opera mũdi.

[VOS ascendite ad diem festum hunc. Ego non ascendam ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est.] Habent Iudæi suos dies festos, qui iam olim non sunt Deo grati, neque Deo acceptas offerunt hostias, quòd diebus his (quos puros & sanctos videri volunt) non solùm manus habent sanguinis plenas, sed & innocentis vitæ insidiantur. Propterea non hic, sed alius mihi spiritualiter celebrandus est dies Patri acceptissimus. Hic festus dies, meum erit tempus: vbi aduenerit, occurram vltrò: mihi non est nunc tutum ire, vobis autem integrum est: carnales enim adhuc estis, & quæ sunt mundi sapitis. Ascendite vos, qui hac via gloriam affectatis, ego non ascendo vobiscum. Pater, qui omnia certis temporibus dispensat, nondum vult vt ego ascendam. Tum ascensurus sum, quando ex voluntate Patris fuerit. Tum & ad gloriam ipsius illustrandã faciet meus ascensus. Proinde ego non hac via, vt existimatis, glorificandus sum: vos pro carnali desyderio citra crucem, gloriã affectatis, at non est vera gloria, quæ per crucem non petatur. Vanum igitur fuerit istud vestrum carnale consilium, quo carnaliter consulitis gloriæ gloriam, & laudem comparandam esse. Est mihi, sicut & omnibus pijs,

Iudæorũ dies festi Deo ingrati.

Gloriã per crucem.

Carnale consilium.

pijs, alia ad gloriam methodus, quam scio, & ad quam non est mihi opus monitore. Quum exaltatus fuero à terra, tunc erit ascensus meus mea gloria. Vide infrà in conciliatione.

[HAEC quũ dixisset, ipse mansit in Galilæa.] Tametsi propter idolorum errorem Galilæa gentilitate imperitissima, occupata esset, tamen nonnihil nobilitatis supra Iudæos ex conuersatione Christi tam longa & assiduaque conuersatione discimus Christum Gentes dilexisse, & Hebræos odisse. Quomodo enim, inquit Cyrillus, qui omnia nouit antequam producantur, Ecclesiam Gentium (quæ sic facilè fidem amplexura erat) nõ amasset, & ingratos Iudæos aspernatus nõ esset, præsertim quũ illius pulchritudinem vel ante aduentus tempora concupijsse scribatur: hanc verò (Iudæorũ dico Synagogã) formicatricem & adulteram, & duræ ceruicis appellet? Ezech. cap. 16. Iere. 3. Audi fornicatrix (ait Ezechiel) Domini verbum. Ieremias adulteram vocat, dicens, Sicut spernit mulier cohabitatorem suum, sic me spernit domus Israel. Hæc igitur Deus præsciens, & pulchritudinem Gentilis Ecclesiæ iam prospiciens, & Iudæorũ peruersos non ignorans mores, illam sicuti sponsam amplectitur, & hanc quasi adulteram odit. Vtrunque tamen tempori opportuno reseruauit. Nam nec omnino Synagogam ante crucem eiecit, nec Galilææ, id est, Gentibus, se omnino dedit antè, quàm illã eiecerit. Reliquit ergo, & à se ablegauit cognatos suos, eósque incredulos, & remansit in Galilæa.

Galilæa à Christo supra Iudæos nobilitata.

[VT autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto.] Ablegatis & dimissis fratribus ad ferias tabernaculorũ ascẽdentibus, postea ascẽdit iuxta Paterni mãdati obediẽtiã. Exodi cap. 23. Ter in anno apparebit omne masculinũ corã Dño Deo tuo. Vt omnibus conspicuum esset, se non tam metu Iudæorũ abstinuisse à conuentu solenni, quã vt vitaret cognatorũ comitatũ, quos negotio Euãgelico (qp adhuc carnales essent) admiscri nolebat. Profectus ergo est ad ferias illas solennes, non manifestè, ne se gloriæ hominum fictibundũ ostenderet: quorũ gloriã venari

Christi humilitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nari videretur, si suis fratribus, aut magno comitatu stipatus ascendisset: IESVS quasi in occulto non metu mortis, quia nondum venerat hora, sed ne videretur priuatæ gloriæ quærere. Certè hic occultus ascensus ostendit illi verũ hominem. Nam si statim comparuisset, insilijssent Iudæi in eum, volentes eum occidere: quibus non permisisset hoc facere propter horam, quæ nondum aduenerat, sed è medio eorum effugisset passionem. Propterea potuisset dici, quòd non verè, sed apparenter rãtùm fuisset incarnatus. Ideò fugit, & secedit vt homo, quod hominis erat faciens. Ipse enim induit nostram personam, & nostras infirmitates: & per omnia tentatus est iuxta similitudinem absque peccato, vt posset affici sensu infirmitatum nostrarum. Potuisset quidem manifesta potẽtia aduersarios repellere, sed in omnipotentia, impotentiam hoc occulto ascensu simulauit, & se hominem tentari permisit, quò magis iritaturus erat sui expectationem, & maiorem fructum suo tempore proditurus in publicum. Nouerat ipse Pharisæorum animos, quòd iam prudem clancularijs suis conciliabulis cõsultabant, quomodo in die festo occasionem acciperent manus injiciendi in eum.

Christus nostras induit infirmitates.

[IVDAEI ergo quærebant eum in die festo.] Quærunt quidem Iudæi Christum, nõ animo bono, vt reperto postea cõpertum est: quibus nõ negaturus esset quærentibus ad fidẽ, quum vltrò se etiã nõ inuestigantibus obtulturus dare soleat, doctore Esaia in eius persona loquente cap. 65. Apparui non quærentibus me, inuentus sum à non inuestigantibus me. Non autem se prodit Iudæis, quia quærunt vt illum insectentur, dicacitatem suam exerceant, & tandem interficiant ob sabbatum, quod dicunt ab eo violatum, & blasphemiam commissam. Hæc inuestigatio declarat Christum non tunc ascendisse quando fratres ascenderunt, sed tertio aut quarto die, ne principio festi prausquam desyderatus aut cognitus ab aliis esset, insidijs circumueniretur. Obserua quàm auidi fuerint necis & sanguinis Domini, qui ne festum quidem reuerentur, sed venantur in die festo, quærentes Christum occidere, quem arguunt violati sabbati, quòd totum hominem in sabbato sanum fecerit, qui ea ducti cæcitate, non

Iudæi malo animo Christũ quærunt.

Iudæi cæci & sanguinis sitibundi.

videnr se sabbatum & diem festum violare, dum innocentis sanguinem venantur, nihil reuerentiæ diei festo exhibentes.

[DICEBANT, Vbi est ille?] Quum Ierosolymis esset Christus, nec in publicum prodiret, quemadmodum consueuerat, vt omnes sui desyderio & expectatione excitaret, & subinde in medium hostium suorum intrepidè sese ingereret, docerétq; liberè omni contempto periculo: atque vt amici & electi tantò magis confortarentur, reprobi autem, & Pharisæi (dum quod maxime volebãt, non possent illi vim inferre) plus cõfunderentur, omniq; ignorantiæ prætextu nudarẽtur, Iudæi obseruabant illũ si ad ferias solennes venisset: quumq; desyderaretur illius conspectus, contẽptim sine nominis titulo, dicebant, Vbi est ille? Non debuit festo adesse, qui se tantorum authorem miraculorum facit?

[ET murmur multum erat in turba de eo.] Quòd absens esset, magna, variáq; fuit populi murmuratio, contentioq;. Hoc murmur effectus fuit inquisitionis.

[QVIDAM enim dicebãt, Quia bonus est: alij autem dicebant, non: sed seducit turbas.] Murmuris ætiologiã addit per distributionem eorum, qui murmurabãt, quòd non omnium eadem de IESV esset opinio, nec eadem omnium studia. Quidam enim populares, qui sermones eius audierant, qui eius mansuetudinem experti fuerant, & ex miraculis quantus esset didicerant, dicebant, QVIA bonus est, id est, vera docet, & pia prædicat, indignúsq; est, in quem acerbius aliquid moliri debeant. Alij verò, quales erant Sacerdotes, & Pharisæi, quos iam pridem malè vrebat IESV Christi gloria, dicebant, SEDVCIT turbas, hoc est, impia docet, & prædicat impiè, turbis imponens: qui turbam ad se pellicit, & à Sacerdotum, Scribarum, & Pharisæorum reuerentia auocat, seductor est. Proculdubio à veritate longè aberrant, qui non erubescunt seductorem appellare: iure optimo audient Esaiam cap. 5. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, qui putatis tenebras lucem, & lucem tenebras. Vnusquisq; in iudicando de Christo prudentiæ suæ specimen exhibebat. Iste enim est carnis genius, vt iudicij prudentiam sibi arroget. Obserua ex his infimam

Opiniones vulgi de Christo.

Christi Domini nostri abiectionem, qui tametsi iudex sit viuorum & mortuorum, hac tamen potestate dissimulata, permittat se à vulgo iudicari.

Discipuli Christi occulti.

[NEMO tamen palàm loquebatur de illo, propter metum Iudæorum.] Omnium sermo, & is varius erat de IESV: at non in παῤῥησίᾳ, id est, libertate, id est, clanculariis spargebatur susurris, quum nemo audebat palàm de eo bona prædicare. Erant certè non pauci, qui de eo bene sentiebant, timentes sibi, ne confessione Christi è Synagoga ejicerentur, & apud Iudæorum proceres accusarentur, quibus intelligebant Iesum esse vehementer inuisum, quòd ipsorum authoritatem egregijs suis factis & miraculis imminuere videretur. Hic locus indicat

Metus sæpè veritatis causa.

metum sæpe occasionem esse vt taceatur veritas. Signanter hic Iudæos, Iudæorum principes appellauit: indignè putans Euangelista homines tam impudentes, & à pietate remotos, Sacerdotes, aut Seniores populi appellare.

Iudæorũ principes vineæ spiritalis corruptores.

Istos vt vineæ spiritualis vastatores & euertores Ieremias capite 12. accusat, Pastores, inquit, multi demoliti sunt vineam meã: conculcauerũt partẽ meam: dederunt portionem meam desyderabilem in desertum solitudinis: posuerunt eam in dissipationem. Quis dixerit istos vineam Domini non deuastasse, qui non solùm non illam colunt, aut quod ad illius cultum facit, cõferunt, sed ex toto nisu & studio conantur, vt populus timore pressus (quem, vineam dicit Propheta) recta monenti non pareat. Cur ita? Nimirũ subiecta est plebs, & à proceribus tyrannicè occupata, quum laudare quidem quod laudandum putant, palàm non audent. Quare vt gubernatori (cui omnes in naui apprime obtemperant) culpa omnis reijcitur, si nauẽ in cautes & scopulos illiserit: aut auriga, si agens in inuia currus fregerit. Ita & principes Iudæorũ (quia maxime sibi obsequentem, & subiectã habent plebem) iure optimo, & non iniuria perditionis omnium rationes reddituri, relaturiq; sunt. Respũdabit aliquis: fortásne principes causa perditionis populi? Maximè quod & Ieremias cap. 10. confirmat, Filij mei exierunt à me, & non subsistunt. Non est qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas: quia stultè egerunt pastores, & Dominum non quæsierunt, propterea non intellexerunt,

Principes Iudæorũ causa perditionis populi.

xerunt, & omnis grex eorum dispersus est.

Christus ad templum die festo ascendit.

[IAM autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat.] Illud erat modestiæ, & mansuetudinis, quod ad tempus latuerit Christus, ne inuidiam & liuorem Pharisæorum (nihil aliud in votis habentium, quàm innocentis necem) vltrò prouocasse videretur. At quoniam omnia tempus habent, non ita illi visum est vt semper lateret: propterea prodijt in publicum dicturus, non ignorans Pharisæos ex his, quæ gesturus, aut prædicaturus esset pro communi omnium salute, procaciores, efferatioresque futuros. Horum tamen peruersitati non tantum tribuit, vt quod cõmodissimum fuit, simplicibus subtraheretur. Quare vt illorum leniret animos, si vellent, & simplicium saluti consuleret, ascendit, & docet in templo. vbi Deus habitare credebatur. Nam tametsi Deus omnia repleat, (inquit Cyrillus) quia circunscriptibilis loco nõ est, nec secundum naturã suam in loco esse intelligitur, decentiùs tamen eum in sanctis locis habitare dicimus. Quod figuris adumbratum est, id modò in veritatem traducitur. Moysi dictum est Exod. cap. 26. Impones propitiatoriũ super arcam, & loquar ad te desuper ab altari inter duo Cherubim, quæ sunt in arca testimonij. Itaq; Dominus noster Iesus Christus, quum iam dimidium solennitatis transactum esset, & quarta festi ageretur dies, quo verisimile est, illos in his, quæ festi erant, occupatos fuisse, subinde autem paratiores ad audiendum doctrinam Euangelicam, palàm ingressus est templum, locum suo Patri dicatum, vbi turbas alloquitur, docétq; non Pharisaicas institutiones, aut legis ceremonias mox desiturus, sed ipsam philosophiam Euangelicam. Occultus fuit illius ascensus, quemadmodum & olim clàm ascendebat in tabernaculum propitiatorij, vt tunc solùm ibi esse videretur quando loquebatur. Atq; quemadmodum olim Deus ad Moysen solum loquebatur: ita & modò vnum Iudæorum genus alloqui tur, docétque nondum effuso liberiùs ad omnes gentes Euãgelio, conuersatúrq; carne Christus inter Iudæos, & eosdẽ in carne alloquitur, vt olim in propitiatorio Deus. Quòd autẽ prædicat, & docet in templo, ostẽdit se anteà non timore mortis ad solennitatem occulte ascendisse:

Deus in locis sacris habitare dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si enim mori timuisset, non manifestè docuisset in templo: sed ostendit mandato Dei libere obtemperandum esse, absque vllo periculi timore. Prudenti consilio factum est, quòd ante dimidium festi non fuerit de Euangelio philosophatus in templo, donec vel populus congregaretur, vel Pharisæorum liuor, & ira paulatim sedarentur. Proinde hæc erat hora eius, aderat tempus illustrandi gloriam Patris. Omni ergo timore sepolito, conscendit in templum, quum iam mediũ ageretur festum, adesset q; maxima populi frequentia: & hic virtutem sua declarauit, qui paulò ante fugiendo manifestauerat humilitatẽ. Hic locus nobis hoc cõsolationis affert: Quemadmodum Spiritus adduxit Christum in Ierusalem, & ad templum conscendere fecit, quando maxime opportunum fuit: ita & nos (si abnegatis carnis affectibus, ipsi nos contrà damus) commode, & opportune ductabat, ageq; ad quæ Deus destinabit.

[ITA mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic literas scit, quum non didicerit?] Quid docuerit Christus non expressit Euangelista, contentus explicasse mirabilia quædam, quibus illos repressérit, & in sui admirationem adduxerit. Nam quum Pharisæi, Scribæ, & Legis doctores doctrinam Christi calumniari non possent, alijs tendiculis parant illi insidias, nempe apud plebeculam, & simplicem populum, cui facile imponunt, authoritatem illius adimere student. Coram plebecula Rabbini isti in pretio habiti admirantur, & stupent, putantes Christum esse nudum hominem: quia quum & sapientia, & literis inexercitatus videretur, idiota & literarum expers dicebatur: nunquàm enim institutus fuerat in doctrina Pharisaica, cuius professione turgebant illi: nunquàm in aliqua florenti Academia viro doctissimo operam dederat: non erat inter Rabbinos doctorali dignitate insignitus. QVOMODO (aiunt) hic conceptus homo, tam abiecta persona, hic faber, & fabri filius, SCIT literas? id est, vnde habet, & nactus est Scripturæ cognitionem, quum non didicerit, & tamen exercitatis longe præstet? Priùs ex signis quantus esset, eum cognouerunt, ita vt dixerint solùm, Vbi est ille? Nunc ita exacte ex doctrina miraculis præcedentibus cõiuncta illum cogno

gnouisse videntur, vt magna voce audeant dicere, vnde hic literas scit? vnde nactus est ea, quæ è sacris voluminibus magna sapientia depromit? Hac tanta admiratione videntur eum insimulare quod dæmonium haberet, aut alia quauis arte magica literas nactus esset, quas ab hominibus non didicisset. At stulti, & cæci sunt, non videntes ex hoc ipso facto ipsum esse Deum, & vt hominem eos alloquentem. Nam argumentum diuinitatis fuit in Christo, scire literas sine institutione. Vnde ad hunc modum argumentari potuisset, CHRISTVS scit literas, & non didicit, ergo Deus est. Necessarium enim est, purum hominem ab aliquo institui, quum nudus, cæcus, & literarum ignarus nascatur: sed hic Christus scit, nec didicit literas, ergo non est purus homo, sed Deus & homo.

[RESPONDIT eis Iesus, & dixit.] Ingens Christi philanthropia, qui neq; iratè scitur, neq; duris verbis loquitur: sed leniter, & mãsuete ferociam illorum, & tam impiam suspicionem corrigit, & submouet, ostendens se Deũ esse, dum quod etiã clancularijs suis murmurationibus dicebant, putantes id ipsum eum latere, manifestabat. Ad huiusmodi enim tam insanos (qui putãt se in aurẽ quicquã posse dicere quod Deum lateat) clamat Propheta Psal. 93. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, Qui plantauit aurem, non audiet? Nam qua via fieri potest, vt qui aures creauit, qui auribus sensum dedit, non subiectas sibi habeat aures, & omnia non audiat? Hoc ergo responsum indicat ipsum esse Deum, qui omnium arcanorum cõscius, illorum clancularios murmuri in hanc sententiam respondit, adducens causam suæ doctrinæ, cuius certitudinem probat à causa efficiente.

Euangelij certitudo. Christi doctrina, Patris doctrina est.

[MEA doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.] Argumento ab authoritate Patris mittentis, Christus ...quam illi deprimebant, authoritatem vindicat, dicens, DOCTRINA mea (quam vos admiramini vnde mihi contigerit) non est à me somnio quodam concepta, nec exercitio aliquo literario, aut ingenio aliquo humano acquisita: sed est doctrina Patris, qui misit me. Vbi obserua, lector, clausulam hanc, Qui misit me, interpretari de qua doctrina hic locus intelligatur. Certe de doctrina,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam ipse suo officio, & legatione in humanitate fungens, docebat. Patris enim nomine, & legatione missus est, vt mundus seductus varijs hominum doctrinis, & impijs cupiditatibus obcæcatus, per ipsius legationem, & prædicationem cognoscat Dei patris voluntatem, cognitam sequatur, & sequendo, vitam assequatur æternam.

Legatio Christi non est cõmentitia.

Itaque quũ dicit, Doctrina mea, non est mea, simplicissimè significare, & explicare voluit suam legationem, & functionem non esse commentitiam, sed diuinam. Vnde quæ docet, non sunt fictitia aliqua, & ab humanis ingenijs inuenta: sed doctrina est diuina, hoc est, ipsius Patris, quam qui voluerit audire, audiat Christum, qui est vox, verbum, & doctrina Patris Dei. Atque hanc doctrinam non didicit. Nam quum æqualis sit Deo Patri (quem omnes nihil didicisse credunt) in quo naturaliter cognitionis thesauros reconditos putant, verè scit literas: quas non didicit. Propterea hoc noluit ab operibus & miraculis ipsis hoc loco demonstrare, sed ab eo quòd est æqualis Deo patri. Rogabit aliquis: Quis huius est demonstrationis modus? Ex eo videlicet, quia eãdem cum Patre docendi sapientiam habeat. Ipse nanque sapientia ex Deo Patre est, cui similis in omnibus, non alia quàm illa, potest docere. Vnde suam esse Patris doctrinam asseruit, quia eadem est Patris & Filij doctrina, aut quia ipse sapiẽtia Patris est, per quam loquitur vniuersa. Quum dicit se missum à Patre, formidine quadam impellit auditores ad suscipiendam doctrinam suam, ne Deo Patri repugnent. Colligamus ex his, Christum docere suam doctrinam talem esse, quam mundus docere non potest. Mea doctrina, qua vtor, non est mea, non est priuatim mea, quia communis est & mihi, & Patri. Vehemens est tapinosis Christi vt humiliatæ personæ, quum dicitur, Non est mea.

Christus, vox, verbum, & doctrina Patris.

[SI QVIS voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar.] Occultè illos ferocitatis, & affectatæ malitiæ arguit, peruenustáque occupatione præuenit quasdam obiectiunculas, ne quis remaneat excusationi locus. Responsaret forsitan aliquis Pharisaica lectione turgidus, Heus tu Nazarene, magnificas vehementer tuam doctrinam esse

esse Dei: sed quum non videaris Rabbinis nostris dignus, cui fides adhibẽda sit, quis nos certos facere potest te vera dicere? Dicentem quidem te audimus: vera dicentem nondum deprehendimus. Vnicus præceptor, & doctor noster IESVS CHRISTVS hanc blasphemiam diluit, adducens duo singulariter, & studiosè obseruanda. In primis affert modum, quo cognosci debet doctrina eius: deinde subijcit elegantem gnomonem, cui quæuis doctrina, aut opus appositum cognoscetur num ex Deo sit. SI QVIS, inquit, voluerit (quia Deus nolentem non vult cogere) voluntatem eius facere: id est, si quis credat, (fides enim est vera obedientia) tunc cognoscet, inquit, meam ex Deo patre esse doctrinam: quando voluerit voluntatem Patris potiùs, quàm suam amplecti, facilè intelliget vnde mea doctrina sit profecta, vtrum ex Deo, an ab humano inuento, aut vana somnij imaginatione: siue cognoscet me, quod loquor, non ex humano sensu loqui, sed ex mente Patris, cuius sum legatus. Est autem voluntas Dei Patris, qui legem sanxit, non interimere hominem, & omnes credere in illum, quem misit, nec aduersari legato eius, nec illius vitæ insidiari. Si ergo legis à Deo traditæ perfectam cognitionem vobis arrogatis, alióſque ceu indoctos idiotas fastiditis, æquum est vt cognoscatis doctrinam ab eodem profectam, vnde lex erat profecta. Hoc si agnoueritis, manifestum vobis erit, doctrinã meã esse à Patre Deo: nisi liuor, & odium, propriæ gloriæ studium, quæstus, amor, similéſque cupiditates prauæ, mentis iudicium excæcent. Fieri enim non potest Deum tibi contrarium esse, vt nunc aliud doceat per Filium, quàm anteà tradiderit per legẽ. Immeritò igitur doctrinã Filij reprehendebant, quam Pater comprobáuit: imò quam vnà cum Filio exponit, atque interpretatur. A MEIPSO, id est, separatim, atque diuisim non loquor: Patris enim sunt quæ Filius loquitur. Nam Pater, VT per verbum, & sapientiam suam, ita per Filium loquitur: nec imaginari possumus aliter ipsum loqui, quàm velit. COGNOSCET, id est, experimentum faciet de doctrina: AN EGO à meipso loquar, id est, an ego (quem tam abiectum putatis) illam recens inuenerim, aut aliũde, quã à Patre

Euãgelicæ doctrinæ cognoscẽdæ modus.

Pater per Filium loquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

didicerim, aut an sit incerta. Quum ergo Deum Patrem habeam doctorem (cuius omnia bona sunt mihi communicata) non est mirum, si literas sciam, quas neque apud vestros Pharisæos, neque apud quosuis homines didici. Proinde pro suo more longè aliũ ordinem cognoscendi doctrinam Christus hic ponit, quàm soleant Aristoteles, & eius Peripatetici cũ sua humana ratione docere: nã humana ratio nihil credit, nisi priùs sentiat, & intelligat: vnde prudentia (vt dicunt) colligitur ex multis experientijs. At contrà fit in schola Christiana, quæ methodum & ordinem illum inuerit. Ille enim doctissimus Gymnasiarcha Christus, docet prius obeditionem veluti vnicã methodũ ad veri cognitionẽ: obtẽperemus in primis voluntati Dei, hoc est, credamus, deinde verè cognoscemus. Huius professionis se verum fuisse discipulum ostẽdit Petrus suprà cap. 6. dicens, Nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei. Si quis ergo voluerit voluntatem Dei facere, hoc est, si quis crediderit Deo, cognoscet doctrinam Christi ex Deo esse, quum habeat secũ suum doctorem, qui est fidei Spiritus.

Prudentia ex experientijs.

Obeditio methodus ad cognitionẽ veri.

[QVI à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.] Singulari canone (ad quem omnis doctrina, aut opus exigi debet, num ex Deo sit) morbus arrogantiæ Pharisæorum manifestatur. Hæc est regula generalissima: Qui auram popularem suæ doctrinæ, & hominum gloriam captat, hic non est ex Deo: Quæ autem doctrina quærit gloriam Dei, ex Deo est. Hic canon manifestè aperit Pharisæorum arrogantiã, & veritatẽ doctrinæ Christi. Rogo te, q̃squis es, quid quærebãt Pharisæi? Cõciliare sibi hominũ vanã gloriã, docẽtes suas traditiones, quas legi diuinæ præferebant, vt debitam Deo gloriam in se traducerent: ergo illorũ doctrina non erat ex Deo. QVI à semetipso loquitur, id est, qui vult propriã statuere doctrinã, & docere non ex Spiritu Dei, & seipsum alijs doctorẽ constituit, ita suã ipsius gloriam, non autẽ Dei, quærit. Hoc nõ fecit Christus, qui priuatam gloriam non quæsiuit, trãsferens illam in Patrem. Amabo, quid sua doctrina quæsiuit Christus? Certè gloriam eius, qui misit illum: dum salutem animarum sitiret

Canon ad vniuscuiusque opus cognoscẽdũ an ex Deo fit.

Doctores vanam gloriam non aucupentur.

Christus quid sua doctrina quæsiuit.

sitiret, vt dispersos in vnum colligeret, collectos ad Deũ eueheret. Hoc non est auram populare venari. Est ergo Christus verax, id est, omnia syncerè loquitur, & doctrina eius nullis erroribus obnoxia est, vel ambitionis, auaritiæ, quæstus, odij, liuoris cupiditatibus vitiata. ET iniustitia in illo non est, quia gloriam alteri debitam non rapit: hoc enim iniustitiæ esset. At contrà, qui gloriã Dei non quærit, sed suam, is mẽdax simul, & iniustissimus est. Mendax quidem, quia de se plusquàm meretur dicit: iniustissimus verò, quia legislatoris dignitate neglecta, Dominicis præceptis sua præferre audet. Prorsus ab his Christus immunis est. Est ergo eius doctrina vera. Vnde dignũ erat, ô Pharisæi, vt pronis eum animis audiretis magistrum cælestem, non persequeremini vt hostem Dei. Hic canon plurimùm etiam iuuabit, quum inter diuersas de Scripturis sanctis interpretationes cõtrouertetur, an sint ex Deo. Similiter eodem canone licebit inter diuersa opera iudicare, num ex Deo sint. Nam huius canonis præscripto hypocritas per opera damnabis, quòd suam gloriam quærant: piorum verò opera probabis, quòd gloriã Dei, hoc est, mandatum eius spectent, & obseruare studiosè conentur.

[NONNE Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere?] Posteàquàm à causis efficientibus satis supérque probauit Christus doctrinam suam certissimam esse, & se literas scire demonstrauit, nunc pergit id confirmare ab eo quòd legem interpretatur, cuius vsum prorsus ignorabant Iudæi, qui tantùm in carnali externa legis completione hærebant, putantes legem impleri externis operibus, ceremonijs, aut externa larua, citra fidem & verbum: quũ tamen lex non prohibeat solam manum ab externo homicidij opere, aut huiusmodi, sed etiam concupiscentiã cordis ab inuidia, ira, liuore, & maleuolentia. Vnde lex est, Nõ fureris: quam non implebis, etiam si non fureris manu: nam & concupiscentia alienarum opum prohibita est hac lege: cui legi, vt satisfiat, maximè requiritur fides in verbum, in Christum, in quem diriguntur externa opera. Simili modo & de reliquis ipsius legis præceptis dici debet. Si tãto honore excipitis Moysen, vt verè

Concupiscentia alienarum rerum prohibita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex. commendandus est, qui traditam vobis à Deo accepit legem, cuius scientiam, & obseruationē vobis arrogatis, cur nemo vestrūm est, qui secundum Dei legislatoris voluntatem, seruet legem, quæ & animi puritatem, & opus sanctum prospicit? Vos interim sola externa aspicientes, de affectibus impuris nihil estis soliciti, quos pro peccatis non iudicatis. Mihi blasphemiam impingitis, quia Dei gloriam quæro magis, quàm gloriam hominum. Sabbati violationem mihi obijcitis, quia in sabbato totum hominem sanum feci. Vtrum opus sabbatismo adnersatur, nominis diuini commendatio, an innocentis necem moliri? Misericordia in proximum, sanatio ægroti est in Dei laudem, & commendationem, quam lex exactè præcipit. Nihil ergo in ægroti curatione aduersus Moysen commisi, qui iubens, Exodi 23. Innocentem, & iustū non interimes: vos, vestrósque impios affectus condemnat quum exitium moliamini innocenti: nec innocenti solùm, verumetiam bene merenti. Vbi ergo vobis est Moyses, quē à me contemni non verè dicitis? An hoc ipsum sit Moysen commendare, quem mihi præferitis? an istud est reuereri Deum legis authorem, quē sola & hypocritica simulatione colitis? Nónne lex execratur eum, qui sanguinem innoxium fuderit? Cur mihi, qui vobis & Dei voluntatem, & legis interpretationem prædico, qui non meam, aut hominū, sed mittentis Patris gloriā quæro, qui nō mihi regnū, aut opes affecto, sed omnibus gratuitā offero salutē: q nemini vnquā fui offendiculo, sed oībus benefacio, necem paratis, & vitæ meæ insidiamini? Si propter hæc omnia beneficia dicitis me sabbatū violasse, & mortē meruisse, profectò vos ipsi omnes potius morti eritis obnoxij, & in doctrina vestra contemnendi: qui & gloriam propriā quæritis, & innocentis mortem molimini. Moyses dedit vobis LEGEM, hoc est, Decalogum: & tamen nemo vestrūm eam factis præstat: quia non completur ceremonijs, festis, & alijs operibus externis, nisi hæc internis operibus respōdeant, quæ sunt fides, & charitas. Nec creditis legē etiā puros affectus requirere, imò non putatis Deū iudicare de prauis affectibus. Facere autē legē, est legi externis factis, & cōsentiēt̄ puris affectib⁹ simul satisfacere. Proinde oīb⁹ modò

Sabbatū quo opere violatū.

Legem facere.

modo inuolucris oratiōis, peul remotis apertissimè illos arguit, dicēs, Quid me vultis interficere? Ac si diceret, Verè nō facitis legē, q impuros habetis affectus, & cogitationes prauas. Nā etiā si me non occiditis externo facto, tamen in animis vestris cædem cogitatis. Vnde & legem, & sabbatum Scenopegiæ violatis. Ex affectuum reuelatione poterant cognoscere Christum esse Deum. Nam solius Dei est, cognoscere affectus, & cogitationes. Obserua: Quæ hic dixisse Dominum narrat Euangelista, sunt apologia pro eo, quòd in sabbato hominem (de quo suprà capit. 5.) sanauerat.

[RESPONDIT turba, & dixit ei, Dæmonium habes: Quis te quærit interficere?] Turba suo responso probat se & dæmonium habere, & non facere legem, tametsi forte ignara eius fuerit, quod contra Dominum primores fuerant machinati: quibus vt placeat, respondet ipsum habere dæmonium, quòd mortem sibi intentari quereretur, quæ tamen nihil tale forsasis contra eum cogitauerit. DAEMONIVM habes, id est, tu, & doctrina tua à Dæmonio estis. Nam quum Rabbini nostri, & summi legis nostræ doctores dicant tuam doctrinam falsam esse, tu verò Patrem Deum iactas doctrinæ tuæ authorem, Deus autem verax est, tu dæmonis instinctu mētiris. Quis tibi machinatur mortem? Nesciens insana turba vnde Iesus doctrinam haberet, prorumpit in contumeliam, attribuens doctrinam Christi dæmonio, & dæmoniacum appellans Christum. Quę, hac blasphemia nō contenta, mendacium attribuit Christo. Manifestatur turbæ temeritas, quum negat quod nescit. Mos est improborum in maleficio deprehensorum, qui quum maleficium excusare non possunt, ad manifesta confugiant conuicia, & noua mentientes, impingant.

Dæmoniū habere.

Blasphemiæ in Christum.

[RESPONDIT Iesus, & dixit eis.] Perseuerat Christus interpretari legē, & interpretatiōe legis probat se nō violasse sabbatū in restitutiōe paralytici sabbato facta. Hoc dū facit, nobis præbet magnū lenitatis & māsuetudinis exēplū, qui tā vesanæ blasphemiæ nō reiecit cōuiciū, ne flammā igni, & furorem furentibus adderet, sed pro sua singulari humanitate manserit respondet, facti sui, quod calūniabantur, rationē reddens. Nam quū ipsi modis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dis omnibus legem violarent, tamen Christum violatæ legis accusabant, quòd misericordem sè præstitisset erga hominem triginta & octo annos paralysi laborantem, quem die sabbato sanitati restituisset.

Apologia Christi de sabbato nō violato.

[VNVM opus feci, & vos miramini?] Alteram rationem adducit, quòd sabbatum non violauerit, argumento ab exemplo eorū ducto. Interrogationis spiritu pronuntiandus est hic locus. Equidem vnum opus neq; feci, neque malum feci, sed quod salutem homini calamitoso contuli, vos sæpe de me, tanquam sabbati violatore ADMIRAMINI, id est, turbamini, & tumultuamini: de vestris autem operibus etiam pessimis, & legi contrarijs, non ita. Narrans hoc mirabile factum Christus, quod spectantibus Iudæis fecerat in sabbato, non dicit: Ego sanitati hominem paralyticum restitui, ne temerarius turbæ furor inflammaretur, sed humiliore vsus oratione, ait, VNVM opus feci. Initio enim dato ad scelus, subitò fertur multitudo, & furens sine iudicio in systremma, seditionémque vertitur: quasi diceret, Vnica hac re salutari facta, solummodo sabbati honorem respicientes, nihilque ad miraculi magnitudinem attendentes, benemerentem condemnatis.

Admirati.

[PROPTEREA Moyses dedit vobis circuncisionē, non quia ex Moyse est, sed ex patribus, & in sabbato circuncisionem accipitis.] Probat Christus argumento à circuncisione ducto, se tanto miraculo non violasse sabbatum. Quum me violati sabbati insimulatis, & transgressionis legis Mosaicæ arguitis, verè mihi iniuriam facitis. Nam si Moyses legis minister, propter vsum & consuetudinem Patrum circuncidentium in sabbato, legem de sabbato circuncisione dissoluit: hoc est, docuit legem cessisse circuncisioni, & circuncisionē non violare sabbatum: nō dissimili, imò vrgentiore ratione ego iuste optimo paternam consuetudinem sabbato anteponam. Et quoniam Pater meus consueuit semper bene operari, etiam in sabbato, necessarium est velim quod Pater vult. Vult se misericordē prestare etiā die sabbato: & ego misericordiæ opus sabbato feci. Quòd si Moyses sabbato hominem circuncidit, quòd non putauerit consuetudinem Patrum propter honorem sabbati contemnendā, & non tumultu

Circuncisio nō violat Sabbatum.

Misericordiæ opus nō violat Dominicū diem.

tumultuamini aduersus illum, ceu legis contemptorem: cur me persequimini veluti legis transgressorem, quia Patrem etiam sabbato operantem in omnibus sequor? Datā à Moyse dicit circuncisionem à patribus acceptam, & ante Moysen in vsu habitam: non quia ex Moyse est, scilicet originaliter, sed quia ex patribus. Nam à Patriarcha Abrahamo initium sumpsit circuncisio, Genes. capi. 17. quæ posteà repetita est in lege, post quadringentos triginta annos per Moysen, vt infans octo dierum circūcideretur. siue fuerit sabbatū, siue non. Et sic in sabbato circunciditis hominem. Vult Christus docere non intelligendam esse legem de sabbato ad literam, & tam exactè vt ab omni opere feriādum sit. Nam sabbatum solo otio corporali non impletur. Hoc si expostularet, nō esset ambulandum, cantandum, sacrificandum, concionandum, circuncidendum, loquendū, audiēdum: hæc enim omnia sunt opera corporalia. Iam quum humana necessitas his carere nequeat, necessarium est dicamus sabbatum aliò respicere: nempe in quietem spiritalem, hoc est, vt toti addicamur Deo, & opera abigamus, quæ nos auocant à meditatione spirituali: nobis abnegatis Spiritus Christi afflet, & sua opera exequatur, quibus verè Sabbatizare dicamur. hoc est, toti in Deo quiescamus, pro tam cumulatis beneficijs gratias agentes. Obserua cōiunctionem, ET, hoc in loco, Et in sabbato circuncisionem accipitis, vim habet aduersatiuam, ac si dicat, Tamen in sabbato circuncisionem accipitis.

Circūcisio ex Patribus.

Lex ad literā non interpretanda.

Sabbatizare.

Et pro Tamē.

[SI circuncisionem, accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato?] Argumento à minore ad maius, & ab indigniore ad dignius probat Christus se non violasse sabbatum in curando paralytico. Si vos in sabbato circunciditis hominem, & vulneri concisæ pelliculæ (necesse enim est, vt medicinalis cura eodem die de circunciso habeatur) absque vlla culpa medemini, nec hoc opere putatis violatū sabbatū, cur meo opere frustrà indignati, prævaricatorem me clamatis, qui ægroto nullum intuli dolorem, quem circuncisio affert, qui nulla sum vsus chirurgia, manuúmve operatione, quā requirit circuncisio: nec vnam tantùm partem hominis curaui,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rauí,sed totum hominem,solo etiam verbo, sanum feci in sabbato? Videtur Christus ad hunc modum argumentari: Sabbato hominem circuncidere licet sine peccato, ergo hominem curare in sabbato licet sine peccato. Nã si ob circuncisionis dignitatem putatis æquum, vt sabbati religio huic cedat,& quemadmodum Leuitæ & Sacerdotes operantur in templo ea,quæ ad sacra pertinẽt, nec à vobis improbantur tanquam sabbati præuaricatores, quòd existimetis id, quod agunt, sanctius esse, quàm vt ob sabbatum debeat omitti: ita nec in me indignabundi clamare debetis, quum sanctius opus fecerim, quàm solùm circuncidere hominem,quum hominem deplorato morbo laborantem in sabbato sanauí.

Christus prouocat ad legẽ.

[NOLITE iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.] Ab istorum impia sententia ad legẽ, & æquissimos iudices prouocat Christus,ac si diceret:Recuso vestrum iudicium, & abipso ad supremum prouoco. Vos enim iudicatis in hac causa de sabbati violatione SECVNDVM faciem & aspectum, id est, vulgari morei nimirum ex his,quæ corporalibus cernuntur oculis,hoc est,iudicatis ex amore vel odio faciẽtis. IVDICATE iustum iudicium,hoc est,factum ex seipso,sola causa considerata,nõ itẽ personarũ claritate,aut humilitate: quia lex(Deuteronomij cap.1.)præcepit iudicibus, vt iudicẽt iusto iudicio, nec accipiant personam cuiusquam, quia Dei iudiciũ est.Vestrum iniquum est iudicium: dũ enim ego in sabbato opus solo verbo feci, & tale quod maximè placeat Deo, quódque magis necessariũ & vtile fuit, quàm sit circuncisio,in sabbato,vos iudicatis me violasse sabbatum.Vos,dum infantes sabbato circunciditis,manibus operamini,medelas vulneri conciso adhibetis,quę potiùs ad sabbati violationem accederent,dicitis (vt verũ est) eo opere nõ violari sabbatũ.Profectò hoc non est iustum iudicium, & ex ipsa re sumptum, sed factum secundum personarum acceptionẽ, qui in simili causa,& quantum ad me attinet,potiori,Moysen veneramini, & me veluti nefarij facinoris reum peragitis. Nolo nunc disputare vter altero maior sit:habete vestrum Moysen virum (vt verè est) eximium:me verò, qualis vobis videor,& qualem me dicitis, abiectam personam, vilem, humi

Iudicare iustũ iudicium.

humilem,& cõtemptam, tamen relictis personis, si rem nudam & solam causam spectare vultis,aut vterque vobis dãnandus,aut absoluẽdus vterque. Huc vos impellit lex,quam defendere videmini,aperte clamans,Deuteronomij cap.1.nõ esse cõsiderandã personã in iudicio, quia iudiciũ Dei est. Si ergo legis Mosaicæ tam tenaces estis, & in vestro Moyse gloriamini,iuxta præscriptũ legis iudicate:sin minus,ego æquos appellabo iudices, qui neq; liuore,neq; personarum respectu,neque Moysi fauore in hac causa iudicabunt,sed sola re & causa ob oculos habita,cẽsuram ferent æquissimam:qui,si mihi tales contigerint,nõ solùm me nõ peragent reum,verumetiam honore & præmio dignum pronuntiabunt. Hæc nos docent quàm malũ sit personis priuatis, iudiciũ efferre de alijs. Nam,vt Paulus Rom.cap.2.ait, In quo alium quis iudicat,in eo semetipsum condemnat. Propterea & à Saluatore(Lucæ cap.6.)dictũ est,Nolite iudicare, & nõ iudicabimini:nolite condemnare,& nõ condẽnabimini.Proinde admonuit quidem Iudæos Dominus, sed monuit & nos:illos conuincit,& nos instruxit:illos redarguit, nos exacuit. Beatus Augustinus Sermone de verbis Apostoli decimonono,hunc locum tractans legit, Nolite iudicare personaliter:sed iustũ iudiciũ iudicate.Quanquã Græcis non est κατὰ πρόσωπον,sed, κατὰ ὄψιν,id est,secundum aspectum,& tamen πρόσωπον, ab aspectu dicitur. Potest hic locus ad legẽ referri,vt sit sensus, Nolite tam exactè & secundũ literã legem interpretari: nolite iudicare secundum externam literæ faciem, siue secundũ externas ceremonias,quasi illæ non debeant pro charitate, & necessitate proximi flecti, aut violari: sed IVSTVM iudicium iudicate, hoc est,Spiritũ legis, & intentionem legislatoris attendite,dum iudicatis.Nam iniquum est, & malum,Sabbatum,& alias ceremonias externas, & typicas charitati,& necessitati proximi præponere.Quare si iudicatis quouis opere sabbatũ violari, iudicare debueratis sabbatum & à vobis violari, quum infantes sabbato circunciditis:si autem eò illud non violatis,neque me violasse illud iudicare debueratis,qui sabbato feci, quod longè magis necessarium & vtile fuit, quàm simplex illa circuncisio.Magis mihi arridet prior interpretatio.

Iudicio ferẽdo nõ accipienda persona.

DICES

[DICEBANT ergo quidá ex Ierosolymis.] Quum Iesus Christus hæc atque huiusmodi multa mansuetè diceret, vt Pharisæorum, & aliorum quamlibet feroces animos leniret, esséque sermo eius tam verus & euidens, vt à nemine, quamuis impudéti, refelli posset, obtumescút quidem Pharisæi, sed nihilo secius obstinatiore malitia obdurescunt, & in ea persistunt: nihilò mitiora animis suis prementes, quòd apud turbam sua oratione sic Christus valuerit, vt quod in se violati sabbati crimen conijciebant, illud in ipsos longè grauius reiecerit: & se à sabbati violatione adeò innoxium esse monstrauit, vt illos conuicerit. Istorum tamen tam arrogans erat supercilium, tantus fastus, tanta ambitio, vt eò suam ipsorum consciendere authoritatem vellent, quòd innocens accusatus, potiùs suæ innocentiæ defensionem, & veritatis causam desereret, quàm aliquid nomini ipsorum apud plebeculam imminutũ esset, & Dei gloria occultaretur, ne quid ipsorum gloriæ demeretur. Vnde ipsorum studio factum est, vt in populo multos nõ sui dissimillimos haberent, qui temerariæ suæ ambitioni seruire, quàm diuinis præceptis obtemperare maluerint. Et id est, quod Euangelista ait, Dicebant ergo quidam ex Ierosolymis. Hi, quia Ierosolymitæ, & Christi aduersarij, (vt eorum verba ostendunt) erant, tum forte etiam ex primoribus, scire facile potuerunt, quid contra Dominum principes Iudæorum moliti fuerant, vtq; ad mortem ipsum quærerent.

Arrogantiæ & ambitionis supercilium.

[NONNE hic est, quem quærunt interficere?] Cum admiratione dicunt, Nónne hic est, cui Pharisæi, & scribæ machinantur mortem? Quid admirantur? Mirantur profectò quomodo fiat quod contra eum cogitarant illi, non exequerentur, sed ferrent liberè adeò, & palàm in templo docentem. HIC est (per cõtemptum proferunt) quem interficere quærunt, supple illi, quibus cura religionis commissa est. Tametsi hi increduli essent, non tamen ex illorum numero erant, qui vitæ Christi insidiabantur: nam non dicunt, Quem quærimus, sed Quem quærunt interficere: admirantes qua potentia non capiatur, cuius mors tantopere desyderabatur.

[ECCE palàm loquitur, & nihil ei dicunt.] En causa admirationis: hic, qui modò creditus est metu Phariseorum latitare, nec prodire ad diem festum, docet, & profiterur suam doctrinam intrepidé. PALAM in templo, ac libere loquitur illis in os, dicens, Et nemo ex vobis facit legem, & nihil ei dicunt, ne verbum quidem vllum respondent. Tanta diligentia à principibus nostris quæsitus est vt comprænderetur, & comprænsus occidere tur: & nunc quum coram adest, nullòque satellitio stipatus, & solus loquatur, vix musitant, omnino tacent: quid istud est? qualis est hæc potentia? Miseri ignorabant, id diuinæ esse potestatis, quòd à persecutoribus nõ teneretur, quorum æquitiam ad præsens sic compescuit, vt liberrimè loquenti nullus, ne minimo quidé verbo, illi obsisteret.

[NVNQVID vere cognouerunt principes, quia hic est Christus?] Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem quum venerit, nemo scit vnde sit.] Quid hoc est, quòd hunc in templum docenté ferunt, tam magna de se narranti nihil respondent: quid sibi vult illorum silentium? An principes nostri mutauerint sententiã, qua nunc suo silentio ostendant se huic tam abiecto viro cõsentire, cui paulò ante insidias tetenderunt, & subinde oppugnauerunt, nunc autem persuasi sint, hunc esse Messiam? Quis vnquam hoc sibi persuaserit? Non est verisimile, principes nostros mutasse clypeos, & ita de isto homine sentire. Forté & ipsi facti sunt Christiani scilicet, & confitentur hunc esse Christum. Non suspicamur certe illos eò dementiæ lapsos, vt credant hunc esse Messiam in lege promissum. Siquidem omnes nouimus huius ortum, & vnde profectus est, ex Nazareth oppidulo obscuro, Patre Ioseph fabro, & paupercula muliere Maria. Non sunt nobis ignoti parentes, humiles, & idiotæ. Quomodo igitur potest esse Messias ille à Prophetis promissus, & à toto populo expectatus, quum fama fecerat Christum plane ignoto habitu venturum, vt vnde venerit nemo sciat? Videntur hanc de Domino induisse opinionem (venturum eum vt nemo sciret vnde esset, id est, vnde sua tam magnifica haberet) ex vaticinio Micheæ cap. 5. accepisse. Micheas prædixit illum nasciturum in Bethlehem, sed addidit egressus eius, id est, potentiam & opera esse ab initio, atq; à diebus seculi, id est, à principio omnium rerum, sicut per eum omnia condita sunt. Vnde expectabant

Verba populi admirãtis principũ silentiũ.

Vulgi opinio de Messia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christum, de quo sciri non posset vnde esset: vt pote cuius egressus, potentia scilicet, & opera à principio mundi fuissent. Quum igitur nihil tale in Domino videri vellent, nihil minus quàm Christum eum dixerunt. Nō desunt, qui & hanc de Christo tacitè venturo natam dicunt esse opinionem & famam ex Esaiæ cap. 53. Non est species ei, neque decor: vidimus eum, & non erat aspectus, & quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde nec reputauimus eum. Rursus Esaiæ cap. 42. Non clamabit, neque accipiet personā, nec audietur vox eius foris. Non abiiciuntur Zachariæ ca. 9. sed in his locis prædixerit Prophetæ de Domini humilitate, in qua latuit: & nihil

Iudæi humilitate Christi scandalizati.

Iudæos æque offendit, atque nimia Domini humilitas, qua præcipuè conabátur plebi probare eum nequaquam Christum esse. Nam prædicabant quæ in Domino videri volebant, non respondere ijs, quæ de Christo prædicta erát tam magnifica. Offensi ergo humilitate & abiectione personæ Domini Iesu, non agnoscunt in eo præclara illa, quæ de regno eius Prophetæ prædixerunt. Miseri autem non sustinent credere, omnia ista primùm in Spiritu fuisse inchoanda, & percipienda fide: quum autem venerit consummatio, & dies gloriæ Domini, tum omnia etiam externe & reuelatè in Christo apparitura. Proinde hanc Ierosolymitarum sententiam non tam secundum veritatem, quàm secundum ipsorum commentum (Christus autem quum venerit, nemo scit vnde sit) pronuntiatam fuisse constanter assero. Nam ex Prophetarum testi-

Christi ortus.

monio quis vel mediocriter eruditus nō agnoscit veritatem que naturæ Christi originem? Duas fatemur naturas, diuinam, & humanam, in vna hypostasi verè vnitas: vnde vnum assueramus Christum, qui verè Deus est, verè homo est, verè Deus & homo est, IESVS Christus. Deus quidem est de Deo genitus, testimonio Dauidis Psalmo 2. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te: hoc quis negauerit, quum principium Psalmi designet id significari de Christo Domini? Quòd autem à Patre in mundum mitteretur, fieréque homo, significauit Esaias cap. 4. Et nunc Dominus misit me, & Spiritus eius. Item & illud cap. 9. Puer natus est nobis, &c. Quod ex semine Dauid sumpturus esset originem, & nasceretur temporaliter, prædictum est ab Esaia cap. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini. Esaiæ oraculum cap. 7. nos præmonuit illum ex matre virgine nasciturū, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Locum, & ciuitatem natiuitatis eius prædixit Micheas, cap. 5. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquā minima es in principibus Iuda: Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Quum ergo compertissimum esset, Prophetas, & personam, & patriam Messiæ designasse, rogo vos, qui fieri potest, tam nefario ausu respondere audeatis, Quum Christus venerit, nemo scit vnde sit? Resipiscite, carnales istos cogitatus exuite, credite, & intelligetis hunc, quem abigitis, verum esse Messiam, & Christum Domini in lege, & Prophetis mundo promissum. Obserua istorum malitiam, & excitatem, quum seipsos diuersis & contrarijs sententijs irretiunt: Nam quū interrogarentur ab Herode (Matth. cap. 2.) dicunt in Bethlehem Iuda nasci Christum: nulli autem dicūt hoc loco, quòd nullus sciat vnde sit Christus. Iterū Ioānus cap. 9. dicunt, Nos scimus quòd Moysi loquutus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit: & hoc loco dicunt, Hunc scimus vnde sit. Vidén' dictorum contrarietatem? quid hęc in illis arguunt? proculdubio insanientium sermones sunt, scimus, & nescimus, qui eò spectant ne credant. Est ergo profundæ miseriæ hæc sententiarum varietas, qua seipsos illaqueant: & dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Proinde hoc suo exemplo ostendunt Iudæi nūquàm deesse impijs, quod contra veritatem prętexant, quum ex re etiam pia, calumniandi occasionem accipiant.

Impijs nūquā deest quod cōtra veritatem prætexant.

[CLAMABAT ergo Iesus in templo docens, & dicens.] Euangelista narrans Christum in templo docuisse, videtur significare ipsum ex eminentiore quopiam docentium loco, cum grauissima diceudi authoritate, perpetuam habuisse ad populum orationem. Interim tamen, dum doceret, susurrabant Ierosolymitæ alter alterius auribus, siniſtre de illo non modò musitantes, sed & peruerse cogitantes, quorum affectus, & corruptos cogitatus manifestare voluit, vt vel hoc signo ab ipsis, si vellent, cognosceretur Deus. Ipse ergo, tanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

cupidus salutis omnium, CLAMABAT, id est, elatiore voce ista dicebat: forte ideo quòd aliquantulum ab ipso (vt verisimile est) abfuerint illi calumniatores: vel certe vt attentiores reddat auditores, & ita pondus maius verbis suis adderet, docens tum testimonijs Prophetarum, tum lege, & alijs id genus, quis esset. ET dicens. Hæc profectò commendant diligentiam Iesu Christi, qui nihil intermisit pro salute Iudæorum, relinquens exemplum prædicatoribus, vt doceant, & dicant, hoc est, applicent se auditoribus pro captu.

Christi respõsum ironicum ad Iudæos.

[ET me scitis, & vnde sim scitis.] Per Ironiam Christus mihi ista respondisse videtur: nam quum Ierosolymitæ calumniatores illi dicerent, se ipsum nosse vnde esset, volentes eo significare nihil nisi ipsum de terra esse, nimirum filium Ioseph fabri, & nullius pretij hominem, illos è terra ad cælum euocat, aperitq; illorum astectatam malitiam, qua laborabant: ET me, inquit, scitis: hoc est, nostis scilicet: id est, neque me nostis, neque vnde sim nostis. Potestis quidem me nouisse, & quis sim, & vnde sim, ex Prophetarum Scripturis, Ioannis Baptistæ testimonio, singulari Patris testificatione, miraculis, & diuinitatis operibus, longa item mea institutione, & multiplici mea probatione edocti: sed vos vestra malitia, & obstinata impietate obstinati estis. Vnde non videor vobis esse Messias, quem Prophetarum oracula prænuntiarunt, quòd sciatis vnde venerim. Ac si diceret: Vos in aurem susurrantes dicitis, Hunc scimus vnde sit: putantes me genitum, natúmque more humano, & filium Ioseph. Vos re vera non me nostis.

Iudæi personã Christi cognoscere noluerũt.

Christi genus.

[ET à meipso non veni.] Qui genus meum abijcientes contemptim dicitis, iste est filius fabri, audite, mutate sententiam, & genus meum agnoscetis. EGO à meipso ad veni. Huius aduentus mysterium vos latet: me Deum incarnatum esse ignoratis, diuinæ naturæ veritatem in me nescitis, quam à meipso non habeo, sed à Patre, à quo mihi tradita sunt omnia. Ego secundum diuinitatem fui antequàm in mundum venirem per humanitatem. Necessarium enim est, venientem esse antè, quàm veniat. Quod autem venit, non à seipso venit: quia Filius nõ est à se, sed à Patre: vt infrà cap. 16. Exiui à Patre, & veni in mundum.

Quum ergo hunc exitum & natiuitatem hanc æternam nescitis, profectò & me nescitis, & vnde sim nescitis.

Verax Deus.

[ET qui verus est, qui misit me.] Deus est, cuius authoritate huc missus sum, id est, homo factus sum, vt per me disceretis illum esse verum, siue veracẽ, hoc est, solidum, plenum, certum, & perfectũ in operibus suis. Opera eius non possunt vt hominum opera esse vana, aut non perfici. Est certe omnis homo mendax, & vanus, quòd nihil queat perficere, nihil absoluere, quódque fallat, & fallatur, cuius frustranei sunt conatus: non item Deus, qui sona, & perfecta sint. Huc certe respicit Christus hoc loco, dicens Patrem veracem esse, ex eo quod nunc præstitit, & iuxta suum promissum de mittendo Messia, exhibuit. Nam Micheas cap. 7. ita Dominũ alloquitur, Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham, quæ iurasti Patribus nostris à diebus antiquis. Quum ergo Pater miserit Messiam, (quem longis antè tẽporibus promiserat per Prophetas) apparet quàm verax sit, id est, non vanus, sed solidus, plenus, certus, & perfectus in operibus suis.

Homo mẽdax, & vanus.

Iudæis Pater incognitus. Nescire.

[QVIA vos nescitis.] Quia solo sensu, & rebus externis ductamini. Pater meus vobis incognitus est, quem quum nesciatis, nec originem meã scitis. Non ergo vnde sim scitis. Nunquàm illũ cognoscetis, nisi pietate promereri studeatis, vt ipse sui notitiã vobis impartiat. Nesciũt enim illum, qui eius voluntati non obtemperant.

Nemo, nisi Filius, nouit Patrem.

[EGO scio eũ, & si dixero quia nescio eũ, ero similis vobis mendax.] Quia nemo vnquã vidit Deũ (suprà ca. 1.) præter Filiũ eius vnigenitũ, qui est in sinu Patris, qui & nobis enarrauit. Et Matt. ca. 11. Nemo nouit Patrẽ, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Necesse est vt qui voluerint Deũ cognoscere, me præceptore fruantur, per quẽ solũ est ad Patrẽ accessus. Humana sua ratiõe Dei cognitionẽ Gẽtes quęsiuerũt, sed euanuerũt in cogitationibus suis (Ro. ca. 1.) Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Iudæi per opera legis Deũ quærebant, sed sectantes legẽ iustitiæ, ad legẽ iustitiæ non peruenerunt. Quare nemo ad Dei cognitionẽ peruenire poterit, nisi per Christũ Filium, qui solus nouit. Deus bone, quanto furore, quan-

Deus fide in Christo quærendus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

táve insania perciti erant Iudæi, dum ista audirent: quãto periculo seipsum Christus exposuit, dum Iudæos sanctimoniæ, religionis, & cognitionis diuinæ nomine gloriantes, cæcitatis, & ignorantiæ palàm arguit, ac sese illis intrepidè prætulit. Profectò nõ impune abire permisissent, si hora eius aduentasset. SED si dixero quia nescio eum, quũ sciam eũ, ero similis vobis mendax, qui dicimus vos cognoscere eum, quum tamen ipsum ignoretis.

[SED scio eum.] Ego solus verò noui eum. Notitia Patris nemini contingit sine me Filio, (infrà capite 14.) Nemo venit ad Patrem nisi per me. Si cognouisseris me, & Patrem meum vtique cognouisseris. Rursus ibidem, Philippe, qui videt me, videt & patrem meum.

Filius à Patre. Filiũ scire Patrem.

[QVIA ab ipso sum.] Aetiologia est. Cognosco patrẽ. QVIA ab ipso sum, ante secula ex eius substãtia genitus. Et quia vna & eadẽ est illius & mea substãtia, ego scio eũ, vt ficut ille perfectè se nouit per essentiã suã, ita & per eandẽ essentiã ego scio eũ perfectè. Obserua, Quomodo omnis cognitio sit per aliquam similitudinem, & Christus veré à Paulo dicatur expressa imago conspicua Dei, & exẽplar substãtiæ Dei Patris: (ad Coloss. cap. 1. & Hebr. cap. 1.) necesse est fateamur Filiũ veré nouisse patrẽ, & ab ipso vere esse, cuius est expressa imago substãtiæ. Rogabit aliqs, Quomodo Filius est à Deo, quũ creaturæ dicantur esse etiã à Deo? Respõdet Hilarius, Filius aliter est à Deo, quã alij homines: quia sic est à Deo, quod etiã est Deus: vnde Deus est principiũ eius cõsubstãtiale. Alia verò sic sunt à Deo, quod tamen sunt ex nihilo.

Filiũ Dei esse à Deo aliter, quam creaturæ sint.

[ET ipse misit me.] Pronũtiata generatione illa genera: Quia ab ipso sum, nunc dicit Patrem illum misisse, hoc est, Patrẽ authorem esse incarnationis. Ad Galat. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suũ, &c. Quia in hac missione anima Christi singulariter est vnita verbo, excellentiorem præ alijs creaturis cognitionem de Deo habet, licet eum nõ cõprehendat. Ex prius ergo, Quia ab ipso est: significatur scientia diuina. Ex hoc posteriore, ET ipse misit me: indicatur scientia humana, quam habuit anima Christi ab instanti conceptionis suæ, ex gratia vnionis personalis, quam significat missio. Tertius hic locus manifestè duas naturas in Christo esse declarat,

Filiũ esse missum.

Naturæ duæ in Christo.

clarat, diuinam, & humanam.

[QVAERIEBANT ergo eũ apprehendere.] En merces, quam mundus veritati pro laboribus offert. Posteaquàm CHRISTVS sua oratione legis & Prophetarum testimonijs confirmata, veritatem docuit, ac diuinam simul & humanam in se naturam aperuit, non ofcitãter, sed studiosè primores Iudæorum quærunt Christum, iritati, & magis frementes animis, quòd tantum authoritatis apud plebem sibi vindicaret, & ipsos impiæ peruersitatis tam constanter, & palàm argueret. Quemadmodum diligentibus Deum (Rom. 2.) omnia cooperantur in bonum, ita e diuerso lucis osoribus contingit. Omnia enim, quamlibet bona fuerint, conuertuntur per ipsorum prauitatem in malum.

Piis omnia in bonũ vertuntur: Impijs omnia vertuntur in malum.

[ET nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius.] Piorum hæc ingens est consolatio. Conantur quidem impij, gestiunt inijcere manus, iam ira in rabiem vertitur, adest prompta voluntas impij maleficij, nihil morantur: sed festinant consilium illud sequi, quo decreuerant CHRISTVM clanculùm è medio tollere, sed adest Deus, in cuius manu est impiorum impios conatus impedire, & animos hominum cohibere quamlibet ferocientes. Nec vlla potestas hominũ quicquam aduersus pios potest, nisi Deo permittente. NEMO misit in illum manus, ita volente CHRISTO, ex quo seipsum Deum ostendit. QVIA nondum venerat hora eius, siue nondum aduentarat tempus à Patre præscriptum, quo sua morte mundo salutem pararet. Dictum est, Nondum venerat hora eius: non quòd temporis obnoxius esset CHRISTVS, sed quòd omnia tempore opportuno, & hora conuenienti fecerit. Vnde nomen HORAE, euidentem prudentiam, & sapientiam CHRISTI designat. Oportebat certè sic diuinam in eo virtutem manifestari, & confundi impios, à quibus facultatem, quam volunt, & volũtatem, quam possunt, Dominus auferre solet. Cui non absimile est, quod ait Dauid Psalmo 75. Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum: subsequitur. Terribili, & ei, qui aufert spiritũ principũ, terribili apud reges terræ. In manu ergo eius erat, vt apprehenderetur: qui quemadmodum

Impiorum manus in manu Dei.

Horã Christi aduentasse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

volens mortuus est, ita nō nisi volens apprehendi potuit.

[DIXERVNT turba autem multi crediderunt in eum.] Qui religionis professione, & legis scientia primores erant, (vnde accedere debebant ad Christum) maximè sese à pierate alienos suis corruptis moribus reddunt, & vere reprobos ostendunt. Nō item simplex vulgus, & plebeij, & legis ignari: qui vt minus habebant authoritatis, ac literarum, ita plus habebant bonæ mentis, dum semini Dei, & verbo attendunt, & credunt. Vnde potuerunt magnifica videre in Domino, nempe signa, quibus maiora fieri non poterant. Vnde & Christum ipsum agnouerūt.

Plebeij Christum confitentur, primoribus obstinatis.

[ET dicebant.] Nescit otiū viua fides, statim in opera prorumpit, quam sua confessio sequitur: Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutē. DICEBANT, id est, confitebantur, & magna de Christo narrabant in suam, & aliorum salutem. Hæc confessio ostendit potentiam verbi, simul & non ingratam fuisse plebeculā pro accepto verbo, quo sibi iam suadebat ex rerum ab eo gestarum magnitudine, IESVM esse, qui cōditiones, virtutem, & perfectionem ipsius Messiæ attingeret, nihil offensa interim humilitate vel generis, vel conuersationis Christi.

[CHRISTVS quum venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit?] Rationem adducit Euangelista, qua persuasi sunt plebeij, IESVM Christum, & Messiam in lege promissum. Non potest (aiunt) hic non esse Christus: nam si non est Christus, vt nostri Pharisæi existimant, quid rogati respondebunt, vnde IESV suppetat tanta vis edendi miracula? Certe si is, quem expectāt, veniret Messias, non maiora ederet miracula, quàm quæ nostris coram oculis hic quotidie facit: vnde confitendum est, hunc esse Christum, neque præter eum, alium quempiam expectādum esse. Hoc certe indubitatum est signum cognoscendi Christum, ex potentibus & diuinis operibus, quæ populo ostensurus est. Esaiæ cap. 35. Deus ipse veniet, & saluabit nos: tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, &c. Hæc & his maiora, quàm prædixerit Esaias, hic IESVS etiam nobis spectantibus præstat. Est igitur hic verus Messias in lege promissus.

Argumentum quo plebeij decerunt Iesum Messiam.

Signū cognoscendi Messiā.

AVD

[AVDIERVNT Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc.) Inuido nihil molestius contingit, quàm audire commendationem, & encomiū eius, cui inuidet. Vnde Pharisæi, quum plebē audirent cōmendantem Christū, & viderent hæc, scilicet turbam tam magnifica de Christo & potentia eius narrantem, quòdque turba crederet in eum, eo vesaniæ deducti sunt, vt certo apud se statuerent, quocunque modo eum perdendum esse.

Inuidia prohibet.

[ET miserunt principes, & Pharisæi ministros, vt apprehenderent eum.] Pharisæi non soli, sed & PRINCIPES, hoc est, sacerdotes, & primores Iudæi (apud quos summa authoritas erat) non venerunt (id, quod signum timoris fuit, qui hypocriseos, & impietatis perpetuus comes est:) sed miserunt MINISTROS, siue publicos quosdam satellites, qui coram populo manus iniicerent ipsi IESV, quem velut magni facinoris reum vincirent, & vinctum adducerent. Quoto die festi fuerit hæc immanis missio, vix dici potest: putauerim tamen factam, aut quinto, aut sexto die festi post absolutam primam prædicationem, qua multos sibi conciliauit discipulos, & ad se credentes attraxit. Vnde in populo Pharisæi subodorantes multum de sua authoritate detractum esse, nolentésque se tanto vitæ discrimini & periculo obijcere (quod contingere poterat reclamante populo, dum raperetur Christus) iuxta suam humanam sapientiam alios pericu lo obijciunt, atque expediūt satellites, qui IESVM e medio tollerent. De his præmonuit Dauid Psalmo 47. Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, conuenerunt in vnum: ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.

Hypocriseos comes timor.

Principes mittunt satellites ad vinciendū Christum.

[DIXIT ergo eis Iesus.] Magna est Christi philanthropia, qui nō ignarus quid illi clanculùm molirentur, illos suauissimo responso dignatur: quo significat se sponte mortem passurum, ad quam illi tum frustrà venerant.

[ADHVC modicum tempus vobiscum sum.] Inuersus quidam rerum ordo hic legitur. Satellites insidias parant, vt apprehendāt, at Christus salutaria profert verba, quibus capiūtur. Funes, & catenas aptāt at verbo Christi, & doctrina vitæ irretiuntur. O bonitatem Christi, & eius immensam humanitatem, qua istorum aciem retū

Verbi Christi efficacia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit, conatus reprimit, fulmen, & grandinem in pluuiam mutat, furores, & minacia verba extinguit? Veniunt vt occidant, eu attenti audiunt verbum: veniunt vt comprehendant, & funibus vinciant: en apertis oculis, attentis auribus, vultu placato, demissis brachijs, composito corpore stant sitibundi doctrinæ salutaris, nihil mali cogitantes aduersus tam suauem oratorem. hunc in modum singulari ad suam crucem allusione loquētem: Superest, & restat TEMPVS breue quod vobiscū versor, sex menses scilicet. Ac si diceret: Vos tanta solicitudine insidias vitæ meæ tenditis: nolite tam studiose ad hoc magnum facinus properare: frustrà nunc conamini. Sustinete paulisper: intolerabilis vobis sum: nam id sum vobis, quod oculis fumus, & spina pedibus: sed non ero diu vobiscum, ego ipse non effugiam manus vestras, quum venerit tempus, sed sponte mea morti me offeram.

[ET VADO ad eum, qui me misit.] Suam mortem volens ostendere spontaneam, & voluntariam fore, vocabo (VADO) est vsus. Meus, inquit, ad Patrem transitus est mors. Ego à Patre veni in mundum, vt me pro omnium salute offeram: breue est tempus, quo hæc mea corporis litatio fiet: ego per passiones, & mortem reuertar ad eum, qui me misit. Verbo MISIT, incarnationem significat, & naturam humanam, secundum quam vadit, & peregrinatur ad Patrem, prædicando, moriēdo, resurgendo, & ad cælum ascendendo.

Vado, verbū.

Mitto verbū.

[QVAERETIS me, & non inuenietis.] Prænunciat Iudæis grauissimas ruinas, & calamitates, tum corporis, tum animæ, eorumque, qui missi erant à Pharisæis, peculiariter pūgit animos, in quem sentiunt nihil potuisse, nisi voluisset ipse. Atque dum illorum tacite tangitur conscientia, sentiunt Christum esse, qui & cogitatus, & quamlibet abstrusum in cordibus hominum cognoscat: interim tamē illorum animos sibi conciliat, dum alioqui techinas, insidias, & machinationes populo non probat, sed subobscurè ruinam, & exitium illorum minatur, nisi resipiscant. QVAERETIS me, hoc est, corporalē meam præsentiam, NEC inuenietis, quādo vos merita apprehenderit vltio, scilicet tempore Titi: id enim Iudæis vltionit, quū per Titū vastarentur. Tum vel vnū diem Filij hominis

Iudæorū exitium prænunciatum.

Vltio anno ætate Christi. Titus.

minis videre, & perlibenter amplecti Saluatorem voluissent, sed serò nimis. Aut, quia nūc oblatam gratiam tam pertinaci animo repellitis, & pie à Patre missum ad oues quæ perierunt domus Israel, persequimini, vos certè regno Dei indignos redditis. Hoc si feceritis, cauete vobis. Fronte capillata, post hæc occasio calua est. Si occasionē semel atque iterum vobis oblatæ gratiæ respueritis, à vobis ad Gentes transferetur: & non populus Dei fiet Dei populus, & qui est Dei populus, fiet non populus Dei. Tūc vos, & minores vestri quæretis me, dum nomine, ac desiderio Messiæ venturi Deum precabimini. ET NON inuenietis, id est, non exaudiemini, & votis vestris non satisfiet, quia me vobis oblatum recusatis. Quare sequimini, & credite benemonitis vestri Esaiæ capi. 55. Quærite, inquit, Deum, dum inueniri potest, inuocate eum, dum propè est.

ET vbi ego sum, vos non potestis venire.] Manifestat se Deum esse, qui in cælo æternus cum Patre existēs, secundū visibilē carnē in terra loquitur. Atq; nō ait, Vbi ego ero, sed VBI SVM: vt intelligamus ipsum vt Deū iā ibi esse, scilicet in sinu Patris, quò vadit vt homo. ET VBI ego sum: in gloria Patris, non potestis venire: quia malitia vestra vobis impedimento est ne veniatis: non enim venitis, quia nō creditis. Scalæ, & gradus ad cælum sunt, fides in Christum. Locus, in quo ego sum, pertinebit solum ad credentes. Fidei enim vitæ, & iustificationi cognata est vita æterna, vt suprà dictum est cap. 5. Qui credit in me, habet vitam æternam. Quisi ergo ego sum ostium, & via ad vitā æternā, qui fieri potest ad sedes illas glorioſas conscendatis, si me contempseritis? profectò repulsam passus à vobis, tandem ad Gentes conuertar, quibus communicabo opes meas, & thesauros illos cælestes, per crucem meam partos, & à vobis spretos.

Christus vt Deus semper cum Patre, ad quem vt homo vadit.

Scalæ ad cælum.

[DIXERVNT ergo Iudæi ad semetipsos.] Qui à Pharisæis missi audierant Christum, non attentant quod admandatum sibi erat, sed posteaquàm audierunt CHRISTVM, statim ex rationis indicio, & carnis consilio inuicem consultant, & carnalia quædam de verbis CHRISTI imaginantur. Magnum profectò dubio excitatis, & ignorantiæ in Iudæis exemplum, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui tam spiritalem audientes præceptorem, nihil non carnale cogitant. Huc pertinet quod Paulus 1. Corinth. 2. ait, Carnalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt.

[QVO HIC iturus est, quia non inueniemus eum? Numquid in dispersionem Gentium iturus est, & doctaturus Gentes? Quis est hic sermo, quem dixit, Quæretis me, & non inuenietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire?] De gloria, & loco beatitudinis Christus meminerat, quem ad carnalem locum referunt Iudæi, cum admiratione dilceptantes inter sese. Quid significat hic sermo, Quò ego vado vos non potestis venire? Quò hic iturus est? num in longinquam aliquam regionem Gentium abiturus, & se clam subducturus est? An feret, fuisse nebitve inter efferas Gentes habitare, relicta terra sancta, & populo Dei electo, quò non putet nos profecturos? Aut ita vagus inter dispersas Gentes errabit, vt exisse met neque nos illhuc posse proficisci, neque vbi vbi fuerit, posse illum inuenire? alioqui quid indicat hic sermo, Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire? Obserua: Quum dicunt, IN dispersionem, alludunt ad Gentium abiectionem, tanquam ad populum derelictum, non collectum in vnum, velut in vnam Palæstinam, quomodo Iudæi, qui nullis olim admiscebantur, sed alienum à promissionibus & testamentis Dei, spem non habentem, Deóque in mundo carentem. Ad Ephes. capite 2. Atque hoc ipso gloriantur tanquam prærogatiua sua præ Gentibus, quòd oracula Dei, promissiones, testamenta, spem, & Deum habeant. Ad Roma. 2. & 10. Ephes. 2. Græcis legitur, εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων, id est, in dispersionem Græcorum, intelligere possumus Græcos, pro Israelitis in Græcorum regionibus hinc inde dispersis, vt sit sensus: Num ad alios Iudeos diuertet, qui non in hac regione, sed in Græcia habitant? sed Græcos pro quibusvis Gentibus vsurpat, vt paulò post docturus Gentes τοὺς Ἕλληνας, id est, Græcos. Hoc etiam familiare est Paulo in suis epistolis, Græcis pro Gentibus incircuncisis vti. Proinde Iudæi tametsi dispensationis diuinæ ignari essent, nescientes quid dicerent, Numquid in dispersionem Gentium iturus est, & doctaturus Gentes? sicut nec Caiphas dicens, Expedit vt vnus homo

Quærere Christum, & non inuenire.

Dispersio.

Græci.

homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat: contra se tamen prophetant, quòd Gentes incircuncisæ eligendæ sint, abiectis Iudæis: quandoquidem profecturus erat ad Gentes, non præsentia corporali, sed sua virtute cum discipulis, dicente Marco capite 19. Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Ad eum modum implera est Scriptura, quæ longe antè prædixerat (Psalmo 17.) Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.

[IN nouissimo autem die magno festiuitatis.] Nouissimus, siue vltimus, hoc est, octauus dies festi Scenopegiæ, siue tabernaculorum, celeberrimus erat: quo verisimile est, maiorem populi frequentiam in templum (vbi Christus docebat) confluxisse. Primus dies solennis erat, & paucos adhuc admiserat ex vicinioribus ciuitatibus, intermedij dies magis rebus & negotijs aliquot secularibus & priuatis consecrati erant: at octauus totus iam hominum frequentia feruebat, soli cultui & holocausto dicatus. De quo ita scribitur Leui. capite 23. Octauus dies erit celeberrimus, atque sanctissimus, & offeretis holocaustum Domino: est enim cœtus, atque collectæ. Vnde Euangelista octauum hunc diē, MAGNVM dicit, id est, solennem, & sanctum. Hunc sermonem nouissimo die habuit, quasi Euangelicæ fidei viaticum daturus turbis domum redituris.

Dierū scenopegiæ obseruatio.

[STABAT Iesus, & clamabat.] Spectante magna & incredibili hominum frequentia, stabat Iesus in loco editiore omnibus conspicuus, & nec iam loquebatur tantùm aperte, verumetiam intenta voce clamabat, vt ab omnibus audiretur: quòd rem declararet, quam ab omnibus exaudiri referret.

[SI quis sitit, veniat ad me, & bibat.] Hæc est ingens Iesu Christi philanthropia, & liberalitas, qua blandè, amicè, & liberaliter inuitat peccatores ad gratiam, & iustificationem. SI QVIS sitit, id est, si quis seriò afficitur studio salutis, & Euangelij: si quis boni Spiritualis appetitum habet: si quis vult, & desyderat saluus fieri, & æternùm beatè viuere, non est quòd petat à Moyse, à Pharisæis, Scribis, aut sacerdotibus: sed VENIAT ad me, id est, credat in me, extra quē nulla salus, nulla redemptio, nulla

Christus inuitat ad gratiam & iustitiam.

Sitire salutē.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nulla gratia, nulla iustificatio. Valde emphaticè dicitur, AD ME, quasi dicat, ad fontẽ vitæ, vnde æterna vita credentibus contingit, & de cuius plenitudine omnes accipiũt. Est ergo Venire ad Christum, credere in Christum, & certò statuere apud se, quòd is solus est, qui potest sitiẽtes potare. Est ergo fides ũtula, siue vas, quo ex hoc fonte haurimus, & potamus. ET BIBAT, quasi dicat, credẽs, & amans refocilletur per Christũ, per quẽ placatũ ignouit Patrẽ, trãquillam conscientiã, gratiam, remissionem peccatorũ, iustitiã, & vitã æternã. Quicquid boni sitiuerit aliquis, id bibat per Christum, hoc est, omniũ bonorũ particeps fiat per Christũ. Proinde quũ omnes Dei promissiones sint in ipso Christo, qui est verbũ Dei (vt author est Paulus) necessariò sequitur omnẽ cõsolationẽ in ipso repertã siue res corporales & necessarias, siue spirituales expetantur. Nã si quis sitiat sanitatem in ægritudine, bibat per fidẽ ex hoc verbo, Cũ ipso sum in tribulatione, Psal. 90. & habebit per Christum, qui est verbũ, verã in Domino sanitatẽ. Si quis sitit diuitias in paupertate, bibat ex hoc fonte, Ego sum Dominus Deus tuus. Itẽ, Pater cælestis pascit, nutrit, & vestit. Rursus, Nõ vidi iustũ derelictũ, nec semen eius quærens panẽ: & implebitur diuitijs, hoc est, in paupertate diues erit. In rebus autem spiritualibus, vt si quis in peccatis iustitiam sitit, adiureat Christo, & bibat, statim carnalis illa sitis extinguetur, dabitúrque refrigerium, & refocillatio iustitiæ. Atq; vt vno & altero verbo concludamus, quisquis biberit ex fonte Christo, id est, crediderit in Christum, qui solus est remissio peccatorum, salus & vita, statim ardor sitis extinguetur, & sedabitur. Vas, quo bibitur ex hoc fonte Christo, est fides viua.

Venire ad Christum.

Fides situla ad hauriendum.

Consolatio in solo Christo.

QVI credit in me, sicut dicit Scriptura.] Expolitio est eius, quod dixit, Veniat ad me, & bibat. Obserua: hoc loco faciendum est punctum, deinde inchoanda est alia sententia, Flumina de ventre eius, &c quę est sermo Christi, nõ Scripturę, vt referas vt Sicut dicit Scriptura, ad vnũ, CREDIT in me, & nõ ad sequentia. Repressurus est hoc loco Christus eos, qui nihil ad Scripturas attẽdentes ex solis miraculis pendebãt, nihil aliud à Christo expectãtes quã miracula, propter quæ illi credebant. Credendum

Credendũ nõ propter miracula.

dum est non propter signa, quæ doctrinæ confirmatiua sunt, sed propter Scripturam: fides enim recta ex Scripturis est. Quisquis igitur crediderit mihi, inquit, auidéque imbiberit sermones meos, SICVT dicit Scriptura, id est, quemadmodum iubet Scriptura de me testificans, quòd sim Filius Dei, & Messias, quòd salus mundi, & creator, & Dñs vniuersi, non arescet incredulitate. Multi existimant se credere, sed non credunt, vt dicit Scriptura: atq; ita suas sequuti sunt sectas: cuiusmodi sunt omnes hæretici. Si clausulam (SICVT dicit Scriptura) ad sequentia referre vis (quia non extat certus locus Scripturæ, ex quo verbum referatur) dicito hunc Euangelistã, sicut & reliquos, in more habuisse, nec rarò in citatione Scripturæ ex Prophetis, potius ad sensum, quàm ad verba respexisse. Hæc obseruatio est vna è clauibus Scripturæ.

Fides ex Scripturis.

Clauis Scripturæ.

[FLVMINA de ventre eius fluent aquæ viuæ.] Peruenusta allegoria Christus adducit fructum, quem ad se venientes & bibentes consequentur. Qui biberit, id est, crediderit sermonibus meis, non arescet infidelitate: sed hic hausti spiritualis erit, qui non modò pariet in ipsius corde fontem perennem, sed etiã copiosa flumina, quibus irrigetur Gentium ariditas ad Euangelici profectus fœcunditatem. Liberalem gratiam & largitatem ipsius Spiritus insinuans, dicit, non flumen, sed FLVMINA, quorum alterum ad salutem propriam, alterum ad salutem aliorum profluueret. Qui credit in Christum, opulentam Spiritus Sancti gratiam recipit, variis eius donis donatur, operatur largiter per Spiritum Sanctum bona opera, non habet fidem otiosam, non ingratam, ac sine confessione, & gratiarum actione. Huic sententiæ de homine credente alludere videtur Dauid Psalmo 1. dicens, Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Tropo Hebraico, VENTREM cor ipsum nominauit. DE ventre eius, id est, credens in Christum, nihil in hypocrisi, sed omnia ex corde, & ex animo ipso bene operabitur in Spiritu & veritate. FLVENT, copiose, & abundanter, sed sensim progredientur bona opera in credentibus, credentium animos sensim præparabit Spiritus Sanctus ad bona opera, omnique genere dono

Fructus venientium ad Christum.

Spiritalis hausti fluxus.

Credentium opera.

Venter.

Donorũ Spiritus copia.

donorum sensim credentes donabit. Obserua elegantem omnium donorum,& operum,quæ in nobis operatur Spiritus Sanctus periphrasim,quũ dicitur AQVAE viuæ. Vocat viuas aquas ab ipso Spiritu, quòd Spiritus ipse suapte natura vita est,quódque opera,& dona in credentibus viua operatur, sine quo re vera sunt omnia mortua. Item,quia hæc opera,& dona, testimonia sunt vitæ, quam accipimus per fidẽ in Christum: rursus, quia hæc dona & opera bona à Spiritu Sancto accepta, sunt aliis occasio,& exemplũ ad vitã,quum vident nobis illa præstari, & eadẽ ex animo fieri. Loci in Scripturis huic non absimiles sensu sunt non pauci. Ioel cap. 2. Et erit in nouissimis diebus,dicit Dominus, effundã de Spiritu meo super omnem carnẽ,& prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ,&c. Esaiæ cap. 44. Effundã aquas super sitientẽ, & fluenta super aridã. Effundam spiritũ meum super semen tuum,& benedictionẽ meam super stirpem tuam. Ezec. cap. 36. Effundã super vos aquam mundã,& mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, Et dabo vobis cor nouum,& spiritum nouum ponam in medio vestri.

Aquæ viuæ.

Allegoriæ Christi de flumine, interpretatio.

[HOC autem dixit de Spiritu,quẽ accepturi erant credentes in eum.] Exegesis est. Exponit Euangelista quid sua allegoria significarit Christus. Hoc ænigmate,& metaphorico sermone, Flumina de vẽtre,&c. (inquit) Iesus significabat spiritum illum vberẽ,& copiosum, hoc est, ipsius Spiritus Sancti dona in maxima abundantia, quæ credentes in Christum accepturi erant, non solùm vt ea apud se haberent, verumetiam in suam,& aliorum salutem reciperent. Accepto enim cælitus Spiritu, Apostoli magna fiducia varijs linguis vniuerso mundo prædicare cœperunt cælestem Christianámque Philosophiam, atque cælitus haustũ Spiritũ in omniũ credentium animos effundere. Proinde à solo Spiritu Dei est, vt Deum cognoscamus, & de eius erga nos bonitate certi reddamur. hunc autem Spiritum solus Christus donat suis. Quo fit vt à fide in Christum omnia pendeant: ad quam tum hîc tum aliàs Christus hortatur.

Spiritus Sancti opus.

[NONDVM enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.] Nulla hic fit mentio de Spiritus Sancti existentia, siue subsistentia, sed de publica Spiritus Sancti reuelatione, siue publicato eius opere, quod est peccatorum remissio. Nam quicunq; ab initio mundi Deo crediderunt, Spiritum Dei habuerunt. Similiter sancti prophetæ organa fuerunt Spiritus Sancti, quo inspirati loquuti sunt: atque ante crucem Christi, Apostoli verbo Christi adhærentes, donati sunt Spiritu Sancto: sed non tam opulentè & largiter, tantáque efficacia, & apparitione, atque post glorificatum IESVM Christum: ante cuius ascensum ad Patrem, dona Spiritus Sancti per Christum, siue remissio peccatorum inter omnes Gentes, non prædicabatur publicè, non erat reuelatus Spiritus Sanctus: hunc Gentes ignorabant. Quanquàm nonnulli eo tempore, quo hæc Ierosolymis fierent, & à Christo docerentur, fidei rudimenta conceperant, nondum tamen contigerat efficax ille, & copiosus Spiritus, siue nondum manifestatus erat ille Spiritus Sancti afflatus,& efficacia, quæ post glorificatum Christum in credentibus apparuit. Nunquàm enim antea in specie linguarum ignearum apparuit Spiritus Sanctus: neque eos, in quos descendit, reddidit omnium linguarum peritos, neque omnem veritatem edoctos, aut in vniuersum orbem ad prædicandam veritatem intrepidos, etiam aduersus omnes aduersariorũ machinationes deduxit, quemadmodum post glorificatum Christum. Aut nondum venerat vilibiliter iuxta promissionem Christi, ad instruendum Apostolos, & ad ducendum reliquos credentes in omnem veritatem. Propterea quòd Iesus morte & resurrectione sua nondum glorificatus erat, nec in cælum ascenderat ad dexteram Patris consessurus: vnde iuxta suum promissum, missurus erat paracletum ad suos. Spectat enim ad regnantem dare aut mittere Spiritum Sanctum, siue eam vim Spiritus in suos effundere. Quum ergò anteà crucifigi illũ, quàm regnare, oportebat. vt vniuersus orbis videret quid ipse Christus latitione sui corporis, hoc est, morte sua nobis apud Patrem Deum impetrauerit, tunc in cælum subuectus, & ad dexteram Patris residens, Rex regum & Dominus dominãtium, suis impertijt, & abundè effudit de suo Spiritu: & manifestè inter omnes Gentes reuelatus est Spiritus, & publicè nun-

Prophetæ organa Spiritus.

Spiritus Sancti aduentus visibilis.

Regnãtis proprium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiata est remissio omnium peccatorum, per triumphantem Iesum Christū supra mortem, infernū, diabolum, & carnē: quos ligauit, & in barathrum ita retrusit, vt nihil habeant, de quo queri possint aduersus credentes. Curramus igitur omnes ex animo ad hunc aquæ viuæ fontem, ad quem inuitat omnes bonitas Iesu Christi: quæ neque quenquam compellit nolentem, neq; quenquam excludit: dummodo sitiens veniat, hoc est, velit venire, velit verbis Domini credere, qui nullius personam accipit, sed omnibus ex æquo has vitæ aquas offert, & ad potum inuitat. Quid superest nisi vt pleno haustu bibamus, & hauriendis his Spiritus cyathis totam vitam protrahamus: vt in illo ad plenum poti, relictis huius mundi miserijs & calamitatibus, cum illo æternū viuamus, cuius gratia salui facti sumus? Obserua Euangelistam hac sententia (NONDVM Spiritus erat datus, &c.) insinuasse, quòd discipuli adhuc erant carnales ante receptum Spiritum in die Pentecostes, in quo vere, & plene spirituales facti sunt, subitóque mutati in alios viros, & deducti in omnem veritatem iuxta promissum Christi.

Christus volēntem à gratia non excludit.

[EX illa ergo turba, quū audissent hos sermones eius, dicebant, hic est vere Propheta.] Totus in hoc capite versatur Euangelista in colligendis enarrandisve dissentionibus, simul & illarum occasionibus in hoc festo Scenopegiæ obortis, quas alij Euangelistæ prætermiserunt. Posteaquam Dominus ad potandum Spiritum inuitasset credentes in se, multáque de Christiana philosophia disseruisset, quanquàm nondum ad plenum intelligebantur, illa tamē varie afficiebant multos de turba: quorum pars cōspectis tot miraculis, tátáq; sermonis authoritate, dicebāt, Hic est vere Propheta. Nō pseudo propheta, sed vere Propheta. Tribuūt Christo partes Prophetæ. Propheta enim non ab alio, quàm à Deo, mittitur: non sua ab hominibus accepta, sed purum verbum Dei peculiariter sibi reuelatum annuntiat: quasi dicerent, Hic est vere à Deo: diuina sunt omnia, quæ hic reuelat.

Prophetæ partes.

[ALII dicebant, hic est Christus.] Alij magnificentiùs de illo sentientes, dicebant, Quid dicitis hunc Prophetam? Imò hic est ille Christus, & Messias, quem sua vaticinijs promiserunt lex & Prophetæ. Hic est ille, de quo

quo Moyses (Deuteronomij cap. 18.) admādauit obedire. mus: Prophetam, inquit, de medio fratrū vestrorū suscitabit vobis Dominus Deus vester: ipsum, sicut me, audietis. Obserua: Credere IESVM esse Christum, est credere eum Regem nostrum coram Deo, sacerdotem, interpellatorem, mediatorem, gubernatorem, rectorem, & conseruatorem.

Promissio de Messia.

Iesus est Christus.

Credere Iesum esse Messiam.

[QVIDAM autem dicebant, Nunquid à Galilæa venit Christus? Nónne Scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethlehem castello, vbi erat Dauid, venit Christus?] Quia Christus in ciuitate Nazareth educatus est, vbi parentes haberet, illicque frequenter habitaret, & in Galilæa habitare cœpisset, vulgus putabat ciuitatem Nazareth fuisse illius locum natalem. Proinde Iudæi tribus Iudæ, & Ierosolymitanæ, non habebant in pretio Galilæos, quos semipaganos existimabant: tum quòd Gentibus & vicini, & admisti essent: tū quòd nec legis peritia præcellerent, nec vnquā illis ortus esset Propheta, de quo gloriari iure possent. At tribus Iudę promissus erat Messias ex semine Dauidis habentis regiam Ierosolymis, vnde veraque tribus magnopere gloriabatur, vendicans sibi gloriam Christi venturi. Quidam igitur de turba Phariśaico fermento corrupti, moliuntur illorum, qui bene de Christo sentiebant, opinionem refellere: idq; conātur studiosè facere, nimirū ex Scripturis argumentantur, dicentes, Illudimini, ô turbæ, Quis putauerit hūc esse Christū, si Prophetas modico etiam studio expenderit? Num qui venturus est Messias, à Galilæa proditurus est? quasi dicant, non. An non Prophetica Scriptura apertis verbis insinuat, Messiam nasciturum ex semine Dauid? Ieremię capite 23. Ecce dies veniunt, (dicit Dominus) & suscitabo Dauid, germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam. Qui Dauid fuit ex tribu Iuda: quin & natalis oppidi nomen expressit Propheta dicens, eum nasciturum in Bethlehem, quæ est ciuitas Dauid, tribus Iuda. Micheas capite 5. Et tu Bethlehem terra Ephratha, paruula es ex millibus Iudæ: ex te enim mihi egredietur, qui sit dux in Israel. Quum igitur hic sit ex obscuris parentibus, nimirum ex Ioseph fabro, & paupercula muliere Maria, cuius etiam cognatos & parētes

Locus natalis Christi putatiuus.

Galilæi ab Ierosolymitis cōtempti.

Iudæ tribus nobilis.

Messias ex Dauide.

cognoscimus, & ex ignobilis regionis Galilææ obscuro oppido Nazareth ortus, qui fieri potest hunc prædicetis Messiam esse, nisi dissimulaueritis, & aduersemini Prophetis palàm dicentibus: Non ex Nazareth, sed Bethlehem, & ex semine regio, tribu totius Iudææ sanctissimæ Mirabitur forsitan aliquis dicens, Quum Christus audiret Iudæos eo offendi, quòd putarent ipsum natum in Nazareth, & non in Bethlehem, cur non indicauit illis se natum in Bethlehem? proculdubio id fecisset, si hoc solum fuisset eis obstaculo: sed corruptis moribus pleni, malè affecti erãt, nihil magis exosum habẽtes quàm veritatẽ vnde non potuerunt pati & sustinere Christum Euangelium annuntiantẽ. quare si non hoc, certè alio se offensos simulassent, tanta erat illorum impietas. Offenderat quidem hic scrupus suprà Nathanaelem dicẽtem, A Nazareth aliquid boni esse potest? sed quia bono & syncero affectu quærebat Dominũ, nullo etiã adhuc signo viso, Dominus dignatus est illi impartiri suam gratiã, illumq; commendare, vt virum non dolosum, sed bonũ & pium, qui ob legis studium id dixisset. Ex Nazareth potest quid boni esse? Isti autem tot viderãt signa, audierãt sermones plane diuinos, quibus, nisi tã obstinato & peruerso fuissent animo, ita fuissent Domino addicti, vt de loco natali eius aut non cogitassent, aut dubitãtes Dominũ de eo cognouissent: sed tanta istorum erat versutia & impietas, vt totis viribus conarentur veritatẽ (quam discere debebant) à se propellere. Iusto itaq; iudicio Dei factum est, vt suis demeritis illos latuerit, vbi natus fuerit Christus, & offendiculi occasionem propria malitia acceperint. Obserua: NONNE Scriptura dicit, quia ex semine Dauid: supple 2. Regum cap. 7. & Micheæ cap 5. VBI erat Dauid, id est, Quæ Bethlehem erat Dauidi patria.

Quare Christus nõ docuit Iudæos quòd natus esset in Bethlehem.

Veritatis cognitæ oppugnatores relinquendi.

Obstinati animi exitium.

Bethlehem patria Dauid.

[DISSENSIO itaque facta est in turba propter eum.] Non est quòd ex his aduersarius dicat Christum dissensionis authorem, qui est princeps pacis. Non enim (ait Paulus 1. Corinth. cap. 14.) dissensionis est Deus, sed pacis: at inter homines veritatis impatientes, & sua ipsorum infidelitate turbatos, é prædicatione Christi, & verbo audito oriuntur dissensiones: non quòd Euangelium disceptandi causam det, sed illi propria malitia occasionem

Christus non est dissensionis author.

Scandalũ Pharisæorum propria malitia acceptum.

nem accipiunt, vt hic locus indicat. Disceptatum est de Iesu in turba, cui disceptationi nõ sese admiscuit IESVS: tum quòd maleuoli illi sua impuritate merebantur non doceri: tum quòd si discere voluissent, poterãt à cognatis percontari, & intelligere ipsum in Bethlehem natum, & à Dauide duxisse genus.

[QVIDAM autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus.] Quibusdam non deerat impij maleficij voluntas, & conatus, quos vsque adeò liuor & odium excæcauerat, vt apud se destinarint, certóque proposito statuerint manus injicere Domino Iesu. At ligabantur inuisibilibus carenis, cohibente illos diuina virtute. Quid enim potest humana malitia aduersus eum, in cuius manu cuncta sunt posita? Locus hic nimirum in modum consolatur pios, quo admonentur Deum curam suorum habere, qui non sinit impiorum conatus vim suam semper exerere. NEMO misit manus in illum, quia nondum venerat hora, hoc est, non poterant manus illi injicere, quia ille nolebat. Sic perfacile est Deo, quoduis periculum auertere suis, etiam vbi nihil apparet præsidij.

Catena inuisibilis.

Piorum cõsolatio.

Christus suorum curam habet.

[VENERVNT ergo ministri ad Pontifices, & Pharisæos.] Mirabile risu, auditúq; Satellites, immite genus hominũ, & ad omne opus facinúsve, quale quale fuerit, mercenariũ, mutatis animis, depositò liuore, ac odio, omni immanitate sepositâ, redeũt mites, & pacifici ad Pharisæos, qui expectabãt vt captum, ligatúmq; Iesum adducerent, quò tandem odium suum in illum saturarent. At longe aliter contigit: nam quicquid illorum malitia molliebatur, in sua ipsorum capita recidit, & ad Iesu gloriam profecit. Volentibus enim è medio Christum tollere, vt nomen, & prædicatio eius extingueretur, contigit, vt quam parauerant foueam, in eam inciderint. Perijt enim istorum doctrina, perdiderunt patriam, libertatem, domi natum, omnémque cultum veterem, & tandem miseram seruientes seruitutem, profugi facti sunt.

Satellites hominum genus immite.

Malum in suũ authorem recidit.

[ET dixerunt eis illi, Quare non adduxistis eum?] Pharisæi expectatione sua frustrati, quum vidissent quos ad capiendum Christum miserant, vacuos redijsse, perciti, & veluti è furiarum fornace prodeuntes, nihil præter ter-

Principes sanguinis sitibundi.

riculamenta,& minacia verba proferunt, Interrogantes quasi de latrone, Quare quod tã studiosè à principibus & Reipublicæ moderatoribus admãdatũ est vobis ,nõ fecistis?quid causæ est,cur istum nõ adduxeritis? En videre est,quantũ hi Rabini,legis doctores,Scribæ,& Pharisæi sanguinis innocentis sitibundi fuerint,quantaque fuerit istorũ duities,& obstinata malitia,penes quos legis,ac religionis totius erat professio,qui nõ solũ nihil in pietate ex doctrina & miraculis Christi promouebant , sed etiã modis omnibus euertẽdo Euãgelio operã dabant,& efferatiores reddebãtur:quũ tamen agnoscere poterant, quantũ illos pudere debeat , quòd soli obstinatis animis aduersus veritatẽ semper aliquid molientes, nihil ad resipiscẽtiã cõmouerẽtur:sed magis ac magis desiperẽt,insaniréntq; ꝙ imperita multitudo,rudes Galilæi,Samaritani,Cananæi,imò & ipsi Ethnici nullo religionis cultu ornati,atq; totus populus sermone & miraculis Christi non solùm commoti essent,verum etiam crederent.

Pharisæorum duities.

Testimoniũ efficax de Christo.

RESPONDERVNT ministri: Nunquàm sic loquutus est homo,sicut hic loquitur.] Magna ministrorum cõstantia ad perhibendũ Christo testimoniũ corã ,æmulis,& his,quos habebãt,& reuerebãtur , vt dominos,ꝛogantibus Pharisæis cur nõ obijssent quod ab ipsis mandatum erat,non causabantur ministri nimiam turbam, aut timorem tumultus,qui obstitisset ne caperetur,aut alia, quæ comminisci poterant : sed deposita omni tergiuersatione,& excusationis suffugio, admirandæ Christi doctrinæ præcones fiunt, ingenuèque fatentur se quidem eo animo ad IESVM abijsse, vt eum captum adducerent:sed breui sermone IESV,eodémque efficaci audito sese trãsformatos, vt quod apud se faciendum statuerant, reluctãtibus animis efficere non potuerint. NVNQVAM hic loquutus est homo,sicut hic loquitur. Quasi diceret,Si patulis,& attentis auribus prædicãtem audiuisletis,non secus,atque nos,iudicaretis illum non aliorum hominum more loqui,sed præcellentiore modo , quàm alius quispiam possit:atque in eo quicquã diuinum admiraremini, quod certe aliorum hominum naturam excedit. Huius sermo tanto lepore,& tam efficaci virtute lenitus est, vt sua virtute penetrarit ad intima vsque cordis , & vel inuitos

Augustius aliquid facie humana ,in Christo cognitum.

nitos ad contemplanda cælestia , relictis his carnalibus nos inuitarit,inuitatos attraxerit , attractos in alios viros transformarit. Modum,quo id factum fuerit,ignoramus:sed,vsq; adeo nos oblectarũt sermones eius,vt nihil magis in votis habeamus , quã tãtũ vitũ posthac sæpius audire. Nolite itaque interrogare cur hunc non adduxerimus:putaremus sanè grande nefas,& scelus inexpiabile,si huic tam insigni,ac vere sancto viro , manus iniiceremus,qui ne de iniiciẽdis quidem cogitare vellemus, tantum abest vt sceleſtum hoc facinus aduersus hunc tamli doctrina verbóque cælesti præditum virum molireмur.Dicite:Quis possit tam efferato animo esse,qui huiusmodi viris manus violentas inijcere velit? Obserua: Quemadmodum cor regis in manu Dei est, vt quorsum volet,inclinari permittat illud:ita & voluntas, conatus, & consilia ministrorum principis,in manu Dei sunt:qui conentur,moliantúrve quicquid volent,nihil tamẽ effitere possunt , quod non permiserit Dominus. Exemplo nobis sunt hi ministri,qui deliberato consilio à Pontificibus exeunt , séque inneri accingunt vt IESVM comprehendant. At in medio conatu frangitur comprehendendi animus,vt neque exerere nefariam & impiam suã volũtatem,neque in IESVM manus inijcere potuerint. Quid ista nos docent,nisi in aduersis vt duremus , & patientes simus,certò apud nos statuẽtes,aduersarios nihil amplius in nos posse , quàm quod Dominus permiserit, dederitque quantum ad salutem nobis vsui fuerit? Sunt & in sacris multa huic non absimilia exempla. Legimus (Gen.cap.31.Laban hostili & inimico animo persequutũ fuisse Iacob fugientem : at quum Iacob fugienti proximus esset,audiuit vocem cælitus demissam,Caue(inquit Dominus) ne quicquam asperè loquaris contra Iacob. En vides inimicum,& hostilem animũ ipsius Laban fractum,& impeditum,ne Iacob incommodaret. Similiter inimico & hostili animo obuius ibat ipse Esau fratri Iacob,vt solent, si cœperint,fratrum iræ esse acerbissimæ: at in media via fractus est acerbus,& hostilis ille animus Esau,qui currens,& obuius fratri Iacob factus,amicè est illum amplexatus,tãtum abest vt quicquam mali facere fratri molitus fuerit. Hæc dum meditamur,pascimur,&

Corda etiã malorum in manu Dei.

Deus pios tentari finit ad vtilitatem.

Iræ fratrũ acerbissimæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fidei pabula.

toti Deo adhæremus. Sunt enim huiusmodi meditationes, fidei nostræ pabula, quæ suggerunt nobis copiosam annonam, vt in afflictionibus perduremus, certi Deū habere curā de nobis, qui aderit, neque nos deseret, neque nos sinet tentari supra id, quod possumus. Præterea hæc nos docent, sic magistratui obediendum esse, ne tamen innocentes contra mandatū Dei lædamus, aut ne occasionem demus qua lædātur. Item hæc nos docent, quatenus magistratui obediēdum sit: nimirum eatenus quatenus non præcipiat impia. Est certè in omnibus his curandum maximè, quod Petrus in actis clamabat, Oportet Deo magis, quàm hominibus obedire.

[RESPONDERVNT ergo eis Pharisæi: Nunquid & vos seducti estis?] Testimonium, quod Christo ministri tulerunt in Synagoga, tam vrgens fuit, vt hoc nullū magis grauarit, ac traduxerit Pharisæorum obstinatam malitiam. Qui dum totis viribus Christi authoritatem extinguere conantur, illorum conatus in diuersum sese exerit. Molientes enim doctrinam Christi subuertere, illam celebriorem reddunt, atque confirmant. Videntes ministrorum constantiam de Christo tam syncere testificantium, sui animi adhuc furorem dissimulant, & submissiore, ac māsuetiore sermone ministris loquūtur, qui certè ferat cogitationum velania. Timebāt enim ne illi prorsus auellerentur à Synagoga, & sequerentur Christum. Adeste dum (aiunt) quid istud est quod accidisse videmus? NVM & vos, qui estis ex nostris, nihil ad pronitiscuam turbam spectantes, & nobis Legisperitis semper adhæretis, imò qui alterum latus nobis claudere videmini, ab hoc impostore seducti estis, vt à Synagoga ad eam seductoria doctrina defeceritis?

[NVNQVID ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis?] Argumento ab authoritate magnatum, suóque ipsorum exemplo non solùm probare, sed etiam cōuincere conantur Pharisæi, ministros seductos esse. Quasi verò æstimandū veniat verbū, & Euangelium ex magnorum authoritate hominum, & nō ex seipso, & natura sua. Nihil certè mutuatur Euangelium ab hominibus: è cælo est, & cælitus demissum. Stultū prorsus, & vanum est istorum argumētum: An nō experimini, & sentitis

Euangeliū nō ex magnatum authoritate æstimandum.

titis istum hominem, inquiunt, impostorem esse? Si verax, & nullo modo impostor esset, an non existimatis vitos in lege peritos, quales hic videtis, Scribas, doctores, Pharisæos religione acpietate eximios, & principes Reipublicæ, & sanctæ huius gentis studiosissimos, simul & multa authoritate præstantissimos, illius sermonibus suffragaturos. At videtis ne vnum quidem ex optimatū numero, qui illius doctrinam sibi persuaserit, illā approbauerit. Male profectò argumentātur magni illi doctores, dialectici scilicet: Principes & Pharisæi non suscipiunt Christum, ergo vulgus non debet suscipere. Non est cōparanda fides nostra, & Christiana philosophia ex fide & doctrina principum, & Pharisæorum, sed è verbo Domini comparemus oportet. Vnde nemo sapiens hac vtetur ratiocinatione. Qui nobis præsunt, hæc faciunt, ergo eadem facere nobis licet. Aut Reipublicæ moderatores non hæc faciunt, ergo nec nobis eadem factitanda sunt. Nō enim quid faciāt, aut nō faciāt, sed quid iure facere, aut non facere debeāt, attendendum est: neque tam studiosè & solicitè pensandum est quid alij agant, quàm quid nos ipsi agere debeamus.

Fides è verbo, nō magnatum authoritate cōparanda. Paræneſis vitę instituendæ.

[SED turba hæc, quæ non nouit legē, maledicti sunt.] Exhortantur Pharisæi ministros, ne sequentes turbam, cum turba seducantur. Quasi dicerent, Nihil vos commouere debet quòd plebeculam istam, & totius plebis fęcem videritis seductam, & huic impostori adhærentem, quandoquidem hæc NON NOVIT legem, id est, non habet scripturæ exactam cognitionē, rudis, & ignara legis est, propter quod facilè seducta est, dum sine consilio & ratione sequitur quæuis ad suam damnationem. Omnes sunt MALEDICTI, hoc est, execrabiles, qui impostorem sequuntur innumeris maledictis dignum. Aut maledictos dicunt, quòd scriptum sit Deuter. cap. 27. Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Iam quum turba legis ignara esset, nec posset omnia legis cognoscere, sicut erat onus importabile (vt ait Petrus in Actis, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus) maledictos illos Pharisæi iudicabant, nō considerantes quòd ipsi grauius transgrederentur, qui in lege periti, agnoscebant quid lex in primis

Turba nō nouit legem.

Maledicti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mis requirat, Dei timorem scilicet, & proximi dilectionem: à quibus se maximè alienos hoc facto prodiderunt dum Filio Dei hostiliter aduersantur: & hoc pessimo suo de plebe iudicio liuorem & odium aduersus proximum sine misericordia, & æquitate exerũt. Proinde Christianæ Philosophiæ studiosis non minimum est veritatis fidei in Christum argumentum, quòd plebecula, rudes, & ignari in Christum credant: & principes, potentes, & sapientes huius seculi nõ credant. Nec enim possunt, quia nolunt carnalem suam confidentiam, sapientiam, potentiam, sanctitatem in fide abnegare, & se cruci captiuos dare. Ambiunt honores, spirant gloriam, deliciantur, & mundi voluptatibus oblectantur. Itaque crucem abominantur, & Christus crucifixus, est illis abominatio. Huc pertinet quod scribit Paulus 1. Corinth. cap. 1. Videte vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mũdi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Propter hæc autem nolim existimes Dominum abiecisse principes, quòd sint principes. Sunt proculdubio magistratus à Deo ordinati: imò ne vllum quidem hominum genus reijcit. Sed reijcit eos, qui sua carnali sapientia, potentia, & sanctitate, in mundo se conspicuos volunt, nec se cruci & potentiæ Christi dedunt. Propterea fit vt ferè habitet in abiectis, & ijs, qui sunt huius mundi peripsema.

Legis partes.

Graue fidei argumentum.

Magistratus à Deo sunt.

[DICIT Nicodemus ad eos, ille, qui venerat ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis.] Vsque adeò paucorum est fides, vt in tam frequenti concilio Pharisæorum, scribarum, seniorum, ac sacerdotum, vnus duntaxat pius inueniatur, nomine Nicodemus, qui, vt semen Dei, in tempore suo fructificet. Is est, qui metu Iudæorum nocte adierat IESVM, vt secreto colloquio, certius aliquid ab eo cognosceret: qui vnus erat ex ipsis primoribus sectæ Pharisaicæ, non tamen incredulus.

[NVNQVID LEX nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat?] Inter

Inter Pharisæos Christi inimicos sedens Nicodemus, neque palam Christo adhærere, neque ipsi patrocinari aperte audebat: attamen non sustinuit, vt in totum eum desereret: credebat siquidem in eum, quanquàm admodum infirmè. At dum videt illos gladiatorijs animis in exitium Iesu tendere, dum plus non audet, moderatur patrocinium suum, obijciens Pharisæis quòd etiam pro malo quoque viro, sed nondum conuicto, dici poterat. Est nobis (inquit) lex Exodi cap. 23. de non temere damnandis accusatis: qua præcipitur, vt priusquã sententia feratur, iudices ita paruum, ac magnum audiant, nec cuiusquam personam agnoscant. Saltem huic viro hoc iuris tribuatur, quod commune est omnium, & etiam ab ipsa lege datur maleficis. Conuincebantur profectò Pharisæi (nisi manifesti legis præuaricatores videri voluissent) dum obiectam sibi legem audirent, quæ iustum iudicium facere, & neminem, nisi conuictum, condemnare præcipit. Magnæ prudentiæ fuit in Nicodemo: quos cognoscebat nullius veræ fidei argumentis, & rationibus, à tam scelerato instituto recessuros, nec audituros quidem, eos à tam impio scelere sua ipsorum lege deterrere, atque hac interpellatione factum esse, vt pestilens hoc concilium in præsens dissolueretur, & nihil contra Dominum statueretur. Obseruemus hoc loco, Nicodemum fructum aliquem attulisse, etiam in hac periculosa conditione, & infirma tua fide.

Nicodemus occultus Christi patronus.

Iudicibus peruersè præscriptum.

[RESPONDERVNT, & dixerũt ei: Nũquid & tu Galilæus es?] Malè habet impios, si qs pius sceleratis ipsorũ conatibus resistat. Quũ Pharisæi consiliũ Nicodemi tanquã impiũ refellere, & cõdemnare nõ possent, ad conuicia vertũtur: vt quẽ iure reũ agere nequeunt, eũ hæreseos, & sectæ Christianæ Pharisæis cõtrariæ, insimulent. NVNQVID & tu Galilæus es? Per contemptũ vocãt eũ Galilæum, tanquam à Galilæo seductum, aut Galilæi discipulum. Hoc concedimus (aiunt) turbis, & imperitę turbæ venia dari potest: at non pudet te principem Synagogæ, & legislatorem, discipulum esse huius impostoris Galilæi? cui nõ adhæret quisquam, nisi quidam rudes, è media fæce plebis, homines abiectissimi apud homines, apud Deum verò execrabiles, & maledicti.

Vilia capita sequuntur Christum.

SCRV

[SCRVTARE Scripturas, & vide quia à Galilæa Propheta non surgit.] O quàm ridiculũ teipsum præstas, & iuscitiam tuam prodis, dum huic impostori patrocinari videris! Tũne legis doctor es, & ignoras à Galilęa Prophetam nunquàm surrexisse? Excute Scripturas, si vsquam comperies Prophetam à Galilæa exortum fuisse. Stultè, & impiè Pharisæi Nicodemo respondent: non enim Nicodemus dixerat Iesum Prophetam esse: sed neminem damnandum esse, cui nõ fuerit defensionis locus, & cuius non fuerit cognita causa. At non solet syncerũ, & rectum esse iudicium, quorum liuor, & odium mentẽ occupauit. Insimulant, & accusant Nicodemum cùm hæreseos, quòd Christo adhæreat: tum imperitiæ, quòd historiarum, scripturarúmque sit ignarus. Inoleuitq; mos iste apud magnates, qui nolentes audire sana consilia, coniurant alicuius factionis, aut impij facti suspectos reddere, qui rectè consulunt. Sed dum isti hæc aduersus Nicodemum moliuntur, suam inscitiam produnt, dicentes à Galilæa Prophetam non surrexisse, quum Elisæus Propheta in Galilæa exortus fuerit, 3. Reg. cap. 19. Quòd si de illo eximio Propheta in lege promisso intellexerint, excutiant Prophetas, & cognoscent quoniam Nazaræus ille vocaretur, hoc est, esset: qui prædicationem suam in Galilæa cœpit: in qua & magnus ille Ioannes Baptista surrexit, apparuitque prædicans regnum Dei. At isti, quemadmodum & hypocritæ pseudodoctores, nihil extrà personant, quàm Scripturas, quum interim à Scripturarum intellectu alieniſsimi sint. Hæc conuicia passus est Nicodemus, typum gerens piorum, qui simile referunt præmium ab impijs, si quid rectè contra illorum impium conatum consultauerint.

Elisæus Galilæus.

[ET reuersi sunt vnusquisque in domum suam.] Posteaquam vltro citróque controuersum est, pestilens illud concilium dissolutum est, ac quisque in suas ædes redijt, impio, & sacrilego proposito dilato, sed non mutato, tanta erat istorum immanitas, & effrænis vesania.

CONCILIATIO PRIMA.

Videtur pugnãtia quædã esse in his, quæ Christus dixit, Ego nõ ascendã ad diẽ festũ istũ, quum paulò pòst dicatur ab Euãgelista, Tũc & ipse ascẽdit ad diẽ festum. Respondeo:

spondeo: Christus non ideo recusauit se profecturũ cum cognatis ad diẽ festũ, quòd vel timuerit aduersariorũ insidias, vel omnino ad festũ proficisci noluerit, quũ posteà profectus sit: sed quòd noluerit carnalibus cognatorũ affectibus seruire. Sic & in nuptijs nõ simpliciter matri denegauit quod petierat, sed significauit se in his, quæ sunt Patris opera, non inseruiturũ iuxta humanæ & materuæ volũtatis postulationem. Vide rursum à sermone Euãgelico indignatur sese per matrẽ & cognatos euocari foras. Et aliquãdiu per in Cana cõmoratus cum propinquis suis, relictis illis aggreditur munus prædicandi. Deniq; pendẽs in cruce matrẽ, mulierem appellat, velut in eo negotio matrẽ nõ agnoscens. Quin & puer adhuc, & duodecim natus annos, indignatus videtur, quòd illorũ authoritate ab his, quę Patris ipsius erãt, auocaretur. Cognatorũ ergo authoritatem, & affectus semper solitus est submouere Christus, quoties Euãgelicũ agendũ esset negotiũ: quod quoniã totũ arbitrio Patris volebat asseribi, nõ patiebatur humanis rebus inquinari. Huc maximè cõuenit, quod scribit Paulus ad Galatas capite 6. In Christo enim Iesu neq; circũcisio aliquid valet, neq; præputiũ, sed noua creatura. Nõ ergo negat omnino se ascẽsurum, sed apertissime affirmat se nolle cũ Iudæis (quos nomine fratrũ Euangelista significat) festũ agere diem, & vmbras sequi: vt Prophetica quoque voce prædixit Esaiæ cap. 1. Incẽsum abominatio est mihi, neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram: iniqui sunt cœtus vestri: kalendas vestras odinit anima mea. Huc pertinet quòd aliqua exemplaria habent iuxta Græcam lectionem, οὐκ ἀναβαίνω, id est, ego nondũ ascendo. Eandem habet lectionem Chrysostomus scribens, Vos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascẽdam adhuc. Non dixit simpliciter, Non ascendam: sed, Adhuc, id est, vobiscum: quia tempus meum nondum impletum est: atqui in futuro paschate crucifigendus erat.

CONCILIATIO SECVNDA.

Hic locus, Rectũ iudiciũ iudicate: pugnantiã habere videtur cũ eo, qui scribitur Mat. cap. 7. Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. Respondeo: Prohibent Scripturæ solũmodo iudicium temerarium, impium, inuidũ, fauore, aut

Iudicium prohibitum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut odio corruptũ,iniquũ,causa non perspecta:nõ autẽ rectũ iudiciũ, quod nõ solùm nõ prohibet,sed etiã præcipit Dñs. Vnde iudices ordinatione diuina constituti sunt, vt iudicẽt homines secundũ legis præscriptũ. & causam Dei agant,non respicientes personã,sed solã causam cõsiderẽt,Deuter.1.& 2.Paralip. cap.19.quos etiã ob id Deos appellat Scriptura,Exo.cap.22.& alijs multis locis: Roman. cap.13. Dei minister est.Quãdo autẽ in Matthæo Christus vetat iudicare,priuatis personis loquitur,non autẽ iudicibus, & magistratibus,quos ordinauit.In totum vetat Matth. cap.7.ne condẽnemus alios peccatores,quasi simus, videamúrque puriores, & integriores:sed potiùs nosipsos iudicemus,vt ab alijs non iudicemur, vt docet Paulus 1. Corinth. cap.11. & obseruemus trabem in oculo nostro,dum in proximi festucam videmus,Lucæ cap.6. Aliud quoddam est iudicium spirituale ad doctrinam pertineus, quod simpliciter exigit Spiritus sanctus, Matthæi cap.7. Attendite à falsis Prophetis,&c.& 1.Ioan.capi.4.Probate Spiritus an ex Deo sint.

CAPVT VIII.

IESVS autẽ perrexit in montem [1] Oliueti: [2] & diluculo iterũ [3] venit in tẽplũ,& omnis populus venit ad eũ, & sedẽs [a] docebat eos. Adducũt autẽ Scribę & Pharisęi mulierẽ in adulterio deprẽhensam: [4] & statuerũt eã in medio, & dicũt ei,Magister, hæc mulier modò deprẽhẽsa est [5] in adulterio.In lege autẽ Moyses mãdauit nobis

1 Oliueti)oliuarum.
2 Et diluculo) diluculo autẽ.
3 Venit) veniebat.
4 Et statuerunt)id est,ante oculos eius.
5 In adulterio)id est, in ipso facto quũ adulteraretur.
a Docet Iesus populum in templo.

Leuit.20.2

nobis [6] huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum : vt possent accusare eũ. Iesus autẽ inclinans se deorsum,digito scribebat in terrã. Quũ ergo perseuerarẽt interrogantes eum, erexit se, & dixit eis, Qui [7] sine peccato est vestrum,primus in illam lapidẽ mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terram. [8] Audientes autem hæc vnus post vnum exibant, incipiẽtes [9] à senioribus: [10] & remansit solus Iesus,& mulier in medio stãs. [11] Erigẽs autem se Iesus,dixit ei, Mulier, vbi sunt q te accusabãt? nemo te cõdẽnauit? Quæ dixit,Nemo Domine. Dixit autem Iesus, [b] Nec ego te [12] condemnabo. Vade,& iam amplius noli peccare. Iterũ ergo loquutus est eis Iesus,dicẽs,Ego sum [c] lux mũdi : qui sequitur me,non [13] ambulat in tenebris,sed habebit lumẽ vitæ. Dixerũt ergo ei Pharisæi, Tu de teipso [d] testimoniũ perhibes : testimoniũ tuum non est verum. Respõdit Iesus, & dixit eis,Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimoniũ meum : quia scio vnde veni, & quò vado : vos autem nescitis vnde venio,aut quò vado. Vos [14] secundũ carnẽ iudicatis: ego nõ [e] iudico quẽquã:& si iudico ego, iudiciũ meum verum

6 Huiusmodi) eas quæ sunt eiusmodi.
7 Sine peccato)vox græca significat etiã eum,qui peccare no potest.
8 Audientes autem hæc) q.d. quum à conscientia redarguerentur.
9 A senioribus)vsque ad postremos.
10 Et remãsit &c.) relictus est.
11 Erigẽs &c.) quũ neminem vidisset præter mulierem.
12 Condẽnabo) condẽno.
13 Ambulat) ambulabit.
14 Secundum carnem)id est, humano iudicio non vere iudicatis.
b Mulieri in adulterio deprehensæ cõdonantur peccata.
c Lux Christus.1. Ioan.1.b
d Testimonium.
e Iudicare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verum est: quia solus non sum, sed ego, & qui misit me, Pater. Et in lege vestra Scriptum est, Quia duorũ hominum testimonium verum est. Deuter. 19.b Matt. 18.b 2. Corin. 13.a Hebr. 10.c Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me Pater. Dicebant ergo ei, Vbi est Pater tuus? Respondit Iesus, Neque me scitis, neque Patrẽ meum: si me scireris, [15] forsitan & Patrem meum sciretis. Hæc verba locutus est Iesus in Gazophylacio, docens in templo: & nemo appræhendit eum, quia nec dum venerat [f] hora eus. Dixit ergo iterum eis Iesus, Ego vado, & quæretis me: & [16] in peccato vestro moriemini. Quò ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi, Nũquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quò ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis, [17] Vos de [18] deorsum estis, ego de supernis sum: vos de [g] mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris: si enim nõ [h] credideritis quia ego sum, [i] moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dixit eis Iesus, [19] Principium, qui & loquor vobis. Multa [20] habeo de vobis loqui, [21] & iudicare: sed qui me misit, verax

15 Forsitan) vtique.

16 In peccato) in peccatis

17 Vos) subaudi, vestra opera.

18 Deorsum) ex infernis, & terra.

19 Principiũ) principio, id est, sum id, qđ à principio me esse dixi vobis vt presens pro præterito ponatur, & subaudiatur, Et tamen non creditis mihi

20 Habeo) id est, possum.

21 Et iudicare) & pro etiã q.d etiam condemnare possum quod doctrinam meã irrideatis.

f Hora.

g Mundus.

h Fides.

i Mors.

verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mũdo. Et non cognouerunt [22] quia [k] Patrem eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Iesus, [l] Quum exaltaueritis filiũ hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil: sed sicut docuit me Pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum: quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. Hæc illo loquente, [m] multi crediderũt in eũ. Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderũt ei, Iudæos, Si vos manseritis [23] in sermone meo, verè discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatẽ, & [n] veritas [o] [24] liberabit vos. Responderũt ei, Semẽ Abrahæ sumus, et nemini seruiuimus vnquã: quomodo tu dicis, Liberi eritis? Respondit eis Iesus, [25] Amen, amẽ dico vobis, quia omnis, qui facit peccatum, [p] seruus est peccati: seruus autẽ nõ manet in domo in æternũ, [q] filius manet in æternum: si ergo vos Filius liberauerit, verè liberi eritis. Scio [r] quia filij Abrahæ estis: sed quæritis me interficere, quia sermo meus [26] non capit in vobis. Ego quod vidi apud Patrem, loquor: & vos quę vidistis apud Patrem vestrum, facitis. Responderunt, & dixerũt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Ie-

k Deus pater Christi. Rom. 3.a 1 Crucifigẽdus Christus.

l Crucifigẽdus Christus.

m Credunt Iudæi aliquot.

n Veritas.

o Liberare.

p Seruꝰ peccati. Roma. 16.c 2. Petri 2. d

q Filius.

r Abrahæ filij.

22 Quia Patrẽ eius, &c.) quod de Patre eis loquutus esset.

23 In sermone, &c.) id est, in doctrina mea.

24 Liberabit) libero a vos faciet.

25 Amen amen) id est, quàm verissimè.

26 Non capit) nõ habet locum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus, Si filij Abrahę estis, opera Abrahæ[27] facite. Nunc autē quæritis me interficere, hominē, qui veritatē vobis loquutus sum, quā audiui à deo: hoc Abrahā[28] non fecit. Vos facitis opera Patris vestri. Dixerūt itaq; ei, [s]Nos ex fornicatione non sumus nati. Vnū Patrē habemus [t]Deū. Dixit ergo eis Iesus, Si Deus Pater vester esset, diligeretis vtique me: ego enim ex Deo processi, & veni: neq; enim à meipso veni, sed ille me misit. Quare loquelā meā non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meū. Vos ex patre diabolo estis, et desideria Patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, et in veritate nō stetit: quia nō est veritas in eo: quū loquitur [x]mendaciū, ex proprijs loquitur, quia mendax est, et pater[29] eius. Ego autem si veritatem dico, nō creditis mihi. Quis ex vobis[30] arguet me de peccato? [31] Si veritatem dico, quare vos nō creditis mihi? [y]Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos nō auditis, quia ex Deo nō estis. Respōderunt ergo Iudæi, et dixerunt ei, Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, et dæmoniū habes? Respōdit Iesus, Ego dæmonium nō habeo: sed[32] honorifico Patrem meum, et vos[33] inhonora

27 Facite) facetis vtique.

28 Non fecit) non fecisset si ætate illius fuissem.

s Fornicatio.

t Pater Iudęorū, Deus.

u Diabolus Pater. 1. Ioan. 3.

x Mendacium.

29 Eius) subaudi mēdacij, id est, author & inuctor est.

30 Arguet) arguit.

31 Si veritatem) Si, id est, quia.

y Verbum Dei audire. Ioan. 4.

32 Honorifico) cohonesto.

33 Inhonoratis) ignominia afficitis.

honorastis me. Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat, & iudicet. Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternū. Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quia dæmonium habes: Abraham mortuus est, & [z] prophetæ, & tu dicis, Si quis sermonem meū seruauerit, non gustabit mortē in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis? Respondit Iesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, Quia Deus noster est: [34] & non cognouistis eum: ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. [a] Abrahā Pater vester[35] exultauit vt videret diem meū: & vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus, Amen, amen dico vobis, antè, quàm Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum: Iesus autem * abscōdit se & exiuit de templo.

z Prophetę.

a Abraham vidit diem Christi.

34 Et non cognouistis) atqui men nō cognitum habetis illum.

35 Exultauit) vti optauit videre.

* Trāsiens per medium illorum, & pr æterijt sic: ita legunt quædam exemplaria Græca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iesus autem perrexit in montem Oliueti. CAP. VIII.

Christi secessus à turba.

EInita prædicatione,& enarrata turbæ salutari doctrina, quum Ierosolymis locus nó esset quietus,& nox immineret, Christus in montem Oliueti concessit, in quem frequenter secedebat oraturus, idq; noctu ferè. Hoc suo exemplo docens secessum cõuenire Euangelicis prẽconibus post proximorum institutionem: die quidem docebat in templo, gratiam Patris annuntians. Neq; enim erat, quod se dignus, aut hominibus vtilius præstaret, quã Patris,& ipsius cognitio, sit vita æterna. Cõcessit igitur in montem Oliueti, orandi, simul & gratias agendi causa, deinde fessas vires reparãdi: quod in illius montis latere esset Bethania, gratum sibi hospitium, ab

Bethania ab Ierusalem 15. stadijs.

Ierosolymis distans stadijs fermè quindecim: quæ conficiunt paulò minus, quàm passuum duo millia. Mons Oliueti est ad orientẽ Ierosolymæ, torrente Cedron interfluente, sabbati habens iter ab Ierusalem, hoc est, spatiũ bis mille passuum. Act. cap. 1. & Luc. 19.

[ET diluculo iterum venit in templum.] Suum prædicandi, docendiq; munus ad aliquot horas Christus quidẽ intermisit: ita tamen, vt ad illud redeat postridie DILVCVLO, hoc est, mane, Sole oriente ostendens quo zelo, & feruore, quáve diligentia negotiũ Patris ageret, & quantum animarum nostrarum salutem sitiret. Rursus venit (scilicet ne metu crucis abijsse videretur) IN Templum, hoc est ãn suam aulam, in domum Patris suiq; insinuat

Christus quasi rex.

qualis rex sit, quale regnum habeat, & qualem doctrinam, nimirum cælestem ac spiritualem.

[ET omnis populus venit ad eum.] Hic locus vim, & potentiam Euangelij cõmendat, ad quod vniuersus populus confluxit. Legis doctrina certum quendam populum tantum habuit: at lex Euangelica vniuersalis est, omnium saluti prospiciens. Vnde non pars, sed vniuersus populus ad Christum confluxit, partim superioribus miraculis, & sermonibus in admirationem adductus, partim occasionem captans aduersus Christum.

Euangelijũ doctrina vniuersalis.

[ET sedens docebat eos.] Non stat, quemadmodum pridie,

pridie, sed sedet & ita sedendo suæ personæ philanthropiã cõmendat, demõstrans doctrinã suam pacificam, & amicã, palamq; præ se ferens, se nihil metuere Pharisæorũ impias conspirationes. Sedit quãdo homo factus est, formã serui accipiens. In qua dum docet, ostẽdit præcipuum suũ officiũ, quod est, nuntiare voluntatẽ Patris, & errãtes oues in caulas Patris reducere, quærere, & saluum facere quod perierat. Per susceptam enim humanitatem visibilis apparuit, & cœperunt homines de diuinis faciliùs doceri.

Christi officium.

[ADDVCVNT autem Scribæ, & Pharisæi mulierẽ in adulterio deprehẽsam.] Scribæ, & Pharisæi grauioribus sceleribus intus madẽtes, multoq; sceleratiores, quàm est sequentia docẽt) mulierẽ deprehensam in adulterio. Scribæ,& Pharisæi nobis adumbrãt eos, qui literæ legis adhærẽtes, cupidis animis sunt ad vindictã, prætextu legis vlciscũtur,& vindictã curãt aduersus fontes, (quibus nequiores sunt intus) nõ animaduertentes se magnos esse peccatores,& coram Deo, æquali, aut grauiore pœna dignos. Rursus nõ absimiles sunt his, qui in alieno oculo festucã vident, in suo autem trabem non obseruant. Lucæ cap. 16.

Mulier in adulterio.

[ET statuerunt eam in medio.] Sistũt adulteram coram Christo, velut iudice, pro accipienda certa sententia. Volunt Christum in rebus ciuilibus,& politicis iudicem existimantes, officium eius prospicere politiam, & honestatem externam. Quasi verò iustũ existimaret coram Republica eum, qui externe seruaret legem, iniustum autẽ qui externè non seruaret, nihil interim curans de affectibus. Ad hunc modum iudicant Mosaici iudices, nihil de puritate affectuum cognoscentes. At non item Christus, qui iuxta cogitatus,& voluntatem iudicat, non autem secundum externa opera tantum.

Mosaici iudices.

[DIXERVNT ei, Magister.] Magistrum salutant, cuius nolunt se discipulos. Verè hypocritica est hæc salutatio à Domino cognita, quẽ nihil, quantumuis occultũ, fugit. Agnouerãt isti male feriati homines Dominũ mire facilem, ac benignũ erga peccatores, eoq; sperant ipsum cõtra legẽ Moysi adulteram absoluturũ, atq; ita daturũ occasionẽ, vt meritò, & iure optimo, possent in eũ, tanquã legis Dei euertatorem, sæuire. Volunt igitur illum, hoc

Hypocritica salutatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

honoris titulo ineſcare, atque hæc non præuiſurum reris putant: quæ, vt diſsimulent, fingunt ſe illius diſcipulos, ſuique nominis ſtudioſiſsimos, vocantes illum Magiſtrum, cuius cœleſtem irridēt doctrinam: Luc. cap. 16. quē alibi ſeductorem vocant, & impoſtorem, ſuprà cap. 7.

[HAEC mulier modò deprehenſa eſt in adulterio.] Cauſa, propter quā volunt ſententiā ferri, ſimpliciter proponitur. ſed quę plena eſt hypocriſi. Hęc mulier (inquiunt) quā modo coram te ſtatuimus, deprehenſa eſt in ipſo facto, quū adulteraretur. Hæc accuſatio mimetica eſt, typum gerēs eorū, qui foris, quantū ad verba attinet, cauſam proponunt contra proximū ſimpliciter, interim tamē liuor, odium, & vindicta animos occupant, multò ſceleratiores, quàm eorū, quos accuſant, & reos peragūt. Quòd adulteram accuſent (quum legem Moyſi de damnandis adulteris habeant) non male agunt: ſed quòd illā ſtatuunt coram Chriſto, vt Domino inſidientur, & illi incommodent, perperam & male faciunt, nec minùs accuſandi veniunt, quòd ex animis vindictę cupidis ſine vlla cōmiſeratione ream agunt adulteram.

[IN lege autē Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare.] Dolis prætexunt Phariſæi authoritatem Scripturæ, vt pij, & religioſi appareant. Moyſes (aiunt) ſtatuit nobis legem, vt huiuſmodi lapidaretur. Leuit. cap. 20. Si mœchatus quis fuerit cū vxore alterius, & adulterū perpetrauit cū cōiuge proximi ſui, morte moriatur & mœchus, & adultera. Hæc lex veteris Teſtamenti de pœna adulterij ferè reſpōdet legi Iulię de puniēdis adulteris, vt capite plectātur. Obſeruandū: Quum ſolus Chriſtus ſua morte pro peccato ſatisfecerit, nō infligitur mors alicui pro ſatisfactione, & expiatione ſui peccati: nam lex, ſiue ſuppliciū per legē irrogandū, nō in peccati expiationem reſpicit, ſed in Reipublicæ vtilitatē, cōmodū, & pacificū cōuictū: cuius intereſt vt cædes, homicidia, ſeditiones, & id genus ſcelera prohibeātur. Puniūtur ſontes gladio, vt de medio populi auferatur malum: hoc eſt, ne impunito facinore, populus exēplū malū ſequatur, & ſucceſſu temporis, iniquitatē pro iuſtitia, & peccatū pro virtute cōputet. Impunitas enim peccatorum occæcat, vt tādem peccatum nō agnoſcatur peccatum eſſe. Huc pertinet quod Iulius

Lex de adulteris.

Impunitas peccatorū occæcat.

Iulius Cæſar refert de Germanis, qui ſua tempeſtate cōmendabāt latrocinia, quæ extra fines regionum ſuarum fierent: ſed ea exercendæ iuuentutis, & deſidiæ minuendæ cauſa fieri prædicabant. Ferunt alij Spartanos, Perſas, & Scythas cenſuiſſe furta eſſe licita, & honeſta iuuentutis exercitia. Stringit ergo gladiū lex in malos, nō ad expiandum peccatum, quod ſola reliſcentia deletur, ſed partim vt paci Reipublicæ conſulatur, & à malis non inficiatur: partim vt malorum ſupplicio reliqui à malo deterreantur: & ne peccandi licentia in tantam peccati aſſuetudinem veniant, vt peccatum nō agnoſcant eſſe peccatum: & quòd impium, ac ſceleſtum eſt, pro virtute ducant. Quia ergo ex adulterio, cædes, & perturbatio Reipublicæ oriebantur, Moyſes legem de puniendis adulteris, vt lapidarentur, tulit.

Furti commendatio apud Germanos.

Lex cur gladium portat.

[Tu ergo quid dicis?] Quid igitur cenſes tu, qui te Meſsiam noſtrum prædicas: qui Filium Dei, & doctorē à Deo narras: qui legem, & Prophetas tam appoſitè citas, (quos tamen longe aliter interpretaris, quàm Rabbini noſtri) qui ſupra Scribas, & Phariſæos noſtros religionis Iudaicæ veteranos ſapere vidēris: qui peccata ſolo verbo remittis, & te mitiſsimum erga omnes oſtendis: quid de hac adultera modò in ipſo facinore deprehenſa, faciendum iubes? Nos in hoc limatiſsimum iudicium tuum expectamus, proferto ſententiam tuam, quam exequi parati ſumus. Hanc iuxta Moyſi noſtri legem, populo lapidandam tradimus, niſi tu diſſentis.

[HOC autē dicebant, tentantes eum, vt poſſent accuſare eum.] In ſpeciem, Scribæ, & Phariſæi Dominum interrogantes, videbātur amici, probi, & Chriſto bene velle: ſed illorū hypocriſim detegit Euāgeliſta, dicēs illos vere hypocritas, veluti omniū malorū lernam fugiendos, quorū finis eſt, tētare Chriſtum, è tētatione accipere occaſionē accuſandi, & ex accuſatiōe anſam dānandi, ex damnatiōe cauſam occidēdi. Venātur ergo anſam criminā di, dū mulierculā in medio conſtituunt. VT TENTENT Chriſtū, hoc eſt, vt eū in ſermone cōprehendant. Aiebant enim apud ſeipſos, Hic prædicat ſe mitē, humilē, & man ſuetū erga omnes, vnde vniuerſus ad eū populus cōfluit. Præterea ſe miſſum à Patre, vt peccata populi remittat,

Phariſæorum dilemma.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnde paralytico, priusquam eum sanaret, dixit, Remittuntur tibi peccata tua: & mulieri peccatrici, Remittuntur tibi peccata, fides tua te saluã fecit. Itaque, si adulteram, iuxta Moysen, lapidandã cẽsuerit, suę mãsuetudini detrahet, & occasionẽ habebimus cõtẽnendi authoritatẽ eius apud populũ, simul & mẽdacij eũ arguẽdi, vt q multa de peccatorũ remissiõe prædicet, quã tamẽ nõ præstet. Si verò absoluerit, (quod futurũ speramus) habebimus quod in ipsum intentemus crimen, qui nõ veritus fuerit cõtra diuinæ legis præscriptũ, absoluere adulterã. Atque ad hũc modũ coorietur populi tumultus, & is impostor tãquã adulterij fautor, pro muliere lapidibus à populo obruetur. Huiusmodi itaq; fuerunt hypocritarũ insidiæ, & callida cõsilia, quibus cõmẽti sunt se inuenisse viã, qua vtrũuis faceret Dominus, in paratos incideret laqueos.

Christus suo silentio aduersariorum insidias frangit.

[IESVS autẽ inclinãs se déorsum, digito scribebat in terrã.] CHRISTVS vtroq; quæstionis cornu prestius, vt vidit illorũ technas, & laqueos, (quũ nihil omnino, quãtumuis occultũ, eum lateat) nõ recusauit iudicij delatũ, sed diuina sua prudẽtia, vt illorũ, qui de cẽsu Cæsari dando rogarãt, ita istorũ malitiã eluit. Nõ iussit contra Moysi legem necessariò coercẽdis maleficijs adhibitã, absolui adulterã, qui venerat vt legẽ consummaret, non abrogaret. Neq;, quum externi iudicis officio non fungeretur, voluit pronuntiare lapidandam, qui in mundum venerat non vt perderet, sed quod perierat, saluaret. In primis nihil respõdit, sed suo silẽtio mulieri, quę ad pœnã rapiebatur, est patrocinatus, vt saluaretur pœnitentiæ, ac resipiscentiæ remedio ad salutẽ. Huiusmodi ergo hypocritis rogãtibus, nõ vt verum discerẽt, sed vt venarentur quo Dominũ accusarent, hoc est, vt contra legẽ respõderet, verbis nihil respõdit, sed ipso facto plus loquebatur. Nã inclinans se déorsum in terram, scribebat digito: vt dum aliud prima facie agere videretur nihil respõdẽdo, Pharisæos ad quærendum maiori cum importunitate vehementiùs prouocaret, suorúmque scelerũ déinde ita admoneret, vt præ pudore nõ auderent consistere. Digni profectò erãt, quos incertos quid ipse sentiret, relinqueret. Hac inclinatione significabat, sibi nõ placere accusatiõnẽ Scribarũ, & Pharisæorũ: nõ quòd mulierculæ faci-

Christi inclinatio in terram.

nus probare, quódq; legem de puniẽdis adulteris tollere vellet: sed ne videretur animis sanguinis innocẽtis & vindictæ cupidis, atq; præ se vindictæ æstuãtibus fauere, & assentiri: déinde ne approbaret supercilioſam, hypocriticã, sanguinariã, & immisericordem accusatiõnẽ illã. Rursus vt accusatores, qui se iustos videri volebãt, multò sceleratiores esse, quàm esset rea muliercula, declararet: Vt dum seipsos agnoscerẽt, & internæ suæ impietatis cognitionẽ haberent, intelligerẽt, & seipsos, & ream coram Deo esse eiusdẽ monetæ, & eadem pœna dignos. Itẽ vt ostẽderet nõ temerè de proximo ferendũ iudicij: atq; hac in terra inscriptione insinuaret omnes de terra homines esse, eq; peccatores, ab homine terreno terrenos ortos, & è peccatore peccatores progenitos. Postremò vt demõstraret se nõ esse externũ iudicem, qui in causis forensibus ciuilem, & politicũ magistratum exercerevelit.

[QVVM ergo perseuerarent interrogantes, erexit se, & dixit eis.] Quum facto, & sui inclinatione suam pronuntiasset sententiam, qua illorum supercilium damnabat, quo sibi quisq; nimis placebat, & animo supino proximum despiciebat, instabant tamẽ vt voce suam ferret sententiã, quanquàm facto iam ostendisset quid de quæstione proposita sentiret. Hoc peculiare est hypocritis, vt non facilè cedãt, etiam euidentissimis rationibus cõuicti: sed clamoribus, conuicijs, & modis omnibus instẽt, & aduersentur ei, quem oderũt. Erectus igitur Christus, non intelligentibus quid faceret, explicuit, illorum importunos clamores repressurus.

Hypocritarũ modus.

[QVI sine peccato est vestrũm, primus in illam lapidem mittat.] Prudens, & maturum est hoc responsum, quo nec legis sententiam de plectendis adulteris arguit, nec suã doctrinã de remissione peccatorũ, & sua mansuetudine retractauit: sed Scribas, & Pharisæos ex propria iustitia turgidos, & fastuosos cõfundit, omniúmque cõscientiã percutit, efficitque occulta spiritus efficacia, quũ dicit, QVI absque peccato est primus, &c. vt vnusquisque sibi male cõscius metuat, ne IESVS (cui videbant etiam occulta cordiũ non esse incognita) proderet in publicũ ipsorum impios cogitatus, & scelerosas machinationes. Simili responsione quibusdam (Lucæ cap. 13.) respondit.

Christus aduersatores reprimit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui referebãt de Galilæis, quorũ sanguinem Pilatus miscuerat cum sacrificijs ipsorũ. Putatis (inquit) q̃ hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Nõ dico vobis: sed nisi pœnitentiã habueritis, omnes similiter peribitis. Ita hoc loco ait, QVI sine peccato est vestrũ, primus in illã lapidẽ mittat. Quasi dicat: Meus aduẽtus huc, nõ est vt in forẽsibus cauſis politicis & ciuilẽ iudicẽ agã. & damnẽ quempiã, aut absoluã: sed specialiter huc veni, vt ostendã quidẽ omnes ex æquo peccatores esse corã Deo, & neminẽ quidẽ dãnẽ, sed salue omnes. Propterea quãdo ita vrgetis vt meã voce ferã sententiã: ego rex, & iudex spiritualis, aio, QVI sine peccato est, &c. hoc est, Nõ solũ hęc mulier est peccatrix, verũ etiã vos omnes corã Deo estis peccato obnoxij. Lex externa iubet quidẽ mulierẽ istã plectendã: at quum lex spiritualis sit, & ostẽdat vos ęquè peccato obnoxios, atq; hãc mulierẽ, dãnat vos perinde, atq; mulierẽ. Nã mulier opere adulteriũ designauit, vos cõcupiscẽtia, & spirituali idololatria, illud perpetratis, vnde ęquè grauiter peccatis: imò q̃ iusti vobis videmini, multò sceleratiores estis quã illa: q̃ atrociori crimine, internis scilicet fœditatibus, auaritia, odio, inuidia, superbia, & id genus nefandis impietatibus toti maderis, & oppleti estis. Quid igitur? Nõ reprobo Moysi legẽ de adulterio: sed hac mea sentẽtia dico, vt q̃ à peccato imunis est, primus in illã lapidẽ iaciat. Hoc repso se & iustũ & mãsuetũ ostẽdit. Hęc vox iustitiæ est, Puniat peccatrix: mox sequtur mãsuetudo: sed nõ à peccatoribus impleat lex, & ab eiusdẽ legis pręuaricatoribus. Discamus ex hoc loco cõtẽplari publicos peccatores, qui ad publica supplicia rapiũtur: vt cogitemus nos corã Deo æquales peccatores cũ illis publicis sontibus, nisi q̃ corã mundo, & de externo facto puriores sumus. Vnde obseruandum est, q̃ Christus hoc loco confert inter se hypocritam & externa facinora, exæquans inter se hypocritas & externe flagitiosos, qui similiter legis iudicio (quantum ad peccatum attinet) exæquantur. Lex enim omnes concludit sub peccatum, sed nõ cõcludit omnes sub pœnam corporalẽ. De hac æqualitate omnium hominũ coram Deo existentium peccatorum, cõsule Apostolum ad Rom. cap. 2. Proinde si hypocritæ externas legis pœnas non luant (propterea quòd non appareant illorũ opera) dabunt tamen pœnas nunquã interituras: quæ sunt, maledictio, ira, indignatio, & damnatio, quòd nunquàm legi ex animo obedire voluerint. Rogabit aliquis, Nulline licet iudicẽ agere, nisi innocẽti? Atqui hac ratione data, nullus vnquã facinorosus plecteretur, quando omnes concludit scriptura sub peccato. Respõdeo: Christus non hic agit de functione magistratus, sed (vt paulò antè dixi) confert inter se hypocrisim & externa opera. Quare, qualis qualis fuerit iudex, si sola causa rectè discussa iuxta legis præscriptum & verbũ Dei iudicauerit, siue peccato fuerit obnoxius, siue alienus à peccato, rectè iudicabit, & sententiã licitè pronũciabit. Iudex enim nõ est sententiæ author, sed lex, cuius minister est iudex. Si verò illius criminis agnosceretur esse reus, cuius alterũ dãnat, peccaret iudicãdo, propter proximorũ offendiculum. Si verò peccatũ iudicis occultũ fuerit, nec absimile tamen peccato rei, nõ peccat quidẽ pronũtiando legis sententiã in reũ eiusdem peccati accusatũ. Officiũ enim illius est, sic ferre sententiã: sed peccat quòd non resipiscat, & in se non arguat, quod in altero iure punit. Proinde grauiorẽ recipit damnationẽ, & in semetipsum sententiã profert, dũ in altero dãnat, quod sibi liberè permittit. Obserua. Sine peccato Græcis legitur ἀναμάρτητος, quod nõ solũ significat eũ, qui nõ peccauit, sed q̃ peccare nõ potuit, vt indicauit Hieronymus in dialogis aduersus Pelagium.

Peccatores omnes.

Christi sententia de adultera.

Publici peccatores puniendi.

Lex, omnes sub peccatum, sed nõ sub pœnam cõcludit.

Pœnæ æternę.

An iudex in peccato possit iudicare.

Sententiæ author lex, nõ iudex. Iudex, minister legis.

[ET iterum se inclinans scribebat in terram.] Breuiter, & acutè quidem respondit: at vt hoc apophthegma (hoc est, breuis, & egregia responsio, siue sententia, qua pronuntiauit) fortiùs illorum animis inhæreret, rursum inclinatus scribebat in terrã, depingens quid ab illis vellet fieri. De qua re in terram scripserit, non est memoratum, quanquàm verisimile sit, Dominum occulta Spiritus efficacia illis insinuasse vim, & energiam illius apophthegmatis. Qui sine peccato est vestrũm, primus in illam lapidem mittat. Vnde seipsos longè sceleratiores cognouerunt ijs, quos immani pœna lex puniret. Nam illa, quam à populo lapidandam volebant, non occiderat maritũ suũ, sed infirmitate carnis laborans, alteri viro sui copiã fecerat. At Scribæ, & Pharisæi huius mulieris

Apophthegma.

Christus quòd digito in terra scripsit.

lieris delatores, ambitione, liuore, odio, calumnia, auaritia, fraude, & huiusmodi facinoribus oppleti, sanguinis innocentis sitibundi erant: nihil aliud in votis habentes, quàm totius legis Dominum, purum, innocentē, & prorsus omni labe carentem, captare ad mortem. Vnde quisq; sibi conscius meruit, ne quod latebat crimen, à Christo proderetur, & omnibus conspicuum fieret. Ferunt aliqui Christum digito suo notulas quasdam in terram scripsisse, quibus quisque accusantium sua peccata coràm conspiciebat, & menti obiecta cernebat. Magis mihi arridet prior sententia.

Verbi Dei efficacia.

Adam audito Deo fugit.

[AVDIENTES autē hæc, vnus post vnū exibāt, incipientes à senioribus.] Quemadmodū Adamus audita voce Domini in paradiso, occultā vim legis habēte, ductus est in sui peccati cognitionē, ac aufugit, & abscōdit se: ita & hi Pharisæi lege ipsos cōdēnante, ob oculos posita, & magnitudine peccati ipsorū manifestata, abierūt cōfusi à facie Christi: nā breui illo apophthegmate nō solū illorū aures attigit, sed etiā in ipsorum corda irrupit. Viuus enim est (ait Paulus Hebræorū cap. 4.) sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionē animæ, ac spiritus, cōpagum quoque, ac medullarū, & discretor cogitationū, & intentionum cordis. Vnde quū solū legis terrorem attenderent, & magnitudinem peccati apprehēderēt, nullāq; de misericordia Dñi subesset memoria, mirandū est qui fieri potuerit, nō animos desponderint, & laqueis (vt omnium ille miserimus Iudas) mortē sibi ipsis nō cōsciuerint. Nō enim alia desperandi methodus apud eos, qui spe destituti sunt, legitur. At bonitas Christi illos seruauit, vt resipiscendi, inquit, esset locus. Ad hāc ergo benignissimā Christi sententiā sibi quisq; male cōscius, ac metuēs ne proderetur, exibat è templo, seruato quodā dignitatis & ætatis ordine. Præcedebant Seniores, Scribæ, Pharisæi, cæterique primores Reipublicæ, veluti seditionis, & machinationum omniū aduersus Christum authores, vehementiore affecti verecundia, & pudore (A senioribus enim egressa est iniquitas. Danielis cap. 13.) quos tanquam duces reliqui minores sequebantur. Cōmēdanda est hoc loco vis, energia, & potentia verbi Dei, simul & obseruandus veritatis triumphus contra suos aduersarios. Quadrigis aureis vi ētrix vehitur veritas, victis & confusis aduersarijs.

Pharisæi visis Christi literis in terrā, fugerunt.

[ET remansit Iesus solus, & mulier in medio stans.] Abierunt confusi, etiam qui inter eos & religionis, & iustitiæ columnæ videbantur, dū tamē maximis vitijs intus maderent: itaq; his digressis solus Iesus REMANSIT, id est, relictus est cū muliere. Vt intelligamus doctrinā Euangelicam nō esse pro mundo, aut hominibus mūdi: mundus enim hanc odit, & eius authorem. Hæc vox, SOLVS, nō excludit discipulos, sed eos, qui tentabant. ET mulier stans in medio, id est, immota à loco medio, in quo illam statuerant turbæ.

[ERIGENS autem se Iesus, dixit ei, Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit?] Posteaquā digressi sunt delatores illi, non Domini comminationibus territi, sed sua ipsorū conscientia condēnati, seipsum erexit Dominus: qui videns solitudinem, & mulierē ab accusatoribus dimissam, māsuetudinē & bonitatem suā exeruit. Non sæuit in mulierem peccatricē, vocans scortum, peccatricem, inferni titionem, à dæmone obsessam, perditam, & iam damnatam (ista sunt huiusmodi fulmina, quibus conscientiarū carnifices hactenus vsi sunt, vt sanctuli corā hominibus apparerent, & suā rapacitatem prætexerent) sed blandē cōpellat eam, dicens, MVLIER, vbi sunt, qui te accusant? Num quisquam te condēnauit? Hac interrogatione Dominus docet Euāgeliū relinquere magistratui suam functionē inconsultam. Nā Euangeliū non administrat quidē gladiū, sed tamē gladij authoritatē confirmat, & ratum habet quod ille in causis forensibus, rebusque ciuilibus, ad communem Reipublicæ vtilitatem decernit. Scribitur enim Prouerbiorū capi. 16. Pondus, & statēra, iudicia Domini sunt. Huc etiam pertinet principium 13. capitis ad Romanos.

Christi mānsuetudo.

Conscientiarū carnifices.

Euāgeliū, gladium, quē confirmat, nō administrat.

[QVARE dixit, Nemo domine.] Vehemens est hæc tapinosis in muliere. Seipsam humiliat, vocatq; Christū, Dominū, cuius se seruā, & ancillā desyderat, vt in domo eius misericordiam inueniat. Expectabat ex Domini sententia (Qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat) ab illo se puniendam, in quo peccatum intueri nō poterat. Itaq; illa ait, NEMO me condēnauit, quando-

Confessio mulieris humiliatæ.

quidem

Christū fanctè rogat adultera.

quidem omnes se cognouerunt peccatores, Domine. Quasi diceret, Tu solus immaculatus es, & qui peccare non potes, à te plectenda venio: at iam ego sensū quàm sis mansuetus, & misericors: tu esto Dominus meus: facito mihi hác gratiā, qua tibi seruiā, & fim ancilla tua: recipe me in album, & classem tuorū, qui mansuetum te omnibus præstas: da mihi sitibūdæ vt bibam ex fonte, cuius potum hisce diebus hoc in templo docens, omnibus sitientibus, & bibere desyderantibus, promisisti.

Magistratus ciuilis.

Magistratus ecclesiasticus.

[NEC ego te condēnabo.] Nō huc missus sum vt iudicē mundū, sed vt per me saluetur mundus. Suprà cap. 3. Meū officium est vt saluē, non condemnē. Ciuilis magistratus gladio plectit in hunc vsum, vt publica honestas, ac pax promoueatur. Meū munus est vt remittā peccata, & resipiscenti, quālibet enormia crimina cōmiserit, ignoscam. Nolim tamen ex his quempiā causari officia Euangelij, & gladij ciuilis, inter se pugnare, & contraria esse, sed quòd alterum sit ciuile, externā pacem respiciens: alterū, diuinum, veram pacem cōscientiæ administrāt. Nā

Magistratus ciuilis & Euāgelicus nō pugnans.

Magistratus ciuilis nō punit vt satisfiat peccato.

si magistratus ciuilis quempiam ad furcā rapuerit, nō tamen illius remissa sunt peccata: quia non plectit sontem, vt satisfiat peccato, & ipsum expietur corā Deo: sed plectit noxium quātum sufficit ad pacificū Reipublicæ cōmictū. Quare ſi quis velit peccatū suum expiatum iri, siue plectatur, siue nō plectatur à magistratu ciuili, ex solo Christo per fidem viuā expectanda, impetrādáque est peccati remissio. Quum magistratus ciuilis te indemnatū reliquerit (ait Christus) nec ego illo inclementior ero, vt qui omnibus saluandis venerim, te condemnem. Legis quidem seueritas, pœnam infligit ad terrorem: at Euangelij gratia non quærit mortem peccatoris, sed magis vt resipiscat, & viuat.

Iustificationis vsus.

[VADE, & iam ampliùs noli peccare.] Officium suū, quod est, remittere peccata, ostensurus, timul manifestat suā mansuetudinē. Mulierē absoluit, dicēs, VADE, id est, abi, & esto libera à peccato, & gehenna illi debita. Deinde hortatur vt relicto vetere homine, nouū induta, ambulet in nouitate vitæ, ne sibi relapsæ deterius quid contingat. Discamus ex hoc loco vsum & finē iustificationis nostræ, qui est, nouā incipere vitā, in ea ambulare, & amplius

plius non peccare. Ad Rom. cap. 6. & Ephes. cap. 2. Hic locus admonet exemplo Christi, ne episcopi, & diuini verbi præcones, se forensibus causis, & negotijs secularibus immisceant, quibus à suo officio, & ministerio auocentur, quod est, verbo gregem pascere, & remittere in regno Christi (cuius sunt ministri) peccatoribus culpā, seu peccatum: eosdémque hortari vt absoluti à peccato, ambulent in nouitate vitæ: ambulantes, caueant relabi, & perseuerent in fide, vt æternùm Deo viuant.

Episcoporum officium.

[ITERVM ergo loquutus est eis Iesus, dicēs.] Posteaquā ablegati sunt delatores, & sua cuiq; prodita sunt scelera, ac dimissa est peccatrix, pergit Christus ex hac occasione pro suo officio docere, & incœptū sermonē prætexere, nō interno verbo, sed vocali, & audibili. Participiū enim, DICENS, denotat vocale, & audibile verbū. Vox, ITERVM, particula est cōnectēdi à circūstantia tēporis.

[EGO sum lux mundi.] Quia quicquid ad pietatem, puritatē, & salutem nostram pertinet, pendet ab eo, vt agnoscamus, & confiteamur Iesum vt Dñm. Christum, & vnicum Saluatorē nostrum. Ipse totus in hoc versatur, vt sua doctrina, & prædicatione nos prouocet, alliciátque ad sibi credendū & persuadeat vitā, & omnia nobis necessaria à se petenda. Proinde allegorijs, sicut & parabolis, propter simpliciores (quibus sic proposita melius hærent) libēter vtitur. Vnde proximo capite inuitauit sitientes, & promisit quòd qui venerit ad se, & biberit, fluent flumina aquæ viuæ de ventre eius. Hac allegoria significauit, qui receperit ipsum vt saluatorem, & crediderit in eū, accipiet vitā æternā, & Spiritum sanctum extinguentem omnē carnalem sitim. Nunc pergit interruptū sermonē propter adulterā, prosequi: atq; ex occasione liberatæ adulteræ, peruenusta allegoria ostendere, & peccata ipsa, & omnes homines tenebras esse: se verò, lucē, quę tenebras, id est, peccata expellat. Et qui seipsos abnegāt, nec aliud videri student quàm sunt, lucem adeunt, & liberantur à tenebris: quemadmodum mulier adijt Iesum, peccatrix: quæ quia se tenebras, & peccatricem esset cōfessa, nec quod cōmiserit inficiata est, sperans se misericordiam consequuturam à iudice, qui peccare non potest, decessit iustificata, in luce ambulās. Cōtra verò Pharisæi,

Tenebræ.

risæi,qui sanctuli sibi videbantur,& seniores populi,qui plus sibi placebãt quàm par esset, volentes pro iustis haberi, quum tamen toti peccatis maderent, fugerunt lucem. quam pati non poterant, timentes ne illorum nefandum scelus proderetur. Itaque Christus in templo docens, ait, EGO sum lux mundi. Quasi diceret: Tametsi me vt humilem,& abiectam personam existimetis, ego tamen sum non solùm Galilææ & Iudææ,sed etiam vniuersi orbis lux. Quum se LVCEM dicit, insinuat suam diuinitatem,secundum quam lux est vnigenita,& lumen de lumine,atq; splendor Paternæ gloriæ. Non dicit se habere lucem,sed ESSE lucem. Est enim LVX, non tantùm quia mũdum illuminat ab effectu,sed etiam quia suapte natura est lux. Quum ergo Christus suapte natura sit vera & tota lux mundi,nulli creaturæ conuenit lucem dici ex seipsa,sed ab eo,qui est luminis fons,& origo. Est igitur tota Adami hæreditas,secluſa gratia,tenebræ,& densissima opacitas. Qui hæc solis carnalibus oculis tractant,ridicula,& absurda esse putabunt: sed qui huius lucis oculos habent,hoc est,fidem viuam(qua huius lucis participes fiunt)suspicient,& vera esse profitebuntur. Quare si quis peccati tenebris obsessus fuerit, eáq; dispellere voluerit,fide accedat ad Christum,cuius radius, & virtus mox peccatum ablegabit,& dispellentur tenebræ. Si quis infetni,& mortis tenebras sibi molestas senserit, fide apprehendat Christum lumen verum, vitam æternam, & gaudium nunquàm desiturum. Hæc enim bona, illa fide viua accipiet veluti sibi propria, & iure peculij habitat. Proinde,vt vno & altero verbo summam rei dicã, Christus vnicus est, quo per fidem omnium afflictionum,& tentationum,quamlibet molestarum, tenebras penetramus, & expellimus. Obseruanda est singularis quædam collatio Christi cum lumine Solis: quanquàm Christus multò alia lux sit nobis,quàm Solis lumen corporibus. Quemadmodum enim Sol lumen suum in omnes mundi partes proijcit:ita & Christus suũ splendorem diffundit,non solùm in eos,qui post aduentum eius in carnem crediderũt in eum, sed etiam in omnes maiores ad Adamum vsque. Nam quum non sit aliud nomen sub cælo in quo oporteat nos saluos fieri,sitq; solus Christus, per quem accessus est ad Deum, quocunq; tempore quis in Christum credidit, is Deo gratus, acceptúsque fuit. Sol corporibus prælucet, Christus animis puris illucescit. Sol vitam,ac vigorem præbet omnibus corporibus: Christus idem multò præsentius præstat animabus.

Christus lux.

Adami hæreditas tenebræ.

Chriſti & Solis collatio.

[QVI sequitur me,non ambulat in tenebris.] Magnitudine promissionis erigit auditorum animos Christus, vt se cognoscant lucem indeficientem. cui nũquàm cõtingere potest occasus. Nam si Christus esset lux deficiens, & quandoque occidens, certè aliquando accideret, vt qui ipsum,lucem,sequeretur, esset in tenebris: sed ipse verax pollicetur, sequentem se nunquàm in tenebris ambulaturum. Est igitur ipse Christus lux indeficiens. Rogabit aliquis, Quid hoc loco vocat tenebras? Respondeo, TENEBRAS intelligit ignorãtiam doctrinæ, cognitioni salutis oppositam, simul & peccata ipsa saluti contraria. Vt enim viua cognitio Christi, est vita animæ,ita peccatum & ignorantia Christi. est mors animæ æterna. Quid est, SEQVI Christum? Christus non solum ob oculos nostros veluti exemplar propositus est nobis, (quo certe non aliud absolutius nobis proponi potuit: ipse enim solus iustus est, nos verò sub peccato omnes concluſi) verùm etiam nobis à Patre traditus est, vt regula viuendi,& factis nos præcederet, & vitam sequentibus se,donaret. Quare hoc loco, Sequi Christum, est in Christum credere, se totum in eum contradere, & in hoc perseuerare vsque ad vitam æternam. Et id est Christum sequi, qui præcedens lucet ad omnia salutí necessaria, ne quis in huius mundi diuerticulis impingat, néve in tenebris cupiditatum, & indicij carnalis aberret. Contrà, Qui in Christum non credit, sicut is spiritu Christi caret, ita necesse est, eum in tenebris ambulare, id est, sequi rationem humanam, malarum cupiditatum seruam,& ministram: vnde eis semper impinget,& nunquàm non noxia sibi quæret, & sectabitur. Quid enim nõ noxium esse potest, quod quæras, neglecto, præteritóq; Deo? Huc pertinet quod Paulus dicebat, Ephes. capite 5. Nolite ergo effici participes eorum: eratis enim aliquando tenebræ, nũc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, &

Tenebræ.

Mors animæ.

Chriſtũ sequi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustitia,& veritate.Cauendũ est igitur, ne ab hac luce diuertamus,ne deserat nos spiritus eius: qui si defuerit, omnia Dei nobis stultitia erunt, nec poterimus ea capere. 1.Corinth.cap.2.

Præmiũ sequelæ Christi.

[SED habebit lumen vitæ.] En effectus, & præmium sequelæ Christi,hoc est,fidei in Christum, simul & promissio, qua ad sui sequelã nos inescat. Qui sequitur me, habebit lumen,quo in vitam dirigetur: aut habebit me,

Lumen vitæ.

LVMEN vitæ,per quem viuificabitur: aut,Lumẽ vitæ,id est,me,qui illumino ad vitam:aut Lumen vitæ,iuxta dictũ Hebraicam est:id est,Habebit lumen viuificum,hoc est,ipsam viuificationem. Et,vt vno verbo dicã, is,qui sequitur Christum,viuet in luce:nam mortuorum est in tenebris condi:viuorũ est, in luce versari. Christus vere dicitur lumen viuificum,qui quum sit vita,salus,& redemptio,cæcos illuminat, damnatis salutem confert, & mortuis vitam præbet,quam consequemur perfectam in cælis.Psalm.35.Apud te est fons vitæ,& in lumine tuo videbimus lumẽ.Tunc videbimus eum sicuti est,1.Ioan. cap.3.Atque hæc visio vita erit perfecta,beata,& æterna. Obserua : Lumen visibile non dat vitam, licet exercitio coadiuuet operationes vitæ corporalis. At hoc lumen Christus nesciens occasum,vita est.dans nobis vitam : in ipso enim sumus,mouemur,& viuimus omnes.

[DIXERVNT ergo ei Pharisæi.] Pharisæorum liuor, furorq;,(audita Christi magnifica de se prædicatione,sed verissima) statim ebullijt,ac efferbuit ,nec sustinere potuit hoc Christi encomiũ,quo se lucẽ prædicabat:præsertim quum intelligerẽt ad gloriã Christi apud plebẽ aliquid accedere,de sua verò detrahi.Vnde subitò obstrepũt & submurmurant apud plebẽ,ne à se ad Iesum deficeret, & cum sequerentur.Hoc supercilioſum genus hominum humilitate,& abiectione personæ Christi offensum,non potest credere Christum esse lumẽ mundi,& vitam æternam esse præmium sequelæ Christi.

[TV de teipso testimonium perhibes : testimonium tuum non est verum.] Hoc peculiare est blateronibus, & malè feriatis hominibus,vt conuicti, nihilque ad manum habentes,quod excusationi intentarent, de facili reperiant,quod in virum probum veritatis amatorem calumnien

lumnientur.In conuicia mox prorumpunt, & commentitia,plenáq; mendacijs verba regerunt, quæ igneo liuore in stomacho, & cordibus eorum efferbuerant. Itaque Pharisæi hypocritæ conuicti , Christũ criminantur : atq; communi sententia,vsu,& experientia , iuxta humanum morem probata obpalliare moliuntur, vt arrogantiæ,& mendacij ipsum arguãt.TV (inquiunt) de teipso testimonium perhibes,&c.hoc est,Tu de teipso magnifica prædicas.Hoc certe arrogantis est,non veracis,sua iactare gloriã.Proinde propria laus sordet, & arguit hominẽ mendacij.Testimonium tuum nõ est verũ. Huiusmodi enim testimonium,quod quis de seipso perhibet , nihil ponderis,& authoritatis habet.An existimas nos velut arbores emortuas,& truncos,vt testimoniũ, quod de te perhibes, & nuda tua verba honorifice excipiamus,ac mox vt sacra exosculemur? Qualem de nobis induisti opinionem? Procul dubiò sumus primores in hac ciuitate sancta,Legis doctores, qui ab incunabulis in Sacris literis versati sumus Pharisæi,iudicio omniũ,sanctitate,& religiõe splẽdidissimi: verò Galilæus es,qui literas nõ didicisti: tamẽ id tibi arrogas,vt nos docere velis, contendásq; vt nudis tuis verbis credamus. Proinde nisi è verbo diuino te esse eum, quem prædicas,Filium Dei scilicet , & prædicationẽ tuam legem quam ad vnguẽ tenemus,comprobaueris,tibi non credemus:sed te veluti impostorem , schismaticum,mẽdacem, & hæreticum è Synagoga excludemus. Quia istorũ corda liuor , & odium occuparant , non agnoscebant Iesum verum Deum,& hominem Deo plenum:ideo eius de seipso testimonium,verum credere non potuerunt.

[RESPONDIT Iesus , & dixit eis.] Hoc tam atrox conuicium à Christo referiendum veniebat , quòd plus nocumenti afferre saluti multitudinis, quàm suæ gloriæ detrahere videretur.

[ET si ego testimonium perhibeo de meipso , verum est testimonium meum.] Probat Christus testimonium suum verum esse , argumento à natura sua petito , qua Deus est,& Filius Dei:vnde mentiri non potest. Et Moyses dixit Numeri cap.13.Nõ est Deus quasi homo,vt mentiatur. Scio , inquit , quòd inter homines commendatio, & testimonium , quod quis de se perhibet , & qui falli

Testimonium Christi verũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest,& fallere,pondus,& authoritatem non habet: sed ingenuè fateor reuocandum esse in dubium illorum testimoniũ,qui nihil aliud sint,quàm puri homines,ex humano sensu,& proprio iudicio magnifica de se prædicantes,qui falli,auditoribus imponere,& mẽtiri possunt. At longè aliter in me res habet:nam testimonium, quod de meipso perhibeo,non est alio somnio excogitatũ, verissimum est. Non enim solus ego, qui videor vobis vilis, & abiecta persona,sum mihi testis,& testimonium perhibeo de meipso quòd ego sim lux mundi,& quod ille, qui credit in me,habeat lumẽ vitæ:ego & Ioannis Baptistæ,& Legis, & Prophetarũ testimonium producere de me possum. Hoc tametsi vobis cõdonarẽ,quod lex & Prophetæ de me (qui nullius hominis testimonio indigeo) taceuerint,nullámque mentionem fecerint:ego producam opera,& signa, quibus potuistis agnoscere me Filium Dei,& huc à Patre missum, ab omnibus desyderatum, & expectatum. Si sciretis qui sim, & vnde venerim, vos vtique non refelleretis testimonium meum, quod veluti diuinum exoscularemini.

Solus Christus potest dicere, Scio vnde veni.

[QVIA scio vnde veni, & quò vado.] AEtiologia est veritatis testimonij Christi. Verissimum est testimonium,quod ego perhibeo de me:nam me esse Filium Dei scio,non nuper institutus,sed natura imbutus: quã scientiam non ex scripturis, aut hominum scholis accepi, sed ex natura ipsa è Patre meo hausi. SCIO vnde veni,id est, Deus sum cum Patre Deo, & Filius Dei. Ad Christũ vere spectat dicere,Scio vnde veni, & quò vado. Nã nescimus vnde, seu quomodo venimus, & quis sit futurus noster exitus. Quis scit quomodo sit in vtero matris formatus, quomodo sanguis coagulatus,& huiusmodi,quę in generatione operantur? Similiter & de exitu dici potest. At Christus scit sese à Patre ab æterno genitum, & ad eum se rediturũ sciebat. Solus ergo scit vnde venit, & quò vadat. Vnde id argumento Iudæis esse poterat, quòd Christus esset Deus. A Patre,inquit, veni in hunc mundũ missus,hoc est,factus sum homo, vt voluntatẽ Patris omnibus aperiam,qua vult omnes per mẽ saluos fieri. ET scio quò vado. Ego Deus cum Patre, ad Patrem homo per crucem redeo. Horum omnium sensus est: Esto,de me tester (quanuis

(quanuis solus hoc non faciam)sunt tamen tres mihi testes de me testificãtes,qui etiam si de me tacerent,tamen adhuc testimonium meum est verum,quia scio me esse Filium Dei,Deum verũ, & hominem à Patre missum, qui mendacij nescius sum. Quia ergo sum Filius Dei, qui fieri potest vt testimoniũ meum sit falsum? Videtur ad hunc modum argumentari Christus, Ego sum Deus cum Deo Patre:ergo nõ mentior. Rursus, Ego sum Filius Dei: ergo testimonium meum verũ est,qui mentiri nõ noui. Item, Veritas dicit se esse Filium Dei:ergo verum est eius testimonium:fieri enim non potest vt veritas mentiatur. Veritas dicit testimonium de Christo:ergo sufficiens est testimonium. Obserua. Verba, VENI, & VADO, diuinitatis, & incarnationis mysteriũ cum fructu eius insinuant. Nã dicendo, VNDE veni, significatur Deitas cũ origine à Patre, vt infrà dicetur, Exiui à Patre. Quũ verò dicitur, VENIO incarnationis mysteriũ explicatur. Huius mysterij fructus significatur dicendo, Quò vado: conscendit enim ad dexteram Patris vt homo, ad quã electos omnes attrahit.

Verba Veni, & Vado.

[VOS autẽ nescitis vnde venio, aut quò vadã.] Quum liuore,& affectibus prauis excæcati sitis, quod scire licet, volentes nescitis. Vt lippitudo oculis ne recta videant, ita affectus & passiones animis, ne rectè sentiant, nocent. Si enim cognosceretis VNDE venio, id est, Si meum æternũ processum, siue ab æterno me à Patre genitum, cognosceretis, AVT quò vadam: hoc est, si cognosceretis me esse Deum cum Patre Deo, & Filium Patris, & me hominem rediturum ad Patrem Deum, non diceretis mihi, Testimonium tuum de teipso non est verum.

Affectibus excæcant.

[VOS secundum carnem iudicatis.] Quemadmodum qui secundum carnẽ viuit, improbe vitam agit: ita qui secundũ carnem iudicat, iniustè iudicare dicitur. Est autem IVDICARE secundũ carnẽ, iudicare ex humana ratione, ab externa carne, iuxta externam speciẽ. Vult certe Christus, vt Pharisæi eum æstimẽt è sua natura, ex doctrina, & officio, non externa specie. Vos, inquit, peruersè iudicatis de me, qui (quòd iuxta externam speciem videatis me vilem, & abiectã personam) iudicatis me purum hominẽ, nihil animaduertentes vnde venerim, nec quò vadã. Huc vos non euehet ratio humana, cæca est in hoc mysterio.

Iudicare secundum carnem.

Submouetote improbos,& impios vestros affectus,& ex his,quæ loquor,& facio,collatis cũ lege,Prophetis,& signis per me factis,syncerè iudicabitis,agnoscetisq; verũ esse testimoniũ meum,& negotiũ quod tracto, planè diuinum,& cæleste,non humanũ esse. Quia ergo ex humanis affectibus iudicium vestrum procedit,corruptum est, & falsum. Iudicium verum ferendũ est puro animo, verbo,& opere:quod non fouet in sua classe eos,qui ex passione,& affectu ductantur,sed ex bono,& æquo.

Iudiciũ veũ.

[EGO non iudico quenquam.] Dici potest hoc per occupationem. Fortasis obiecissent auditores: Si nos Iudæi iniustè iudicamus,quare non punis, quare non condemnas? Respondet Dominus: Ego non iudico quenquã. Quasi dicat: Non ad hoc veni,& homo factus sum,vt cõdemnem: EGO enim nunc nullum iudico iudicio condemnationis: nunc primo meo aduentu non veni vt condemnem,sed vt dispersos congregem,& saluem: postremò venturus omnium viuorum & mortuorũ iudex. Sunt quibus magis arridet interpretatio per antithesin facta, vt hæc sit antitheseos secunda pars: Vos iudicatis ab externa specie,& ijs,quæ foris apparent, idque ex humana ratione. Ego verò neque nunc,neque aliquando prolaturus sum sententiam à rebus externis,sed à iudicio Patris mei,& ab ijs,quæ vera sunt. Placet mihi vtraque lectio.

Christus non venit ad condemnandum.

[ET si iudico ego,iudicium meum verum est.] Elegans correctio per occupationem. Dedit mihi quidem Pater omne iudicium,quod nunc non exerceo. Nõdum enim iudicij tempus est,sed conferendæ salutis. Sed si vos iudicarem, iudicium meum verum esset,quod non dissentiret à Dei iudicio. Ego non ex affectu,& passione,sed ex iustitia,& veritate iudico.

[QVIA solus nõ sum,sed ego,& qui me misit,Pater.] Aetiologia est veritatis iudicij Christi: Iudicium meum non potest non verum esse. QVIA solus non sum,id est, ego sum Deus,& nõ purus homo. Omnis creatura,quum sit suum esse, siue sua essentia, non vere dicere potest: Ego sola non sum: sola enim est à suo esse. Cuilibet autem & soli hypostati diuinæ vere dicere licet, Solus non sum: quia vno eodémque esse,quo est vna,est hypostasis diuina,& alia persona, siue hypostasis. Vnde sequitur,

Christus non est solus.

Sed ego,id est,hypostasis,seu persona,quæ Filius est, & Pater,nome est hypostasis,vnũ sumus: nõ ergo solus sum. Augustini verba referã: Verũ est iudicium meum, quia Filius Dei sum. Vnde probas quia filius Dei es? Quia solus nõ sum, sed ego,& qui misit me Pater. Erubesce Sabelliane, audis Filiũ, audis patrem. Pater,pater est: Filius,filius est. Non dixit,ego sum pater, & ego ipse sum Filius: sed solus nõ sum, inquit. Quare solus non es? Quia mecum est pater. Ego sum,& qui me misit pater. Ne perdas personam,distingue personas. Distinguit intelligentiam,noli separare personas. Vna substãtia est, vna diuinitas, vna coæternitas, perfecta æqualitas, dissimilitudo nulla. Hæc ille. Quum dicitur, QVI me misit, commendatur incarnatio Filij, cuius missio, est eius incarnatio. Ac per hanc missionẽ significat eandem esse hypostasin vtriusque naturę,& diuinæ,& humanæ. Est enim natura diuina humanitati vnita in hypostasi, hoc est, in persona, quæ est Filius. Similiter & humanitas vnita est ipsi hypostasi, qua vnione verè dicim⁹, Deus est homo,& homo est Deus. Christũ ergo nõ esse solũ, est ipsum cũ Patre esse vnum: est ipsum simul esse,& operari cũ Patre. Si igitur iudicauerit Filius, nõ solus iudicabit, sed Pater cũ eo: eritq; verũ eius iudicium: quod Pater idem pronũtians, nõ potest non habere ratum & firmum, quum Pater & Filius per omnia idem velint. Vtriusq; enim vna est voluntas, potestas,& æqualitas.

Missio, id est, Incarnatio.

Christum non esse solum.

[ET in lege vestra scriptũ est,&c.] Authoritate Scripturæ confirmat Christus testimoniũ suũ verum esse. Fortasis, inquit, hoc solũ vos à fide remorat, & dissuadet ne mihi credatis q̃ vnius testimoniũ nihil authoritatis habeat. Agite, hãc remoram à vobis auferã. Lex vestra (Deut. cap. 17.) docet q̃ testimoniũ duorũ, aut trium testiũ, pro vero recipiendũ sit, vnius verò testimoniũ nihil põderis habeat. Iã duo sunt, q̃ de me testificatur, nẽpe Pater, qui misit me,& ego, qui à Patre missus sum. Quòd testimonium perhibeam de meipso, id ex authoritate Patris facio, q̃ & ipse testimoniũ perhibet de me ipso,& de doctrina mea,& psona mea. Nec aliud de me pronuntio, quã ille de me testificatus est, q̃ me in mundũ misit, vt testimoniũ phibeã veritati: quã ille solus nouit. Si meũ testimoniũ cõtumelia afficeritis,& illius testimoniũ cõtemnetis: si meũ reiecceritis, necesse est vtriusq; testimoniũ abijciatis. Iã quũ duo simus testes, q̃ vobis proponimur, nullã habetis

Lex de testimonio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

excusationē etiam iuxta legem vestrā, quin hoc testimonium admittatis. Vobis igitur omnino credendū est in me, nisi legem vestram de duorum admittendo testimonio eneruare velitis. Si quis rogauerit, quod est illud Patris de Filio testimoniū? Respondeo: est illud, quod Filius testatus est de seipso. Sunt enim opera diuinarū personarum indiuisa: quarū vna est voluntas, potentia, & æqualitas. Objiciet Iudæus. Quādo, & vbi Pater testificatus est de te, ô Nazarene? In lege vestra, (inquit) quā si incorruptis animis scrutaremini, illi⁹ vocē agnosceretis. Testificatus est de me apud Iordanē. Imò eius testimoniū accipere potestis ex factis ipsis, quę videtis ab illo geri per me.

Opera Trinitatis indiuisa.

[DICEBANT ergo ei, Vbi est pater tuus?] Quū crassi Pharisei affectu carnali ducti, audirent de Patre testificari vnde missus esset, & cuius authoritate se communiret, dubitant admirabundi, si de Ioseph fabro (cuius filius tum vulgò credebatur) tam magnificè prædicaret, & quē appellare videretur. Quòd si ille non esset, de quo sentiebat, contendunt intelligere quisnam ille alter pater esset, à quo venisset, & ad quem rediret. Quum tuum de te testimonium reiecissemus, citasti Patris testimonium: sed vbi, aut quis est ille tuus pater? Nouimus quidē pauperculum illum fabrum Ioseph patrem tuum: sed is quia homo mendax est, atque tu proinde quid nobis affers patris tui testimonia, quum huiusmodi patris de filio testimonia suspecta sint, & parentes de filijs iudicia ferentes, ferè amore corrumpantur? Carne, & sola ducti ratione humana, putant Christū hactenus suum protraxisse sermonem de patre carnali, existimantes Christum purum hominem, cuius pater homo esset. Hi typum gerunt eorum, qui nolunt credere, nisi cum ratione videant, & carnalibus oculis, ac manibus obiectum palpent.

[RESPONDIT Iesus. Neq; me scitis, neq; Patrē meū. Si me sciretis, forsitan & Patrē meū sciretis.] Quū obstinatis animis, & verè carnalibus rogarent, non vt discerent, sed vt calumniarētur, & veritatē auersarentur, nec vellent intelligere Patrem IESV Deum esse, Dominus nō respondet nominatim quem habeat Patrem, sed illorum ignorantiæ causam aperit. Vos (inquit) rogatis de Patre, ad cuius testimoniū, & authoritatē appellem, vos indi-

gni estis, qui illum videatis, imò ne illū quidem videre potestis, qui ipsius expressam imaginem abijcitis. Quandoquidem non est ad Patrem vllus accessus, nisi per Filium. Pater non vere cognoscitur, nisi per Filium, nec Filius plenè cognoscitur, nisi cognito Patre: nec vtriusque cognitio oculis corporeis habetur, sed fide. Non potest Pater humanis sensibus exponi, & ostēdi, sed pijs animis spiritualiter insinuatur. Quum ergo non me noscatis, neque Patrem meum cognoscitis, & dum me nosse non vultis, nec Patrem nosse potestis. Quare si vultis Patrem cognoscere, credite in me. Putatis vos me nosse, quia patrem, domum, parentes, & fratres secundum hominem nouistis: at ista non est vera mei cognitio: hoc non est vere nouisse Filium. Si verè cognoscceretis Filiū, sciretis qui sim: nempe quòd sum Christus Filius Dei: cur venerim, quod est meum officium, quid bonorum vobis attulerim. Qui horum cognitionem habet, Patrem cognoscit. Est certe Christus expressa Patris imago. Ad Colos. capite 1. & Hebr. capite 1. Adeóque in Christo totam Dei voluntatem expressam habemus. Voluntas Dei est omnes saluare per Christum. Quis nos hanc voluntatem docet? non caro, non ratio humana: sed Christus. Deum enim nemo vidit vnquam: Filius vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse nobis enarrauit. & suprà capite 6. Hæc est voluntas eius, qui misit me, vt omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Quum ergo in Christo omnia, Patrem (qui se totū in Filium coniecit, vt eo nobis suam voluntatem manifestam redderet) spirent, & referant, non potuit vlla ratione Pater, & eius volūtas certiùs, & plenius, quàm per Filium, & in Filio cognosci. Patrem Deum cognoscere, nō est legē scire, aut ratiōe humana, & imaginatione carnali Deū cogitare: sed est, bonitatē, ac volūtatē Dei Patris credere nobis per Christum exhibitam. Et est credere Deum Patrem nobis per Christum placatū esse. Proinde Deus per legē quidē cognoscitur, quia lex est quędā Dei facies: sed non cognoscitur per legem vt Pater. Lex enim iram Dei operatur: & concluſit Scriptura nos omnes sub peccato. Quum ergo lex condemnet, Lex est facies Dei irati, quem per legem apprehendo vt condemnatorem:

Accessus ad Patrē per Filiū.

Cognoscere Filiū Christū.

Volūtas Dei.

Patrem Deum cognoscere.

Lex facies Dei irati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

at Christus est ipsissima imago Dei fauentis,& saluantis. Per solum igitur Christum cognoscitur Deus, vt Pater.

Christus facies Dei placati.

Quare Deum oraturus, non ad legem condemnantem, ne animum despondeas, sed ad Christum, viam ad Patrem,& faciem Dei tibi per ipsum placati, toto corde attendas: certò apud testatum quòd exaudieris per Filium, qui pro sua reuerentia,pro te,& alijs fide ornatis, exauditus est. Quum ergo conuicti essent Pharisei nescire Filium,consequens est,eos nescire Patrem: nam ea est relatiuorum,& quæ reciprocè,mutuóque referuntur, natura,& cõditio, vt cognito vno eorum,cognoscatur & alterum: ignorato vno,ignoretur & alterum. Quòd si cognoscerent Filium in forma Dei esse,& æqualem Deo, atque ex Patre genitum,& Patrem vtique agnoscerent eiusdem secum naturæ Filium atque substantiæ genuisse.Obserua hoc loco,FORSITAN particula est affirmantis pro Vtique. Nihil enim hoc loco Christus reuocat in dubium. Beatus Augustinus monet, Forsitan,hic nõ esse dubitantis, sed increpantis. Placet tamen mihi hæc interpretatio,SI me sciretis,inquit, qui reuelo Patrem,& voluntatem Patris,FORSITAN, id est, vtique scireti & Patrem meum,hoc est,Patris voluntatem cognoscere tis,& quo affectu sit erga vos: sed quum Spiritu & doctrina Patris vacui sitis, & me (in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat,& per quem solũ Deus cognosci potest) non cognoscitis,frustra de Patre meo inquiritis. Huic responso non absimilia sunt, quæ scribuntur Matth.cap.11. Nemo nouit Patrem, nisi Filius,& cui voluerit Filius reuelare. Et infrà cap.16.ad Thomã ait Christus,Si cognouissetis me, vtique & Patrem meũ cognouissetis. Et ad Philippum ait,Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum.

Relatiuorum natura.

Forsitan pro Vtique.

[HAEC verba loquutus est Iesus in Gazophylacio, docens in templo.] Quoties Euangelistæ memorant Dominum docuisse,iustas orationes ad populum Dominus habuit: quanquã Euangelistæ satis sibi duxerint paucula ex illis narrasse, sed in quibus maximè inesset Domini de se testimonium, plenius, magisque obseruandum. Nam Euangelistæ fungi voluerunt officio præconis: testatisque,præsertim apud eos, qui iam fide Dominum recepe

ceperunt,non autem oratoris,apud eos,à quibus Dominus nondũ vt Christus agnitus est. Etenim nõ hominũ, sed Spiritus Sancti est persuadere de Christo vnico Seruatore. Hæc verba loquutus est Iesus: quasi dicat Ioannes,Multò pluribus,quàm hic scripta,annotatáque sunt, de se testificatus est,aeq; docuit Iesus. Hanc historiam cõfirmat,simul & indicat quàm mirabiliter Pater Dominũ in suo negotio seruarit, in loco templi frequentissimo, qui dicitur Gazophylacium, vbi minimè tolerabile erat hostibus audire palàm testificantẽ de se,& docentem, vn de vehementer in se prouocaret animos Pharisæorum.

Spiritus est persuadere de Christo.

GAZOPHYLACIVM, locus erat in atrio maiore, vbi erat arca pecuniaria,quam primus instituerat rex Ioas,4. Reg. capite 12. In eum locum conferebantur donaria, seruabantúrque donata templo. Hic locus non erat angustus, verum amplus, & multorum hominum capax. Quæ tamen conferebantur,veluti Deo consecrata, vertebantur in luxum, & quæstum sacerdotum, ac Pharisæorum.

Gazophylacium.

[ET NEMO apprehendit eum ,quia nondum venerat hora eius.] Tametsi nihil magis in votis haberent Pharisei , quàm illum comprehendere, nemo tamen manus illi iniecit. Cur non apprehenderunt? Conatus, & impia voluntas non deerant: præsentem, quem etiam ablentem quæsiuerant, in medijs retibus habebant,contra quem clamoribus validis ferociebant, & tamen irretire nequiuerunt,quia Dei nutu nõ erat data facultas. Pater præordinauit Filio tempus suæ crucis. Magna profectò in eis cæcitas, qui non cognouerunt, quod re vera diuinæ virtutis erat opus, obsessum scilicet in medijs hostibus,& comprehendere affectantibus, illæsum,& intactum manere. NONDVM ergo venerat horatiid est, Nolebat apprehendi Iesus. Quare nolebat apprehendi? Quia nondum venerat hora. Hæc sententia frequenter ab Euangelista reperitur,suauissimam nobis afferens consolationem, qua intelligimus neque aduersarios quicquam contra nos posse, neque capillum posse de capite nostro moueri, nisi bona Dei voluntate concedente. Obserua: Tacentem, non autem loquentem,Dominum aduersarij comprehenderunt: valentior enim

Virtutis diuinæ opus.

Horã Christi venisse.

Verbi Christi efficacia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim erat sermo Christi his, qui eũ cõprehẽdere affectabant: qui quum se apprehendi in horto permisit, tacuit.

[DIXIT ergo iterũ eis Iesus.] Magna Christi philanthropia, qui conuictis, & tacentibus Pharisæis, interim tamen impios conatus, & parricidales cogitatus in animo voluentibus, ITERVM loquitur, nihil intermittẽs, vt eos lucretur, quorum conscientias tacitè ferit, vt vel sic cognoscant illũ esse Deum, qui etiam occulta cordis agnosceret: quod nulli puro homini concessum est.

[EGO vado.] Ostensurus Iudæis se suam mortem præscire (quam nullius impietas, antequam ipse vellet, inferre posset) ait, EGO vado, ego sponte vado: vos non me nolentem trahitis ad mortem. Mors Christi fuit eius profectio, eò vnde venerat homo factus, & vnde non discesserat Deus. Huius profectiõis causa finalis est, Vado per crucem auspicaturus nouum regnum, & iustitiam paraturus in æternum duraturam.

Christi profectio ad Patrẽ mors.

Christum vadere ad Patrẽ.

[ET quæretis me, & in peccato vestro moriemini.] Vos nunc me præsentem incessitis, & mihi inuidetis: quum abiero, absentem frustrà me quæretis, & desyderabitis. Quid hic istud audio, dicet aliquis, an Christus salutem sitientibus, & rogantibus, negaturus est potum? Aut quomodo Iudæi Christum quærent, quem viuentẽ persequuntur, persequentes reijciunt, reiectum morti tradũt, & post mortem in discipulis eius persequuntur? Beatus Paulus docet Christum esse iustitiam, salutem, vitam, felicitatem, gaudium, & redemptionem. Hæc sunt bona, quæ credẽtibus per Christum contigerunt. Hos thesauros frustrà quærunt alibi, quàm vbi sunt: qui, quũ in solo Christo sint, & in eo quærendi sunt. At quia Iudæi, & quotquot sunt hypocritæ, Christum, hoc est, Christi diuitias sanguine suo credentibus partas, nõ quærũt in Christo, ideo quæ tantopere, & tam magno desyderio cupiũt bona, nunquàm assequentur. Quærunt quidem salutem, redemptionem, peccatorum remissionem, sed non in Christo, verùm in sua sapientia, in adinuẽtionibus suis, in potentia mundi, in carnali voluptate, & mundi deliciis, non autem in Christo per fidem. Quærendus Christus in seipso solo, in quo omnis, qui Christum quæsierit per fidem, reperiet. Est igitur verborum sensus: Ego vado, non

Credentium bona.

Christus quærẽdus in ipso.

do, non quòd vestra me compellit impietas, sed volens abeo carne per mortem ad Patrem, auspicaturus regnum, & paraturus omnibus in me credentibus redemptionem, & fœlicitatem æternùm duraturam, inde ascendam ad dexteram Patris, missurus Spiritum paracletum omnibus mihi obaudientibus, vt iustificati saluentur. Vos autem quæretis huiusmodi bona: sed quia in me non quæretis me, id est, bona mea credentes vos iustitiam, & salutem consequuturos in illo Messia, quem deluſi expectatis carnali quadam pompa, & exercitu regio venturum, qui vos multo auro, & diuitijs locupletet, & vos ab externa captiuitate breui futura liberet: vnde quòd me abiectam personam, & cruce tectam videatis, abijcitis. Profectò vos hæc bona nũquàm assequemini, sed Moriemini in peccato vestro: id est, in incredulitate: & infidelitate propterea q̃ in me nõ creditis, qui sum verus ille Messias à Patribus tantoperè desyderatus. Prædico vobis grande, & horrendum vestrum exitiũ. Vos certè infinita mala, pro eo quòd me reijcitis, apprehendent, perpetuis addicti pœnis, & æternæ vitæ exortes eritis. PECCATVM vocat incredulitatem, siue non credere in Christum: sicut infrà cap. 16. Quum venerit ille, arguet mundum de peccato: quia nõ crediderunt in me. Est certè incredulitas omnium peccatorum fons. Ad Roma. cap. 14. Quod non est ex fide, peccatum est. Erit ex contrario fides in Christum omnium bonorum fons, per quem credentibus omnia bona contingent. Obserua quàm bene cõiungat Christus peccatum, & mortem, quia ad Rom. cap. 6. Stipendia peccati, mors.

Mori in peccato.

Peccatũ incredulitas.

[QVO ego vado, vos non potestis venire.] Expolit, declarátque, quid est in peccato mori, simul & subindicat quòd resurrecturus sit, & ad dexteram Patris consessurus: ad quam propter suam incredulitatem, ipsi non sunt conscensuri, sed in peccatis suis morituri. Ego per crucem vado: nihil vobis magis exosum est, quàm crux: nihil prius, ac optatius, quàm pompa, & deliciæ, quæ nihil commune habent cum cruce. Non igitur ad regnũ, & iustitiam per crucem paranda peruenietis. Quare nisi crediderit is, in peccato vestro moriemini. Hoc est, non poteritis venire QVO ego vado, ad dexteram Patris mei scili

Crux abitus ad Deum.

scilicet,ad cælestia gaudia,& ad vitam æternam.

Pharisæorum cæcitas.

[DICEBANT ergo Iudæi.] Iudæi,non Galilæi,sed Pharisæi,& huiusmodi superbia turgidi,toti peccatis madentes, & in propriis iustitijs consepulti, non cognouerunt quid his verbis QVO ego vado,vos non potestis venire, Christus significaret. Non intellexerunt fidem in Christum causam esse ad Patrem Deum veniendi, & ad vitam æternam. Huius ignorantiæ causa est, quia hærent tantùm in externis, suspicantes Christum fore carnalem Regem in hoc mundo, qui hic regat à seculo in seculum. Hoc quum non viderent in Iesu, admirantur quid sibi velit Christus his verbis, QVO ego vado vos non potestis venire: non tamen ausi sunt illum percontari,sed inter sese musitabant,dicentes,

Fides in Christum, via ad Patrem.

[NVNQVID interficiet semetipsum,quia dicit, Quò ego vado,vos non potestis venire?] Carnali affectu,& iudicio ducti Iudæi, nihil aliud suspicantes esse Iesum, quàm hominem,non eadem dicunt quæ superiore capite 7.dixerant, Nunquid in dispersionem Gentium iturus est? Sed longè grauius ex verbis Christi diuinare, ipsum scilicet iturum in mortem,atque ita liberandum à molestijs persequentium, quum tamen ille significaret se ad Patrem rediturum,vnde venerat. Quoquò ille abierit,(aiunt)eò peruenire licebit. Nam ne locus quidem in vniuerso mundo est, ad quem non accedamus, si ille se eò receperit. At quum dicat nos non illuc posse venire,facilè conijcimus illũ sibi conscisci mortẽ, quã certè nemo nostrûm sibi conscisćere vellet. Vnde eò profecturus est,quò peruenire neq; vellemus,neq; iure possemus.

[ET dicebat eis.] Dignatur Christus (tanta est eius philanthropia)singulari ætiologia explicare, cur Iudæi ipsum neque Regem Messiam recipiant, neque intelligant regnum Messiæ, neque cognoscant solam fidem in Christum,esse viam ad Patrem, & vitam æternam. Neque sciant quòd Christi abscessus hinc ad Patrem,est per crucem, qua auspicaturus est nouum regnum, & suitiam æternùm duraturam omnibus in se credentibus paraturus. Quæ ignorantiæ, profectò affectatæ sunt causã cur dixerit CHRISTVS, IN peccato vestro moriemini.

VOS

[VOS de deorsum estis.] Putaris(ait Christus,) me absque ratione dixisse, Vos in peccato vestro moriemini? VOS ab infernis,hoc est,homines vani,terreni,& carnales estis. Nam vt pomus nihil aliud, quàm pomum, producere potest:ita nec terra,aut caro aliud, quàm terram,aut carnem:iam quum de terra,& carne sitis,terrenos,& carnales vos esse oportet: atque quales estis, tale est iudicium vestrum,hoc est,carnale. Animalis autẽ homo non percipit ea,quæ sunt Spiritus, 1. Corinth.cap.2. & suprà cap.3.Qui de terra est,terra est, & de terra loquitur.Vos igitur mundum sapientes,& iuxta carnalẽ mũdi sensum loquentes,nũquàm Messiam,regnum eius, & media ad vitam æternam cognoscetis. Fide,(quę donum Dei est) huiusmodi verè cælestia comparanda veniunt. Quæ neque videre,neque cognoscere potest caro. Vnde non mirum est,si vos Pharisæi, homines carnales,carnalibus cupiditatibus affecti,liuore,ac inuidia pleni,supernis mammas fugitis,& mater caro vos lactat.

Homines terreni.

Iudicium carnale.

Fides cælestia aperit.

[EGO de supernis sum.] Vos de terra, & terrenis hominibus progeniti,homines estis,EGO de supernis sum: id est,Deus & homo diuinus supra omnem creaturã. Observa. Vox Deorsum,creaturarũ proprietatem, sortémq; designat,Deo modis omnibus subiectam. Supernis verò,cum diuinã naturam tum spiritualia insinuat:quasi dicat, Ego ex Patris substantia ab æterno genitus,eique in omnibus æqualis, omnium creaturarum naturã supero, & transcẽdo.Suprà,cap.3.Qui de sursum venit,super omnes est.Vnde quæ loquor,spiritalia sunt omnia,& cælestia:solum Spiritũ,& cælum spirant, quæ nulla ratio humana,nulla caro,nulla terra capere potest: imò ad illorũ cognitionem nihil virium & virtutis prorsus habet. Suprà.cap.6.Spiritus est,qui viuificat, caro autem nõ prodest quicquam.Ibidem,Verba,quę ego loquutus sum vobis,Spiritus & vita sunt.Quę ergo dixi vobis,(Quòd ego vado,vos non potestis venire)non veniebant à vobis iuxta carnẽ magistrã intelligenda,quòd mihi ipsi mortem vellem conscisćere:spiritualia, & cælestia sunt. Quum igitur me docentem audiueritis,nolite carnem,& rationem humanam consulere,quæ neq; scholã meã,neq; me

De supernis esse. Deorsum.

Caro scholam Christi nõ nouit.

noue

nouerũt:sed Spiritum ipsum, qui vobis suggereret omnia, quæcunque dixero vobis.

Mundi discipuli.

[VOS de hoc mundo estis.] Naturâ comparatum est, vt quæ à teneris annis imbibimus, eisdem oblectemur, & studiosiùs ea quæramus. Vos ablactauit caro: mũdus vos in giro suo fouit, & suo pulmento aluit: vos illorum sectam ad vnguem didicistis, atque adeò in illa promouistis, vt laurea doctorali insignitos videam: nõ mirũ est, si vos de mundo esse dixerim, in quibus nihil spirituale legi, viderive potest. Nihil aliud quàm mũdum spiratis: nam quæ mũdi sunt, quæritis, loquimini, & sapitis: veluti, Messiam vestrum fore carnalem regem in hoc mundo, vos auro, & argento locupletantem à seculo in seculum, hoc est, in æternum, in hoc mundo regnaturum, multa huiusmodi carnali somnio conficta. Item vos primarum, & honores ardentissimè ambitis, eligentes primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in mensa, vestraque opera facientes, vt videamini ab hominibus: animis cupiditate ductamini, deuorantes domos viduarũ, & pecuniæ quæstũ in ipso quoq; tẽpli vestibulo aucupantes.

Christi natiuitas nõ de mũdo, pij non de mundo, sed è Christo nati.

[EGO non sum de hoc mundo.] Vos mundi incolæ, & filij estis, ego sublimioris mundi incola sum: vos de terra, terreni: ego de cælo, cælestis: vos carnales, carni seruitis, ego spiritualis rex sum. Et quia regnum meum non est de hoc mundo, mihi abeundum est per crucem (quam mundus aduersarius mihi infliget, toto conatu, frustraneo tamen, nitens me, meósque, extinguere) ad auspicandum regnum meum spirituale, & distribuenda bona spiritualia credentibus in me. Christus non solùm natus est in mundo de matre, sed etiam à Patre cælesti, ab æterno ante iacta mundi fundamenta. Ad hunc modum non est de mundo: vnde nec omnes pij de mundo sunt: quia licet sint de terra nati, tamen renati sunt ex Christo, è verbo semine spiritali & incorruptibili, atque liberi à carnali affectu, habent municipatum suum in cælis. Huc pertinet quod de Patriarchis Paulus ad Hebr. cap. 11. scribit. Iuxta fidem (inquit) defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & confitentes quia peregrini, & hospites sunt super terrã. Et ad Ephes. capite 2. Iam nõ estis hospites, & aduenæ,

aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei.

[DIXI ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris.] Confirmat omnia quæ dicit, simul & Pharisæorum exitium prænuntiat: Ego spiritualia & sublimiora vobis dixi, quàm possitis assequi nec vnquam assequemini, nisi relicta infidelitate, dociles vos exhibueritis. Hoc modò vobis dixi, ego iterũ, atque iterum dico, nisi purgatioribus animis affecti, omnem malitiã exueritis, VOS IN PECCATIS vestris, id est, in infidelitate moriemini, & cum infidelibus pœnas luetis nunquàm interituras.

Dei nomen, Qui est.

[SI enim non crediderit is, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.] Propriũ est Deo dicere, EGO sum: ad solũ Deum maximè spectat dicere, EGO sum. Aut quum de Deo fit sermo, QVI est. Annotauerunt non solum Christiani, sed & Gẽtiles Platonici, Dei nomen esse, QVI est. Exodi ca. 35. Si dixerint mihi (ait Moyses) quod est nomen eius? quid dicã eis? Dixit Dominus ad Moysen, Ego sum qui sum, ait: sic dices filijs Israel, Qui est, misit me ad vos. Hoc nominis habet, eò quòd is sit omnis essentiæ, omniscq; vitæ plenitudo, & ab eo omnia viuant, ab eo profecta, vt quòd essent post ortum, & quòd orirentur, ille fuerit causa. De hoc magnus, & eximius ille Theologus Gregorius ait, Deus quidẽ fuit semper, ẽstq;, & erit, imò vere semper est. Nam Fuit, aut Erit, diuisiones sunt fluxæ naturæ, & temporis, cui subijcimur nos. At Deus semper est, quo nomine ipse seipsum appellauit, quum Moysen alloqueretur in monte. Totũ enim in seipsum Esse complectitur, quod neque cœpit vnquam, neque desinet: quasi quoddam essentiæ pelagus infinitum, & immensum, omnem & naturæ, & temporis rationem transcendens. Magnus ille Dionysius diuina & Apostolica sapiẽtia plenus, ait, Appellauit seipsum, Qui est: non enim secundum aliquam quantitatem, ac dimensionem est, sed simpliciter, & interminabiliter, totum Esse in se comprehendẽs. Hoc ergo nomine Dominus nominatim seipsum explicans, adducit vnicam viam cùm effugiendi omnem peccatorum luem, tum eundi ad vitam æternam duraturam: quasi dicat, Vos Christum quæritis, illiusque aduentum desyderatis: abijcite tenebras infidelitatis, & credite in me, vnicam viam ad Patrem: qui solus per fidem

Temporis partitio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euangelicam à peccato, & morte libero. Nisi enim credideritis quòd Ego sum, quòd hoc nominis mihi est, hoc est, quòd ego sum Deus cum Patre Deo, Filius Dei, hus mundi: nisi (inquam) credideritis quòd ego sum ille CHRISTVS per Prophetas promissus, & à Patribus expectatus, per quem Pater vult omnes vitam, ac salutem consequi, vos vestra culpa moriemini in peccatis vestris, hoc est, in infidelitate vestra ad æternam damnationē. Damnatio enim est res morti, & mors peccato cognata.

Fides de Christo qualis habenda.

Morti, damnatio res cognata.

[DICEBANT ergo ei.] Vsque adeò Pharisæorum mentes excæcauerat hic mundus nimiùm adamatus, vt maius odium in Christum concitauerit: hi non solùm humilitate, & abiectione personæ illius offenduntur, verumetiam quòd se nominatim Deum insinuaret, & idem, vt cultum soli Deo conuenientem, sibi requireret, dicendo, Nisi credideritis quòd Ego sum, moriemini in peccatis vestris.

[TV quis es?] Importuna est hæc interrogatio, qua rogāt quis sit, quum modò dixerit, Ego sum: & antea pluribus egerit, ostendens se esse lucem mundi, & hactenus docuerit se esse Filium Dei, quia dixisti, Ego sum, (aiunt) non satis intelligimus, nisi explicueris quisnam es. TV quis es? contemptim ista pronuntiant. Vnde est tua persona? quis te ad hoc munus prædicandi vocauit? vnde habes tuam doctrinam?

[DIXIT eis Iesus.] Christus (cui etiam omnium corda aperta sunt) non ignarus quòd peruerso studio interrogabant, quódque calumniarentur quicquid respondisset, talem responsionem adhibuit, qua naturam in se diuinam pariter & humanam designans, ostenderit illos digniores qui audirent quid, qualésve essent, nimirum impij, scelerati, rebelles, quàm quid esset ipse, cui insidiabantur.

[PRINCIPIVM, qui & loquor vobis.] Principium in Græco textu est, τὴν ἀρχήν, quod ferè omnes vertunt pro Primo, seu principiò, quemadmodū τέλος pro Postremo. Nonnus locum hunc enarrans ita legit, καὶ χριστὸς ἀπάντων, ὃ τι περ ἐξ ἀρχῆς ἀληθὲς ἔφην, ἔχνος νέφεσμα δικαίων, ὃ λαλῶ ὑμῖν. id est, & Christus respondit: Quod quidem vobis ab initio

Principiū pro Primo.

ab initio dixi, habens innumera & iudicare, & loqui. Principio siquidem sermonis habiti, cum Pharisæis, & alijs (vnde ferè omnes sequentes dimanarunt) qui suprà quinto capite ab Euangelista enarratus est, dixerat Dominus sibi à Patre omne iudicium demandatum. Vnde Nonnus intellexit Dominum nunc respondisse ad arrogantem, & superbam illorum interrogationem (sicut quum primùm calumniam ei tanquam Dei blasphematori intentare cœpissent, suprà cap. 5.) se esse iudicem, vt omnium, ita & ipsorum. Aut dici potest, Ego nihil sum aliud, nisi quod ab initio loquutus sum vobis, videlicet, cui Pater omnia dedit in manu, lux mundi, panis vitæ, cibus in æternum durans. Non desunt qui non ineptè sic interpretantur Christi responsum, Verbum, quod ego loquor, illud quoque sum. Nam Christus est ipsum verbum, Ioannis cap. 1. Potest esse hic sensus, vt rogatus Iesus quis esset, responderit, Hoc primo loco dicam, is sum, qui loquor vobiscum: nam cætera de me indigui estis, qui audiatis. Beatus Augustinus ait Dominum respondisse se esse principium: ac si dixisset, Credite me esse principium, per quod creata sunt omnia: in quo Deus creauit cælum, & terram. Oportet rerum omnium authorem Deum esse: quare nomine Principij, se Deum aperte significauit. Qui, vt insinuaret quòd homo factus, subiunxit, QVI & loquor vobis? quasi dicat, Si ego principium mansissem ita apud Patrem, & formam serui non accepissem, humilis factus propter vos, & loquerer vobis familiariter, quomodo mihi principio crederetis, quum infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possint? Ergo credite me esse principium. Quia vt credatis, non solùm sum principium, id est, non solùm sum Deus, sed ET QVI loquor vobis, id est, Sum homo propter vos factus, annuntians verba, quæ à Patre accepi, vt illa audiatis. Obserua. Quum dicit, Et loquor vobis, quasi dicat, Ego sum, qui dico, & sum verbum æternum, atque loquor, dans vim, & energiam verbo Euangelij, in quo loquor, & scindo, ac diuido longè penetrabilius quouis gladio ancipiti, quòd pertingam vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, ceu discretor cogitationum. Quum itaq; sim

Principium Christus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbum, meum est loqui, & solus loquor, atq; ad me solum spectat loqui: nimirum sine me verbo, muta, vanáq; sunt omnia. Quòd si quid aliud videtur verbum, certe solus est sine spiritu, & intellectu. Quare, Ego sum, qui sum ab initio, & dicor verbum, & loquor vobis.

[MVLTA habeo de vobis loqui, & iudicare.] Comminatio est aduersus Iudæos contemptores, & irrisores Euangelij: quasi dicat, Scitote me habere multa, quæ de vobis loquar, quibus vestram impietatem arguam, & iudicè, id est, condemnare possum. Multis nominibus ego, qui loquor, possum vos accusare. In primis quòd ne vnus quidem vestrûm est, qui nõ totus madeat peccatis: deinquòd Euangelium per me vobis annuntiatum contemnitis, & impias aduersum me machinationes molimini. Vos putatis me veluti abiectam personam hæc ignorare. Ego modò non iudico quenquam: hoc est, condemno, quando ita visum est Patri, qui me misit in mundum, nõ vt ex malis fiant peiores, sed vt qui mali sunt, resipiscant ad salutẽ. Hæc, quæ loquor, ad cumulum vestræ damnationis venient, quãdo olim venero iudicaturus viuos & mortuos.

[SED qui me misit, verax est.] Confirmat certitudinẽ suæ personæ argumento ab authoritate Patris. Quid me veluti abiectam personam spernitis, & contemnitis? Incredulitate vestra profitemini vestram impietatem, & blasphemiam aduersus Patrẽ, dum eius Filium reijcitis. Pater verax. Est Pater meus VERAX, id est, longanimis quidem est, sed aliquando vobis persoluet: qui tempus retributionis (quod neq; creditis, neque suspicamini) in futurum seculum reseruauit. Quod decreuit, irretractabile est, vtcunque vos impij non credatis. Quum ergo huc Patris veracis authoritate sim missus, me vt veracem recipere debetis, quem quum mendacij arguere non possitis, nisi Patrẽ quoque non minoris criminis reum peregeritis. Propter eà grauissimæ pœnæ vos manent, nisi mihi credideritis. Ille verax est, ergo & Filius illi coæqualis, est verax. Pro certitudine igitur meæ personæ sufficiat vobis, quòd miserit me verax Pater.

[ET ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.] Eadem Patris authoritate probat Christus doctrinam suam certam, & veram. Vos naso doctrinam meam suspenditis,

spenditis, verbum meum irridetis, & quæ annuntio perinde atque vana somnia contemnitis. Vos hanc impiam incredulitatem, & blasphemiam non impune feretis. Doctrina mea, non est mea priuata doctrina, sed Patris mei veracis: quare & vera est, sicut & Pater verax est. Citiùs cælum & terra ruerent, quàm vt vel apex vnus, aut iota vnum in doctrina Patris posit mendacij argui: sed quæcunque ab ipso audiui, quæ certus sum ipsius esse verba, hæc ego in mundo, & inter vos loquor: ergo mea doctrina verissima est: & qui eam reijcit, Patrem ipsum reijcit, grauissimique se iudicij reum constituit. Christi doctrina. Euangelij excitudo.

[ET non cognouerunt, quia Patrem eius dicebat Deum.] Tanta erat Phariseorum impietas, liuor, & crassa ignorantia, vt non intellexerint quòd de Patre suo Christus fuisset loquutus, quando dixit veracem qui misit se, & quæ audiuisset ab eo, se loqui. Hic contemptus, quo Christũ, vt abiectam, & vilem personam reijciebant, inducebat illos ad argumentandum iuxta humanam rationẽ: Iesus Nazarenus est vilis & abiecta persona, ergo non est Messias, Filius Dei, verus Deus cum Deo Patre, ergo doctrina eius nõ est à Deo. O blasphemas, & carnales argumentationes! metiuntur impij Pharisæi Christum, & doctrinam eius ab externa facie, & non à re ipsa & veritate, iuxta quam res considerandæ veniunt, & non in speciem iuxta externum apparatum. Contemptores Euangelij, Deũ contemnunt. Argumentum carnalium aduersus Christum.

[DIXIT ergo eis Iesus.] Nihil non tentat diligens, ac fidus præceptor Iesus Christus, vt cæcos illuminet, ignorantes scientes faciat, & errantes in viam reuocet. Quare quum nihil Iudæos mouerit authoritas Patris (quem quum Christus ad ipsum appellaret, & certis, euidentibúsque argumentis insinuaret, non cognoscerent,) nunc certum ob oculos eorum ponit signum, ex quo quæ modò negant, aliquando intelligent.

[QVVM exaltaueritis Filium hominis.] Alludens Christus ad formam olim serpentis in deserto exaltati, nihil his verbis aliud, quàm crucẽ suam, & iudiciariã potestatem illis significauit, & minatus est. Exaltauerũt autem eum Iudæi, quando se summè deiecisse, eum affectũ morte crucis ignominiosissima putauerunt. Hæc mors seruili eius functioni finem imposuit, vt sic humiliatum Serpens exaltatus. Christi exaltatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Filium Pater ad dexteram suam exaltaret, & per mortẽ exaltaretur gloria Filij. Vos, inquit, me vt contemptam, & abiectam personã habetis, & vobis vanus videor, sed quum per vos volens in crucem confixus fuero, & resurrexero, tunc demum intelligetis qui sim, & meæ doctrinæ veritas, vobis comictis, apparebit.

[TVNC cognoscetis.] Prophetia, & promissiõe ornatus est hic locus: Præuidebat Dominus aliquos ex auditoribus, qui ipsum crucifixuri erant, post resurrectionem suam, ad Euangeliũ conuertendos. His vt reliquijs Israel cum alijs sanctis ante mundi constitutionem electis veram sui cognitionem, hoc est, viuam fidem promittit. In Actis Apostolorum, cap. 2. Petro prædicante legimus hæc impleta fuisse: Quem vos crucifixistis (inquit Petrus.) His autem auditis compuncti sunt corde, &c. Item Lucæ capite 23. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebãtur. COGNOSCETIS: Per fidem. Est enim Fides medium, quo cognoscitur CHRISTVS esse verus Deus cum Patre, Filius Dei, & Saluator mundi.

Cognoscere.

Resurrectionis Christi virtus.

[QVIA ego sum.] Post crucem, & resurrectionem, cognitus est IESVS ab ipsis Iudæis filius Dei. Resurrectio enim Christi hoc virtutis habet, vt aduersarios confundat, & fit verbi eius optimum testimonium. Ad Rom. cap. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est id est, declaratus est Filius Dei ex resurrectione mortuorum IESV Christi, &c. Hoc testimonio resurrectionis, re ipsa docuit se esse peccati, mortis, & inferni victorem, ac omnibus credentibus per mortem suam donare peccatorum remissionem, & per resurrectionem, iustitiam. Ad Rom. capite 4. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrum. Tunc post resurrectionem meam cognoscetis QVIA ego sum: hoc est, Cognoscetis deitatem meam, & quòd in peccatis vestris moriemini, niti credideritis id nominis mihi esse, EGO sum: quod nomen solius Dei est. Vnde cognoscetis, QVIA ego sum, hoc est, personam meam, de qua rogastis, Tu quis es? esse Deũ. Cognoscetis me Filium Dei, Saluatorem mundi, doctrinam meam

Verbi optimũ testimonium.

meam spiritualem, & regnum meum spirituale. Sentietis re ipsa me esse lucem mundi, fontem vitæ, adeóque vitam per mortem, & redemptionem per crucẽ parare. Est certe resurrectio Christi omnium credentium iustificatio, & vita.

[ET à meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor.] Ostendit non solùm doctrinam, sed & Patris, & sua opera indiuisa, & communia esse. Nihil priuatim aut ago, aut doceo (inquit) EGO à meipso facio nihil, id est, à meipso nõ sum: Filius enim de patre est Deus: Pater & Filius vnum sunt, vna essentia, vna voluntas, vna potentia in æqualitate. Vos tunc intelligetis rem non humano modo geri, sed Patris mei virtute, qui in me omnia agit, & per me vobis loquitur. ET SICVT, &c. id est, Qua potestate, & virtute ille operatur, & ego eadem loquor, doceo, & operor: propterea graue vos manet iudicium, qui in me læsuitis. Quum per omnia Filius æqualis sit Patri, vehemens tamen est tapinosis, id est, humiliatio in Christo, agnoscere Patrem pro doctore. Hoc aduerbium SICVT, vere hoc loco est similitudinis. Obserua: Pater docuit Filium, non quia ignorantem, & priùs diuinæ scientiæ expertem erudierit, aut in cognitionem adduxerit, sed quia scientem ante secula genuit, gignendóque, ipsi Filio sapientiam, sicut & essentiam diuinam contulit. Est itaque Filius ab æterno sapiens.

Trinitatis opera indiuisa.

Pater quomodo docuit Filium.

[ET qui me misit, mecũ est.] Ex resurrectione, & alijs signis, cognoscetis me Filium Dei, qui ita me misit in mũdum, vt tamen ab illo nõ deserar. Ego enim & Pater vnũ sumus: summus inter noscõsensus est: ego in Patre, & Pater in me est. Est ergo MECVM inseparabiliter, & identitate substantiæ, & ego in eius sinu sum ab æterno: id est, cõsubstantialis sum illi. Hæc nihil aliud significant, quã Patrẽ Deũ cùm doctrinæ, tum personæ Christi tutorem, & defensorem esse. Est Deus Pater tutor & defensor doctrinæ Christi: Ergo Christi doctrina inexpugnabilis est, & verbum eius immotum manebit.

Pater & Filius vnum.

Pater tutor Christi.

[ET non reliquit me solum.] Epanaphora est, cum expolitione eiusdem, quod dixit, Mecum est: ne quod de sui cũ Patre æqualitate protulit sacramentũ, negligenter

Universidad de Deusto
Biblioteca

auditum,sine fructu trãsiret, sed repetitũ tenaciùs auditorũ animis insigatur. ET NON reliquit me solũ: quasi dicat, Non solùm cognoscetis identitatem substãtiæ Patris & Filij,sed etiam intelligetis,quòd etiam me hominem continuè seruauit,& nunquàm me deseruit. Assumpsi quidem formam serui,sed interim non abieci Dominum:factus sum homo,non tamen repuli à me Deum is enim mecum est:hoc est, ego cum illo sum verus Deus.

Filius Patri obediens.

[QVIA quæ placita sunt ei facio semper.] Argumẽto ab obedientia,& sedula commissi officij administratione petito, Christus ætiologiã adducit cur Pater personæ,& doctrinę suę custos,& defensor perpetuus sit,siue cur non reliquerit Filium solum. Hoc erit vobis signum,& argumentum, quòd Pater non me solum reliquit. Ego optima fide fungor mea legatione, sic, vt quæ ille mandauit,illique sunt decreta, perpetuò expediam. Moyses quidẽ,& Dauid,quos tãtopere suscipitis, multa fecerũt,quæ Deo grata fuerũt,sed nõnunquã offenderũt: Ego,ne vnguẽ quidẽ transuerso ab obedientia Patris recedo,& quæ sunt illi placita facio.

Patri placita facere.

FACERE Patri placita, est demandatũ officiũ, & prout cõmissum est, expedire. Addidit SEMPER,id est,cõtinuè,sine intermissione, & perpetuò fuit Patri obediens Filius, cuius vita sibi semper æqualis fuit:& vt vita, ita & doctrina. Hac continua obedientia meruit vt homo nunquàm à Deo deseri, & Dei continua cura absque interpellatione seruari in suo officio,& omnibus suis & actionibus,& passionibus.

[HAEC illo loquente,multi crediderunt in eum.] Tametsi Phariseorũ malitia in pœnis promoueret, erãt tamẽ ex reliqua turba nõ pauci,in quibus semẽ Dei radices accepit, vt tum erãt Euãgelicæ doctrinæ capaces. Iactus est aliquis gradus ad fidẽ,etiã si nondũ eò profecerãt quò pòst erãt promouendi. Audito ergo IESV, spe bona ex his,quæ promittebat,cõcepta,crediderunt illi. Obserua,& vide, vt nunquã desint apes, quæ ex floribus verbi Dei mel sugãt,vtcũque inde aranei venenũ hauriãt. Idẽ aduerte verbi Dei potentiã,quũ MVLTOS dicit,& tenebrarũ expulsionẽ, aduentãte luce, quãdo crediderũt, deinde obiectum fidei, IN EVM, supple Christum,in quem se fides extẽdit. Colligamus ex toto hoc sermone, Christum

Verbũ nũquã sine fructu.

ſtum ſignificaſſe Iudæos ipſum cognituros in cruce à ſignis,quæ tũc,& à reſurrectione,& captiuitate facta ſunt. Omnia enim hæc, ait Theophylactus, cuius verba ſubſcribo,poterãt declarare eius fortitudinẽ. Vtrũq; igitur ſcietis,& fortitudinẽ meã,quãdo me crucifigetis,& concordiam meã cũ Patre:neque enim Pater vltus eſſet me, data ciuitate veſtra Romanis,vel ſignis in cęlo factis,niſi Filius eius eſſem,& ciuſdẽ ſciẽtiæ,& nõ contrarius. Tunc igitur ſcietis ꝙ quæ doceo,& dico, ab illo ſint, diuina omnino,& verba Dei,ac non mea, ſed eius, qui miſit me.

[DICEBAT ergo Ieſus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos.] Quia(vt ille ait) nõ minor eſt virtus,quã quærere,parta tueri,dignatur Dñs,quos videbat,cognoſcebãtq; etiã in animis fidei fundamenta iecisſe,exhortari ad ſpiritualis ædificij conſummationẽ,nec ſatis eſſe cœpiſſe,niſi conſummauerint,& munire contra demolitores, fures, tentationes, inſidias, & id genus, quæ à cœpto opere,id eſt,à ſuſcepto ac credito verbo retrahere conantur. Notãtque quoſdam hypocritas, vt fere ſit, fuiſſe inter hos, qui Domino videbantur credidiſſe:& confirmat eos,qui verè crediderant,quòd Euangelium (cuius vſus eſt bene operari) non pertineat ad otioſos.

Otioſi nihil ad Euangeliũ.

[SI vos mãſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis.] Verbo MANSERITIS,hortatur ad perſeuerãtiam in ſuſcepta fide. Bene cœpiſtis credere verbis meis, quæ nũc audiſtis,à quibus cauendũ eſt,ne aliorũ vos abducat incredulitas,ſed in his manendum eſt. SI MANSERITIS,id eſt, perſeueraueritis in doctrina mea,cuietiam totos vos conſecraueritis, VERE diſcipuli mei eritis,id eſt,agnoſcam vos germanos, verósque diſcipulos meos. Nõ illos verè diſcipulos meos agnouerim, qui modò credũt paulò pòſt leui quodam offendiculo,aut perſequutione recedũt. De his Dominus in parabola(Luc.cap. 8.) mentionẽ facit,dicẽs, Nã qui ſupra petram, qui quũ audierint,cũ gaudio ſuſcipiũt verbũ, & hi radices nõ habent,quia ad tẽpus credũt, & in tẽpore tentationis recedunt. Perſeuerandũ eſt in ſuſcepto verbo. Qui enim perſeuerauerit vſq; in finẽ,hic ſaluus erit. Hactenus Moyſi, qui vobis legem (quam ferre non potuiſtis) dedit,ſeruiuiſtis:is,quem adumbrabat, præſens vobis loquitur, cui

Verbũ Manſeritis.

si vos consecraueritis, & in fide permanseritis, iã nõ estis Moysi, sed Dei discipuli. Obserua, quã necessaria est hæc exhortatio, ne etiã quãlibet dura patientes, à verbo deficiamus. Nã dum res in portu & vado est, dũ verbu prosperum habet progressum, bene audit, & ei succedunt omnia fœliciter, nemo non lætatur verbo, apud quod libens permanet. At si modica exoriatur tempestas, & tentatio aduersus verbũ, si non bene audierit, nec fœlicé habuerit progressum, incõstantes, & nõ veri discipuli incipiũt à verbo deficere, ipsum abnegare, & profiteri se nũquã illud nouisse. Si constanter verbo adhæserimus, quãlibet magnis tentationũ procellis agitati, submergi non poterimus, certò apud nos statuentes, q; Dominus promissis stabit, qui nõ sinet nos tentari supra id quod possumus. Hæc exhortatio Christi, suauissimam nostris conscientijs affert consolationẽ, explicans certũ & probũ signũ quo discere possumus nos discipulos Christi, & filios Dei. Si tentatus video me manere, ad est, adhærere verbo Dei, & ab illo nõ deficere, hoc signo meipsum consolor, dum apprehendo me Deum habere propitium, qui dignatur me filium, & discipulum habere, & in tentationibus non deserere: cuius auxilium, & fauorem sentio hac fide, qua experior me illius verbo adhærere. A cœpto itaque opere bono, & sancto non est desistendum, sed perseuerandum. Meminerimus vxoris Lot, quæ conuersa retrò, in statuam salis est mutata. Huc pertinet quod Luc. 17. dicebat Dominus, Nemo mittens manum ad aratrũ, & respiciens retro, aptus est regno Dei.

Discipuli Dei. Perseuerantiæ commẽdatio. Exhortationis necessitas.

Discipulorum nota, & signũ.

[ET cognoscetis veritatẽ.] Qui diligens auditor in classe Domini cælestẽ veritatẽ, nõ Pharisaicas doctrinas profitẽtis manserit, is veluti verus discipulus, COGNOSCET veritatẽ, id est, remoto velamine legis Mosaicæ, à die in diẽ, progressũq; tẽporis in Euãgelio promouebit, maiorẽ accipies verbi cognitionẽ, qd in Spiritu, & veritate intelliget, hoc est, cognoscet ipsam æternæ vitæ sapiẽtiã, qua quæ vere bona sunt & intelliget, & amabit. Aut COGNOSCET veritatẽ, id est, me, qui sum veritas, inquit cap. 14. Ego sum via, veritas & vita. & cap. 17. Sermo tuus veritas est. Proinde est quidã huius cognitiõis progressus, & ordo: in primis verbo credimus: fides, verbũ, quod est Iesus

Auditor disciplinę Christianæ.

Cognoscere veritatem.

Cognitionis veritatis gradus.

Iesus Christus, arripit: at quũ Christus sit thesaurus scientiæ, cognitionis, sapiẽtiæ, & intellectus, cõsequens est, vt qui se totũ fide viua Christo cõtradidit, cognitionis veritatis capax fiat. Suprà cap. 1. Lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est.

[ET veritas liberabit vos.] Hæc tum Veritas, vera scilicet scientia salutis, liberos vos reddet: nam dum per illam scientiã Deum verè cognoscetis, ipsi omnino consecrati eritis, & viuetis: viuentes quæ noxia sunt agnoscetis, & ab illis prorsus abhorrebitis, atque affectus, qui vos antea in seruitutem trahebant, veluti liberi, reprimetis vitã cælo, Deóque dignã agẽtes. Aut dici potest, Qui totum se Christo conseceramt, in libertatem vindicabitur: ad quam est quidam ordo & progressus. Primùm, audire verbum, hoc est, Christum. Secundùm verò, credere, & certo statuere apud se, firmas esse Dei promissiones. Tertiùm, manere in classe Dei, & se beneuolum verbi auditorem præstare. Quartùm, cognoscere veritatem, siue in Euangelio, & doctrina Christi promouere per illuminationem Spiritus Sancti, qui dicitur Spiritus veritatis, infrà ca. 16. Quum venerit ille Spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem. Postremùm, est liberum esse à iure peccati, & mortis: quod maximè operatur Spiritus Sanctus credentibus per Christum exhibitus. Romano. capite 3. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. 2. Corinth. capite 3. Dominus autem Spiritus est. Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Proprissimum ergo Euangelij & verbi officium est, liberare à peccato, & tyrannide eius, à prauis, & mundanis, cupiditatibus, à metu mortis, & à seruitute Pharisaicarum constitutionum: non autem statum fortunæ mutare eximendo corpus à iure heri: non enim seruitus corporalis (qua seruus operas suas hero debet) pugnat cum libertate Euangelica. 1. Corinth 7. & 1. Petri cap. 3. Discamus quæ vera est libertas, & à quo petenda. Vere liber, & vera libertate insignitus est, qui non trahitur ad iniquitatem, & principali Spiritu præditus est, vt libere vitam cælo dignam viuat. Hanc veram libertatem solus Christus (qui donat Spiritum huius libertatis) cõfert. Obserua: Quemadmodum his, qui non credunt,

Veritas liberat.

Progressus ad veritatem.

Spiritus veritatis.

Euangelij officium.

Seruitus corporalis nõ pugnat cum Euãgelio.

credunt, graue exitium comminatus est, dicens, In peccatis vestris moriemini: ita credentibus, & in fide manẽtibus suauissimam promittit consolationem, libertatẽ scilicet à peccatis, quam conferre non poterant sanguinis aspersiones, & sacrificia: vmbræ enim erant. At veritas nobis per Christum contigit. Vnde spirituale, & verum sacrificium per fidem viuam (qua nos omnino consecramus Christo) liberat nos, vt ampliùs non simus serui, sed filij Dei in Christo, & per Christum efficimur, qui naturâ Dei filius est, nos verò adoptione per ipsum. Cauendum est maximè ne iactes eiusmodi voces: Liber per fidem sum, quæ nihil non absoluit: quid porrò meis opus est operibus? Omnia per Christum absolutè acta sunt. Longè, latéque aberras. Absit vt eiusmodi voce, impium nequitiæ operculum prætexamus. Christiana libertas est, qua quis non coactè, sed liberè, & ex animo bona opera, velut seipsum vincere studens, operatur. Ad hunc modum diuus Paulus docet, Lex non est iusto posita: lex enim nihil iuris in eo habet quod accuset: sponte enim, & Spiritu Dei, quæ lex postulat, exequitur. Hæc libertas propriè referenda est ad conscientiæ pacem, ac gaudiũ: sed quia adhuc in carne viuit Christianus, & inter homines, seruiendum est necessitati, comedendo, bibendo, mercando, & cetera & frænanda caro, & seruiendum proximi necessitatibus. Inde spiritus ipse sua sponte, ac cum gaudio, & voluptate suscipit negotium frænandæ carnis, & seruiendi fraternis necessitatibus. In hunc modũ debitores sumus. Sic diuus Paulus 1. Corinthiorum cap. 9. Romanorum cap. 6. & 7. & Galat. cap. 5. Vos in libertatem vocati estis, fratres, tantùm ne libertatẽ detis in carnis occasionem, sed vt per charitatem Spiritus, seruiatis inuicem.

Impiorũ voces blasphemæ.

Christiana libertas.

[RESPONDERVNT ei.] Iste solet esse impiorum genius, vt his sibi placeãt, quibus nequaquã meliores reddantur, vt est, à sanctis, & maioribus genus ducere: quum Deus contrà velit nos quempiam à vita, à studijs, ab animo æstimare. Istorum typum gerunt Pharisæi, qui nobilitate, & prærogatiua maiorum tumentes, indignabundi Christo responderunt.

Personæ æstimatio à virtute.

[SEMEN Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam

quã. Quomodo tu dicis, Liberi eritis?] Hoc responsum ex Pharisæorũ fœtido, & malè olente stomacho prodiẽs, ostẽdit ipsos nulla re magis offensos, quàm cp se seruos audirẽt. Tãta illorũ erat excitas, & ignorãtia, vt ex libertate Euãgelica, & spirituali, carnalè intelligerẽt. Quales (aiunt) putas nos esse, quibus tu abiecta persona lõgè maioribus nostris inferior, pollicẽris libertatẽ? quasi verò seruitutẽ seruiamus nos, qui maximi illius Patriarchæ Abrahæ posteritas sumus, ingenui ex ingenuis progeniti, & auita nobilitate insignes, cuius semini promissum est regnũ æternũ. Nec vlli vnquã seruiuimus, ad est, nulla gens in nos authoritate diuina dñium exercet: quãuis Romanus Imperator regnũ nostrũ tyrannicè occupet, nõ tamẽ id iure diuino fit, à cuius tamen subiectione si volueris nos in libertatem vindicare (modò id præstare possis) nobis gratissimum esset. Vnde libertatẽ promittis, quasi serui simus manumittẽdi? & veluti Abrahæ filij ex Agar ancilla, & nõ ex Sara libera, liberi prognati, Saraceni liberi, nõ Agareni serui simus? Quid igitur inuris generi nostro notã, perinde ac si ex ancilla Agar nati essemus? Hoc certè non est libertatẽ polliceri, sed liberum genus, seruitutis nota fordidare. Impudico ore mentiti sunt dicentes, NEMINI seruiuimus. Seruierũt enim quoties in captiuitatem ducti sunt, & AEgyptijs sub Pharaone in luto, latere, & paleis: Babylonijs sub Nabuchodonosor, & alijs multis: Item, Ioseph vnus ex patribus eorũ (Genes. cap. 39.) seruiuit in AEgypto, doctore Dauide Psal. 104. In seruũ venundatus est Ioseph. Sed vsq; adeò præceps, & vehemens est contradicẽdi studium, vt quicquid in buccam venit, impræmeditatè dicant, nihil attendentes quod pronuntiant verum sit nẽcne.

Iudæi seruierunt.

[RESPONDIT eis Iesus.] Quũ Dñs Iudæorũ crassitudinẽ obseruaret, qui in rebus carnalibus ponebãt fiduciam, & gloriã suã, interim negligentes spiritualia, quæ nos Deo cõmendãt: nec intelligerẽt de qua libertate esset loquutus: dignatur in primis Christus explicare se de animorum libertate loquutum, quæ spiritualis est: qua liberamur per Christum à peccatis. Deinde respondebit illorum gloriationi in authore libertatis suæ, Nos semen Abrahæ sumus.

Iudæorũ carnalis apologia de sua libertate.

Libertas animorum.

AMEN

Universidad de Deusto
Biblioteca

[AMEN Amen dico vobis, quia omnis, qui facit peccatũ, seruus est peccati.] Rem etiã maximè certã, & seriã propter imbecillitatẽ nostram iuramento confirmat, & explicat de qua libertate ipse loquatur. Vos (inquit) vestra opinione liberi estis, nimirũ ingenui filij Abrahæ ex Sara libera. Nõ est hæc vera illa libertas, de qua loquor: hanc vt cognoscatis operæpretium est priùs intelligatis, quæ sit vera captiuitas & seruitus. Est quidẽ genus quoddã captiuitatis, ac seruitutis, si quis ex ancilla nascatur seruus, aut capiatur in bello, aut seipsum in alterius potestatẽ iure ciuili vẽdat, aut carcere tetro captiuus includatur. At aliud est seruitutis genus lõgè turpius, & calamitosius: à quo neminem asserit maiorum quãlibet magna nobilitas. Quod est illud? quæ est illa vera captiuitas? Profecto confirmo vobis (ait Christus) SI QVIS committit peccatum, seruus est sub potestate, & tyrannide peccati, & Satanæ, ac sui iuris esse desinit. Sunt ergo omnes homines nati serui, quia omnes peccauerũt, & egent gloria Dei, Rom. cap. 3. Quibus iure suo dominantur, & tyrannidẽ exercent, peccatum vt occidat, mors vt damnet, & Satan vt perdat. Tãta est hæc captiuitas, atque adeò vt qui hac teneatur seruitute, nihil libero animo agere videatur: inquietus agit omnia, nullam domi foris re conscientiæ pacem habet, etiam si alioqui corpore vegeto & libero sit. Ab hac vera captiuitate non potest seruus cõseruum liberare, & manumittere, qui & ipse peccato est obnoxius: sed ille solus liberos reddit, & ingenuos, qui solus nulli peccato est obnoxius. Is vnus, solusq; est Dominus Iesus Christus, Deus & homo, qui sua cruce, morte, & resurrectione, nos (qui omnes in Adã peccauimus, & egemus gloria Dei) vera libertate donare potest, & liberare à iure peccati, ne nos occidat: à minis & tyrannide mortis, ne nos damnet: & à Satana, ne nos perdat: vt nos restituamur iustitiæ, gaudio, vitę, & Deo optimo maximo, cui æternùm viuamus. Hoc beneficij Christus præstat, liberóq; nos spiritu donat: qui & si in præsenti non omnẽ peccati, hoc est, deprauati animi tyrannidẽ, & fomitẽ extinguat, fortiter tamẽ illũ reprimit, neq; eodẽ nec prorsus illũ deijciat, & eliminet, 1. Corinth. 15. Deinde tunc: quũ tradiderit regnũ Deo & Patri, quũ euacuauerit omnẽ principatũ, & potestatẽ, & virtutẽ. Oportet autẽ illũ regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissimè autẽ inimica destruetur mors. Quãdiu ergo hic sumus, semper nos suis machinis impetent tyranni illi, nec auferentur extrinsecus tẽtationes peccati, mortis, & diaboli: nec ab illorũ sensu nos liberat vera libertas, siue viua fides, donec venerit nouissimus dies ille iudicij: sed liberat credẽtes à iure, & dominio ipsorũ, & adimit eis aculeũ, quo omnes homines peribãt, 1. Corin. cap. 15. ex Osea, ca. 13. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autẽ mortis, peccatũ est: virtus verò peccati, lex. Deo autẽ gratias, qui dedit nobis victoriã per Dominũ nostrũ Iesum Christum. Sentiemus quidẽ aduersarios, sed fide illos subiugabimus, & certò vincemus. Itaq; vera captiuitas est à peccato, cui omnes nascimur serui, & captiui, duram seruientes seruitutem, quoad manuducamur, hoc est, renascamur per Christum omnium dominum, herũ, & magistrum. Dicet aliquis, Expende mihi aliquod genus peccati, vt sentiam quanta tyrannide peccatum in homine dominetur. Auaritia peccatum est, quæ si alicuius animum occupauerit, quid non cogit? in diuitijs inopiam facit: liberalem, tenacem reddit: animũ nunquàm finit quietum: cogit vt noctes iuxta omnes congerẽdis diuitijs protrahat auarus, cui tam deest quod habet, quàm quod non habet. Et quid nõ mortalia pectora cogit auri sacra fames? Si in homine regnet ambitio, statim tyrannidem exercet, & veluti fumum habens dominiũ, cogit sycophantizare, adulari, parasitari, ex alieno viuere, inuidere, proximum contemnere, inimicum fœdus frangere, cum nullo pacem habere, & nunquàm rebus præsenti bus contentum esse, semper sitire, & nunquàm saturari. Hoc est tyrannicum peccati dominium, donec cogat in æternam perditionem. Non ergo regnet (ait Paulus Romano. capite 6.) peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius: sed neque exhibeatis mẽbra vestra, arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo tanquã ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo. Vide quæ in illũ Pauli locũ scripsimus. Obserua: verbi, & Euãgelij officiũ est, liberare à peccato.

Captiuitas.

Seruitutis varium genus.

Quis verè liberat.

Christus verè liberat.

Tyrãni, à quibus Christus liberat.

Tẽtationes extrinsecæ nõ decernunt.

Mortis aculeus.

Mors victa.

Captiuitas vera.

Ambitiõis incommoda.

Peccati tyrannicũ dominiũ.

Seruum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Seruum peccati esse, est à peccato angi, tribulari, vexari, & damnari. Obserua: Amen amen, dictum est pro, Quàm verissimè. Hebræi enim superlatiuè faciunt tam in adverbijs, quàm in nominibus, eiusdem vocis repetitione.

Serui.

[SERVVS autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum.] Singulari quadam collatione confert hoc loco omnes homines secum, vt ad spectandã à se hanc veram libertatẽ incitaret: nomine SERVI significans omnes homines, qui in Adam peccauerũt.

Filij & serui collatio.

Seruus tametsi ad tempus in domo quadam agit, tamen quoniam seruus est, ad nutum, & voluntatem Domini domo exigitur, hæreditatis expers: filius autem bonorum omnium hæres est, perpetuum ius in domo habens. Hoc simili non solùm nos ad libertatem inuitat, sed etiam significat nos omnes seruos peccati natos, Dei filios fieri oportere. Obseruandum est DOMVM hoc loco intelligi, aut Ecclesiam in præsenti seculo (de qua scribit Dauid, Psalmo 25. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ) aut alteram in cælis, in qua beati vita fruuntur æterna. Psalmo 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Theophylactus hoc loco ait Domũ accipi pro potestate sicut pro principatu vsurpatur, infrà cap. 4. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. SERVVM peccati intelligito, nõ quia peccat (non est enim homo, qui nõ peccet, 3. Reg. 8. & Prouerb. cap. 24. Septies in die cadit iustus.) sed quia permanet in peccato, quo oblectatur, & ex inueterata peccandi consuetudine, veluti quodã reti peccatorum irretitus, in peccatis totus moritur, & sepelitur. Huiusmodi seruus in neutra domo manet: in priore quidem secundum speciem & externam conuersationem diuersatur, resectus tamen est à corpore mystico, non secus, atque putridum membrum à vegeta corporis parte: neque in posteriore manet, in quam solus ingreditur, qui sine macula operatus est iustitiam.

Domus.

Peccati seruus.

[SI ERGO Filius vos liberauerit, verè liberi eritis.] Quum operæ pretiũ sit, nos omnes filios Dei fieri oportere, & id beneficij non nisi per ipsum vnigenitum consequi possumus, rectè intulit, SI ERGO Filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Quasi diceret, Ego Christus solus

sum Filius Dei: ergo solus bonorum Dei hæres. Quare si volueritis manumitti, & in libertatem asseri, ac in hæreditatem bonorum restitui, non est quòd eam expectetis à Moyse, aut Patriarchis, aut Sacerdotibus vestris, (quorũ administratio fuit ad tempus) neq; quisquam horũ prorsus immunis fuit à peccato, neq; quisquã ius habuit absolendi peccata, neque quisquam ad plenũ nouit veritatem, sed expectanda est à me vnico Filio, hærede omnium bonorum, & permanente in domo in æternum, cui tota, perpetuaq; domus potestas tradita est. Ego ille sum, qui si à peccatis absoluero, & ab erroribus vos liberauero, verè, plenéq; liberi eritis, etiam si ex ancilla Agar nati fueritis. Obuiam igitur omnes eamus Domino, libertatem consequuturi, si nos ipsi totos cõsecrauerimus. Nam ille dat Spiritum suum, quo liberi, & pronis animis, quæ Dei sunt sectemur, quæ sola vera libertas est. Quid enim profuerit carne orbi imperare, & animo esse seruũ mortis? Is verè mancipiũ est crudelissimorũ tyrannorũ, peccati, mortis, inferni, & Satanæ, etiã si fuerit à sanctissimis, nobilissimis, ac liberrimis parentibus prognatus. Consule Apostolũ ad Rom. ca. 4. & 8. & ad Galat. ca. 4. vbi allego ricè tractatur per exẽpla libertas Christiana, & seruitus legalis. Non inutile fuerit videre locum 2. ad Corinth. cap. 3. Obserua: Filius liberator est, ergo & liberati per illum æterni erunt. Itẽ. Hæreditas spectat ad liberatos per Christum, qui dicuntur filij Euangelij: & qui sub Euangelio sunt, verè sunt liberi. Verè liberari, est fructus fidei in Christum.

Libertas à solo Christo.

Libertatis Spiritus.

Filij Euãgelij liberi.

[SCIO quia filij Abrahæ estis.] Posteaquã docuit carnis libertatem apud Deum pro nihilo haberi, sed solam spiritualem, ac veram libertatem ex operibus æstimandam: nunc incipit respondere ad prærogatiuam, qua Iudæi maiorum nobilitate & sanctitate gloriabantur, siue auita fide, & probitate. Audio vos nomine Abrahæ vobis placere: scio, & confiteor vos ex Abraham prognatos esse: sed nihil, aut parum refert carne, & secundum Ismaelẽ ex Abraham natum esse, si nõ habeatur spiritus Abrahæ, vnde & vita, & studiũ Abrahæ sequatur. Ad Rom. cap. 9. Nõ enim omnes, qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ, neq; qui semen sunt Abrahæ, omnes filij. Sed in Isaac vocabi-

Abrahæ Spiritus.

Filij promissionis.

tur tibi semen.id est,nō qui filij carnis,hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis,æstimantur in semine.

Gloriatio popularis.

[SED quæritis me interficere.] Lenis,& popularis est gloriatio,maiorum stemmate gloriari,& nullum sui speciemē præclarissimis gestis exhibere:natura comparatum est,minores referre maiorum probitatem,& factis declarare,se illorum posteros esse,nisi degeneres filij videri velint. Agnosco quidē in vobis ab Abraham originem,sed non fidem,& religionem,qui adeò credidit Deo, vt non dubitauerit ad illius iussum,vnicum,quē habebat ex Sara, filium Isaac mactare: quanuis per hunc promissa illi esset numerosa posteritas. Iam facto declaratis vos degeneres esse,& non filios Abrahæ secundum promissionē, hoc est, secundum Spiritum, sed secundum carnem ex Ismaele Isaaci hæredis persequutore,dum non solùm me filiū Dei,vnicum hęredem persequimini, sed & conamini meipsum interficere,pro natura carnalis filij Abrahę,qui est Ismael. Huc pertinet quod scribit Paulus ad Galat.ca. 4. Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filij sumus: sed quemadmodum tunc is, qui secundum carnem natus fuerat,persequebatur eum,qui secundum spiritum: ita & nunc. Sed quid dicit Scriptura? Eijce ancillam, & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.

Abrahæ fides commēdatur.

Ismaelitæ.

Iudęi ab Abrahā degenerāt.

[QVIA sermo meus non capit in vobis.] AEtiologia est ab incredulitate sumpta,qua ostenditur cur Iudæi sint Abrahæ filij degeneres. Vos ratione humana,& sensu vestro, vultis sermonem meum comprehendere, qui sola fide apprehēditur:ideò vos me persequimini,insania vestra contra me est, quia SERMO meus sublimior est vestra cogitatione,& à vobis capi nequit:propter hoc, non oportet me occidere.sed magis orare,vt doceam dogmatum sublimitatem,& colere, & obseruare. Sermo meus non CAPIT,id est.locum non habet in animis vestris liuore,& odio occupatis: vnde non creditis sermoni meo, qui spiritualis est. Hæc incredulitas causa est, cur me vt blasphemum, opinione quidem vestra, persequamini, & interficere conemini:atque manifestē declarat vos maximè alienos à moribus patris vestri. Abraham nihil hęsitauit de promissis, (quanquàm natura reclamaret,) sed credidit

Capio,verbū.

credidit legato, per quem illi loquebatur Deus. Vos autem me præsentem(per quem Pater vobis & loquitur,& maiora pollicetur)neque recipitis, neque mihi creditis, sed vt impostorem, & calumniatorem persequimini, & malitiosis consilijs mortem machinamini: non igitur Abrahæ posteri estis spirituales,sed carnales.

Patris,& Filij vna doctrina.

[EGO quod vidi apud Patrem,loquor.] Hic locus cum sequente collatio est,qua conferuntur causæ sermonis & operū Christi,similiter doctrinæ,& operū Iudæorū. Argumento à certitudine suæ personæ,& sermonis sui petito. Christus humilitate suæ personæ offensis Iudæis mederi studet,atq; hāc certitudinē à causa efficiente probat:procedit̄q; probatio à certitudine suę personę ad certitudinē doctrinæ suæ,suorumq; operū. Estq; hæc sententia etiam per occupationē dicta:dicere enim potuisset, Nos te propter doctrinā odimus,quia non dicis à Deo, sed à teipso: propterea nō possumus doctrinā tuam capere. Respōdet, nō à meipso loquor,sed quæ APVD Patrem meum vidi, id est,diuina & cęlestia(quæ Patrē meum exprimunt)loquor. Licet vna eadémq; sit Patris & Filij scientia,tamen tapinosis est in Christo per carnē humiliato, quum dicit, EGO quod vidi,id est,expertus sum apud Patrem,loquor. Hoc verbo LOQVOR, Christus cōplectitur & doctrinā, & opera sua. Pater meus cælestis verax est, qui quum sese totum in me expresserit, non possum non loqui veritatē. Veritatē vidi, veritatē loquor,quia sum veritas. Ego enim natus sum Filius Dei veracis ante omnia secula. Sunt ergo vera quæ dixi,me esse lucem,fontem vitæ, panem vitæ,& huc à Patre missum, non vt iudicem mundum, sed vt per me saluetur mundus. Ex doctrina mea,& opera mea,& ostendunt me ex verace venisse, & veracem esse.

Doctrina Christi verax.

Filij opera nō dissimilia operibus Patris.

[ET vos quæ vidistis apud patrem vestrum, faciris.] Vos ex operibus vestris dissimillimi estis Abrahæ: qui qualia apud patrem vestrum vidistis,& didicistis,exequimini. Quum igitur opera vestra sint,persequi malitiosis consilijs mortem innocentis,& machinari,inuidere,occidere,interficere,& huiusmodi, oportet vos illa didicisse, & vidisse APVD Patrem vestrum,qui homicida fit,& impostor. Is Satanas est, apud quem VIDISTIS hæc, id est,in Satanæ potestate hęc operamini,illius malitiā imi-

Iudæi dissimiles Abrahæ.

Satanas Iudęorum Pater.

tantes,& disciplinam obseruantes,veluti qui in verba illius magistri iurauerint. Quum ergo loquamini.& faciatis quæ apud malitiosum patrem vestrum vidistis.cõsequens est & doctrinam vestram, & opera vestra mala & impia esse.Huc pertinet parœmia illa vulgaris, Malus coruus,malum ouum.

Mali corui malum ouum.

[RESPONDERVNT,& dixerunt ei.] Quum Iudæi subodorarent Christum loqui de libertate & origine spiritali,morúmq; similitudine,& imitatione, nec bene ferrent dictum Christi, Vos quæ vidistis apud patrem vestrũ facitis,sic respondent,vt conuicium aliquod in Abraham ex dictis Christi eliciant,vt si ita fieret,populum ad lapides prouocarent.Nam quum dixisset palàm illorum mala esse opera, illósque agere quæ apud patrem suum vidissent, nec agnoscerent alium patrem quàm Abraham, existimant se suo responso persuasuros populo, quòd Christus hoc dicto, Patriarcham Abraham taxaret, qui talis fuisset,quales habebat filios.

[PATER noster Abraham est.] Quum certò statuerent se esse filios Abrahæ, nec aliũ patrem habere, quàm Abraham: Quid?(aiunt) audimus te dicentem nos agere, quod apud patrem nostrum vidimus, & mala nostra esse opera? Es ne dicturus aliquid cõtra patrem Abraham sanctissimum Patriarcham, qui nobis omnibus absolutissimum viuendi exemplar est? Ille omnium iustissimus est:cur illum calumniaris,quasi nos impia docuerit? non ista feremus. Defendunt se contra Christum accusantem illos: defensionem à prærogatiua sua quærunt, atque ad hunc modum videntur argumentari, PATER noster Abraham est, ergo doctrina nostra, & opera nostra bona sunt, necà te, abiecta persona, veniunt arguenda. Quàm malè argumententur, nouit etiam elementarius dialecticus.

Abrahæ commendatio.

[DIXIT eis Iesus.]Non eò tendit Christi responsum, vt durius quicquam dicat in Abraham, quem tantopere commendat, neque vt neget Iudæos esse filios Abrahæ secũdum carnem,quemadmodum paulò ante dixit, Scio quia filij Abrahæ estis: sed vt discernat inter Ismaelitas, & Israelitas,hoc est,inter carnales, & spiritales filios fide imitantes Abraham,& iuxta fidem operantes.

si filij

[si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.] Veri, & germani Filij, parentes, & eorum castimoniam imitantur: vos semper gloriamini de patre vestro Abraham,cuius mores, & sanctimoniam nulla ex parte aut attingitis,aut imitamini. (FACITE opera eius, id est, credite quod ille credidit, scilicet in semen illud promissum, in quo benedicendæ sunt omnes gentes. Fide adhæsit Abraham verbo promissionis,vidit eum, qui vobis loquitur, quem tamen quæritis interficere: ratiocinatur Dominus ex signis reciprocis,siue,vt dialectici loquuntur, conuertibilibus,Si animal est, sentit:si sentit, animal est. Ponit enim hanc definitionem, Filius est, qui patrem imitatur. Si estis filij Abrahæ,vtique facitis illius opera. Si facitis, estis filij:Sed non facitis,non estis igitur filij.

Germanorũ filiorũ genius.

Cõuertibilia.

[NVNC autem quæritis me interficere.] Argumento ab opere Iudæorum diuerso ab operibus Abrahæ petito, aperte probat Iudæos esse degeneres filios Abrahæ. Vbi estis,inquit,filij Abrahæ,quum sitis homicidæ, & sanguinis innocentis sitibundi,quæratisque me occidere?

[HOMINEM, qui veritatem vobis loquutus sum, quam audiui à Patre.] Hæc per occupationem dicuntur, ne quis diceret, iure quærunt te occidere, addit, Hominem veracem,non aduersarium Deo, qui non suam gloriam quærit,quum veritatem dicit,quam non ex se comminiscitur,sed quam audiuit ex Deo: vt quisquis ei diffidit,eundem & Deo diffidere necesse sit. Quæ est veritas quam dixit? Quòd æqualis sit Patri, & non seruus, sicut vnus Prophetarum,sed filius:nihil proprium vel docens, vel faciens,sed omnia, quæ Patris sunt. Hæc est veritas, propter quam volebant illum interficere Iudæi.

Veritas, præter quam Iudæi Christum persequuti.

[HOC Abraham non fecit.] Persequi hominem innocentem,& malitiosis consilijs vitæ eius insidiari, neque nouit vnquam Abraham, neque docuit. Vos igitur non estis veri Abrahæ filij,qui longè dissidetis ab illius moribus.

[VOS facitis opera patris vestri.]Nominatim non explicat Christus patrem illorum, cuius mores, & opera imitantur, tacitè tamen insinuans diabolum esse. Abraham non vos agnoscet filios, qui rem impiam molimini,longè dissidentem ab illius moribus. VOS facitis

Universidad de Deusto
Biblioteca

non Abrahæ,sed PATRIS vestri opera,hoc est. Opera vestra ab operibus Abrahæ diuersissima,manifestè ostendunt vos habere alium patrem, quàm Abraham, quisquis is est,cuius ingenium exprimitis.

[DIXERVNT itaque ei.] Iudæi in conscientijs conuicti Christum veracem esse (qui manifesta probatione ostendit illos non esse veros Abrahæ filios) iritationes facti consulunt inuicem,dicentes. Alio recurrẽdum est, quàm ad Abraham,quem quoties nominauerimus, ille semper dicturus est, Quare non illum imitamini, de cuius genere gloriamini? At scimus Deum communem omnium esse patrem,nobisque peculiarem esse ex signo circuncisionis:dicamus nos non esse spurios, qui Patrem habemus Deum, vt videamus quid hic impostor calumniabitur,& nobis respondebit.

[NOS ex fornicatione non sumus nati,vnum patrem habemus Deum.] Heus tu IESV Nazarene,quem tu patrem nobis alium assignas, qui nobis parentem adimis Abraham? Quũ nõ simus ex stupro,gloriari nobis licebat de hoc quod nõ simus posteritas Abrahæ, verũetiam sumus filij Dei. Quòd ũ aliũ Patrem, quàm Deum totius gentis nostræ communem patrem tribuis:non solùm in nos,sed in vniuersam Iudæorum gentem cõtumelioſas es,quẽ manifesti mendacij arguemus,quãdo suspicamur te dictis tuis insinuare, neque Deum, neque Abrahamũ, sed Saranam esse patrẽ nostrum. Si iuxta carnem genus rogaueris,omnibus apertissimũ est, Abrahamũ esse Patrem nostrũ. Si de spirituali patre quæsieris,is est Deus. Nam circuncisiõ nobis in signum data est, quòd simus Filij Dei,Genes.cap.17. Et statuam pactum meum inter me & te,& inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno,vt sim Deus tuus, & seminis tui post te. Exodi cap. 4. Filius meus primogenitus Israel. Obserua istorũ arrogantiã, & inflationẽ. Posteaquàm illos Dominus à cognatione Abrahæ eiecit,& alienos commisit,ambitione turgidi insurgunt,vt præ arrogantia, ipſos etiam Dei filios faciant rursus. Quanuis Dominus multos ex stupro prognatos asseuerare potuisset, quòd contra legem admiscebantur gentilibus Hebrææ mulieres,& Iudæi gentilibus:non tamen id facit, cuius studium,

Iudæorum pæna.

dij est;nõ reprehẽdere eorũ carnalẽ ignobilitatẽ,sed declarare eos secundũ Spiritũ degeneres esse. Dici potest in hũc sensum,NOS nõ sumus ex fornicatione,id est,nõ sumus ex gẽtilibus idololatris,quibus Deus nõ se promisit vt nobis. Vsu Scripturæ FORNICATIO. pro idololatriq; impietate,ac cordis prauitate accipitur, vt videre est Deut.cap.31.Fornicabitur post deos alienos. Oseę cap.4. Fornicatur terra à Domino. Esaiæ cap.1.& 57. Ieremiæ cap.1.& 3.Ezechielis cap.10.& 16.& 23.Iudic.cap.8. Fornicatio.

[DIXIT ergo eis Iesus.] Quum Iudæorũ respõsum impudentiã magnã haberet,seuerius à Christo retunditur. Nihil profectò dici, viderive potest impudentius, quàm quosdam gloriari,& putare se in album filiorum Dei repositos esse,& interim grauissimis sceleribus toros madere,& Christi vitæ insidiari. Propterea quum reiecti à familia Abrahæ,sua arrogantia sese in filios Dei asseruissent, Dominus ostendit illos magis aduersarios Deo. Impudentia.

[SI Deus pater vester esset, diligeretis vtique me.] Argumento ab effectis ad causam probat Iudęos simpliciter non esse veros Dei filios; licet ratione conditionis naturæ,omnium,pater sit Deus. Si Deus vobis pater esset,hoc est,veri,germaniq; effectis Israelitæ, vos me vt fratrem diligeretis,qui sum Patris expressa imago, qui Patris mores,vt decet germanum filium exprimo. Quũ Christus sit vox,& verbum Dei,via ad Deum,veritas,sapientia,& omnium bonorum thesaurus, quæ bona non solùm possidet,quà filius est,sed etiam quà homo. Filius enim Dei,homo factus est,Verbum caro factum est. Cõsequens est,vt nemo vere gloriari possit de Deo,nisi fide habita in Christum. Quare facessant hinc Turcæ,Iudæi, & infideles omnes, vbi vbi sunt, qui gloriantur se verè colere vnum Deum cæli,& terræ,quum neque Christum vt Deum recipiant,neque in ipsum credant. Non est proculdubio ad Deum aditus, nisi per Christum: quem qui nescit,& Deum ipsum ignorat. Filius germanus. Christi thesaurus. Nemo de Deo glorietur citra Christum.

[EGO ENIM ex Deo processi, & veni.] Rationem à causa ad effectum CHRISTVS adducit, cur ipsum Iudæi diligere debeant. Si Deus vobis pater esset, diligeretis me, qui non sum Deo aduersarius, & nihil Argumentum quòd Iudęi nõ sunt Filij Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliud exprimo quàm Patrẽ, nec alterius negotium age quàm Patris: QVIA ex Deo processi, generatione ęterna & ineffabili. secundum diuinitatem, qua Deus ex Deo, omnipotens de omnipotente, æternus de æterno genitus sum. ET VENI, iuxta aduentum in carne, in mundũ ad redimendum, saluandum, & oĩbus benefaciendũ. Quiquum non sim aduersarius, sed maximè in quo sibi complacet Pater, vos neque filij, neque amici eius estis, quãdo mihi aduersamini, & vitæ meæ insidiamini. Obserua,

Procedere & venire.

PROCEDERE ex Patre, diuinitatis est: VENIRE verò, humanitatis.

[NEQVE enim à meipso veni. sed ille me misit.] Precedentem rationem repetit, & expolit, vt tenaciùs auditorum animis hæreat. Ego neque hùc priuata authoritate veni, neque meipsum legaui, vt quicquam ex me loquar, aut faciam: sed ille (quem vobis communem asseritis patrem) misit me. Vos igitur me vt Patris legatum excipere, & diligere debetis.

Idioma prodit quis cuius sit.

[QVARE loquelam meam non cognoscitis?] Hoc fere cuique adnatum est, vt suo sermone & idiomate exprimat cuias sit. Exemplo nobis erit Petrus, cui ancilla ostiaria respondit, Galilæus es: nam & loquela tua manifestum te facit. Christus diuinam loquelam habens, hoc est, virtutem aliquam exerens, audiebatur, cognoscebatúrq; supra modũ humanũ loqui. Interrogat Iudæos: Si mihi & vobis cõmunis est pater, & eiusdẽ patris filij sumus, cur nõ agnoscitis linguã eius, qui verus est filius, qui semper apud Patrem fuit, antequam in mundum veniret, qui nihil loquitur, quod à Patre non audiuerit, qui est verbum Patris? VR meã loquelam nõ cognoscitis? Obserua, Quemadmodum Christus miracula operabatur longè excellentiore modo, quàm Prophetæ (nimirum imperando) & docebat sicut potestatem habens, ita & modus eius loquendi diuinus erat, vim aliquam exe-

Deum loqui.

rens diuinam supra hominem. Deum loqui, vlu Scripturæ est cordibus manifestare, aperire & reuelare, Psalmo 24. Audiã quid loquatur in me Dominus, hoc est, Quid menti meæ indicet, ipse animaduertam.

[QVIA nõ potestis audire sermonem meũ.] Aetiologia, cur Iudæi nõ cognoscant loquelã Christi, & nõ credant

dãt Euãgelio. Quare (inquit) loquelam meã nõ cognoscitis? QVIA audire nõ potestis. Fides ex auditu est, auditus autẽ per verbũ. Sed vnde AVDIRE nõ poterãt? Quia corrigi credendo nolebant. Cognoscere loquelam Christi, est credere Euãgelio. Obseruauit Theophylactus in hunc locũ, Non posse, pro Non velle positum: NON potestis, id est, non vultis audire sermonem meum, propter sanguinariam vestrã voluntatem liuore, & odio, plenã.

Iudæi cur Euãgelio nõ crediderint.

Christi loquelã cognoscere.

Posse pro velle.

[VOS ex patre diabolo estis.] Vos loquelam meam neq; cognoscitis, neq; ferre potestis. Cur ita? quũ per me vobis loquitur Deus, & nihil, quod ab eius præscripto, & pietate erga homines degeneret, cõspiciatis? Sunt mores vestri longè diuersi à meis, & ex diametro meis adversarij. Est mihi ergo alius Pater à vestro, cuius ingeniũ, & mores refertis. At ne vos diu suspẽsos sustineã, ũ nomẽ patris vestri (à quo moribus nõ estis degeneres) tãtoperè desideratis audire, vos neque ex Abraham, neq; ex Deo prognati estis, sed EX DIABOLO, cuius mores induistis, & illius germani estis filij. Qui vos viderit, & intus, & in cute nouerit, mox dicet, vos ad viuum referre diabolum: nam illius ingenium, & indolem spiratis. Quæritis, vnde Iudæi sunt filij diaboli? Respondeo, imitando, non autem nascendo, pater est non natura, sed exemplo. Vnde diabolus? Respondeo, vnde & cæteri angeli: sed & cæteri angeli in sua obedientia perstiterunt, ille inobediendo, & superbiendo lapsus est angelus, & factus est diabolus, trahens secũ ingentẽ angelorũ cateruã. 2. Petri cap. 2. Deus (inquit) angelis peccãtibus nõ pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari.

Iudæi filij diaboli.

Diaboli origo.

[ET desyderia patris vestri vultis facere.] Impia, & execrabilis est arrogãtia vestra: nam vos asscribitis vobis patrem Deum, & tamen opera vestra ostendunt, & conuincunt vos habere diabolum patrem germanum. DESYDERIA enim eius vultis facere: Huic vos etiam atq; etiam obsequentissimos præstatis, quum antequàm quid demandatum sit, spontanei occurratis, vt desyderium impleatis. Obserua: non dixit Opera, sed Desyderia, ostẽdens mirè affectos homicidij, mendacijque libidine: quę maximè propria mala sunt diaboli.

Diaboli desyderia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diaboli colores.

[ILLE homicida erat ab initio.] Designat Christus notas, & colores, quibus diabolum cum vniuersa sua schola cognoscamus, & cognitũ modis omnibus vitemus fugiamusq; AB INITIO, supple sui lapsus (non enim in malitia, aut homicidio fuit creatus) diabolus HOMICIDA fuit, sibi vitam adimens, qui primos homines suo mẽdacio pellexit in mortẽ, & primum homicidium inter fratres fuatit. Nomine homicidę veniunt inuidi, auari, immisericordes, & qui, se saluis, omnia etiam humana pessum iri velint. Itaque Deus sicut inopiam si lei, scortationem, ita penuriã charitatis, homicidium vocat. Syncteriores theologi per Sanguinem volunt intelligi omnẽ rancorem, & inuidiam, vt homicidæ, & sanguinarij sint, quique iracundi, & inuidi. Matth. capite 5. Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicij. Sic & Dauid, vir sanguinarius, ab ædificando Dei templo prohibitus fuit.

Homicida.

Sanguis.

Humani generis duæ pestes, Mendaciũ & Homicidium.

[ET in veritate non stetit, quia nõ est veritas in eo.] Duo asscribũtur diabolo vitia, quibus totus mũdus dementatus, & omne malum in orbem terrarum penetrauit, mendacium, & homicidium. IN VERITATE non stetit: quia à veritate abijt ad mendacium, nolens manere in suæ originis sanctitate. Factus quidẽ fuerat ad imaginem, & similitudinem Dei, sed superbiendo retinuit quidem imaginem, quia non perdidit naturam immortalitatis: amisit tamen veritatẽ similitudinis: quia ex bono angelo diabolus & Satan impius factus est. Intelligito hunc locum de veritate fidei. Principio enim suæ creationis omnes angeli illustrati sunt veritate fidei supernaturalis beatitudinis, quam viua illa fide mereri potuerunt. In qua veritate quidam perseuerauerunt, petentes illam beatitudinem ex Dei gratia sibi conferri, & manserunt: alij verò propriis viribus contendẽtes illam assequi, lapsi sunt ab illa veritate, & mendaces facti sunt. QVIA non est veritas in eo: id est, Quia non est in eo amor veritatis post lapsum: ante lapsum enim fuit in diabolo veritas. Amauerunt ergo angeli boni veritatem reuelatam vt regulam suarũ actionum, quam mali oderunt, quia in ea perseuerare noluerunt, ergo oderunt.

Angelorũ ornatus.

Meritum.

Angelus quomodo factus Diabolus.

Mendacium diabolo proprium.

[QVVM LOQVITVR mendacium, ex propris loquitur.] Diabolus vtens mendacio, re propria vtitur: recessit

recessit à veritate, & non est in eo veritas: Ergo Quum loquitur mendacium, nõ ex his, quæ sibi à Deo communi cata fuerũt, loquitur, sed ex propria malitia, & praua inclinatiõe. Ipse profectò ex proprio corde mẽdacia cõfingit.

[QVIA mendax est.] Qui fieri potest verax sit diabolus, quum veritatis sit osor, pronus ad omne malum, cuius pater est? Amissa veritate, (in qua non perseuerauit) succesit sua sponte mendacium.

Diaboli filius mendacium.

[ET pater eius.] Proles diaboli, est mendacium: qui nõ solùm est mẽdax, sed & primus, qui produxit mendaciũ, dicẽs ad Euam (Genes. ca. 3.) Quacũque die comederitis, eritis sicut dij. Nomine mendacij, intelligit omnẽ peccatorũ sentinã, & colluuiem, & cuius est fons. Quicũque ergo mendacium loquitur, ab illo loquitur, qui est fons, & pater mẽdacij. Quemadmodũ è diuerso, Omnis veritatis fons, est Deus, & quũ quis veritatem ad Dei gloriã loquitur, non ex se loquitur, sed ex Deo. Num ex his intelligitis, è Iudęi, vos habere diabolũ patrem, cuius ingenium, & indolem spiratis, & ei tam promptè obeditis? Didicistisne ex patre vestro veritatem persequi, & innocenti mortem moliri? Ille homicida est primorum hominum, non alia re pellectus, quàm inuidia fœlicitatis alienæ. Hunc imitamini, dum hominis innocentis, & benefici necem machinamini. Ille inuidit homini fœliciter cõdito: vos persequimini, & inuidetis homini ad fœlicitatem, vnde excidit, restituendo. Ille sua superbia, & arrogantia veritatẽ odit, à qua lapsus in mendacio sepultus est, & per vos veritatem oppugnat, vt quod solus non potest, suos filios habeat mendacij, & omnium malorũ administros, per quos inuehat peccatorum plaustra in orbem terrarum. Itaque hæc omnia satis declarant vos neque ex Deo, neque ex Abrahamo, sed ex diabolo prognatos esse.

Iudæorum & diaboli collatio.

Diaboli plaustra.

[EGO AVTEM si veritatem dico, non creditis mihi.] Pergit Dominus probare ex quadam collatione, & suæ doctrinæ certitudine, Iudæos non Dei, sed diaboli patris mẽdacij filios esse. Si prognati essetis ex Deo, authore veritatis, potiùs quã diabolo mẽdacij, & malorũ omniũ fonte, dũ ego Veritatẽ cęlitus acceptã loquor, cur vt filij Abrahę nõ creditis Mihi, in quẽ credidit Abrahã? & quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quem vestrum iactatis patrem? Nihil aliud potestis causari in me, cur non credatis, quàm quòd veritatem loquor: & hinc consurgit illa vestra rabies contra me, quia filij patris mendacij estis. Ille homicida ab initio, ego vi-

Christi & diaboli antithesis.

uificator: Ille veritatis calumniator, ego assertor: Ille mendax est, & pater mendacij, ego naturâ verus, & pater veritatis. Hæc mea opera, quum Deum spirent, declarãt me habere Deum patrem: quæ, quoniam prorsus diuersa sunt à vestris, indicant vos habere diabolum patrem: vósque hoc solo nomine me persequimini, & mihi non creditis, quia ego veritatem loquor, qui non possum loqui & spirare aliud, quàm veritatem.

[QVIS ex vobis arguet me de peccato?] Hac, & præcedente sententia, Christus admodum blandè causam à Iudæis requirebat cur non crederent, quando nec vitam, nec doctrinam eius possent culpare. Doctrinæ suæ synceritatem declarauit, dicens, Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Vitam inculpatissimam ostendit, qui ita posit hostibus insultare, QVIS ex vobis arguet me de peccato? Doctrinæ ergo vita respondebat, vtraque irreprehensibilis. Hac sententia & interrogatione Christus transfert omnem culpam perditionis in Iudæos, quibus Christus neque doctrina, neque vitæ moribus vllam occasionem præbuit non suscipiendi Euangelium. Quasi dicat, Nihil habetis, quo vestram incredulitatem excusare possitis: nam irreprehensibilis est doctrina mea, & inculpata mea vita: doceo veraciter, viuo sanctè: quod verbis doceo, factis præsto. Vos igitur & me, & doctrinam meam, suscipere debetis. Proinde hic locus de vita irreprehensibili confirmatus est prioris sententiæ de doctrina, quam à totius vitæ moribus confirmat. Vnde licebit ad hunc modum argumentari: Omnis vera doctrina moribus confirmata, est suscipienda: Doctrina Christi est vera, & vitæ moribus confirmata, Ergo à Iudæis erat suscipienda. Rursus, Nemo poterat Christum arguere de peccato: Ergo Christus veritatem loquebatur, Ergo eius doctrina vera & certa erat. Non est quod quisquam existimauerit Christum carnali iactantia de vitæ suæ innocentia gloriatum. Christus, qui vsquequaque carnalem sui gloriam spreuit, (iuxta spiritus

Incredulitas Iudæorũ inexcusabilis.

tus sui prudentiam) obiecit suam innocentiam in doctrinæ suæ commendationem, vt ex puritate vitæ, doctrinæ authoritas commendetur. Omnibus, præcipuè prædicatoribus, relinquitur exemplum, vt CHRISTVM imitentur, & vitæ innocentia (ne propter ipsorum vitia, doctrina Dei malè audiat) & doctrinæ synceritate (ne quem seducant) vt ita tam apud inimicos, quàm amicos, integri persistant, & gloriam Dei promoueant. Vitæ probitas aduersus inimicos fortissimus est clypeus, qui longè plus vitam, quàm doctrinam contiderant, ac propter vitam deprauatiorem, doctrinam quoque contemnunt. Synceritate verò doctrinæ valeant apud amicos, qui doctrinam multò pluris faciunt, quàm vitam, & propter doctrinam, vitam tolerant. Tametsi omnes sumus peccatores, & in conspectu Dei nemo iustificatur, sed sunt omnia opera nostra ex se velut pannus menstruatæ mulieris: Oportet tamen omnem Christianum, ne dum Ecclesiasten, sine crimine, & graui aliquo facinore viuere coram mundo, cui possit in suæ doctrinæ defensionem citra omnem sui carnalem gloriam dicere, Quis ex vobis potest me arguere de peccato? licet coram Deo se peccatorem agnoscat. Sic Moyses (Nume capite 16.) gloriabatur se nihil à quoquam accepisse, neque cuiquam iniuriam fecisse. Sic & Samuel 1. Regum capite 5. Ieremias, Esaias, & Paulus (Act. capite 20.) suam innocentiam coram hominibus prædicabant, vt aduersarijs, & falsò criminantibus, os obturarent. Obserua: vetustissimi codices habent Arguit, itidem & Græci, ἐλέγχει, id est, arguit: vt ARGVIT positum sit, pro Possit me arguere. Et ARGVERE dixit, pro conuincere, non pro accusare: nam id est, ἐγκαλεῖν.

Innocentia cõmẽdat doctrinam.

Vitæ probitas doctrinam commendat.

Ecclesiastes quàm irreprehensibilis.

[SI VERITATEM dico, quare vos non creditis mihi?] Interrogo vos, Si neque odio veritatis doctrinæ meæ, neque ex peccato meo, non creditis, quid aliud causamini quòd mihi non creditis? Nam quum neque doctrinam, neque vitam meam accusare possitis, (vtraque enim inculpabilis est) cur igitur nõ creditis? in promptu certè causa est,

[QVI EX DEO est, verba Dei audit.] Superioribus egit de causis, quibus & Iudæi, & infideles omnes impe

Euāgelij impedimenta.

impediuntur, quo minùs veritatem, & Euangelium suscipiant. Nunc explicat causam, quia ducimur, vt veritatem suscipiamus. Causa hæc est, Esse ex Deo. Sunt quidem omnia ex Deo, iuxta creationem: sed hoc loco ESSE ex Deo dicitur, qui renatus est ex Spiritu: qui Dei Spiritum habet: qui fidem habet in Deum, & rectè credit. QVI ergo ex Deo est, id est, qui renatus est, & Spiritum Dei habet, AVDIT verba Dei: id est, verbis meis (qui sum Filius Dei) credit. Externis quidem auribus me loquentem auditis: at carnales sunt vestræ aures: internæ, & spiritales aures verbis meis arrigendæ veniunt: vt præceptis Dei, quæ tum per me, tum per Scripturas loquitur, obediatis. VERBVM Dei audire, est illud suscipere, & illi credere. Hæc sunt signa, è quibus cognosci debent filij Dei: audire scilicet verbum Dei, & ea, quæ tradit verbum, suscipere. Lucæ capite 11. Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Ad Romanos capite 2. Non auditores legis iusti sunt, sed factores legis iustificabuntur. Iacobi capite 1. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.

Esse ex Deo.

Verbum Dei audire.

[PROPTEREA vos non auditis, quia ex Deo non estis.] Vulgata sententia dici solet, Contraria per se posita, magis elucescunt: ita fit nunc. Nam hæc sententia contraria, præcedentem illustrat. Qui audit verbum Dei, est ex Deo: vos Iudæi non auditis verbum Dei, ergo non estis ex Deo. Hæc igitur, & nulla alia, causa est, cur vos, quæ loquor, verba Dei, non auditis, quàm quia NON ex Deo, sed diabolo nati estis. Huc pertinet quod scribitur 1. Ioannis capite 4. Omnis spiritus, qui confitetur Christum in carne venisse, ex Deo est. Ergo ex contrario, qui non confitetur, ex Deo non est.

[RESPONDERVNT ergo Iudæi, & dixerunt ei.] Solent obstinati (quales videmus Iudæos) tantò reddi insaniores, quantò diligentiùs docentur, & blandiùs inuitantur: qui conuicti ad insana maledicta confugiunt. Intolerabile erat Iudæis audire se ex diabolo esse, qui volebant filij & populus Dei haberi: eòque furore conciti, doctrinam, & vitam CHRISTI nulla causa calumniantur,

Obstinatorū ingenium.

mniantur, dicentes, Nonne, &c. Hi Iudæi typum gerunt eorum, qui in impietate conuicti, dum neque habent quod respondeant veritati, neque improbare possint verbum, molestant personas confitentes & prædicantes verbum: idque eo prætextu faciunt, vt diffamatis personis, simul intereat & verbum.

[NONNE BENE dicimus nos, Quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?] Quæ multo liuore, & odio in stomacho coxerant, malitiosè regerunt, dum sine vlla verisimilitudine aiunt, & criminantur Dominum habere dæmonium, & esse Samaritanum: quo voluerunt intelligi, eum esse legis, & ceremoniarum Dei transgressorem. Calumniantur doctrinam in eo quod dicunt, DÆMONIVM habes, id est, ex Satana loqueris, quæque doces, mendacia sunt dæmoniorum. Nolebant credere Dominum miracula operatum esse diuina, sed magica, virtute. Dicebant enim, In Beelzebub principe dæmoniorum, eijcit dæmonia. Vitam accusant, quum dicunt, Samaritanus es: quod grauissimum erat apud Iudæos conuicium, peiùsque audiebat, quàm quodus aliud crimen. Et hoc contemptim in personam CHRISTI dicunt, SAMARITANVS es, id est, homo vilis, contemptus, prophanus, gentilis, & nullius æstimationis, aut dignitatis homo. Quousque aburēris nostra patientia, ô Nazarene? Quid ex te audimus? Obtrudis nobis vitæ tuæ sanctitatem, & doctrinæ veritatem, quum vtraque sit reprehensibilis. Nam vita es Samaritanus, quouis hæretico, & apostata peior, & iniquior. Tua verò doctrina ex diabolo Satana est: non ex Deo loqueris, qui mendacium dicis. Nam nos scimus ex lege & Prophetis, quòd sumus populus sanctus, genus sacerdotale, gens à Deo electa, & cui se totum Deus donauit. Ex Prophetis, & Patriarchis sumus, habentes testamentum & promissiones: tu verò pro Samaritanorū more, prædicas nos neq; ex patre Abraamo, neq; ex Deo esse. Necessariò est igitur asseuerare doctrinam tuam mendacē esse: nihil certè facilius, quàm calumniari. Hic docemur piorum vitam, & doctrinam, impiorum technis, insidijs, & malitiæ patere, ne vllam videantur suæ incredulitatis causam habere.

Samaritanus.

Dæmoniū habere.

Samaritanum dici, apud Iudæos conuicium.

RESPON

[RESPONDIT Iesus.] Clementissimus Iesus tacens fert calumniam, quòd Samaritanum vocarant, doctrinam autem susc̃ipit defendendam: hoc suo exemplo nos docens, non magnopere desudemus in defendenda ab enidenti calumnia, & apertis technis vitæ nostræ innocentia, ne videamur magis auræ popularis, & inanis gloriæ cupidi, quàm doctrinæ defensores. Sancta enim, & pura vita est propugnaculum inexpugnabile, & optima ab impiorum calumnijs apologia. Quòd si falsò tuam vitam quispiam est calumniatur, contemne calumniam, & tuam innocentiã Deo committens, da diligentissimam operam, vt puriùs, & sanctiùs viuas. Hac via, veritas mendacium calumniæ deteget, quod sua sponte confusum discedet. Christus ergo nihil ad contemptum suæ personæ, quòd Samaritanum dixerant, respondet: sed ad contemptum doctrinæ tantùm, ita tamen vt non regerat maledictũ, quod in illos meritò posset retorqueri. Hæc enim Dei erat, iam vt vt alia ferantur omnia, non est tamen ferendum vt Dei gloria imminuatur. Nam quum doctrina impetitur, nullus est patientiæ locus. In periculum debemus adducere nos, nostráque omnia, & nihil non quanlibet durum ferre potiùs, quàm admittere illam a liquid ferre, ac lædi. Si occumbo pro veræ doctrinæ defensione, nemo magnam iacturam facit: at si tacens permitto verbum Dei iuterire, iacturam inconiparabilem totus orbis facit. Quòd si impijs non possum os occludere, ne doctrinam Dei maledictis incessant, non debeo tamen tacere, & ferre, vt me tacente videantur iure verbum Dei blasphemasse. Oportet enim, quoties aduersus impios defendenda est Euangelica veritas, vehementes simus & acres. Quæ ergo contra Deum sunt, vin dicemus: quæ autem contra nos, mansuetè feramus: sicut & præceptor noster Christus.

Apologia à calumnijs.

Gloriã Dei imminui nunquã ferendum.

Vitam pacisci pro Euãgelio.

Veritatis propugnatores magis quã nostri corporis.

[EGO dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos inhonoratis me.] Purgat se Christus de doctrina, innocentia vitæ Deo commissa. EGO dæmonium non habeo, hoc est, Ego authore Satana nõ doceo. Mea doctrina non est fallacia dæmonum: non perficio mea opera præsidio dæmonum: ego nõ loquor mendacium. SED HONORIFICO Patrẽ meũ, hoc est, Præ-

Dæmoniũ habere.

Patrem Deũ honorificare.

co mea doctrina solam gratiam Dei Patris mei, vt ipse vnus magnificat, ametur, & honorificetur à credentibus. Ego fungor meo munere (quod à Deo Patre mandatum est) ille mandauit, & mihi commisit, vt sanem contritos corde, prædicem captiuis indulgẽtiam, & clausis apertionem, vt annuntiem annum placabilem Domino, vt consoler omnes lugentes, & dem eis coronã pro cinere, oleũ gaudij pro luctu, palliũ laudis pro spiritu mœroris. Et, vt vno verbo absoluam, misit me Pater, vt annuntiem Euangelium, & saluem credentes. Euangelicæ prædicationis officium nihil aliud est, quàm quædã perpetua Dei glorificatio, iuxta illud Psalmo 18. Cæli enarrant gloriã Dei. Hoc quum ego faciam, & totus in hoc sim, vt honorificetur Deus Pater, qui misit me, nihil habeo commercij cum dæmone, sed Deo authore & doceo & operor. Et vos inhonoratis me: hoc est, calumniatie stis doctrinam meã ex dæmonio esse, & mendacia serere, Deúmq; blasphemare, & inhonorificare. Obserua. Non dixit, Et vos inhonoratis Patrem, sed ME: tacite significans Patris & suam gloriam, eandem esse sicut idem cũ Patre Deus est. Quanquàm simul quoque significat Deum velle vt officium prædicationis (quo glorificatur Deus) habeatur in honore: quod isti (vt solent omnes impij) sceleratè blasphemant.

Patris & Filij vna doctrina.

[EGO autem non quæro gloriam meam, est qui quærat, & iudicet.] Occupatio est. Ne putaueritis me proprię, & priuatæ gloriæ cupidum: parum me mouet quòd me inhonoratis, (quanuis ego meipsum nõ vindico) sed quũ iniuria afficior, sustineo. EST QVI quærat, & iudicet id est, Ne putaueritis inultam fore iniuriam hanc: est enim Pater meus, qui me vlciscẽs, à vobis requiret, & iudicabit hanc calumniam: nequaquam impune me inhonoraueritis: non enim suam solùm, sed & meam quærit. quandoquidem ego illius quæro. Quum meam non recipitis doctrinam, vos illius doctrinã inhonoratis: & dum me mendacij traducitis, & Patrem meum mendacij accusatis. Videte, & cauete vobis: ille contumeliam suæ doctrinæ, quæ & mea est, non sinet inultam. Hæc est ingens piorũ consolatio, qui Christi exemplo, & doctrina audiunt se curæ esse Deo, & quem Euangelium defensorem habeat, hor-

Piorum cõsolatio.

Impiorum victor.

rore plenum est pro sceleratis,& impijs piorum,& Euangelij contemptoribus,quum audiunt Deũ ipsos aliquãdo puniturum.Obserua:hoc verbo,est qui quęrat,& iudicet, vehemens est tapinosis,id est,humiliatio in Christo, qui non quærit priuatam gloriã,quandoquidẽ committit, ac resignat Deo Patri vindictã:& rectè quidem, iuxta illud Deutero.ca.32.Mihi vindictã,& ego retribuam.Gaudeamus,& lætemur omnes,si quãdo à mundo ignominia, & falsa calũnia afficimur,quã iniustè patimur, quippe certi Deum nostram gloriã requisiturum,& vltrũ de his, qui eam indignè modò cõspurcãt.Indubitatò enim aderit iudex iustus,& repẽdet his,qui nos propter verbũ, & nomẽ ipsius inhonorarint. Proinde hic docemur exẽplo Christi gloriam Dei quidem esse vindicandam ab aduersarijs rum iniurijs, non tamen regerenda esse maledicta,& mala facta, sed Deo vltionem esse relinquendam.

Vltio Deo relinquenda.

[AMEN amen dico vobis.] Ostensa doctrinæ suæ certitudine aduersus verbi contemptores, pergit Christus nunc potentiam,vim,& energiam verbi,à suis effectibus commendare,exordiens orationem suam à iuramento, pro vtilitate auditorum, vt Iudæos ad credendum difficiles faciliùs commoueat. In re enim seria, & certa pro vtilitate proximi iurare licet.

[SI quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.] Totus hic locus manifestè indicat, vt sapientia Dei, & hominum ratio tibi mutuò aduersentur, & inter se pugnent. Qui enim fieri potest, agnoscat homo sermonem corporalem ab humano ore prolatum; posse liberare à morte? Relicta ergo humana ratione,fide attenti cognoscamus hunc sermonem. Non mentionem hic facit Christus de sermone legis, sed Euangelij, qui de Christo pro nostris peccatis mortuo, & à morte suscitato, prædicat. Nam qui aliter fieri potuit,Deus suum Christum per mundum inuulgarit,multisque communem fecerit,nisi ipsum includerer,vinculo daret sermoni, quo hominibus posteà offerretur, ac distribueretur omnibus? aliàs à nobis incognitus permansisset,& sibi soli visus fuisset mortuus. Quare quum Euangelij sermo nobis Christum præsentat, eò præsentat,vt hunc fide recipiamus, qui pro nobis mortem, peccatum,

Sapientia Dei, & ratio humana pugnant.

Sermonis diuini energia.

Christus in sermone,seu verbo oblatus.

eatum,& Satanam vicerit. Hunc sermonem qui receperit,& seruauerit fide,id est, qui certò statuerit apud se ita esse, & id beneficij à Christo per sermonem oblato voluerit, siue se Christo fide contradiderit, is Christum recepit,& seruat:atque per hunc sermonem iam habet, vt non pereat in æternum.Et ob id sermo vitæ est, & indubitatè verũ(qui illum seruat) vt æternùm viuat Deo. Seruare sermonem Euangelicum,non est obiter credere,sed in animo,& corde verbum habere,& fide seruare, quanlibet adnitatur aduersarius, vt ipsum nobis extorqueat. Itaque blasphemis Iudæis sermonẽ hunc tantopere auersantibus, respondet Christus cum admirabili suauitate, clementia,& bonitate: qui tametsi calumnia,& iniurijs impetitus fuerit,tamen quæstionem de gloria sua,& defensionem Patri committens, ad exhortationem, & doctrinam vertitur,benefaciens ijs,qui ipsum persequebantur,& iniurijs incessebant.Vos,inquit,meam doctrinam, & sermonem meum calumniamini esse dæmonis,totisq; viribus adnitimini ipsum obscurare,& prorsus extingue re:ego autem etiam iureiurando vobis affirmo,illùdque pro certissimo habetote,Si quis obtemperauerit sermonibus meis,(quemadmodum frequenter dixi) mortem non videbit in æternum. Est profectò sermo meus, siue Euangelium,potentia,& virtus Dei in salutem omni credenti;quę potentia,siue virtus,morte deuicta,in æternam vitam collocet seruantes ipsum sermonem viua fide, ac ita super omnes cælos,& creaturas extollo. QVI seruauerit,id est,verè crediderit,Non videbit mortem in æternum:id est, non peribit in morte. Obserua. Verbum VIDERE,metaphoricè per deflexionem posuit,pro sentire,& experiri.Differentiam facit inter Mortem,& Mortem videre.In mortẽ omnes venire oportet,Hebr.cap.9. Statutum est omnibus hominibus semel mori. Christianus tamẽ non videt mortem: hoc est, non sentit mortis tyrannidẽ,nõ terretur,vt alij,sed blandè, & sensim velut consopitur,vt rectiùs indormire,quàm mori,dicatur. Impius autem sentit mortis tyrannidem,& terretur à pœna æterna,& gehenna perpetua per mortem præsentata, ac fere desperat,& in furorẽ vertitur, dum in necessitatem mortis venit̃ est. At Christianus habet in corde sermonẽ

Verbum Dei.

Seruare verbũ Dei.

Videre.

Mors pijs somnus est.

Indormire.

Mors impiorum horrida.

Mortem non videt pius.

Dei, eundémque seruat moriens, vt mortem non videat, hoc est, morte non terreatur: sed magis videat vitam in Christo, qui illi per sermonem præsentatur: à quo ita recreatur, vt etiam in media morte, vitam videat, & nihil mortis sentiat. Infrà cap. 11. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet, & omnis qui viuit, & credit in me, nõ morietur in æternum. Obserua appendicem, IN AETERNVM. Verbum, quod vita est, æternum est: ergo seruans illud, æternùm viuet. Verbum enim, credentes in æternum seruat: verbum seruat eum æternùm, à quo seruatur. Videat ergo Christianus in quam sit accitus dignitatem, qui modo etiam à morte in æternum liberatus est, vt nunquàm moriatur. Christianus enim dormit dum moritur, & per mortem transit ad vitam. Vnde mors in Scripturis somnus dicitur. Sicut enim qui consopitur, nescit quomodo in somnum labitur, quid sibi acciderit, & mane resurgit, item præter suam scientiam euigilauerit etiam subitò in die nouissimo resurgemus, vt ipsos nos lateat quomodo in mortem, & per mortem in vitã ipsam venerimus. Mors quidem Christiani iuxta externam speciem similis est impiorum morti, sed secundum interiorem, non minus distat ab illa, quàm à terra cælum. Mirabilem consolationem afferet, si negotium hoc exemplo expenderimus. Quum Israelitæ ex AEgypto versus mare Rubrum pergerent, alacrioribus animis ibant, vt qui nihil mortis, sed libertatem, & omnia, quæ ad vitam faciũt, sentirent. Mox autem vt viderunt se insequi Pharaonem cum omni suo exercitu, animos despondebant, & in media morte hærebant, nihilque vitæ iam illis ob oculos erat: à facie enim erat mare Rubrum, nullis apparatum nauibus, quibus traijcerentur: à tergo imminebat Pharao cum suo exercitu validissimo, & ingenti sua virtute: ab vtroque latere montes celsissimi: vndique morte imminente cõclusi, & capti, ad Moysen vociferantur (Exodi cap. 14.) Forsitan non erant sepulcra in AEgypto, ideo tu listi nos vt moreremur in solitudine, &c. adeò animum iam despondebant. Audiens hęc Moyses consolatur illos verbo Dei, dicens, Nolite timere, state, & videte magnalia Domini, quę facturus est hodie: AEgyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam vltrà videbitis vsque in sempiterna

Christian⁹ nõ moritur.

Consolatur suos Deꝰ, etiã in rebus desperatis.

ternũ. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, &c. Hoc verbo Dei, Moyses cõsolatus est illos in media morte iam cõstrictos, & in vita seruauit. Dum enim illo nitebantur, & fide ipsum seruabant, in morte vitã videbant. Vnde verbo confisi, in medium mare se intrepidi recipiebant, quod illis ab vtroq; latere, ceu duo muri, stabat. Factum q; est per verbum Dei, vt in medio mari, vbi priùs nihil nisi periculi, & mors fuerat, iam esset nihil, nisi securitas, & vita. Nunquàm enim tã cõfidenti animo fuissent, etiam si mare in centum se partes diuisisset, vt illud ingredi fuissent ausi, nisi verbum Dei animos addidisset, illisq; suffecisset, & promissionẽ vitæ obtulisset. Ad hunc ergo modum viuicitur ab homine mors, dum verbo credit, & eo nixus, morti se secure cõmittit. Horum summã vno & altero verbo absoluamus: Videt mortem, & tyrannidem eius, qui desperat, & verbo vitæ caret: non videt mortem, qui fide verbo affixus, perdurauerit.

Verbi Dei potentia.

Mors quomodo à nobis vincitur.

[DIXERVNT ergo Iudæi.] Iste est impiorum genius, qui apertis argumentis connicti, dum non habent quod respondeant veritati, conuertuut se ad conuicia. Hi Iudæi typum gerunt eorum, qui quantò apertiùs & manifestius audiunt Euangelium, tantò magis ac magis excæcantur, ad blasphemiam vsque: & meritò quidem: sunt enim cæcitas & pertinacia, pœnæ infidelitatis, seu impietatis. In furorem vertebantur obstinati Iudæi, & offendebantur ex doctrinæ, & verbi Christi potentia, ac virtute tam efficace. Nam ratione sua humana non poterant sibi persuadere tantam virtutem, & tam efficacem potentiam, sub tam humili verbo, qualis erat hic effectus, Recipiens sermonem, non videt mortem in æternum.

Desperationẽ terum sequuntur conuicia.

Pœnæ infidelitatis.

[NVNC cognoscimus quia dæmonium habes.] Manuete respondet Dominus, inuitans illos tanto præmio vitæ æternæ ad credulitatem: sed isti malè feriati regerunt conuicia, & quod iuxta Spiritum dictum erat de vita animæ, de vita corporum interpretantur: & quod dictum erat illos erudiendi gratia, seditiosè depranant ad contumeliam Patriarcharum, vt apud plebem possent aliquid inuidiæ Domino Iesu conflare. Itaq; superbia turgidi respondent, dicentes, Nunc compertum habemus te

Universidad de Deusto
Biblioteca

& dæmoniacum. & furiosum, ac lymphatũ esse, qui audeas hoc polliceri seruantibus tuum sermonẽ, quo etiam summi nostri Patriarchæ non sunt donati, quibus Deus est loquutus. Error Iudæorũ erat ex amphibologia verbi MORTEM, intelligebant Christum loqui de morte corporali, quum tamen diceret de morte æterna, quam non est visurus, qui verbum Christi seruat.

[ABRAHAM mortuus est, & Propheræ, & tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum.] Argumento ab exemplo nituntur Iudæi probare Christi doctrinam à diabolo esse. Nunc apertè (aiunt) manifestas doctrinæ tuæ vanitatẽ: Abrahæ loquutus est Deus, quemadmodum & Prophetis, qui verbis Dei obtemperarunt: & nihilò seciùs mortui sunt omnes. Quomodo igitur potest quis vitam æternam habere è tuo verbo? Qua fronte tu abiecta persona, & mortalis, promittere alijs audes, quod tibi concedere non potes? Tu mortalis, quomodo immortalitatem præstabis?

[NVNQVID tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Propheræ mortui sunt.] Recurrunt ad suam prærogatiuam, qua gloriabantur se patrem habere Abraham. Non est hoc Prophetis condonatum, imò ne Abrahæ quidem summo Patriarchæ, & sanctissimo viro, vt non morerentur: mortui enim sunt omnes, neque vllus illorum, quanlibet magnus & sanctus, ausus est tale polliceri cuiquam. Quid tibi arrogas?

[QVEM teipsum facis?] Cõtumeliosè dicunt, Tu, qui nullius momenti es, qui fabri filius, qui ex Galilæa es, audes, priuatæ tuæ personæ authoritati fidens, tam splendida de teipso iactare? maiorem te facis Abrahamo, & alijs Prophetis. Deũ te facis (vt ex tuis verbis audimus) dum quod solius Dei est (dare scilicet vitam æternam) promittis: tu gloriam Dei rapis, & te maiorem facis nostro patre Abrahamo. Eò tendebant istorum technæ, vt si se Abrahamo maiorem (vt vere erat) Christus constateretur, concitarent plebem ad lapides.

Christus Abrahamo maior.

[RESPONDIT Iesus.] Tanta fuit Christi philanthropia, vt propter obstinatos Iudæorum animos, non destiterit à docendo: sic tamen suum temperauit responsum

sum, vt quoniam illi nondum tanti mysterij capaces erant, subobscurè indicauerit se Abrahamo & Prophetis maiorem, & ex diuina virtute esse, qui vitam illam æternam præstare possit. Hoc responsum concessione quadam expolitum est, qua concedit Iudæis priuatam gloriam fordere: viris omnibus Ecclesiastis, & prædicatoribus exemplum relinquens, ne in negotio pietatis, & Euangelio nuntiando priuatam gloriam quærant.

Prædicatoribus vitãda priuata aura.

[SI EGO glorifico meipsum, gloria mea nihil est.] Hæc, veluti non pauca superiùs dicta. Dominus per imitationem vel concessionem dicens, ostendit se non quærere priuatam gloriam: SI EGO, nimirum homo, vt homo, & more hominum captarem gloriam meam apud homines, vana, & mendax esset cùm vita, tum doctrina mea. Ego nihil mihi falsò arrogo. Hoc quum recusetis & veluti somniũ ex me excogitatũ dicitis, ego ad Patrẽ meum appello, huius controuersiæ æquissimum iudicem: cuius iudicio, & testimonio non solùm cæteris creaturis, sed & Abrahamo, & Patriarchis omnibus maior esse manifestè videbor.

[EST Pater meus, qui glorificat me.] Quid opus est, me apud homines venari gloriam? EST enim mihi Pater (à quo omnis gloria, & vera doctrina proficiscitur) QVI me glorificat: hoc est, Doctrinæ meæ, gloriæ, & operum meorum authorem habeo Patrem: quandoquidem ipse expressit in me omnia sua bona, totámque suam substantiam in me effudit: vt quemadmodum ipse omnium rerum creator est, & omnipotens, ita & ego sum æternus, creator, & omnipotens. Pater semper CHRISTVM glorificauit, idque per Prophetas de illo, per testimonia de cælo. Ioannis capite 17. & Matthæi 3. & per innumera, ac immensa miracula. Obserua. Hæc glorificatio non constitit in nouæ gloriæ adiectione ad eum, sed in gloriæ iam habitæ manifestatione.

Patris testimonia de Filio.

[QVEM vos dicitis, Quia Deus noster est.] Occupatio est. Si vultis scire quis sit ille Pater meus, is ipse est, quem vos in hypocrisi, & non in veritate iactatis vobis Deum esse, simul & Patrem, ac doctrinæ vestræ, vestrorúmque operum authorem. Apertissimè Christus

docet, Deum esse Patrem suum, vt intelligant isti, quòd ipse vt homo nõ glorificat seipsum, sed Deus est, qui glorificat illum, illique admandauit omnibus aperiret Euangelium. Deus dedit ei vnde eius doctrina gloriosa esset: nam Deus Pater generando Filium dedit et deitatem, ex qua glorificabatur.

Iudęi non cognouerunt Patrem.

[ET non cognouistis eum.] Vos de Deo gloriamini, quem non cognouistis vobis patrem: nam si illũ patrem agnouissetis, vos filij illius essetis, nimirum agnosceretis illius legatum. Si verò cultores essetis, faueretis illius gloriæ, nec ignominia afficeretis quem ille vestræ salutis gratia misit in mundũ. Siue me nemini innotescit Pater: non cognoscitur Deus, nisi in verbo: verbum autem vos contemnitis, & persequimini. At vt hypocritica religione colitis eum, ita falsò vindicatis vobis illius cognitionem: ille spiritualis, vos verò carnales estis, nihilque aliud agitis, spiratisve, quàm carnalia. Si Patrem illum agnosceretis, exciperetis eius Filium vt fratrem: nũc autem dum Filium eius nõ colitis, manifestum est quòd nõ cognoscitis illum vt Patrẽ: imò ne vt Deum quidem illum agnoscitis: alioqui timeretis sermones eius, vt Deus. Nunc autem vos vsqueadeo illius contemptores estis, vt quum præceperit ille, Ne occidas, vos meditemini mortem meam, cuius neque doctrinam, neq; vitam arguere potestis. His ergo manifeste conuincimini, vos non habere veram Dei cognitionem. Agnoscunt verè Deum, qui in mandatis eius ambulant, nec quaquauersum declinant. Declinant autem, qui (vt in prouerbio est) vna manu panẽ ostentant, altera lapidẽ ferunt. De quibus Paulus ad Titum, cap. 1. Qui cõfitentur se nosse Deũ, factis autẽ negãt. Et Matth. cap. 15. scribitur, Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias (cap. 29.) dicens, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me.

Deũ agnoscere.

Filius solus Patrẽ cognoscit.

[ECCE autem noui eum.] Solus Deus verè noui ECCE qui sum Filius, & expressa Dei imago. Matthęi capite 11. Nemo nouit Filium, nisi Pater: nec Patrem quis nouit nisi Filius: supple, cognitione perfecta quæ vocatur Cõprehensio. Per me solum contingit notitia Dei Patris. Infrà capite 16. ad Thomam dixit. Si cognouissetis me, vtique & Patrem cognouissetis. Proinde Christus tam Filius

Compræhensio.

Filius Dei notitia diuina, quàm Filius hominis notitia beata. Deum cognoscebat. Itaque verè nouerat Christus quòd non sibi falsò quicquam arrogaret, sed quod verum esset loqueretur.

[ET si dixero quia nõ scio eum, ero similis vobis mendax.] Similitudo à contrario est in mendacio, dissimilitudo autem in cognitione. Sicut dicentes vos scire Deum mentimini, ita si dixero me nescire eum (quum sciam eum) ero similis vobis mendax. Ac si diceret: Si negem me nosse illum, tam sum futurus mendax, quàm vos estis vani, & mendaces, profitentes vos scire Deum, quum me non recipiatis, sine quo non potest contingere Dei Patris notitia. Hæc conditionalis propositio vera est, ad cuius veritatem sufficit consequentiam esse bonam, cuiusmodi est hæc: Si dixero, &c. quum antecedens fit impossibile. Ex his licebit colligere hunc syllogismum, Qui dicunt se cognoscere Deum Patrem siue CHRISTO, mendaces sunt. Iudæi dicunt se cognoscere Patrem Deum, quum tamen nesciunt CHRISTVM: Ergo Iudęi mendaces sunt.

Conditionalis propositionis veritas.

Iudæi mendaces.

[SED scio eum.] Exaggeratio est, qua Christus vnã, eandémque rem vehementer expolit, & pluribus agit, vt vrgeat, & manifestet se verè nosse Deum Patrem suum, & intelligant Iudæi ipsum nihil fœderis iniisse cum dæmone. Noui (inquit) eũ, & ab illo missus sum, & fui apud illum ante mundi iacta fundamenta.

[ET sermonẽ eius seruo.] Occupatio est. Dicent fortasse aduersarij, Quam coniecturam affers qꝰ scias eum? Quia (inquit) sermonẽ eius seruo: exequor ministerium, quod mihi ab eo commissum est: veritatẽ dico, non mẽdacium, vt vos calumniamini. Quicquid doceo, operor, aut facio, id operor consensu Dei Patris. Quia ergo sermoni eius obedio, neque aduersarius Deo sum, neque ipsi arrogãter loquor, neq; eius mandata soluo. Ergo ego scio illum, & mea doctrina ab illo est. Itaq; quisquis sermonem meum contemnit, Deum verè contemnit, cuius legatione bona, & integra fide fungor. Quisquis autem verbum Dei aspernatur, is nec nouit Deum, nec eum habet pro Deo. Vos ergo, qui sermonum eius trãsgressores estis, captiq; malis cõcupiscentijs constringimini, & sanguinem

guinũ innocẽtis fititis, & alia multa lege interdicta cõcupiscẽdo facitis, manifestè profitemini vos illũ ignorare. Quidã interpretantur hunc locum, SERVO sermonẽ eius: Qui habeo in meipso sermonẽ essentiæ eius in nullo diminutũ, propterea scio eum. Eadẽ enim est natura, & idẽ sermo substãtiæ Patri, & Filio: & ita scio Patrem. Nam & sermonẽ eius substantiæ cõseruo in nullo minorẽ. Obseruat Theophylactus cõiũctionẽ, ET, hoc loco pro Enim positam iuxta figuram in scriptura consuetã, vt Psal. 59. Da nobis auxiliũ de tribulatione, & vana salus hominis. Dictum est in hunc sensum, Vana enim salus hominis. Sic hoc loco, SCIO illum, & sermonẽ eius, &c. id est, Scio eum: sermonem enim eius seruo.

Et pro Enim.

[ABRAHAM pater vester exultauit vt videret diem meũ, vidit, & gauisus est.] Pergit Christus cõtra Iudæos probare ab exemplo, quòd qui verbum, & sermonẽ Dei seruat, nõ videt mortẽ, sed æternũ viuit: assẽuerãs Abraham, & Prophetas etiãnum viuere, & nũquam mortuos, sed in media morte vitam possidere. Atque ex his subindicauit Dominus se nõ solùm Abrahamo maiorẽ, sed & Abrahæ saluatorẽ. Abrahã (inquit) VIDIT diẽ meũ: subindubiè & Prophetæ viderũt. Vbi autẽ, aut quãdo vidit? Nõ sanè vidit eum oculis corporeis, vti Iudæi hęc verba intelligebãt: sed oculis fidei in corde: hoc est, Christum, & tempus aduentus eius agnouit, quãdo dictũ est ei (Geneseos cap. 22.) In semine tuo benedicentur omnes gẽtes. In hoc verbo credens, intelligebat, & fide videbat Christum de suo semine, sed per intactã Virginẽ (ne cum reliquis filijs Adã, maledictioni esset obnoxius, sed benedictus potiùs, vt & alijs benedictionẽ impartiret, siue aliis benedictiõis author fieret) nasciturũ, ac pro peccatis nostris passurum, indẽq; curaturũ, vt id per vniuersum orbẽ prædicaretur, & ita vniuersæ nationes terrę cęlesti benedictione per ipsum perfunderentur. Hic quoq; ille DIES Christi est, tempus nimirum Euangelij, quod lumen est huius diei, quod de CHRISTO, Sole iustitiæ, irradiat, & vniuersum orbem illuminat. De hoc die, & certo tempore aduẽtus Christi præordinato, scribit Paulus Ephes. cap. 1. Vt notum faceret nobis sacramentũ voluntatis suæ, secundũ beneplacitũ eius, quod proposuit in eo in dispẽsation

Abraham diẽ Christi vidit.

Benedictio à Christo.

Christi dies.

sationẽ plenitudinis tẽporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt in ipso. Hic dies spiritalis est, licet ortus fuerit, quum Christus hic ageret, quem antequam oriretur, spiritaliter oculis fidei Abrahã vidit: non autẽ exei Iudæi carnis mancipia, vnde nec sermonẽ Iesu de hoc die intellexerunt. Dicamus igitur, Abrahã (cuius dissimillimi erãt, & quẽ mirabantur potiùs, quã imitabantur) quãtusquãtus fuit, tamẽ exultauit, sibiq; fœlix futurus est visus, si cõtigisset videre diẽ Christi: Vidit diẽ Christi, id est, credidit in Christũ, & ex promissione (Genes. capite 22.) de Christo, vidit Abraham Christum, certòque expertus est in spiritu, & conscientia Christum esse saluatorem mundi, vitam, lucem, &c. ET Gauisus est, id est, gaudio est perfusus, quia risit, & implętus est gaudio spiritus, fide sentiens Deum propter Christum promissum esse sibi placatum & reconciliatum: atque ex hac fide viua in hanc promissionem non vidit mortem, sed obdormiuit in Domino. Accepit enim ex hoc verbo & iustitiam, & vitam æternam. Obserua: gaudium esse effectum visionis per fidem. Gaudium, simpliciter intelligit pacem conscientiæ. Huc pertinet quod scribit Paulus ad Romanos cap. 5. Iustificati ex fide, pacem habemus ad Deum per fidem, &c.

Mãcipia carnis, Iudæi.

Christi diem videre.

Gaudium fructus est fidei. Gaudium.

[DIXERVNT ergo Iudæi ad eum.] Quum Christi responsum nihil, præter quod spiritale est, & ad vitam conducens, spiraret, carnales, & obstinati Iudæi iuxta carnalem sensum tantũ mysteriũ sunt interpretati, nihil aliud suspicãtes Iesum esse, quã hominẽ, nec ante fuisse, quã de Maria nasceretur. Humanæ enim rationi ęmissiões Dei videntur stultissimæ, sicut & Dei sapiẽtia, stultitia est illi.

QVINQVAGINTA annos nondum habes, & Abraham vidisti?] A circunstantia temporis iuxta humanam rationem colligunt Iudæi absurditatem, & non credibilia, quæ in confutationem verborum CHRISTI de exultatione Abrahæ obijciũt. Nondum (inquiũt) annos natus es quinquaginta, & Abraham ante tot ætates mortuum vidisti? (duobus enim annorum millibus plus minus natiuitatem Christi Abraham antecesserat. Hæc dicebant, existimantes Dominũ fermè quinquaginta annorũ esse, tametsi tũc triginta & tres tantùm annos habe

Abrahæ annis ante Christũ.

haberet. Theophylactus ait, curiosum esse quærere cur malnerint Iudæi dicere quinquaginta, quàm quadraginta. Sic enim in mente primũ venit Iudæis: nõ enim tã respiciebãt ad ætatẽ Christi, quã ad longitudinẽ temporis, quod interceſſerat ab Abrahã vſq; ad Christũ. Addit ille, Verũtamen dicũ quidã quinquageſimũ eius annũ ad honorẽ anni Iubilei dictũ, quo & ſeruos liberos dimittebãt, & poſſeſſiones emptę reddebãtur, & omnia alia perficiebãt, quæ ad honorẽ Dei cõſtituta erãt. Hactenus ille.

[DIXIT eis Ieſus.] Humilitate Christi Iudæis offenſis (vnde Christũ putabant purũ hominẽ, qui nõ videret Abrahamũ) Dominus medetur, ſuam allegans æternitatem, & diuinitatem, é qua facilè verum creditur Abrahamum in ſpiritu per fidem vidiſſe Chriſtum, & Chriſtum vidiſſe Abrahamum.

Diuinæ naturæ nota. Christus ante Abraham.

[AMEN, amen dico vobis, antequam Abrahã fieret, ego ſum.] Quia iterum dicturus erat, qđ Iudæis paradoxon erat, addit aſſeuerationem ſuã, Amẽ, amẽ: qua cõ nota ſiue verbo, ſoli naturæ diuinæ proprio, Ego ſum, ita per idem fuit ante omnia ſecula, quemadmodũ Deus Pater neſciẽs tẽpus, ſemper eſt quod eſt. Significat itaq; hac voce, Ego ſum, æternitatẽ & indemutabilẽ naturã. Verbo autẽ Fieret, indicauit Abrahamũ creaturã. Quaſi diceret, Nolite igitur obſtupeſcere, quũ auditis credentem in me, & recipientẽ ſermonẽ, ſeu verbũ meũ, habere vitã æternã: hoc enim nõ eſt ſolùm vocale, aut volatile verbũ, ſed eſt verbũ Dei mecum. ego ſum ſolùm homo, vt putatis, de terra terrenus, verũ etiã ſum de cælo cæleſtis: ſum Filius Dei: nã Antequã Abrahã naſceretur, ego ſum: id eſt, ſum Deus, ſum Dei Filius. Vera ergo eſt mea doctrina, quæ docet credẽtes per me ſaluos fieri, & habere vitã æternã, quia ſum Filius Dei, habẽs omnia cũ Patre cõmunia. Quum igitur Saluator ſim, neceſſe eſt conſiteantini me & Deũ, & hominẽ: Deum quidẽ in homine cõuincibile.

Verbum volatile.

[TVLERVNT ergo lapides, vt iacerent in eum.] Vix ſermonem finierat Christus, quum iſti in furorem lapſi, nullius magiſtratus authoritate, & citra omnem cauſæ cognitionem, pœnam legis (Leuitici capite 24. de blaſphemis) Chriſto deſignant: nimirum quum amplius

Lapidibus Christus petitur.

manibus temperare non poſſent, acceptis lapidibus aggrediuntur Chriſtũ obruere, idque in loco ſacro, in quo nefas, & illicitum erat, etiam cõuictum, & damnatũ punire. Quàm fuerit hoc impiũ, exemplo docuit Ioiadas Pontifex, qui extra tẽpli ſeptũ voluit Athaliã trahi, antequã morti traderetur. lib. 4. Regũ, cap. 11. At perciti, & male feriati homines, ſanguinis ũtibundi, neq; locũ, neq; diẽ, neque perſonam reuerentur, modò vindictã explentes, vbi vbi fuerit, ſanguinem hauriãt. Iſta eſt mũdi gratitudo erga verbi, & veritatis prædicatores. In primis verbũ auertatur, & moleſtat, deinde blaſphemijs, & contemptu obruit perſonas, tandem & verbum, & perſonas adoritur ad interitum. Ratio enim humana ſupra modũ offenditur, planéque ad inſaniam prouocatur, quum audit hominem Deum eſſe. Eſt planè is articulus, quo & hodie Iudæi offenduntur, vt blaſphemandi, & lapidandi Chriſtum nullum queant facere finem.

Prędicatorum ab impijs afflictio.

[IESVS autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.] Ieſus Deum ſe eſſe profeſſus, vt hominẽ quoque demonſtraret, ceſſit illorũ furori, nõ quod illorũ furorẽ metueret, ſed hoc ſuo exemplo docens, grauiter, fortitérq; prædicandã eſſe veritatẽ Euãgelicã, vbi tẽpus poſtulat. Rurſus, vbi noſtro functi ſumus munere, non temerè, & ſine fructu prouocandã impiorũ veſaniã. Clãculũ Ieſus tẽplũ egreſſus eſt: hoc facto ſignificãs futurum, vt Euangelica lux à Iudæis impijs, & cæcis ad Gẽtes demigraret: atque vt obſtinatis animis Iudæi nullũ blaſphemandi, & lapidãdi Chriſtum, finem faciunt: ſic contrà Chriſtus finem nullum facit ſe ab eis abſcondẽdi, & de templo egredien di: vt eum neque inueniant, neque videant in Scriptura, in qua tamen quotidie conuerſantur.

Christus ſalutis lapidare volentes.

CONCILIATIO.

Inuicẽ pugnare videtur hi loci in hoc capite, Gloriã meã nõ quæro: &, Ego ſum lux mũdi. Reſpõdeo: Conueniunt certè, nihilq; pugnantiæ habent, quũ Chriſtus in hoc capite dixerit, Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrem meum. Et ſuprà, cap. 5. Ego non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me. Ita quoq; hic ait, Gloriam meam non quæro. Omnia accepta refert Patri, cuius gloriam ſolùm quærit, ſicut infrà, cap. 17. ipſe interpre

Universidad de Deusto
Biblioteca

interpretatur, Ego te clarificaui super terrã, opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam: manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Clarũ est igitur, Christum loqui de Patris gloria quæsita, non affectata propria. Quòd verò se lucẽ mundi prædicat, non est gloriam affectare, sed simpliciter veritatem fateri: nam ipse est Messias, Saluator, & lux mundi. Hoc autem dicere, non est laudem ambire, sed confiteri veritatem. Ipse enim verè lux est mundi, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Nemo illuminatur, nisi authore Christo: nemo videt lumen vitæ, nisi per Christum: nemo penetrat tenebras huius mundi, nisi Christo duce: solus illustrat, viuificat, & saluat.

Gloriam quærere.

Veritatem cõfiteri.

CAPVT IX.

ET præteriens Iesus, vidit hominem cæcum à natiuitate: & interrogauerunt eum [1] discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic, [2] aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respõdit Iesus, Neque hic peccauit, neque parẽtes eius: [a] sed vt manifestentur opera Dei in illo. Me oportet [b] operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari: quandiu sum in mundo, [c] lux sum mundi. Hoc quum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & [3] liniuit lutum super oculos eius, & dixit

1 Discipuli eius) dicentes

2 Aut) an.

a Cæcus natus ad gloriam Dei.

b Operari opera Dei.

c Lux mundi.

3 Liniuit) illeuit.

& dixit ei, Vade, laua in [4] natatoria Siloe, qd̃ interpretatur missus. Abijt ergo, & lauit, & venit videns. Itaque vicini, & qui viderãt eum priùs quia mendicus erat, dicebant, Nonne hic est, qui [5] sedebat, & mendicabat? alij dicebant, Quia hic est: alij autem, Nequaquam, sed similis est ei. Ille verò dicebat, Quia ego sum. Dicebant ergo ei, Quomodo tibi aperti sunt oculi? Respondit, Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloe, & laua: [6] & abij, & laui, & video. Et dixerunt ei, Vbi est ille? Ait, Nescio. Adducunt ad Pharisæos eum, qui cæcus fuerat. Erat autem Sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterũ ergo [d] interrogabant eum Pharisæi quomodo [7] vidisset. Ille autem dixit eis, Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam, [e] Non est hic homo à Deo, qui [f] Sabbatum non custodit. Alij autem dicebant, Quomodo potest homo [g] peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum, Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit,

4 Natatoria) lauacro natatorio. locũ intelligit in quũ excipiebatur aqua fontis Siloe.

5 Sedebat) Græca exemplaria legunt: cæcus sub templum.

6 Et abij) Vt autẽ abij, & lauit, visum recepit. Dixerunt igitur.

d Cæc⁹ interrogatur à Phariſæis.

7 Vidisset) vt sum recepisset.

e Sabbatum.

f Peccator.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xit, Quia propheta est. [g] Non credi-
derunt ergo Iudæi de illo, [8] quia cæ-
cus fuisset, & vidisset, donec vocaue
runt parentes eius, qui viderat, & in-
terrogauerunt eos dicentes, Hic est fi-
lius vester, quem vos dicitis quia cæ-
cus natus est? Quomodo ergo nunc
videt? Respōderunt eis parentes eius,
& dixerunt, Scimus quia hic est filius
noster, & quia cæcus natus est: quo-
modo autem nunc videat, nescimus:
aut quis eius aperuit oculos, nos ne-
scimus: ipsum interrogate, ætatem ha
bet: ipse de se [9] loquatur. Hæc dixe-
runt parentes eius, [h] quoniam time-
bant Iudæos. Iā enim cōspiraverant
Iudæi, [i] vt si quis eum confiteretur
esse Christum, [10] extra Synagogam
fieret. Propterea parentes eius dixe-
runt, Quia ætatem habet, ipsum in-
terrogate. Vocauerunt ergo rur-
sum hominem, qui fuerat cæcus, &
dixerunt ei: [k] [11] Da gloriā Deo, nos
scimus quia hic homo peccator est.
Dixit ergo ille, Si peccator est, ne-
scio: vnū scio, quia cæcus quum es-
sem, modò video. Dixerūt ergo illi,
Quid fecit tibi? quomodo aperuit
tibi oculos? Respondit eis, Dixi vo-
bis iam, & audistis: quid iterū vultis
audire? nūquid & vos vultis discipu
li eius fieri? [12] Maledixerunt ergo ei,
& dixer

g Incredulli Pharisæi.

8 Qui) quia.

9 Loquatur) loquetur.

h Parentes cæci timore excommunicandi a Pharisæorum.

i Excommunicantur qui Christo credunt.

10 Extra Synagogā) synagoga ejicerentur.

11 Da gloriam Deo) supple, potiùs, quàm Christo, deest. tribue hoc beneficiū visus, Deo potiùs, quàm Christo tuo. quē certè scimus miracula nō posse edere, & peccatorem sit. Simile genus dicēdi Iosuæ cap. 7. & 1. Reg. 6.

k Gloria Deo.

12 Maledixerunt) conuicia ti sunt.

& dixerunt, Tu discipulus illius [13] sis:
nos autē [l] Moysi discipuli sum[m]. Nos
scimus qa Moysi loquutus est Deus:
hūc autē nescimus vnde sit. Respōdit
ille homo, & dixit eis, In hoc enim mi
rabile est, quia vos nescitis vnde sit,
[14] & aperuit meos oculos. Scimus au-
tē quia [m] peccatores Deus non audit:
sed si quis Dei cultor est, & volūtatē
eius facit, hunc exaudit. A seculo nō
est auditū quia quis aperuit oculos cę
ci nati. Nisi esset hic à Deo, non pote
rat facere quicquā. Respōderūt, & di-
xerūt ei, In peccatis natus es totus, &
tu doces nos? [n] Et eiecerunt eū foras.
Audiuit Iesus quia eiecerūt eū foras:
& quū inuenisset eū, dixit ei, [o] Tu cre
dis in Filiū Dei? Respondit ille, & di-
xit, Quis est, Domine, vt credā in eū?
Et dixit ei Iesus, Et vidisti eū, & qui
loquitur tecū, ipse est. At ille ait, Cre-
do domine: & [p] procidens adorauit
eum. Et dixit ei Iesus, [q] [15] In iudicium
ego in hunc mundum veni, vt qui
non vident, videant, & qui vident,
cæci fiant. Et audierunt quidam ex
Pharisæis, qui cum ipso erant, & di-
xerunt ei, Nunquid & nos cæci su-
mus? Dixit eis Iesus, [r] Si cæci essetis,
non haberetis peccatum: nunc verò
dicitis, Quia videmus: [16] Peccatum
vestrum manet.

l Moysi discipuli.

13 Sis) vel es.

m Peccator.

14 Et aperuit) quum aperuerit. Heb.

n Superbia Pharisaica.

o Cæcus à Christo doctus, credit in ipsum.

p Adorare.

q Iudicium Christi.

15 In iudiciū, &c.) id est, veni vt eandem aliquando feram sententiā qua fiet, vt qui &c.

r Cæci.

16 Peccatum) peccatum ergo, &c.

Et præteriens Iesus. CAP. IX.

ABsoluta disputatione longa, de libertate Christiana per Christū, quum tempus esset vt apertiùs potētiam suam Dominus reuelaret, exiens de templo obuium habuit argumentum satis consonum ijs, quæ gesta fuerant in tēplo. Siquidem illhic cum cæcis fuerat concertatio, sed animo cæcis, non corpore. Miserrimū est hoc cæcitatis genus, atq; hoc etiā infœlicius, quòd quum essent plusquam cæci, tamen sibi videbantur oculati: vt non solùm essent infœlices, verū etiā immedicabiles. Hic autē præteriens diuertit Christus ad cæcum corpore (qui hoc sanabilior erat, quò magis cæcitatē suam agnoscebat) vt miraculo doctrinam priorem obsignet: duritiam, ac impersuasibilitatem corū frangere conās, tamesi nihil illis prodesset. Sunt enim miracula, doctrinæ appendices, vt quicunq; nostro tēpore doctrinā Christi prædicaret, producere posset aduersus impios miracula hæc, veluti sigilla, in doctrinæ testimoniū. Particula, ET, vim habet connectendi superiora sequentibus. PRAETERIENS, acū diceret, Quum Iesus exiret de templo, vt furor Phariseorum mitigaretur, occasione quadam factus est cæco obuius, quem præcessit, ac præuenit: hac præuentione significans, nos non nostro merito saluari, sed gratia Christi præueniente, cui acceptum ferimus quicquid nostræ salutis est. IESVS, salutaris medicus præuenit nos infirmos, & cæcos natos. Huc pertinet, quod scribit Paulus ad Ephes. cap. 1. Elegit nos Pater in Christo ante mundi constitutionem, vt essemus sancti. & ad Roma. cap. 5. Si enim, quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius, &c.

Cæcitatis miserimū genus.

Miracula, appendices doctrinæ.

Salus à Christo.

[VIDIT hominem cæcum.] Verbo vidit, cōmendatur præueniens Christi gratia: vidit, oculis misericordiæ, & gratiæ, hominem cæcū, & captum oculis corporeis. Cæcitas, propositio est necessitatis, & morbi, cui vt medeatur, necessarius est medicus. Præsens medicus, morbū & necessitatem aduertit: nam vidit studiosè, & attente est intuitus, etiam non rogatus, sed misertus: vnde hoc intuitu occasionem rogandi de hoc cæco discipulis dedit.

Christi oculus.

ANATE

[A NATIVITATE.] A circunstantia temporis exaggeratur necessitas, & morbus. Quasi diceret Euangelista: Hic homo captus erat oculis, diuturnus erat morbus. Natus enim erat cæcus, vt medicis quidem esset insanabile malum, non etiam Christo. En Christi potentia clarescit, qui potuit tam diuturnum morbum pellere, & tantam necessitatem fugare.

Christi potentia.

[ET interrogauerunt eum discipuli eius.] Intuitus Domini tam studiosus, & attentus in cæcum, argumento fuit discipulis cùm coniectandi præceptorem suum velle quicquam in illius cæci gratiam operari, tum rogandi, an afflictiones sint semper peccatorum supplicia. Quum discipuli meminissent quòd paralytico sanato ad Probaticā dixisset (suprà ca. 5.) Vade, & ampliùs noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Et paralytico iacenti in grabato, qui in domo ei fuerat oblatus, (Matth. ca. 9.) Fili, dimittuntur tibi peccata tua: suspicati sunt omne corporis vitium ex animi vitio nasci. De cæco itidem percontantur, cuius vitio accidisset, vt cæcus nasceretur.

[RABBI, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur?] Salutant magistrum, cuius benuolentiam à dignitate personæ captant. RABBI, vox est Hebraica, significans Magister mitto VTIS peccauit? Quæstio est de causis crucis, afflictionum, & pœnarum. Quum suspicemur peccata causas esse afflictionum, & pœnarum, hoc rogamus, Cæcitas contigitne huic cæco ex proprio peccato, an ex alieno, hoc est, parentum peccato?

Rabbi.

[RESPONDIT Iesus, Neq; hic peccauit, neq; parētes eius.] Suo responso corrigit Dominus ignorantiam discipulorum, dicens, peccatum non esse causam cæcitatis in cæco nato. Neque hic peccauit: id est, hic proprio peccato non meruit nasci cæcus: non enim peccauit aute, quàm cæcus esset: neq; huic contigit cæcitas ex parentum peccato. Non simpliciter dixit quòd non peccauerint parentes, sed addidit VT cæcus nasceretur: nam peccauerunt quidem parentes, sed non inde huic cæcitas.

[SED vt manifestentur opera Dei in illo.] Potissima causa vt hic nasceretur cæcus, fuit, vt gloriæ Dei illustrandæ esset occasio, non vel ipsius, vel parentum eius peccatum. Hac sententia insinuat seipsum Deum. Iam

M 2 enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim opera Patris manifesta erant in totius mundi creatione,& sapientissima dispositione,& continua gubernatione: sed de Christo humana forma induto,non vsquequaque adeò erat adhuc perspectum,quòd hic homo, Deus erat, mundi rector:sed per hanc cæci mirabilem illuminationem,& aliorum miraculorum operationē, inducti sunt homines ad credendum, Christum esse Deum, & rerum omnium conditorem:& ita manifestauit Filius Dei gloriam suam in restituendo visu huic cæco,vt ostenderet se creatorem,& authorē mundi. Obseruat Theophylactus quòd particula ἵνα, & ὅπως, hoc est, VT, sæpe in Scriptura ponitur,non vt causam,sed euentum designet,sicut illud Psal.50. Vt iustificeris in sermonibus. Non enim peccauit Dauid, vt iustificetur Deus:sed quia ex opere peccantis contigit Deum manifestari in suis promissis iustum, & fidelem:ita & hoc loco,VT manifestentur opera Dei in illo,non causa,sed euentus designatur. Ex hoc enim quod sanatus est cæcus,intelligit glorificari Deum. Nam sicut sæpe architectus domū quidem partim elaborat, partim imperfectam relinquit,vt si quis ei forte nō credat, quòd ipse non sit ille, qui partem extruxerit, possit per hoc, quod conditum est,& imperfectum, ostendi quòd & ipse extructi opifex sit. Ita & Deus noster IESVS exæquata membra sanans, & in suam naturam constituens, ostendit quòd ipse sit qui & alia membra condidit. Verāque lectio bona est, magis tamen mihi arridet prior. Hic locus se offert vt de afflictionibus aliqua scita digna scribamus: An afflictiones semper sint peccatorum supplicia? Nam propter peccatum introierunt in mundum maledictiones,infirmitates,plagæ,calamitates, adeóque ipsa mors. Et lex peccatum demonstrans, minatur etiam peccatoribus varias afflictiones, & calamitates, Leuit. capite 29.& Deuteron.capite 28. Rursus solent morbi ob peccata immitti,vt docetur suprà,cap.6.& 1. Corinth.11. Respondeo: Sunt certè omnes homines peccatores, & in peccatis concepti,quibus pœna correspondet, nisi merito Christi abluti fuerint. Non tamen omnis afflictio propter peccatorum merita cōtingit. Immittuntur aliquando afflictiones à Deo propter peccata: interdum autem mala immittuntur hominibus, vt in eis gloria Dei illustris

Vt,particula.

Afflictiones sunt ne perpetuo peccatorū causæ.

Gloria Dei.

stris fiat. Vasa enim Dei sunt,& debent quouis modo gloriæ inseruire conditoris sui. Accipio hic gloriam Dei,pro saluatrice eius potentia:ea enim in hoc cæco manifestata fuit. Itaque peccauit cæcus, qui in peccatis conceptus est, & non iustificatur in conspectu Dei omnis viuens. Sed cæcitas illa non ideò contigit, quia vel ipse peccauerit, vel parentes:si enim pro merito peccatorum debuissent affligi,vix infernus,nedum cæcitas,sufficisset. Sed huic contigit cæcitas,vt declararentur opera Dei, id est, vt gloria Dei in illo manifestetur. Sic Susanna afflicta fuit ad gloriam Dei,& tres pueri in fornace,Danielis cap.3. Similiter afflictio accidit ipsi Iob,non propter peccatum (vt amici contendebant)sed vt manifestentur opera Dei,qui nouit pios ex afflictione eripere. Sic afflixit Israelitas in Aegypto,vt liberando eos de tyrannide Pharaonis, ingentem sibi inter homines laudē pararet. Nam quum Dominus deijciat in extremā miseriam,& posteà eripiat, hunc honoris titulum refert, quòd sit Deus liberator, & adiutor in necessitatibus. Qui titulus magnificentissimus est, inuitans omnes homines ad Deum inuocandum. Subijciuntur ergo pij interdum pœnis, & afflictionibus, non propter peccata,quæ ita magna non habent, sed propter gloriam Dei,vt inde glorificetur Deus,dum pios potenter,& cum summo triumpho è cruce liberat.& ad gloriā transfert:vt Ioseph innocentē è carcere liberans,ipsum ad gloriam transtulit:hinc magnificus ab omnibus cognitus est Deus. Proinde in impijs semper verū est, eos affligi propter peccata sua:in pijs non semper verū est: quibus consolatorium est, scire se nō semper affligi propter peccata sua,sed se in afflictionibus vasa esse, quæ ad gloriam Dei seruiunt. Quare errant frequenter pleriq;,qui sola ratione humana absq; Christi cognitione eruditi,ratiocinantur in modum amicorum Iob: Hic siue Iob, siue quiuis alius affligitur,ergo affligitur propter peccata sua. Item, Cæcus à natiuitate cæcus est,ergo propter sua, aut parentum peccata. Rogabit aliquis: An propter parentum peccata filij affligantur? Respondeo. Est quædam pœna spiritualis,qua affligitur anima: hanc pœnam filius pro patre non portat. Ezechielis ca.18. Filius non portabit iniquitatem patris:anima enim filij, non est ex patre, sed à Deo.

Parentū peccata sunt ne causa,qua filij affligantur?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes inquit (Ezechielis cap. 18.) animæ meæ sunt, supple per creationē. Sicut anima patris, ita anima filij: sed quandoque ob iniquitates parentum. filij temporariam & corporalē in hac vita subeunt pœnam. Corpus enim filij, est quædā res patris. Exēplo nobis erit Roboam, Salomonis filius, 3. Regū 11. Dereliquerat Salomon Dominum adorans idōla mulierū alienigenarum, quarū ardentissimo amore tenebatur: propter quod à Roboam, filio eius, ablatæ sunt decē tribus Israel, & datæ Ieroboam filio Nabath. Rursus 3. Reg. 21. Offenderat Achab grauiter oculos Domini, & interfecto crudeliter innocēte Naboth, vineam eius possederat: quia se conuertit ad pœnitentiā: ieiunióq; & cilicio se afflixit, ad Eliam factus est sermo Domini: Quia Achab humiliatus est mei causa, nō inducam malū in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malū domui eius. Putant nonnulli pueros quādoque in parentum pœnam mori: quorū tamē vitam putauerim Deum frequentiùs propter misericordiā præuidere, vt ne (quum superuixerint) deteriores parentibus fiant. & in malum sūarum animarum & multorū viuāt. Sed quum iudicia Dei sint abyssus multa, missa hæreciamus, & cum fide Christū amplexemur, qui potest est à quauis pœna nos eripere, & in afflictionibus consolari. Hoc vt sciamus, non inutile fuerit aliqua obseruare, quæ in omni genere afflictionū in promptu pias & vtiles suppeditabunt cōsolationes. In primis firmiter constanterq; credendū est, dum affligimur, nos neq; affligi casu, neq; aduersa cōtigisse casu, sed aliquo cōsilio, ac permissione Dei. Abigenda hinc venit humana ratio, quæ in afflictionibus rogat, An casu id euenerit, Deo nihil talia curante, aut permittēte. Epicureorum est hæc opinio, sola ratione humana, & carne ducta, aduersus quam producenda sunt Sacræ Scripturæ testimonia. Threnorum capite 3. Quis est iste, qui dixit, vt fieret Domino non iubente? Ex ore Altissimi non egredientur nec mala, nec bona? Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis? Huc pertinent omnes sententiæ de prouidentia Matth. cap. 10. Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis nō cadet super terrā sine Patre vestro? Act. cap. 17. In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Psal. 9. Ipse fecit nos, & nō ipsi

Afflictiones non casu.

Epicureorum opinio de afflictionibus.

ipsi nos. Psal. 93. Qui plantauit aurē, non audiet: aut qui finxit oculū, nō cōsideret? Qui corripit gētes, nō arguet: aut qui docet hominem scientiam? Et Paulus 1. Corinth. cap. 11. Dum iudicamur autem, à Domino corripimur: vt nō cum hoc mundo dānemur. Hæc omnia testantur afflictiones nō accidere casu, sed Dei cōsilio, ac voluntate. Secūdò. Credendū est, nō solùm afflictiones nobis accidere Dei cōsilio, sed etiā certò statuendum est, & Deus puniat, nō vt perdat, sed vt vocet nos ad pœnitentiā, & exerceat fidem nostram. Itaq; pij obseruant afflictiones veluti signa misericordiæ, & bonæ voluntatis Dei. Qui ad hunc modū trāsformat afflictiones in signa misericordiæ & bonæ voluntatis Dei, suauissimam recipit consolationem, qua patienter in aduersis durat, benedicens, & laudans Deū, qui dignatur se vlcisci. Nam quū quis summo dolore afflictus, apprehendit afflictionem diuinitus inflictam, in punitionē & vltionem peccati, augescit doloris acerbitas, & paratur desperatio, nisi addiderit secūdam consolationem priori, quæ docet de voluntate Dei, quòd puniat non vt perdat, sed vt ad pœnitentiam reuocet, & in fide nos exerceat. Ad hunc modū Euangeliū interpretari solet afflictiones: vt, quod ex Paulo adductum est (1. Corinth. 11.) Dū iudicamur, à Domino corripimur. Prouerb. cap. 3. Quē diligit Dominus, corripit. Hebræo. cap. 12. Flagellat omnē filium, quem recipit. Psal. 118. Bonum mihi quòd humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Apoca. cap. 3. Ego quos diligo, castigo. Esaiæ capite 28. Vexatio dat intellectum. Numer. capite 1. Bonus est Dominus, & confortans in tribulationibus, & agnoscit sperantes in se. Ieremiæ capite 31. Castigasti me Domine, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus, postquam conuertisti me, egi pœnitentiam. Quemadmodum Euangelium docet legem datam esse, vt humiliet nos, & hac nostri abnegatione quæramus CHRISTVM: ita docet & pœnas additas esse, non vt perdant, sed vt reuocent nos ad pœnitentiam, vt feramus crucem, seu afflictiones, in quibus exercere nosipsos debemus, vt probemur in fide. 1. Petri 1. 2. Corinth. 1. & 4. Rom. 5. Iacobi cap. 1. Omne gaudiū existimate, quum in varias tentationes incideritis, &c. Si tētauerit nos humana ratio, & nobis

Deus punit nō vt perdat, sed emendet.

Tentatio, qua pij videt impijs omnia feliciter succedere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis afflictis succedant omnia infœliciter, tyrannis verò fœliciter,& pro animi sententia,huic obedietiam obijciamus,ne impatientes animum desponde amus. Impatientia graue est peccatũ,huic ne indulgeamus,sed Deo, qui requirit obedientiam,& vult nos in ea exerceri,qua in afflictionibus similes simus imaginis filij Dei.Consolatorium est hac obedietia nõ solũm fieri similem imaginis filij Dei,sed etiam afflictiones nostras cum obedietia esse sacrificia Deo gratissima.Significant enim sacrificia quiddam Deo propriè dicatum,vt per id honore afficiatur.Vnde dicebat Dauid Psalmo 50. Sacrificiũ Deo, spiritus contribulatus , cor contritum & humiliatum Deus non despicies.Ad Roma.cap.12. Exhibete corpora vestra hostiam viuentem,sanctam,Deo placentem. Requirit igitur Deus hanc obedientiam , quam vt verum cultum valde approbans,nõ reijcit afflictos illa ornatos. Tertio.Non solum fide tenendum est quòd afflictiones non accidant casu,quòd nõ sint signa iræ,quòd indignatio,seu impatientia sit peccatũ,quòd Deus requirat obedientiam,sed etiam addenda est fides, & inuocatio. Fide teneamus Deum nobis nunquam defuturum,sed semper nobis affuturũ,opem laturũ.& pro sua sapientia aliquando liberaturũ,qui hac fide viua inuocãdus est.Huic consolationi addemus duo,Præcepta,& Promissiones.Præcepta iubent petere,& expectare auxilium:vt,Inuoca me in die tribulationis.& Psalmo 4.Sacrificate sacrificium iustitiæ,& sperate in Domino.Itẽ Christus, Petite & accipietis.Psalmo 54.Iacta super Dominũ curã tuã , & ipse te enutriet.Huiusmodi præcepta excitare nos debent ad inuocationẽ. Deinde considerandæ veniunt promissiones,vt Ioannis cap.16.Quicquid petieritis Patrem in nomine meo,dabit vobis:& Matthæi cap.7.Si vos,qui malli estis,nostis dare bona,&c.quãtò magis Pater vester cælestis dabit bona petentibus se? Et in Psalmis. Inuoca me in die tribulationis,eripiã te,& honorificabis me. Hæc sunt exercitia piorum,intelligere publica & priuata pericula,& fide animum erigere,& petere à Deo, vt gubernet Ecclesiã,& liberet ab impietate & scãdalis, defendat Rempublicam,det pacem,fruges,victũ, regat mores populi,vt Deus glorificetur. Duremus ergo in aduersis per veram

Impatientia.

Patientia sacrificium Deo acceptum.

Sacrificium.

Obedietia grati ssima Deo.

Fides.

Præceptum.

Inuocatio.

verã patiẽtiã, quæ non solũ est obedire in afflictionibus, sed etiam indignationẽ infirmæ naturæ vincere, aut certe repugnare. Ex oppositio impatientia irascitur Deo:& primùm obedietiã,deinde fidem ex animis expellit. Nã iratus animus existimat se negligi à Deo, & imaginatur se frustrà petere,& expectare auxilium à Deo. Itaque in magnis afflictionibus multi fiunt prorsus blasphemi, & quærunt consilia contra mandatũ Dei, sicut Saul consuluit veneficam.Talia peccata gignit impatientia contra primam tabulam,deinde aduersus homines dolor iniuriæ gignit odium , incitat ad vindictam : qua ex re sæpe fiunt non solùm priuatæ dissensiones,sed etiam seditiones , & publici motus : sicut Coriolanum dolor iniuriæ perpulit ad bellum patriæ inferẽdum.Vide,si iuuat, Titum Liuium in prima decade , & Valerium Maximum. Quanto honestius fecit Scipio,qui ingenti animo despexit latrantes Tribunos,cessit etiam inuidiæ, & se cõtulit rus,ne præsens magis inflammaret odiũ. Atqui facilè poterat se armis defendere contra iniuriam,sed cõdonauit priuatas iniurias Reipublicę.Melior igitur ciuis fuit, quàm postea Marius,& alij multi , qui priuatas iniurias cũ pernicie publica vlti sunt. Ex his planè intelligimus quam necessaria est patientia,primùm corã Deo,vt obedientiam & fidẽ retineamus, deinde propter tranquillitatẽ Ecclesiæ,ne ingenia vehemẽtia irritata, vlciscantur priuatũ dolorẽ,publicè motis tragœdijs, vnde oriantur hæreses:deinde propter priuatã tranquillitatẽ,vt trãquillam habẽtes conscientiam,pacem habeamus ad Deum.

[MR oportet operari opera eius,qui misit me.] Exegesis est illius sententiæ, Vt manifestentur opera Dei in illo:quã de seipso Dominus intelligi vult. OPORTET me operari opera eius , qui misit me : id est, Oportet me manifestare meipsum,& facere opera, quæ possunt me ostendere facere eadem quæ Pater. Obserua quòd non dixerit,Oportet me facere talia,aut similia,quæ pater facit:sed illa ipsa,quæ facit Pater,quæ prorsus eadem sunt, & eadem esse mõstrauit,quæ sunt,infirma saluare, debilia roborare,homines illuminare. Quorũ enim eadẽ est operatio,eorum vna eademque natura & volũtas est, ac potentia. Ergo quũ Filius eadẽ,& ipsamet, quæ Pater fa-

Patientia quid est.

Impatientia.

Iratus animus.

Coriolanus.

Scipio.

Priuata iniuria patriæ condonanda.

Patientiæ necessitas.

Patris & Filij eadem opera.

Regula notãda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit, operetur, identitas erit substãtiæ Patris & Filij. Quæ opera manifestant ipsum Christum esse Deum. Infrà capite 10. Si nõ facio opera Patris mei, nolite credere mihi. & capite 14. Pater in me manens, ipse facit opera. Propter tamen formam serui assumptam, per tapinosim vocat OPERA Patris, ad quæ facienda missus erat. Quasi diceret, Ego in hoc missus sum in mundum, vt procurem gloriam Dei manifestandam huiusmodi factis, quæ incredulis fidem faciant me vera loqui: vt qui crediderint, sanentur à cæcitate sua. Obserua: Vocat OPERA Dei, quia ad ea, virtus diuina requritur. Opera Dei, sunt signa, & notæ, quibus cognoscimus potentiam Dei: sunt potentis Dei effectus. Quum dicit, ME OPORTET, ostendit quòd etiam non rogatus fecturus est opera, vt impleat quod sibi admandatum est. ME oportet operari, &c. id est, Ego sum, per quem gloria, potentia, & opera Dei manifestari debent hominibus: idque oportet ex dispositione, & ordinatione, Dei Patris, & iuxta vocationem meam.

Opera Dei.

Dies, ministerium Christi.

[DONEC dies est.] DIEM vocat Dominus tempus ministerij sui, suæque præsentiæ, & iure quidem: lucebat enim ipse tum Sol iustitiæ radijs doctrinæ, & operũ vitæ æternæ. Sensus est: Procurãda est gloria Patris, & grauiter exequendũ est mandatũ Patris, quandiu hic præsens versor inter homines, vt cognoscant Patrẽ, & me (quem misit) esse saluatorem mundi. Est etiam Dies præsentia Christi, quæ verbo fit. Fit autẽ omnibus vsque ad extremum vitæ: tantisperq; dies est, dum nobis verbum fuerit præsens. Huc pertinet exhortatio illa Pauli ad Hebræos, cap. 3. Videte, fratres, ne quãdo sit in aliquo vestrũm cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo: sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt nõ obduretur quis ex vobis fallacia peccati: participes enim Christi effecti sumus, si tamen initiũ substãtiæ eius vsque ad finem firmũ retineamus, dum dicitur, Hodie si vocem eius audieritis. Donec hodie cognominatur, hoc est, dum præsens vita agitur, vt homines audiant verbũ, & operentur præsente verbo, hoc est, credant. Quia vẽtura est nox, in qua nullus operari poterit, id est, credere. Nã dies quidẽ præsens, vita est, eò quòd possu-

Dies, tantisper nobis dum viuimus.

Dies, Præsens vita.

Possumus nunc, quandiu viuimus, sicut in die, bona & Deo grata operari. Qui fide verbũ habet, is lucẽ habet, qua ad Deum accedere potest, contemnẽs mortem, & maledictiones omnes, & penetrans vsq; ad iustitiam, vitam, & cælestes omnes benedictiones. Quòd si quis verbum lucis contempserit, tanquam abiectum, aut non necessarium, frustranea erit salutis expectatio in necessitatibus. Quare dum præsens dies operandi facultatẽ præbet, quę ad salutem æternam pertinent, non est cessandum. Huc nos impellit dieì ratio, qui totus negotijs perficiendis est destinatus: Psal. 103. Ortus est Sol, exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam, vsque ad vesperum.

Verbum, dies est.

[VENIT nox, quando nemo potest operari.] Quasi dicat, Ego tantisper docebo, operabor, & miraculis glorijs Patris manifestabo, eisdémq; doctrinam meam obsignabo, dum ministerium meũ compleuero. Ventura est nox, siue breui cessabo, quando venerit potestas tenebrarum, & cruci affigar: tũc nemo operabitur, quia lux à vobis breui ad Gentes deficiet. Ex verbis Domini manifestum est, Noctem vocari tẽpus suæ absentiæ: & alluisse more suo ad noctem vulgarem, in qua non possunt homines operari. Hinc allegoricè significauit instare tẽpus in quo à Iudęis abitur⁹ esset, & nihil eorũ tũ operaturus, quæ ipse faciebat. Itaq; hæc nox (quæ dicitur priuatio tẽporis cõcessi prædicationi, & operatiõi Christi in carne) venit Iudæis, quum & à Christo & Apostolis eius desertí fuere. Operemur igitur dum verbum, & lucem habemus, in qua ambulantes exerceamus nosipsos in fide, nunquàm visuri hanc noctem, quòd semper habeamus Solem nobis illucescentem iuxta eius promissum, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: in qua audituri sumus, Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, &c. in quo nihil vmbræ, & obscuri, sed clara illhic omnia, & perlucida. Quidam resecarunt hæc verba ad tempus Antichristi futurum, in quo obscurabitur Euangelium, à quo tyrannide Antichristi multi deficient. Placet mihi prior interpretatio. Obserua: Paulus per Noctem intelligit omnem doctrinam, quæ non est Euãgelium, aut Euangelio aduersatur: præter quod, nulla omnino doctrina potest esse salutifica.

Nox, absentia Christi.

Antichristus.

Euãgelium solum est doctrina salutifica.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et sicut Dies significat illuminationem per Euangelium siue ipsum Euangelium: sic Nox cæcitatem & ignorantiam Euangelij. Vmbra mortis, phrasis est Hebraica, pro nocentissima nocte, qua premuntur damnati, hoc est, qui extra fidem hinc migrauerunt.

Dies. Nox. Vmbra mortis.

[QVANDIV sum in mundo, lux sum mundi.] Iesus Christus suapte natura est lux, est & ab effectu, & officio suo lux Mundi, id est, hominis: ipse enim illuminat mundum, siue omnem hominem venientem in hunc mundum. Ipse Lux mundi, id est, hominum, est: dum in Mundo, id est, in hominibus credentibus est, non solùm corpore suo, sed multò ampliùs suo Spiritu, & per Euangelium. Efficaciùs enim verbo præsens mihi est, quàm sola persona solùm coram existente. Nam si nos audierimus, & verè crediderimus verbum, plus nobiscum est, quàm cum Pilato, aut Caipha, qui oculis etiamnum ipsum viderunt. Obserua verbum diuinitatis, Sum. Quasi diceret, Tametsi corpore sim à vobis abiturus, ego tamen sum vobiscum vsque ad consummationem seculi. Sum ergo Lux mundi, quandiu mundus erit, quia semper erunt aliqui, quibus illucescam. Respondebit carnalis quispiam, Christus sublatus est è mundo præsentialiter, Christus igitur non est ampliùs lux mundi. Respondeo: sublata quidem est præsentia eius corporalis, qua nobiscum visibiliter est versatus: sed manet ipse lux mundi, cùm suapte natura, qua Deus est, & semper manet lux: cùm officio. Perpetuæ enim sunt eius operationes, & effectu, erga suos. Proinde Christum esse lucem mundi, est ipsum esse sacerdotem, pastorem, interpellatorem, & aduocatum pro mundo, hoc est, pro hominibus. Quandiu igitur mundus fide retinet Christum, tandiu lux est mundi: quòd si quibusdam mundi hominibus non illucescit, ipsa causa est ipse mundus, qui fide Christum non recipit.

Lux mundi.

Verbi efficacia.

Christum esse lucem mundi.

[HAEC quum dixisset.] Quum dominus quæstioni Apostolorum de causis cæcitatis in cæco satisfecisset, atque de operum suorum authoritate disseruisset,

[EXPVIT in terram, & fecit lutum ex sputo, & linuit lutum super oculos eius.] Miraculum expectantibus discipulis, Iesus expuit in terram, ac sputo commisto pulueri, fecit lutum, quo illeuit, & vnxit oculos cæci, extendens

Christus in terram sputt.

tendens lutum veluti malagma oculis appositum. Hoc profectò paternum, ac verius suum referebat opificium, quo primùm hominem ex argilla humore macerata finxerat. Arrogantius fortasis visum fuisset auditoribus, si dixisset, Ego sum qui Adam formani: quod per opus monstratum, non ita offendit. Propterea & de suto oculos illi format, more opificij, quo & Adam formatus est: qui dum restituit, & integrum reddit quod perierat, aut mutilum erat, authorem, ac conditorem illius, quod nō erat, se esse ostendit: nec minoris, imò maioris virtutis est, sarcire quod corruptum est, quàm gignere quod natum non est. His rebus vsus est Dominus ad aperiendum huic cæco oculos, non quòd his rebus putauerimus huiusmodi virtutem inesse, (solus enim omnia potest sua virtute perficere) sed propter honorandum creaturas suas, quas ita ad bonitatis suæ ministerium, & virtutis suæ cooperationem admittit: atque vt commēdaret media, & occasiones præsentes, quæ vbi præstò adsunt, non sunt in ministerio negligendæ. Ipse enim dum in distributione suorum bonorum adijcit aliqua instrumenta, docet Deum non esse tentandum, sed medijs iustis à Domino nobis propositis, esse vtendū. Cæterùm alias quosdam solo verbo, vt cæcum, (Marci cap. 10.) quosdam verò contactu corporis sui sanauit. Hōc indicauit pretium carnis suæ, per quam salutem nostram operatus est: illō verò, verbo se omnia perficere posse monstrauit, etiam si absens corpore fuerit: ne displiceremus nobis, quibus corporis sui præsentiā subduxit. Ex his colligimus vsum quendam sacramentorum in ecclesia necessarium, sine quibus posset quidem Deus conferre salutem, & confert in necessitate, tamen simul instituit & sacramenta, baptismum, confirmationem, pœnitentiam, eucharistiam, ordinem sacrum, infirmorum vnctionem, & matrimonium: illisque vti nos vult. Vana igitur hominum hæreticorum fabula est, asserere nullum esse sacramentorum vsum in Ecclesia.

Cæco formam tur oculi.

Media ad finē non cōtemnē da.

Creaturas suas Deus honorat.

Tentādus nō est Deus.

Caro Christi, organum salutis.

Sacramētorū vsus necessarius.

[ET dixit ei, Vade, & laua in natatoria Siloe, quod interpretatur missus.] Christus ablegat cæcum ad piscinam Siloe, vt aquis proluat lutum oculis oblitum. Malagmatis nouitas, animos omnium attentos, ac suspen-

sos

Cæci Euangelici fides.

sos reddit ad considerationem futuri miraculi, simúlque docet quàm constanti fiducia fuerit cæcus, qui nihil obmurmurat illinenti, sed simpliciter se morigerum præstat Christo operanti pro suo arbitratu, certò statuens se consequuturum id beneficij, quocunque modo daretur. Iussit oculos lauari, non tamen illico, & in eo loco ablui eum voluit, sed iubetur ire ad piscinam Siloa, cuius origo est ad radicem montis Sion, vt nouitas spectaculi, necnon longioris itineris mora, ac malagma super oculos oblitum, plurimos euocaret miraculi testes. Diuus Hieronymus, qui Ierosolymis est versatus, & in ea regione omnia conspexit, ita in caput 8. Esaiæ scribit, Siloam autem fontem esse ad radices montis Sion, qui non iugibus aquis, sed incertis horis, diebúsque eballiat, & per terrarum concaua, & antra saxi duriſsimi, cum magno sonitu veniat, dubitare non possumus, nos qui in hac regione habitamus. Hæc ille. Ex hoc igitur fonte, maximè quum interruptis vicibus mánet, & sit in ea regione aquarum penuria, factum est natatorium, siue piscina, quæ Siloa dicebatur. Huius piscinæ meminit Nehemias capite 3. Esdræ libro 2. capite 3. quam & expressit Esaias capite 8. qui opprobrans populo quòd contempto regno Iuda, respexisset ad virtutem regum Syriæ, & decem tribuum: per metaphoram regnum Iuda vocauit aquas Siloe, quæ cum silentio currunt. Typum Sacrarum Scripturarum gerunt aquæ illæ, quæ quum sine fastu, & strepitu humanæ eloquentiæ placide, lenitérque fluant: tamen quia ex abstrusis diuinæ sapientiæ cauernis scatent, energiam quandam spiritalem, & diuinam vim habent, quáuis cæcitatem mentis depellendi, & oculos conferendi, aperiendique quibus Deus videtur: cuius visio, beata est fruitio. & fœlicitas. Euangelista more suo interpretatur est Siloam, Missum. Hoc Euangelistis peculiare est, vt quorũ ipsi monere voluut, ea aperte indicent, & interpretentur. Mittebantur homines ad aquã, tanquã ad typum, donec reuelaretur aqua gratiæ, & aqua vera. Rursus in abluendis sordibus corporis, vtebatur aqua, donec manifestaretur aqua gratiæ, qua abluũtur nõ sordes corporis, sed animæ, ad accipiendã tranquillã, & pacatam conscientiam

Siloa fons.

Hieronymus.

Regnũ Iuda.

Aquæ currentes cũ silentio, Scripturæ sacræ.

Visio beata.

Euangelistarũ mos.

Sordium corporis ablutio.

nã corã Deo. Vere & vnicè missus est Iesus Christus, quẽ Pater misit ad illuminãdas, & lauãdas hominũ mentes. Illo fontes Siloæ adũbratus est Christus, q nũc suo Spiritu in cõscientijs hominũ placidè, & leniter scatens, atq; in scripturis arcanis latitãs, propellit inueteratã humanæ mentis cæcitatẽ, aperitque oculos, dãs fidem, qua ad cælestia & spiritalia penetramus, si nostram agnouerimus caliginem, nobisq; minimè videamur oculati, vt accepto luto Christi super oculos nostros, id est, nostri abnegatione facta, lucem Euangelicam recipiamus.

Siloa quid adumbrabat.

[ABIIT ergo.] Magna est hæc cæci fiducia, nihil detrectantis quod iuberetur facere. Obedit, credit iubenti: nihil rogat, aut dubitans apud se cogitat, dicens, Quomodo lutũ restituet visum, quum magis visui officiat? Quid mihi igitur prodest hoc malagma luteũ, qs vsus illius aquæ Siloe, qua tã frequẽr oculos laui, & nihil mihi profuit? si hic propheta aliquã curãdi virtutẽ haberet, vtiq; præsens me curasset. Nihil tale est meditatus, sed simpliciter verbo Vade, obediuit, & obtemperauit præcipienti.

[ET lauit.] Verbo promissiõis Christi adhærens, iuxta verbũ operatur, lauat oculos, & lutũ abstergit, (vt luto nõ asscriberetur miraculũ) & vidit. Quidã dicũt (vt refert Theophylactus, q; & lutũ nõ sit depositũ, sed formatũ in oculũ. Quòd Christus cũ exeo ad fontẽ nõ abierit, reddit opus Dei multò celebrius, & manifestiùs potentiã verbi Dei declarati: si enim illhuc profectus fuisset Christus, nõnihil præsentiæ, & tactui, & nõ soli verbo Dñi assceripsisset, fortassis; sibi suasisset nõ tantã inesse verbo energiã. Lotis igitur oculis, beneficiũ curationis ex fidei firmitate, & obediẽdi promptitudine, mox est cõsequut.

Promissionẽ dei adhærendum.

Lutũ formatũ in oculum.

Fidei fructus.

[ET venit videns.] En fidei viuæ triumphus: intrat qui fuerat cæcus, Ierosolymam, quadrigis aureis vectus: hoc est, corona, sertis, floribúsque fidei redimitus, domũ reuertitur apertis oculis clarè videns, & per mediam Ierusalem cunctis spectantibus, etiam Phariſæis inuitis, & tanto miraculi specimine conuictis, inueteratam illam cæcitatem à tergo trahit, pedibúsque conculcat triumphans in Christo, qui oculos cum mentis, tum corporis restituit: cuius tempus aduenerat, vt oculi cæcorum aperirentur, iuxta vaticinium Esaiæ capite 53. Hic spectæ

Triumphus fidei.

Esaiæ vaticiniũ impletum.

Credenti omnia possibilia.

spectatur quàm nihil impossibile sit credenti : rursus, quòd ipse visus, non sit opus, aut luti, aut aquæ, sed verbi Christi iubentis. Cernitur illhic obedientia, sanitas, & melioris vitæ expectatio.

[ITAQVE vicini, & qui viderant eũ priùs, quia mendicus erat.] Circunstantias adducit Euangelista, quæ negotium Christi, & miraculum cumulatiùs augent. Non parum multis notus esse poterat, quum publicus esset mendicus, idque causam tum dedit, vt ad plurimos hoc opus Domini peruenirent. Obserua Euangelistæ diligentiam, qui notat conditionẽ vitæ in cæco, vt insinuet apud Christum non esse acceptionem personæ, qui mendicis, atq; infirmis æquè delectatur, ac diuitibus & firmis. Deinde vt ostendat magnam Christi philanthropiam, & immensam eius misericordiam, quæ se ad infirmos vsque demittat, ita vt & mendicum summa diligẽtia curaret, & hinc ipsi disceremus ne contemnamus minimos.

Humilitatis cõmendatio.

[DICEBANT, Nonne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebãt, quia hic est: alij autem, nequaquam, sed similis est eius.] Admirabile miraculum, tum vicinos, tum alios quàm plurimos reddidit attonitos, quorum pars incredula subdubitabat, pars verò credula asserabat hunc esse, qui cæcus erat, & modò videt.

[ILLE verò dicebat, Quia ego sum.] Magnum & gratitudinis, & fortitudinis exemplum in videte, de quo orta erat quæstio, qui intrepidè, & sine metu ait, Quid dissentitis inter vos? Existimatis hic fabulosam aliquam metamorphosim agi? nihil hic fabulosum conspicitur. Ego sum idem ille mendicus, & cæcus à natiuitate, quẽ sæpe vidistis, & quæritantem victũ audiuistis. Vnde vos mea (quam eandem cognoscitis) fidẽ vobis faciet huius tam admirabilis spectaculi, & personæ meæ, quòd ego is sum, qui cæcus eram, & modò videns. Obserua in hoc vidente exemplum confessionis, quem non pudet habitæ conditionis, quòd cæcus fuerit, & mendicus. Rursus gratiarum actionis, & non ingrati animi exemplum in hoc videmus: quia confessione sua videtur gloriam medici sui omnibus velle notam facere, & dispergere: neque formidasse furorem plebis, neque renuisse seipsum ostendere, vt prædicaret benefactorem.

DICE

[DICEBANT ergo ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi?] De modo sanitatis, & medio, seu persona sanante inquirunt, dicentes. Nos te cæcum vidimus, nunc conspicimus te apertis & non clausis oculis cernentem: hactenus scipione ad diuertenda offendicula, & ductore aliquo vsus es. modò te non his indigentem videmus, qui syncerós, & limpidos habeas oculos. Vnde tibi hoc tam magnificum contigit beneficium, vt tibi prius clausi, nunc aperti sint oculi?

[RESPONDIT, Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos.] Vt rem nouerat, verax narrat, & talis comprobatus est. Hominẽ vocat Dominum, quem adhuc simplex, & infirmus vt purum hominẽ considerauerat. Nomẽ Iesu benefactoris expressit, quod tum per celebrem famam signorum, quæ nomine illius facta didicerat, tum ex discipulorum colloquio audierat, quos verisimile est dixisse cæco dum appararetur lutum, Tu esto bono animo, ô cæce, permitte luto, quod apparat Iesus, oculos tuos vngi, vt videas. Sensu auditus percepit Iesum spuentem in terram, & sensu tactus super oculos seu sit vngentem. Huc pertinet quod scribit Paulus ad Ro. cap. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. & quod ait Dauid, Credidi, propter quod loquutus sum. Magnã hanc afferunt infirmis consolationem, dum agnoscunt cæcũ in fide adhuc infirmũ, tamen à Christo restitutum esse. Obserua ex his quàm vana sit doctrina eorum, qui aiunt, & asserunt modicam fidem Deum contemnere, donec ad magnã pertingamus. Vide, & considera non absque Christũ dixisse (Matth. cap. 17.) Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, &c. & dicenti (Marci ca. 9.) Adiuua incredulitatem meam. Omnia possibilia sunt credenti: quorum fidem adhuc pusillam non contempsit, quæ postea accessionem fecit, & plurimùm in Christo promouit.

Fidei cæci infirmitas.

Fides etiã modica efficax est.

[ET dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloe, & laua.] Præcipientem ire ad natatoriam Siloe audiui, cuius vocẽ agnoui ex colloquio & disputatione cũ discipulis eius.

[ET abij, & laui, & video.] Verbo eius adhæsi, quod faciendum demandauit, diligẽter feci, & restitutus sum.

Fidei gradus.

Gradus quosdam ad sanitatem obseruandos hic enume-

rat. In primis audiuit verbum, Me oportet operari,&c. Audiebat enim Christum discipulis colloquentem, verbo credidit, præcipienti obediuit, deinde facienda expediuit: inde effectus sequutus est. Quis? Sanitas.

[ET dixerunt ei, Vbi est ille?] Qui animo malo & incredulo erant, quærunt occasionem calumniandi Dominum Iesum, quòd temperato luto, & oculis inuncto, operatus quicquam esset sabbato. Contemptim de illo interrogant, nomen eius tacentes, Vbinam est is, qui hoc fecit?

[AIT, Nescio.] Aberat Christus pro suo more: qui post præstitum beneficium, alienus ab ostentatione abscedebat, vt nos doceret, ne ex benefactis nostris aucupemur populasem venemur, sed solius Dei gloriam quæramus, vt nesciat sinistra nostra quid faciat dextera, Matthæi capite sexto. Itaque respondet, NESCIO: non enim Iesum de facie, sed tantùm de nomine nouerat. Obserua: Ecclesiastæ & verbi confessores non sunt à nobis prodendi, vbi insidias verbo fieri videmus.

Gloriauana fugienda.

[ADDVCVNT eum ad Pharisæos, qui cæcus fuerat.] Verisimile est, quosdam ex vicinis & notis videntem vnaquamque malo animo ad Pharisæos cõduxisse, sed quòd desiderarent illis significare Dominum (quem ita persequebantur) nequaquam esse hominem malum, qui tantum scilicet fecisset miraculum. Quidam verò ex animi malitia adducunt illum, qui cæcus fuerat, ad Pharisæos, penes quos totius religionis cardo erat, vt re per ipsum simpliciter narrata, & comperta, proderet Iesum, vt Sabbati violatorem: nam Sabbatum erat.

Pharisæorum tecanæ.

[ERAT autem Sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius.] Circũstantia temporis obiter ab Euangelista apposita est, vt ostendat notitiam huius miraculi ad plures peruenisse, & mendicum à non paucis cognitum fuisse. Sabbato enim homines vacabant templum (pro cuius foribus sedebat mendicus panem quæritans) frequentabant. Insuper eò inseritur circunstantia, vt ostendatur malitia eorum, qui hac sola occasione accepta, arguerunt Dominum violati Sabbati, atq; hoc modo obscuraretur, imò extingueretur miraculi notitia, & sola Sabbati violatio innotesceret. Vnde non intelligant

gant videntem, quomodo oculos Christus aperuerit, cogentes calumnioſe ipsum narrare Christum operatum esse Sabbato, hoc est, temperasse lutum, & id apposuisse oculis, vt videtis testimonio euincant Christum esse violatorem Sabbati, & posteà damnent.

[ITERVM ergo interrogabant eum Pharisæi, quomodo vidisset.] Quum Ioannes tam studioſe, diligentérque hunc euentum describat, & exquisitè circunstantias omnes absoluat, verisimile est, ipsum voluisse insinuare longè maxima mysteria, quæ fortasse nos non videmus. Suo spiritu reuelabit Dominus pro bona sua voluntate. Hæc interrogatio calumnioſa est, eoq; tendit, quò videns testetur Christũ fecisse opus Sabbato.

Iudæorum calumniæ.

[ILLE autem dixit eis, Lutum posuit mihi super oculos, & laui, & video.] Suis interogaris, & verbis tumentibus Pharisæi videntem cogere videbantur, vt metu perculsus, negaret sanationem. Sed ille imperterritus neque ipsorum tumida verba, neque turgida supercilia timens, historiam narrat, & simpliciter (vt res habebat) loquitur. Luto (inquit) saliua temperato inunxit oculos meos: iussus, abij ad Siloam, vbi oculos laui, deinde visum recepi, & video. Exemplum constantiæ, & grati animi in illuminato: veritatem impauide confitetur.

Gratitudo.

[DICEBANT ergo ex Pharisæis quidam, Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit.] Tam inaudituni diuinæ potentiæ miraculum adeò nihil potuit mouere illos, vt mitiùs de Domino sentirent, vt illico inde calumniæ occasionem arriperent, quòd Sabbato illud fecisset. Iste solet esse incredulitatis genius, vt leuissimis rebus offendatur, & ipsa sibi scandalum fingat, vbi nullum est. Exemplo nobis sunt hi Pharisæi, adeò increduli, vt quum tam manifestum miraculum inficiari non possint, neq; tam beneficum damnare, ex Dei religione mutuentur calumniam. Prætextus enim iustæ causæ in ipsis, & accusationis contra Christum non videtur leuis, qui à præcepto Dei de seruando Sabbato est petitus. Sed cæci sunt, toto cælo, & plana via errantes, qui non intelligunt Sabbatũ, & reliquas ceremonias, charitati, & necessitati proximi cedere. Argumentãtur ab effectu ad causam: Hic le-

Incredulitatis natura.

Sabbatũ charitati cedit.

sus non seruat Sabbatum, ergo non est à Deo, qui iussit Sabbatum seruari. Tametsi Patrem Deum frequentius in ore versetur, non tamē illum authorem habet, dum huiusmodi factis Sabbatum violat. Non est hic à Deo, id est, Huius hominis neque personam, neque doctrinam approbat Deus: quia hic non custodit Sabbatum: quasi dicerent, Iste Sabbatum pro nihilo habet, qui iam secundò in restituendis infirmis illud violauit.

ALII autem dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?] Qui non tam pertinace, sed sanabiliore animo erant, dicunt, Res ipsa comprobat, & loquitur, hæc præsidio Dei fieri: oportet igitur illum esse Deo gratum: neque enim hoc primum nunc edidit miraculum. Hic magna facit, ergo non est nefarius, atque peccator: qui si peccator esset, nō posset hæc edere miracula. Iuxta rationem humanam argumentantur, quæ firmam doctrinæ certitudinem non affert. Nam Christum non esse peccatorem ex alijs rationibus constat, scilicet quòd sit Filius Dei, quòd vera doceat, quòd irreprehensibiliter viuat. Facere ergo signa, non est firma certitudo probandi hominem non esse peccatorem. Non probant plerique miracula hominis: facultas enim operandi miracula, donum Dei est gratuitum, nō iustificans, quod nonnunquam impijs confertur, vt Matth. cap. 7. & pseudoprophetis, Deutero. cap. 13.

Christus probatur non esse peccator.

Miracula non sufficiunt ad probandā hominem nō esse peccatorem.

[ET schisma erat inter eos.] Ad hunc modum inter Pharisæos, & primores Reipublicæ, de Iesu, sententijs variatum est: quem alij damnarunt, alij susceperunt. Similis dissensio priùs orta est in turba, pars miraculo patrocinabatur, pars ipsum obscurare contendebat. Hoc peculiare est mundo, qui semper varia habet de Christo, seu Euangelio, & Euangelistis iudicia. At nemo his contentionibus moueatur, sed dum hæc videt, suam fidem confirmet fortiùs iuxta Euangelium, & sacrosanctæ Ecclesiæ consilium, quam Paulus dicit (1. ad Timotheum cap. 3.) columnam, & firmamentum veritatis. Edocta enim sui sponsi spiritu, fallere neque nouit, neque potest.

Mundi iudicium de Euangelio.

SCHISMA Græcè, Latinè dicitur Diuisio, Dissensio, siue dissidium. Scissi erant, quia pars assentiebat veritati, & pars falsitati applaudebat. Hæc discissio eo ipso bona erat

Schisma

erat, quòd coadunatos Pharisæos aduersus Christum conspirantes diuiserit. Est certè quædā discordia mala, quæ pacis violatrix est. Est & bona, qualis est illa, quam dixit Christus, Matthæi cap. 10. Non veni mittere pacem in terram, sed gladium: id est, separationem. Paulus Act. cap. 23. dissentientibus Sadducæis, & Pharisæis de resurrectione, clamauit inter eos se Pharisæum esse, atque de spe, & resurrectione mortuorum iudicari. Hac voce immisit dissensionem inter Pharisæos & Sadducæos, dissoluitque totam illam multitudinem. Hæc discordia bona fuit.

Discordia multiplex.

[DICVNT ergo cæco iterum, Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos?] Nihil non tentant, & omnem mouent lapidem, vt captent vndecunque occasionem calumniandi tum Christum, vt damnēt illum, tum cæcum, vt illum è Synagoga ejiciant, nisi Christum miraculi autorem negauerit. TV, quid dicis de illo, qui aperuit tibi oculos? De persona, & æstimatione Christi interrogant, expectantes huius cæci testimonium. Si malè de Christo prædicauerit (aiunt) id obijciemus his, qui bene de ipso sentiunt: si bene senserit, ejciemus illum è Synagoga, tanquam mendacem, & non idoneum testem, qui faueat isti Galilæo, religioni nostræ à Deo & Patriarchis approbatæ, modis omnibus aduersario.

[ILLE autem dixit, Quia propheta est.] Mendicus, quum celeberrimam Christi famam accepisset, & eius admirabilem virtutem expertus esset, simpliciter, & intrepidè (quid de TE sentiret) palàm pronuntiauit. Is videtur mihi esse Propheta, qui singulariter à Deo missus est, & priuatas habet à Deo reuelationes. His verbis sentit Iesum non vulgarem quendam esse Prophetam, sed illum vnicum & singularem, quem Moyses (Deuteronomij cap. 18.) prædixit à Deo apud Iudæos suscitandum esse.

[NON crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset, & vidisset: donec vocauerunt parentes eius, qui viderat, & interrogauerunt eos, dicentes.] Iam tertiò victi Iudæi ex confessione, & testimonio videntis, tamen facto (quod res ipsa loquebatur) credere nolebant. Hæ sunt infidelitatis, impietatisque partes, vt impietas quærat

Infidelitatis partes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quò pietatem calũnietur. Præter spẽ sanè (tanta istorum erat impietas, & ita illos agebat Satan) sperabant se plebi persuasuros ex parẽtum cæci testimonio, hunc nõ esse, qui nuper sedisset ad fores tẽpli mẽdicus à natiuitate cæcus, quũ hunc constaret apertis oculis clare cernere. Accersunt parentes, qui non de facie fortitã propter trãsformatos oculos, & speciẽ oris aliquãtulum mutatã, filium suũ cognoscerẽt, sed peculiaribus etiam indicijs illũ nosse poterãt. Vocatos interrogãt si forte per ipsos possent miraculũ obscurare: sed malitiosa Phariseorũ curiositas, proficiebat ad gestæ rei fidẽ simul & gloriã. Quò magis enim conãtur miraculũ obscurare, eò magis cognoscibile fit. Sunt enim astuti impiorũ conatus, & aduersa eorũ cõsilia occasio promouẽdæ gloriæ Dei, operis, ac volũtatis eius. Huius promotionis elegans interpres erit Psalmus ille secũdus, Quare fremuerũt gẽtes, &c. Ea fuit Dei volũtas vt Ioseph fratrũ suorũ Dominus esset. Itaq; quò plus conati sunt fratrẽ eleuare, siue deprimere, tum demissione in cisternã, tũ iniusta venditione, eò plus promouit Dei volũtas, tãtum abest vt illa impediretur. Similiter fuit Dei volũtas, vt glorificaretur Christus hoc cæci miraculo: quò plus astutiis suis conatibus obscurare, & prorsus extinguere Pharisæi conãtur, eò abũdantiùs promouet notitia miraculi, quàm si extinguere nõ futilẽs conati. Respõdabit aliquis: Nõ igitur peccãt sua impietate impij, quum illorum conatibus promoueat gloria & voluntas Dei? Respõdeo. Grauissime peccant, vt qui maxime Deum auersentur: non enim ex fide operantur, sed ex inuidia, ira, & infidelitate, quãtũ in ipsis est, opus Dei impedire conantur: & quod obscurare volũt, & male conantur, Deus sua bonitate perficit. Huc pertinet quod Genẽsis capite vltimo, Ioseph dicẽtibus fratribus, Serui tui sumus, respõdit, Nolite timere: num Dei possumus resistere volũtati? Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, sicut impræsentiarũ cernitis, & saluos faceret multos populos.

Voluntati diuinæ non est resistendum.

[HIC est filius vester, quem vos dicitis, quia cæcus natus est?] Explorata cæci constantia, quem à confessione veritatis ne vague quidem transuersũ auertere potuerunt, nunc alijs machinis ab arce, & eminentissimo loco

loco miraculum deturbare contendunt. Parẽtes in medio statuunt, multoque furore, imò cum multa malitia interrogant de persona cæci. Num hic est (aiunt) ille vester filius, quem vos dicere soletis cæcum fuisse natum? En vide, lector, malitiosam technam. Non dicunt, Hic est filius vester, qui dudum cæcus, sed Quem vos dicitis: quasi dicerent, Quem vos fecistis, seu finxistis cæcum natum, vbique sermonem illum dispergentes, & mentientes, quod cæcus natus esset. O impiam impietatem! ò malitiosam malitiam! Quis (vos obtestor, ò Pharisæi) tam impius pater, qui talia contra filiũ suum mentiretur?

Calũnia Phariseorum.

[QVOMODO ergo nunc videt?] Interrogant de modo visus restituti, & de persona restituente. Quid huic accidit vt videat? Hoc ita narrant Pharisæi, quasi priùs filium suum cæcum fuisse mentiti essent: vnde illos reddunt perplexos, & ambiguos.

[RESPONDERVNT eis parentes eius, & dixerunt, Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus est natus. Quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus: ipsum interrogate, ætatẽ habet: ipse de se loquatur.] Infirmitatis, & infidelitatis genius in his parentibus describitur. Tacent in confessiõgi. Simulant se nescire quod vere sciunt, timore & tyrannide Phariseorum perculsi. Itaque quum sentirent Pharisæos venari calumniæ ansam, cautè respondent: De cæcus natus est, & quomodo visum receperit. Quod indubitatum habemus, (inquiunt) ingenue testari possumus: Scimus, & testamur hunc esse filium nostrum: scimus hunc filium nostrum natum fuisse cæcum, à quo nunc abactam esse cæcitatem videmus: cæterum quis cæcitatem illam abegerit, quis modus restitutæ visus, quis author tam egregij facti fuerit, nescimus. Hic filius noster ætate iam promouit, nec puer est, vt nesciat narrare quid ipsi acciderit: oculatus testis est, rem probe nouit, qui de illa periculum fecit. Rem, vt gesta est, ex ipso iam proiectæ ætatis magis percõtemini, qui sui facti solus conscius est sibi, de se loquatur quod probe nouit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Timoris proles infirmitas.

[HAEC dixerunt parentes eius, quoniã timebãt Iudæos.] Huius infirmæ cõfessiõis causa fuit timor: proles enim timoris, est infirmitas. Vbi enim adest timor, mox infirmi adeò sumus, vt nihil periculi pro tuitione, & defensione veritatis, subire possimus. Itaque appositissimũ est, quod scribitur 1. Ioannis cap. 4. Timor non est in charitate. supple qua diligimur à Deo, & ex qua fortiter cõfitemur veritatem, & credimus nos Deo curæ esse, & à Deo diligi. Timor peruaserat parentum animos, qui ita responderant, non quòd nescirent quid filio accidisset, sed maluerunt illum vnum venire in periculum, quàm communi periculo inuolui cũ filio. Ad hunc modum se ab inuidia testimonij expediunt, dum illam in filium reijciunt.

Astu respondent parentes cæci.

[IAM enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christũ, extra Synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt, Quia ætatem habet, ipsum interrogate.] Aetiologia est, cur parentes de veritate testari timuerint, & dissimulauerint, veritatis cognitionem in filium reijcientes. Execrabili, & malitiosa conspiratione decreuerant Pharisæi, se eiecturos è Synagoga eum, qui confiteretur Iesum esse Christum, hoc est, Messiam. Eijci è Synagoga, id est, alienus fieri à congregatione, apud Iudæos magni probri loco ducebatur. Hoc apud Euangelij professores obseruatur aduersus eum, qui à sua professione degenerans, incidit in aliquod graue facinus, nec salubribus monitis se corrigi patitur, excommunicationis telo feritur, quo à reliquorum consortio semoueatur, vt à cæteris deuitatus, pudore resipiscat. Pro inde vt duplex est Communio, ita duplex est Excommunicatio, interna & externa. Cõmunio interna, fit eodem spiritu, eadẽ bonorum Christi participatione in fide, spe, charitate, & huiusmodi. Excõmunicatio interna fit, quãdo quispiam sua infidelitate nõ est particeps eiusdem spiritus cum pijs in vno Christo bonorum suorum cõmunicatore, quãlibet in specie, & extrinsecus videatur esse pius. Cõmunio externa est communio verbi, sacramentorum, & sodalitij cum impijs. Externa excõmunicatio est illarũ rerũ priuatio. Quare impius dicẽs in corde suo, Nõ est Deus, vere est excõmunicatus excõmunicatio

Excõmunicatur qui cõfitẽtur Christum.

Excõmunicatio.

Cõmunio duplex.

Excõmunicatio duplex.

catione interna: quãquã iudicio externo nondũ sit obnoxius. Quòd si offendiculo esset, nec bene monitis obtemperaret, excõmunicandus est etiam externa excõmunicatione: nõ vt pereat, sed vt pudore resipiscat. Matth. cap. 18. 1. Corinth. cap. 6. Eijci è Synagoga, telũ erat, quod tãtùm in malos torqueri debebat, & eos quidẽ saluandos magis, quàm perdendos: id verterunt in eos, qui Christũ profiterentur. At hoc non est malum, pro verbi & Christi confessione eijci è Synagoga: quos enim expellunt illi, hos Christus excipit. Magnæ cæcitatis index est hæc pœna, quæ pro confessione Messiæ tam atrox, & horroris plena statuitur. O scelestum scelus! ô cæcam cæcitatẽ! punire scilicet populum, dum in summa spe suum Messiam expectat. Obserua quàm mundus sit intolerans veræ iustitiæ. Quæ vnquam maior modestia, quæ maior innocentia, quæ maior in Christo omnibus conspicabatur? tamen tanto odio hunc persequuti sunt, qui sapientia mundi ornatissimi erant, & optimi habebantur, vt de Christo sanctissima, & verissima testantes, pronuntiauerint indignos sua communione, idque prętextu iustitię, & studij Dei. Vnde PARENTES dixerunt, &c. id est, timore tyrannorum Pharisæorum dissimulauerunt factum, & à se notitiam facti abiecerunt, alioqui non insci mirãculi. Hæc nos docent quàm infirmi, & imbecilli simus in confitenda veritate, quam nemo ex suis viribus, & ex se confitebitur: sed ex Deo postulanda est virtus, & potentia intrepidè confitendi verbum. Vnde vt nos huius mysterij moneret Christus (Matthæi cap. 10.) promittit discipulis suis in afflictione & cruce Spiritum Sanctum, dicens, Cauete autem ab hominibus: tradent enim vos in concilijs, & in Synagogis suis flagellabunt vos, & ad præsides & Reges ducemini propter me, in testimonium illis, & Gentibus. Quum autem tradẽt vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: hoc est, quomodo in afflictione perseueraueritis, quasi ex vobis id consequuti fueritis: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

Excommunicationis vsus.

Synagogæ telum.

[VOCAVERVNT ergo rursus hominẽ, qui fuerat cæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Satan pios semper oppugnat.

cus.] Vt Satan inquietus semper circuit quærens quẽ deuoret,& nũquàm in pios pugnãdi finẽ facit:ita ea fuit impietatis Pharisaicæ solicitudo, vt & noctes, & dies insomnes protraheret, ad obscurãdam Christi gloriã, & nihil non faceret, vt miraculi laudem à Christo auerteret. Nam quũ factũ tam euidens esset, partim ex confessione restituti, partim ex re ipsa, vt dissimulari, negarive non posset, tamen pergunt nunc ex mera animorum malitia causam facti alterare, vt miraculum adscribant Deo, & non Christo puro (vt dicunt) homini, & vili, & abiectæ personæ. Magna est istorum impietas, qui contemnunt Christum vt abiectam personam: magna illorum hypocrisis, quæ prætendit Dei gloriam sine Christo. Sed quæ potest esse Dei gloria, contempto Christo? nulla.

Pharisæorum impietas & hypocrisis.

[DIXERVNT ei, Da gloriam Deo.] Accersito, quiex cæco factus est videns, dicũt, Iam aperiè intelligimus te natum esse cæcum, & abactam à te cæcitatẽ. DA gloriã Deo, id est, cõfitere Dei beneficio, & auxilio, nõ autè præsidio Christi hominis puri, & abiectæ personæ, te visum recepisse. Huius beneficij gloriã tribue Deo, & nõ Christo, cui nihil debes. Vehemens est istorũ insania, & maior cæcitas, qui putant gloriam Dei esse, nihil bonum de IESV attestari. DA gloriam Deo, id est, confitere veritatem, & ingenuè dicito id quod res est. Ad hunc modum loquutus est Iosue cap. 7. ad Acham: Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel: id est, confitere veritatem.

Gloriam Deo

[NOS scimus quia hic homo peccator est.] Nos compertum habemus, hunc IESVM hominem esse sceleroſum, & impium, cui cum Deo nihil est commercij: nihil itaque hoc beneficij adscribere huic tam abiecto homini. Quod si feceris, vide quàm blasphemus fueris: qui diuino honori detrahas, & creaturæ asscribas, quod soli Deo competit: qui virtutem operandi miracula nõ largitur impijs, & sceleroſis. Conantur Pharisæi separare quod fieri non potest, videlicet gloriam Patris à gloria Filij, titulo pietatis summam suam impietatem prætexentes, quasi verò toti in hoc essent, ne pereat Deo sua gloria, interim tamen in omnibus propriam gloriam quærunt, gloriæ diuinæ negligentes, quæ execrabilis est hypocrisis.

Hypocrisis execrabilis.

Nos

Nos scimus quia hic homo (per contemptum dicunt) est peccator: scimus, inquam, quia Sabbatum violauit, alienam à nostra lege interpretationem affert, quia alium legis intellectum, quem nos Pharisæi viri religiosi, & legis doctores docemus. Propterea nos scimus hunc nebulonem, & sceleratum esse, qui legem Dei data opera transgreditur. Obserua: Peccatoris nomine intellexerunt eum, qui studio, & citra pudorem peccaret, qualem nos nebulonem, vel sceleſtum vocamus.

Peccator.

[DIXIT ergo ille, Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cæcus quum essem, modò video.] Magna huius restituti constantia, qui neque minis, neque magnorũ hominũ authoritate, neq; prætextu gloriæ Dei cõmouetur, vt neget Christum: sed constanter, & circunspectè respõdet, An homo sceleroſus sit, (inquit) de hoc non est meũ pronuntiare, alij viderint. Vnum scio: ac si diceret, Sed quod certò scio, & expertus sum, id verè testari possum: Cæcus fui, & nunc video, non alterius beneficio, quàm illius, qui lutum oculis meis appoſuit, iuſsitq. me abire ad Siloem: abij, laui, & video: expertus sum Christũ in me miraculum hoc fuisse operatum. Contideretur res per se ipsa, & sententiam de se ferat.

Testimonium à re ipsa.

[DIXERVNT ergo illi, Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos?] Quũ ex restituti respõſo cauto & circũſpecto Pharisæi nullã possent idoneam occasionem accipere vel calũmiandi Christũ, vel in restitutũ sæuiendi, redeunt ad superiores percõtationes, si quid in repetẽdo miraculo forte ex ore narrãtis ineptũ excidat, quo Iesum sua gloria spolient. A rebus humilibus, & contemptis ratione commonendi accipiunt: qualia sunt lutum, saliua, & aqua fontis: quasi dicerẽt, Putas nos primores Reipublicæ, viros doctiſsimos, tam infœcili natos ingenio, quibus persuadeas, minutas res istas confere ad restitutionem visus, quum lutũ ipſum suapte natura visui officiat? Hic homo luto & spuro tantùm vsus est: ergo nõ potuit visum illis rebus tibi dare: Dic igitur nobis (inquiunt) quid fecit tibi, aut quibus modis aperuit tibi oculos?

Carnis argumentum.

[RESPONDIT eis, Dixi vobis iã, & audiuiſtis. Quid iterum vultis audire?] Stomachantur restitutus aduersus duritiam Pharisæorum, quasi diceret, Indigni estis, quibus

bus repetam hoc factum tam frequenter vestris auribus inculcatum. Audistis quidē quàm dilucidè rem vobis narrauerim, sed nec credidistis. Quorsum attinet modò, & cur res habet repetam? si simplici & bono animo interrogatis, putauerim me vobis meo testimonio satisfecisse: sin minus, non est opus repetita narratione. quasi diceret, Quum narratis fidem adhibere recusetis, ante porcos vlteriùs margaritas proijcere non licet.

[NVNQVID & vos vultis discipuli eius fieri?] Insinuat se discipulum Christi: Ego illius sum discipulus: iam video, non inuideo. An ideò tam soliciti percontatores estis, vt dilucidè re comperta, & exactè cognita, veltis auditores, & diligentes discipuli fieri illius, per quem Deus tanta operatus est miracula: cuius virtutem expertus ego, quemadmodum & non pauci alij, illius doctrinam sanctam, & veram constanter profitemur?

Crux comes veritatis.

[MALEDIXERVNT ergo ei.] Crux, siue afflictio, fidelissima est comes confessionis veritatis. Hactenus mendicus ille Euangelista constantissimè Christum est confessus: nec permisit se ab ea cōfessione eò absterreri, quòd videret se à primoribus Synagogæ, hominum contortio indignum iudicari, & eijci. Nunc sequitur veritatem afflictio, Maledixerunt ergo ei, id est, cōuiciati sunt: id imprecantes homini, veluti summum malum, quod tamen summis animis optandum erat. Quid imprecantur illi? Tu discipulus illius sis.

[TV discipulus illius sis.] TV, scilicet abiecta, & contempta persona, literarum, doctrinæ Mosaicæ ignara: tu furcifer, scelerose, scelerosi illius discipulus esto: Credito illi & doctrinæ eius, & ponas spem salutis tuæ in illum. Vtinam mihi hæc contingat maledictio. O me beatum, si illius sim discipulus, & illi me totum consecrauerim! hoc mihi donet ille, precor. Amen. Maledictio illa, summa est benedictio.

Zelus nō secūdum scientiā.

[NOS autem Moysi discipuli sumus.] Zelū quidem erga pietatem habent Iudæi, sed non secundum scientiam: qui non peccant propter legis commendationem, sed quia propter legem excludunt gratiam Euangelij. Tu ergo discipulus illius sis, nos talem abominamur magistrum, qui sumus discipuli Moysi, cum quo tuus Iesus non

nō est conferendus. Hic dilucidè perspici potest hypocriseos genius. De Deo & sanctis viris gloriatur hypocrisis, quū tamen nihil magis auersetur, quàm Deū, & sanctos, & nihil minùs curet quàm Dei, & patrum honorem. Hinc se veros discipulos ostendunt Pharisæi, qui nihil magis iactāt, quàm suū Moysen: cuius se discipulos esse gloriantur, quū tamē neq; Moysen, neq; doctrinam eius excipiant. Ille enim mandauit (Deuteronom. cap. 18.) Prophetā de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies. Cur igitur Christo non obediunt, si legis Mosaicæ tam egregij, & docti sunt interpretes? Discamus ex his causam perditionis ludæorum in peccatis suis, quia noluerunt ex studio erga legem, Euangelium suscipere.

Cæcitatis Iudæorū causa.

[NOS scimus quia Moysi loquutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit.] Non aiunt, Nos audiuimus, sed Nos scimus, quasi dicerent: Nos certa experientia, & certis signis cognoscimus, doctrinā Moysi ratam, & firmā esse, quòd illi loquutus sit Deus. Quicquid igitur docet, ex Deo docet: ideo certū, ratū, & firmū haberi debet. Christo autem neque Deus est loquutus, Neque scimus vnde sit, id est, nescimus vnde nobis missus, & cuius spiritu instructus aduenerit. Quum igitur ignoremus quem suæ doctrinæ & operum suorum authorem habeat Iesus, cur illi credemus? Doceat, & probet nobis authoritatem suam, & fortasis credemus illi.

[RESPONDIT ille homo, & dixit eis.] Qui fuerat cæcus, hoc suo responso occupationibus pleno, amplificat suæ confessionis constantiam, qua non solùm, fortiter contemptis omnibus periculis, se veritati adhærere pronūdit, sed etiam veritatis causam constanter agit, ex illumi natis oculis colligens, & conuincens, non esse obscurum vnde profectus esset Iesus. Totius huius responsi, & defensionis illuminati, summa est, personam, & doctrinam Christi esse à Deo. Animotior inter disputandum factus est illuminatus, & fiducia eius creuit, quum sensit Pharisæos vitæ Christi insidiari, & impijs technis aduersus illum perniciem moliri.

[IN hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit oculos meos.] Hoc certè dignum est admiratione,

ratione,& vix persuaderi possum, vt nescire vos credam
Vnde sit:hoc est,quē authorē & personæ, & doctrinæ, &
operū suorum habeat, quādo opera eius declarāt quòd à
Apologia cæci pro Christo. Deo sit missus.Nemo enim negare potest,per ipsum oculos mihi apertos esse,quos nascēs etiā habebam clausos.
Rursum,totus admiror quòd nesciatis vnde sit,quū luce clarius manifestū sit,illū diuiniore quadā potentia esse illustratū,quā nemo vestrū,quālibet sanctus,doctus,nobilis,& Pharisaica religione ornatus habet: id argumento vobis est, hunc, qui præsidio humano non indiget, esse Deum. Obserua, emphaticè pronuntiat Oculos meos: quasi dicat,Hos meos ocellos tam teneros,tam mihi charos, quibus à natiuitate nihil videram, hos illuminauit optimus ille,& sanctissimus Psopheta à Deo huc missus.

[SCIMVS autem quia peccatores Deus non audit.] Pharisæorum iudicium (quomodo potest homo peccator hæc signa facere) in memoriam reducit, quo ipsorū
Christus purus esse probatur. perniciosam,& veneficam aciem retundit: aperte docet Christum non solùm à peccatis alienum esse, verumetiam illum valde placere Deo,persona,doctrina,& operibus.Per auxesim,id est,augmentum,vocat Peccatores, aperte impios,& ex professo agentes contra voluntatem
Auxesis. Peccator. Dei. Est & Peccator (quales sumus, & nascimur omnes) ad peccatum pronus,non tamen in peccatis perseverans.
Peccator per fidē corā Deo iustus. Hic vocatur Peccator,resipiscens ex fide in Christum renatus:qui vt maxime sit in oculis suis peccator, & setalem existimauerit, reputatur tamen coram Deo per fidem viuam iustus, donatúrque Spiritu precū, e quo clamat,Abba pater. Et, Peccatores, terrogamus audi nos. Audit igitur Dominus petentes remissionem peccatorū vere,& ex corde, non vt peccatores, sed vt pœnitentes. Nam simul atque petiuerint remissionem, transferuntur ab ordine peccatorū in ordinē pœnitentium.Reipondet itaque illuminatos:Extra controuersiam est, nec, vt audio,dissentitis,Deum non audire vota peccatorum:id est,malis studijs intētos, scilicet vt declaret virtutem, & potentiam suam ad eorum precationem, & ad hoc vt ipsi in pretio habeantur. Sed quū hic opera diuinitatis operetur, vt restituti oculi mei declarant, necessariū est, hunc exauditum à Deo, & eum esse, de quo vaticinatus

est Esaias cap. 35.dicens,Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt.

[SED si quis Dei cultor est,& voluntatē eius facit, hunc exaudit.] Iò tendunt verba mendici Euangelistæ: Quū Deus ille maximus per Iesum mihi cæcitatem ademerit, tametsi præcipua gloria Deo tribuitur, oportet sit pius Dei cultor,& Deo amicus, qui illum ad hoc beneficium mihi præstandum exaudiuit.Christus est cultor Dei, ergo placet Deo.Christus facit voluntatem Dei ergo acceptus est Deo.Signum,quod fecerat Dominus, apertissime declarabat ipsum à Deo esse,id est,diuinitus missum, & negotium Dei agere, virtutéque diuina esse instructum.Sed si quis est Dei cultor.&c.id est, Exaudit credēte colunt:hi Deo placent,Dei opera operantur,voluntatem Dei faciunt. Hūc exaudit,id est,hunc fauet,bene vult, dat ei opera diuinitatis perficere. Obserua: Quomodo dixerit,Si quis cultor fuerit,mox apposuerit,ET voluntatem eius fecerit: multi enim sunt, quales hypocritæ, qui orant,sed non ex fide viua,hoc est,charitate. Proinde nec ipsi audiuntur.Hypocritæ enim in conspectu suo videntur sibi iusti, in conspectu verò Dei sunt iniustissimi.Oportet certè & cultum Dei,hoc est,fidem, & voluntatis diuinæ adimpletionem, hoc est, fidem, & opera, hoc est,fidem viuam,quæ vtrunque complectitur,adesse, vel,vt Paulus nominat,fidem, & bonam conscientiam, aut,vt breuius dicam,theoriam,& praxin.Fides enim sine operibus mortua est,ait Iacobus cap.1.

Christ⁹ à Deo

Cultor Dei.

Cultus Dei. Fides viua.

Theoria. Praxis.

[A SECVLO non est auditum,quia quis aperit oculos cæci nati.] Ad commendationem personæ Christi, tanquam à Deo perfectę,exaggerat opus illud diuinum, argumento à nouitate facti petito. Multa memorantur prodigia,quæ Deus per maiores nostros sanctos, & non peccatores, operatus est:sed si huc (qui ab orbe condito conscripti sunt) referrentur libri,nihil tale legeretur,auditúrve,quòd quis ab oculis cæci nati cæcitatem abegerit, perpetuam noctem fugauerit, & lucem infuderit. Quare quum à seculo non sit auditum quòd quis aperuit oculos cæci nati,& CHRISTVS hos meos à natiuitate cæcos oculos aperuit: necessarium est confiteri

quod

quod videmus factum(etiam si ore dissenseritis)non esse humanarum virium, Christúmque amplius aliquid esse,quàm hominem huius seculi. Christus igitur Deus est, ergo à Deo est,& Deo placet.

[NISI esset hic à Deo,non poterat facere quicquam.] Elegans est hæc instituti accómodatio. Mendici Euangelistæ institutum fuit,probare Christum à Deo esse. Ni si hic à Deo esset,virtúsque Dei illi adesset, ex se nihil omnino posset efficére. Nullum enim tantum signum faciet,qui id non acceperit à Deo. Sed Christus hoc tam insigne signum fecit, ergo Christus habet Deum & suæ personæ,& doctrinæ,& operum suorum authorem. Ergo ex tam magnificis,& mirabilibus factis, ego scio,& scire potestis vnde Iesus sit. Hic cæcus,& alij pij, ex signis,quæ faciebat Iesus,cognouerunt quòd à Deo esset, & Deus omnia ista per ipsum operaretur:non tamen plenè adhuc cognouerant deitatem Christi. Obserua, NON potuisset facere quicquã,supple in restitutione mei visus.

[RESPONDERVNT, & dixerunt ei.] Quum iam nulla spes foret vt mendicus Euangelista vel corrumpi, vel metu territus desisteret à prædicando IESV,conuertuntur ad conuicia,& opprobria,quibus illũ incessunt. Pudebat certè istos prorsus efferatos Pharisæos,insanio res,pertinaciorésque effectos,sic ab homine paupere,& idiota vinci,& os sibi obturari.

In peccatis natus. [IN peccatis natus es totus,& tu doces nos?] Periphrastice dictum est, IN peccatis natus es totus,pro maximo peccatore. Tenuitatem fortunæ,& pristinam cæcitatem ei exprobrant: quasi hæc diuinitus inflicta fuerint ob scelera:quasíque qui gibbosus,claudus, cæcus, aut luscus nascitur,scelerosus nascatur. Tu(inquiunt) maximus peccator es,qui illã cæcitatẽ tuis peccatis meruisti:tu, inquã, médicorũ vilissime,& nebulonũ nequissime, tu, qui vix abecedarius es,imò qui ne prima quidem elementa didicisti, quæ tui similimos docere posses, tam temerarius es, qui audes docere NOS, legis doctores,rabbinos,quæ religionis arcem,& legis professionem tenemus? Tu,qui paulò antè stipem emendicabas, hic apud tam celebres,& doctos viros,philosophari audes? Nostrum est,explorare, & docere quod ex animo est: tuum est, mandatis nostris

Peccator maximus.

Pharisæorum fastus.

nostris obedire. Ad nos spectat loqui,& de religione philosophari,tibi tacendum est. Nos religione, & sanctitate clari sumus:tu totus peccatis sordes, alioqui neque mendicus,neque cæcus fuisses. Nos nobiles sumus, & primores Reipublicæ,tu ignobilis,& vilissima persona:& tamẽ nobis spectantibus audes de religione disputare? Apage cũ tua ista temeritate, & cerebrosa peruicacitate. Apage tu impie discipule,cũ illo tuo magistro impio: indignus es nostro commercio,& colloquio. Hæc sunt mundi argumenta, & rationes, quibus auertatur verbum, & verbi præcones. Obserua in hac tota, & præcedenti disputatione, quos in Pharisæis produxerit ramos ipsa hypocrisis. En in Pharisæis nunc apparet ira, nunc inuidia, nunc minæ,& rancor, nunc furor impotens, nunc sanguinis cupiditas,nunc conuicia,nunc conspirationes, nunc contemptus, nunc veritatis oppugnatio. Et quid non malum apparebit,quum adsit infidelitas omnium malorum author,& origo?

Pharisæorum notæ,& affectus.

[ET eiecerunt eum foras.] Pharisaicum supercilium (quod est,seipsum iustum, & sanctum dicere, alios verò vt peccatores habere, & contemnere) EIECIT, id est, deturbauit veritatis confessorem è Synagoga: id est,excommunicauit,iuxta edictum Pharisaicum, de quo paulò ante diximus. Sed quem Synagoga reijcit, Christus excipit in suam Ecclesiam. Secludi enim à cathedra pestilentiæ,& impiorum consilio, est Christo iungi. Et ab his,qui suæ iustitiæ applaudentes,& falsam stabilientes, veram Dei iustitiam oppugnant, damnari, probari est. Ab his,qui sibi sunt Philauti, & Suffæni, nitentes Iesu gloriam obscurare,affici contumelijs,summæ est gloriæ. A sapientibus mundi stultum, & insipientem dici,est sapientia insignitum esse: & execrabilibus execrabilem esse, est Deo charum esse. Obserua hanc eiectionem exemplar esse, eorum, qui veritatem confitentur. Fiunt enim pij in Christum credentes veluti excrementa mundi,& omnium reiectamentum. 1. Corinth. cap. 4. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc.

Pharisæicũ supercilium.

Excommunicatio pharisæorum.

A Synagoga eijci, est Christo iungi.

[AVDIVIT Iesus quia eiecerunt eum foras.] Quum rumor populi de præcone gloriæ Christi è Synagoga

Universidad de Deusto
Biblioteca

iecto percrebruisset, mox renuntiatum est Christo: quàm constanter, & fortiter ille pro veritatis defensione, & tanti miraculi asseueratione sese apud Pharisæos gessisset. Magnam affert pijs consolationem, quum audiunt Christum non latere afflictiones piorum, & sic statim illas audire, quas tamen præsciebat. Quid enim eum latere potest, qui nouit omnia?

[ET quum inuenisset eum.] Videtur Christus diligenter quæsiuisse eiectum foras, & quodam modo declita opera se obuiam præstitisse, vt eum rursus quasi agonothetæ, siue dispositoris certaminis athletam, qui fortiter dimicauerat, consolaretur. Afflictis animos addit hæc inuentio, vt in aduersis patienter durent. Proinde consolatorium est, pios etiam in cruce à Christo inueniri, & ab eo solatia accipere contra afflictiones.

Pijs in afflictis quæ adest Christus.

[DIXIT ei.] Ea est Christi bonitas, & humanitas, vt eiectum extra Synagogam excipiat, & exceptum doceat, se suorum curam habere. In primis de fide (quæ in aduersis periclitari solet) interrogat: quam vt omnibus magis conspicuam faceret, ait,

[TV credis in Filium Dei?] Heus tu, qui cæcus eras, CREDIS NE in filium Dei? hoc est, certòne statuis apud te Christum esse Dei filium, Saluatorem, ac mundi redemptorem? Persuasistine tibi, Christum esse à Deo, Christum esse operum Dei manifestatorem, Christum habere Deum Patrem, & personæ suæ, & doctrinæ suæ, & operum suorum authorem? Christum esse Deum cum Patre Deo? Non latebat Dominum, mendicum constanter professum fuisse apud Pharisæos, Christum à Deo profectum fuisse, qui cæcitatem à se abegit, & visum dedit: sed propter assidentes hanc à mendico professionem veritatis elicit, exemplum procurãs cæteris. Eu vides, Filio Dei vulgò Messiæ cognomentum fuisse: nam in Messia expectabant Dei imaginem perfectissimè refulsuram. Obserua. Interrogans de fide, non ait, Credis in Christum? sed, in filium Dei. Quia, vt Hilarius ait, futurum erat vt aliqui Christum confiterentur, quem tamen filium Dei, & Deum negarent. Quod Arrius fecit, cuius error hoc interrogato excluditur. Nam si Christus non esset Deus, non esset in eum credendum, quum solus Deus

Credere in Filium Dei.

Deus obiectum sit fidei, vnde in solum Deum credendum est. Credo quidem Petro, & Paulo, sed non in Petrum, aut Paulum, quorum neuter est obiectum fidei, quæ in sola prima veritate quiescit.

Fidei obiectũ.

[RESPONDIT ille, & dixit.] Quum mendicus visum recepisset, neque præsentem vidit, neque de facie Christum nouit: magno tamen affectu desyderans eum nosse, quem Filium Dei diceret. Hic mendicus typum gerit eorum, qui libenter crederent Euãgelio, si illud agnoscerent in primis prædicandum, prædicatum audiendum, auditum credendum: fides enim ex auditu, auditus autem per verbum est. Ad Roman. cap. 10. Quomodo ergo inuocabunt eum, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? Obserua: Ait Augustinus, Hic respondet quasi inunctus.

[QVIS est, domine, vt credam in eum?] Hæc vox non est diffidentis, sed ardentis, & cupientis videre tanti beneficij authorem. Non enim dubitat de Christi Filij Dei potentia, officio, & effectibus, quæ spectantibus Pharisæis professus est: sed tenetur desyderio videndi personam tantùm, quam de facie non nouerat, sed voce DOMINE, captat benenolentiam à persona interrogantis Christi. Quasi diceret, En paratus, promptúsque sum cũ maximis votis, & videre, & audire, VT CREDAM in eum, id est, vt me totum ei contradam, qui hos meos oculos, adeò mihi charos, aperuit.

Cæci Euangelici ardens animus.

[ET dixit ei Iesus.] Summa modestia, & oratione simplici, sine verborũ lenocinio, explicat Christus se eum esse, de quo mendicus interrogat.

[ET vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.] Argumento ab experientia beneficij præstiti, & ab ipsa præsentia Christi, aperit Dominus quod mendicus postulat. Quem videre tantopere desyderas, iam Vidisti eum: id est, sensisti, & expertus es eius beneficium. Et qui nunc loquitur tecum, Ipse est, scilicet filius Dei, in quem credere debes. Obserua. Voculæ illæ EVM, & QVI, explicant hypostasin Filij Dei esse illam eandem, quæ videbatur, & loquebatur: ad confusionem hæreticorum distinguentium plures hypostases in Christo.

Iesus declarat se Christum filium Dei.

Christi hypostasis vna, nũ duæ.

Cæci Euangelici confessio de Christo.

[A T ille ait,Credo domine.] Spiritu Christi afflatus mendicus (Fides enim donum Dei est,Ephes. cap.2.) respondet, nihil cunctatus, sed magna animi alacritate professus est se credere. Quasi diceret, O Domine, ego certò apud me statuo,te esse Filium Dei.

[E T procidens,adorauit eum.] En viuæ fidei effectus, en charitatis opera,quæ partes suas in hoc mendico verè exerit:non est otiosa,sed diligens. Vix enim finierat,Credo domine,simul accessit ad genua Iesu. Non ingratum se præstitit,sed seipsum abnegans,procidit ad pedes Iesu, adscribens Christo beneficium acceptũ,& clamans. Hoc tibi debeo oculos Domine,istud est tuũ opus:ego & hoc, & meipsum tibi debeo,totus à te pendeo. Non absimile est huic,quod scribit Ioan. Apoca. cap. 4. Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno,& adorabant viuentem in secula seculorum: & mittebant coronas suas ante thronum,dicẽtes,Dignus es, Domine Deus noster,accipere gloriam,& honorem,& virtutẽ,&c. Non quæsiuit quod suum erat, nec sibi applausit, sed procidẽs adorauit EVM,id est,Christum vt Filium Dei. Cõfirmauit viuam fidem opere,similiter & sermonem sui abnegationẽ,vt re ipsa declararet quid de eo sentiret.

[E T dixit ei Iesus.] Eleganti occupatione (qua superiora sequentibus connectit) pergit Christus nõ solùm excum,sed etiam præsentes confirmare in fide,contra scandalum,quod oriri solet ex paucitate credentiũ: vt quum mendicus ille viderit maiorem mundi partem non credere Euangelio, sapientissimos quoque mundi in Christo scandalizari,ne scandalizetur,ait,

Iudicio res mutantur.

[IN iudicium ego in hunc mundum veni.] Fortassis obiecisset mendicus illuminatus:Quid hoc est,quòd hoc tam mirabili spectaculo offenduntur quàm plurimi, & te vera luce præsente,neque illuminentur, neque videãt, sed cæci maneant? Respondet Christus, Iudicio res mutari solent. Ego veni,res & mundi, & Iudaicas, prodita imagine falsæ sanctitatis,& fucatæ cognitionis,per Euangelicam lucem penitus inuersurus:nempe illuminaturus cæcos,& excæcaturus videntes: saluaturus peccatores, & dãnaturus iustissimos mũdi:mortificaturus viuentes, & mortuos viuificaturus:exaltaturus abiectos, & exaltatos abiectu-

Metamorphosis spiritualis.

abiecturus. Hoc est, Ego sum positus in lapidem offensionis, & petram scandali. Ego certè veni in iudicium, non condemnationis, aut extremæ retributionis, (quæ fiet in extremo iudicio & fine seculi) sed discretionis, & separationis bonorum ab improbis, & credentium ab incredulis. Ego positus sum in lapidem offensionis, quia sua incredulitate seipsos læserunt impij, & impegerunt in me,veluti in lapidem,& in petram scandali: quia solo carnis,& rationis iudicio ducti,auerterunt se à me:& sua malitia scandalizati sunt, videntes patrem à filio, matrem à filia,& fratres à parentibus propter me & Euangelium separatos. Et positus sum in resurrectionem eorum, qui me, & meam doctrinam sunt amplexati. Hæc explicantur à Petro, 1. Epist. cap. 2. Et qui crediderit in eum,non confundetur. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem,lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis,& petra scandali, his, qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vide,si iuuat, quæ in illum Petri locum scripsimus.

Christus petra scandali.

Iudicium discretionis, & retributionis.

[VT qui non vident,videant: & qui vident,cæci fiant.] Ex officio meo docendi,prædicandi, & miracula faciendi, siue ex luce Euangelica, & verbi prædicatione consequutum est iudicium discretionis,VT QVI non vident, id est, qui hactenus videbantur cæci,peccatores, & damnati,per prædicationẽ. Verbi videant,id est, credant,iustificati,& salui fiant. Aut QVI NON vident, id est, qui seipsos abnegant,peccatores se agnoscunt, & se præsidio Christi indigere confitentur (nam hoc loco, Non videre,accipitur pro non fidere propriæ fiduciæ, & propriis viribus) VIDEANT, id est, per verbum oculos mentis recipiant, illuminentur ad vitam,sanentur,& iustificentur. ET qui vident,id est, qui sibi placent, qui videntur sibi sancti,iusti,& salui in speciem, & secundum externam apparentiam, CAECI fiant,id est, excæcentur oculis animæ. Non quòd illis aliunde contingat hæc cæcitas,quàm ex sua ipsorum malitia. Inuerit certè verbum Christi omnem mundi ordinem. Paradigma. Aduocati, & electi sunt per Christum publicani,& meretrices: abiecti verò sunt Pharisæi religione splendidi, & Pontifices coram

Non videre.

Videre.

Verbũ Christi inuertit omnem mundi ordinem.

Simile.

mundo sanctissimi habiti: similiter per Christum electi sunt Gentes incirconcisæ, abiectis Iudæis, gente coram mundo sancta. Colligamus ex his, quòd clarissimum Solis lumen alijs est illuminatio, alijs excæcatio. Videntes illuminat, excutientes magis excæcat: non culpa Solis, sed excutientium, qui vmbracula quærunt. Multò alia est Christi ratio, qui cæcos illuminat, & videntes excæcat, ad quos venit in iudicium punitionis: hoc est, Hi excæcati sua malitia merentur puniri sua cæcitate. Hoc iudicium illis contingit ex scandalo non dato à Christo, sed propria malitia accepto: quia in petram scandali impegerunt, nolentes lucem excipere, & illam habere præuiam. Qui seipsum abnegat, Christo adhærens, oculos mentis habet: qui verò sibi placet, & propriæ fidit fiduciæ, ac sanctimoniæ, excæcatus est, & nihil lucis habet. Obserua, ad huius contextus cognitionem, duos visus, & duas cæcitates, carnalem, & spiritualem.

Sol alios excæcat, alios illuminat.

Scandalũ Pharisæorum.

Oculi mentis. Excæcatio.

Visus duplex.

[ET audierunt quidam ex Pharisæis, qui eũ ipso erant, & dixerunt ei.] Quò magis videbat Satan suam tyrannidem à Domino Iesu labefactari, eò plus Pharisæos, & Iudæos quosdam impios (qui liuore, & odio ducti Christum comitabantur) agebat in furorem, & cæciores reddebat, dum Christum nihil, nisi omnium salutem, operantem, tanto furore persequuntur. Proculdubio nihil verius, antequam Christus, Sol, & lux mundi, oculis Pharisæorum illuxisset, antequàm virtutem Dei in Christo conspexissent, non tam perciti erant, non tanta insania, & furore rapiebantur, atque post prædicationem, & miracula Christi. Proinde qui ansam calumniandi Christum vndique captabant, nihil recedentes à turgido, & superbo Pharisæorum supercilio, interrogant Dominum, vt vel honorifico aliquo de se testimonio lucrarentur à Domino, à quo aliquam de se laudem extorquerent, vel haberent vnde illum accusare possent apud Pharisæorum ordinem. Dicunt illi,

Inuidiæ malũ semper vrens.

[NVNQVID & nos cæci sumus?] Non est grauior cæcitas, quàm suam ignorare cæcitatem: quemadmodum infirmitatem neque sentire, neque scire, execrabilis est, & propemodum incurabilis infirmitas. Exemplo nobis sunt insani, dementes, & furiosi. Et quemadmodum

Cæcitas grauissima.

dum ad morbi curationem primus gradus est agnoscere infirmitatẽ: ita ad salutem primus gradus est, agnoscere se peccatorem, suam ignorantiam intelligere, se luce, & præsidio Christi indigere. Hi quia neque suum morbũ, neque suam ignorantiam agnoscunt, putantes se videre, aperte suam cæcitatem prodũt. NVNQVID & nos. Valde emphaticè pronuntiant particulam, NOS: Nos, inquã, qui Pharisæis nostris, & summis magistratibus adhæremus, qui legis peritiã, & cognitionẽ habemus, qui sumus iusti, sancti, & irreprehensibiles coram lege, cæci sumus? Quasi dicant, sibi applaudentes, Certè nõ sumus cæci. Isti typũ gerũt eorum, qui spirituali quodã fastu, propria iustitia, & arrogãtia Pharisaica turgidi & inflati, sibi ex perfuasione suæ propriæ iustitiæ, & operũ suorum (iuxta vulgi opinionẽ) sanctissimorũ, persuadẽt quòd sint iusti, & videant multum in rebus Dei, & spiritualibus negotijs, quũ prorsus cæci sint, & nihil minus possint, quã videre.

Philautiæ magna excæcatio.

[DIXIT eis Iesus.] Declaraturus quàm execrabile sit peccatum, cognitam scilicet veritatem reijcere, voluit Dominus adhuc hoc responso superbã illam, & insidiosam interrogationem refellere: vt ostendat, eos tanta cæcitate animi laborare, vt quò magis putãt se videre, eò minùs videant: & insanabiliores fiant, dum agnitam veritatem, & oblatam lucem reijciunt.

[SI cæci essetis, non haberetis peccatum: nũc verò dicitis Quia videmus, peccatum vestrum manet.] Si verè, inquit Christus, ESSETIS cæci: hoc est, si mẽtis iustitiam agnosceretis, si in rebus spiritualibus cognoscentis vos nihil scire, NON haberetis peccatũ: hoc est, daretur venia simplicitati vestræ, & non imputaretur vobis peccatum: quod imputatur, vbi nõ est fides in Christũ: & peccatũ incredulitatis nõ maneret in vobis, sed infidelitate abiecta, in me crederetis. Nunc verò, quum re vera cæci sitis, vobis tamen oculati videmini, arrogãtes vobis apud populum eruditionis laudem, vnde vobis applaudatis, iustitiæ vestræ fiditis, profectò manet peccatum, & insanabiliter cæci. Obserua: Non ait, Nunc verò videtis (quod re vera contrarium esset excitati) sed ait, Nunc verò DICITIS, supple ex propria persuasione, sine verbo Dei, quòd VIDEMVS: id est, nos propria nostra scienti a cog

Cæcos esse.

Cæcitas insanabilis.

Universidad de Deusto Biblioteca

tia cognoscimus veritatẽ,& iusti sumus.Hic cæcus, sicut & multi ex Ierosolymitanis,facilius visum recipiũt,quia nõ perinde videntur sibi perspicaces,& si quid caligat,ruditas est verius,quã malitia.Nihil sibi arrogãtes, venia digni fuerũt:agnoscẽtes se cæcos& peccatores, receperũt lucẽ,& gratiã.Vos cognoscitis & lucẽ præsentẽ esse, cui fenestras animi vestri præcluditis,& veritatẽ ipsam fores mẽtis vestræ pulsantẽ:quã nõ solũ excludere, & rejicere, sed etiam extinguere tẽtatis.Neq; his sufficit q̃ bis cæci sint:sed profitẽtur se doctores esse plebis, hoc est, duces cæcorũ. Hoc omniũ grauissimũ, & pernicioßimũ est scelus,perniciosa,& immedicabilis cæcitas.Nõ enim contenti lucẽ reiecisse, alios seducũt ob falsam opinionẽ,& speciẽ eruditionis,& sanctimoniæ.Nõ mirum est, si manet in istis peccatũ (hoc est,infidelitas,omniũ malorum scaturigo) quã manet pœna perpetuũ duratura.Huc pertinet quod scribit Paulus Roma. 10.Ignorãtes enim iustitiã Dei,& suã quærẽtes statuere,iustitiæ Dei nõ sunt subiecti:id est,nõ fiũt participes.Sunt igitur philautia,amor sui,suorum operum,& propriæ virtutis fiducia,causæ excitatis,& iniustitiæ.

Ruditas.

Cæcitatis & iniustitiæ causæ.

CONCILIATIO.

Quid hîc Christus ait,IN iudiciũ ego veni in hũc mundum:quũ suprà cap.3.dictũ fuerit,NON misit Deus Filiũ suũ in mũdũ,vt iudicet mundũ.& infrà cap. 12. Nõ venit vt iudicẽt mũdũ? Rñdeo. Primus aduẽtus Christi est salutaris,iucũdus,suauis,expectatus:tũ enim nõ iudex, velut in secũdo aduẽtu, sed Saluator apparuit.Ioãnis cap.4.In hoc apparuit charitas Dei,quoniã Filiũ suũ vnigenitum misit Deus in mundũ,vt viuamus per eũ. In hoc est charitas,nõ quasi nos dilexerimus Deũ, sed quoniã ipse prior dilexit nos,& misit Filiũ suũ propitiationẽ pro peccatis nostris.Euãgeliũ,quod attulit,est verbũ salutis:quod qui fide viua exceperit,& perseuerauerit,saluus erit:qui verò nõ crediderit,condẽnabitur.Marci cap.vltimo. Hoc mirũ est iudiciũ,in quod venit Christus,vt credẽtes saluẽtur,& gladio spiritus separẽtur ab impijs:qui quũ nolint credere,perdentur.Iudiciũ enim est Christus ipsis Euãgelij contẽptoribus:salutaris verò credẽtibus. Velut Sol lucidus splẽdet in orbe terrarũ,vt mundum illuminet,non vt ee

Primus Christi aduẽtus iucundus.

vt tenebras obducat. Si qui nolint in apricũ, & lucẽ prodire,nõ Solis, sed ipsorũ culpa est: ita & Christus omnes illuminat:cuius radios qui nolunt recipere vt illuminentur, huius cæcitatis Christus non est causa, sed ipsorum malitia,& peruicacitas. Secundus aduentus erit in fine seculi,quãdo omnes sistẽtur ante Christi tribunal.de quo suprà ca.5. diximus.

CAPVT X.

AMEN, amen dico vobis, qui non intrat per [a] ostiũ in [b] ouile ouiũ,sed ascẽdit aliũde,ille fur est,& [c] latro: qui autẽ intrat per ostiũ,[d] pastor est ouiũ.Huic ostiarius aperit,& oues vocẽ eius audiunt,& proprias oues vocat nominatim,& educit eas. Et quũ proprias oues emiserit, ante eas vadit:& oues eum sequuntur, quia [1] sciũt voluntatẽ eius. Alienũ autem [2] non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia nõ nouerũt vocẽ alienorũ.[3] Hoc prouerbiũ dixit eis Iesus:illi autẽ nõ cognouerũt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterũ Iesus,Amen,amen dico vobis, quia ego sum [e] ostium ouiũ. Omnes quotquot [4] venerũt, [f] fures sunt,& latrones:sed nõ audierunt eos oues.Ego sum ostium: per me si quis introierit,saluabitur,& ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Fur non venit, nisi vt furetur,

a Ostium.
b Ouile.
c Latro.
d Pastor.
e Ostium.
f Fures.
1 Sciunt) nouerunt.
2 Non sequũtur,&c.) nõ sequẽtur, sed fugient.
3 Hoc prouerbiũ) vel hanc parabolam.
4 Venerunt) ante me.

retur,& mactet,& perdat. Ego veni vt [g] vitã habeãt,& abundantiùs habeant. Ego sum [h] pastor bonus. Bonus pastor animam suam [5] dat pro ouibus suis: [i] mercenarius autẽ, & q̃ non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupũ venientẽ,& dimittit oues,& fugit,& lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & [6] non pertinet ad eũ de ouibus. Ego sum pastor bonus: & cognosco meas,& cognoscunt me meæ. Sicut nouit me Pater,& ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. [k] Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas [7] oportet me adducere, & vocem meã audient,& fiet [8] vnũ ouile, & vnus pastor. Propterea me diligit Pater, [l] quia ego [9] pono animã meã, vt iterũ sumã eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eã à meipso. Potestatẽ habeo ponendi eam,& potestatem habeo iterum sumendi eã. Hoc mãdatum accepi à Patre meo. [m] [10] Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis, Dæmonium habet, & insanit: quid eũ auditis? Alij dicebant, Hæc verba non sunt dæmonium habẽtis. Nũquid

g Vita.
h Pastor. Esaiæ 40. Ezechielis 34. f.g.& 37. f.
i Mercenarius.
k Gentes Christo eredituræ. Ezechiel. 37. f.
l Christus sponte sua dedit pro ouibus.
m Dissensio propter Christum.

5 Dat) ponit.
6 Nõ pertinet, &c.) nõ est illi cura ouium.
7 Adducere) regere & gubernare.
8 Vnum ouile) vnus grex.
9 Pono) præsens pro futuro, id est, spoliabo me vita.
10 Dissensio) igitur.

quid dæmonium potest cæcorum oculos aperire? Facta sunt autẽ [11] Encænia in Ierosolymis: & hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei, [12] Quousque animam nostram tollis? [n] Si tu es Christus, dic nobis [13] palàm. Respondit eis Iesus, [14] Loquor vobis,& non [15] creditis. Opera, quæ ego facio [16] in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibẽt de me: [o] sed vos non creditis, quia non estis [17] ex ouibus meis. [p] Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequũtur me,& ego vitã æternam [18] do eis: & nõ peribũt in æternũ: & nõ rapiet eas quisquã de manu mea. Pater meus [19] quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei. Ego & Pater vnũ sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt [q] lapidarẽt eum. Respõdit eis Iesus, [20] Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo: propter quod eorũ opus me lapidatis? Respõderũt ei Iudæi, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia,& quia tu, homo quum sis, facis teipsum Deũ. Respõdit eis Iesus, Nonne scriptũ est in lege vestra, Ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos,

n Interrogatur Iesus, an sit Christus.
o Iudæi quare non crediderunt.
p Oues Christi.
q Lapidare.
Psal. 81.

11 Encænia) festũ erat instaurationis altaris, quod cõtaminatũ fuerat ab Antiocho, Persarũ rege. 1. Machab. 4. f. g
12 Quousque. &c) id est, quousque nos suspẽsos tenes?
13 Palàm) libere & ingenuè posito omni metu.
14 Loquor) dixi vobis.
15 Creditis) credidistis.
16 In nomine) ad gloriam,& honorem Patris, &c.
17 Ex ouibus meis) sub. sicut dixi vobis
18 Do) præsens pro futuro Dabo.
19 Quod dedit) qui dedit mihi, subaudi oues. maior est Et sicut nemo potest rapere de manu Patris mei, sic nec de mea.
20 Multa) id est, multis beneficijs affeci vos, Patre meo volente, & iubente.

deos, ad quos sermo Dei factus est,
& nō potest [21] solui Scriptura: quem
Pater sanctificauit, & misit in mun-
dum, vos dicitis, Quia blasphemas:
quia dixi, Filius Dei sum? [r] Si nō fa-
cio opera Patris mei, nolite credere
mihi: si autē facio, & si mihi nō vul-
tis credere, operibus credite, vt co-
gnoscatis, & credatis quia Pater in
me est, & ego in Patre. Quærebant
[22] ergo eū appræhēdere, & exiuit de
manibus eorū. Et abiit iterum trans
Iordanem in eū locū, vbi [23] erat Ioan
nes baptizans primū: & māsit illhic.
Et multi venerūt ad eū, & dicebāt,
Quia Ioannes quidem signum fecit
nullū: omnia autem, quæcunque di
xit Ioannes de hoc, vera erant. [24] Et
multi crediderunt.

21 Solui) id est, argui mendacij.

r Opera Christi ostendebant eum esse Deum.

22 Ergo) rursus.

23 Erat) fuerat.

24 Et multi) ibi.

s Credens multi.

Amen, amen. CAP. X.

QVIA Pharisæi iactitabant se non solùm non cæcos esse, sed vidētes: seque aliorum duces, doctores, ac pastores profitebantur, sed populi malo sua captantes commoda, Dominus illorum arrogantiam, & supercilium demittit, peruenusta, ac eleganti parabola, vt posteà expositione altiùs animo insideat, quod est totius salutis humanæ caput. Neminem scilicet posse ducē esse, ac pastorem populi, nisi priùs ipse sit ouis Christi: neminémq; quicquam posse videre, quātūuis interim se videre glorietur, nisi lucē Christū receperit. Estque huius axiomatis probatio à persona Christi ad hunc

Ouis prius quā pastor. Qui nō pauerit, nescit imperare.

hūc modū: Solus Christus est ostiū: ergo nemo sine Christo intrat in ouile. Quòd si aliūde intrauerit quispiā, fur, & latro est. Solus Christus est lux: ergo sine Christo nemo videt quicquam: ergo sine Christo omnes homines sunt cæci. Vox Amen, amen, index est charitatis in Christo, qui iurat cùm vt proximum Deo lucretur, tum vt confirmet Pharisæos nihil videre, sed cæcos esse, qui lucem à se ablegauerant.

[DICO vobis.] Valde emphaticè pronūciatur, Dico vobis. Vobis, inquam, qui putatis vos videre, ac populi ductores, & pastores esse: qui omnem fiduciam in opera vestra collocastis: qui iustitiam, & vestri iustificationem ex lege, & meustruosis vestris operibus quæritis.

[QVI nō intrat per ostiū.] Metaphoris, & allegorijs totus hic locus plenus est: quo cōmendatur nobis persona Christi, vt Dei, & pastoris æterni, cū eius Euāgelio & officio. Ianua in ouile Dñi, est Christus. O Pharisæi, pro certo vobis affirmo, Quisquis nō intrat per ostiū, id est, nō recipit, aut prædicat Euangeliū. Chrysostomus Scripturas sacras vocat ostiū, per quas est nobis accessus ad Dei cognitionē. Ro. ca. 1. Quod antè promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo. Illæ lupos, hoc est, hæreticos, nō permittūt intrare: illos enim intrare prohibēt, vt nos securi simus: & de omnibus rationem dant, de quibus voluerimus 2. ad Timo. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendū, ad arguendū, ad corripiendū, ad erudiendū in iustitia. Simili allegoria vsus est Paulus ad Colossenses cap. 4. Orationi instate, vigilantes in ea, in gratiarū actione, orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis, ad loquendū mysteriū Christi. Suapte natura solus Christus est ostiū, qui solus regnū cælorū clausum aperuit: nec nobis aperitur, nisi per Christū: estque solus causa efficiens, per quā intramus in regnū Dei, & peruenimus ad rerum spiritualiū cognitionem. Itaque qui videt, aut cognoscit, huic visio, aut cognitio per Christū cōtingit: qui iustificatur, huic per Christū iustificatio accidit. Obserua: Intrare per ostiū, est credere in Christū iustitiæ collatorē, docere Euangeliū, profiteri, & enarrare Christū esse vnicū Saluatorem. E contrario Non intrare, est nō fidere in Christum,

Ianua in ouile Dei.

Intrare per ostium.

Scriptura, ostium.

Christus, ostium.

Intrare per ostium.

Non intrare.

stũ,est docere mãdata hominũ,relicto Euangelio,est sua prædicatione venari auram populare,& nõ quærere gloriã Christi. Ex his colligamus, Qui per ostium vult intrare,illi opus est, vt verbum suum de Christo emittat,& in Christum refluere sinat.

Ouile ouium.

[IN ouile ouium.] IN ouile ouiũ,id est,in Ecclesiam catholicã,cõsortiũ fideliũ. Ecclesiã vocat Dominus,& dicit Ouile ouiũ,quòd per omnia cũ illa se habet,atque pastor cũ ouili ouiũ. Obserua:nõ dixit Ouile,id est, stabuliũ equorũ,camelorũ,boum,caprarũ,& huiusmodi,quæ cornibus, aut alio armorum genere munita ferociunt: sed Ouiũ,quæ inermes,cura pastorũ indigentes,& mactationi semper apparatæ sunt, quibus electos suos adumbrauit, quòd illarũ mores maximè nos docere possint prorũ omniũ cõditionem, & qualitatẽ. Aut vocat Ouile ouiũ, ipsam cognitionem verbi, & rerum spiritualium, quam habent pij,oues,& membra Iesu Christi.

Fures.

[SED ascendit aliundè,ille fur est,& latro.] Quasi diceret:Si verò sunt,qui propriam ianuam,proprium foramen faciunt,aut superatis septis,vel perfossis muris,vt aliunde irrumpant,ac deinde alienam à diuina & cælesti fingant doctrinam,Hi Fures sunt,id est, conscientijs furantur puram,& synceram doctrinam,& alia spiritualia

Latrones

bona. Et Latrones sunt,id est,deprædantur conscientias, quas donis,& bonis spiritualibus priuant. De his Paulus loquitur ad Romanos cap.16. Rogo autem vos, fratres, obseruetis eos,qui dissensiones,& offendicula præter doctrinam,quam vos didicistis,faciunt,& declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo Domino non seruiunt,sed suo ventri,& per dulces sermones, & benedictiones seducũt corda innocentium. Obserua genium furis,& latronis: non intrat per ostium, transilit sepem, & propriam sibi ianuam faciens,omnia in periculo agit. Fur est,vt fraude furripiat aliquid: Latrõ,vt vi perdat. Notat igitur Dominus his verbis,pseudoapostolos,pseudodoctores,Scribas & Pharisæos,qui clauem scientiæ rapuerant,& humana sua figmenta pro lege Dei docebant,suæ gloriæ, suoq; lucro vbique studentes. Id quod Matth. cap.15. & 23.obiectum illis à Domino legimus. Quidam hunc locum ad eos pertraxerunt,qui suâ temeritate ad episcopatus, curionatus,

Ingressus in ecclesiam.

Magistratus quales esse debeant.

rionatus,& beneficia(quæ vocant) fauore,& pecunia,minis,armis,tyrannide,propriáve potestate,non statuta ordinatione,aut iure seipsos ingerunt: quos iure optimo arguunt tum theologi,tum iurisperiti, authoritate Pauli muniti. Heb.cap.5. Nemo sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Et beati Petri voce illa terribili (Act.8.) ad Simonem Magum, Pecunia tua tecum sit in perditionem,quia existimasti pecunia donum Dei possideri. Quum ergo multum in vocatione situm sit,nemo se propria opinione, vel potiùs arrogantia, cistratus,vel officia,aut ad verbi Dei ministerium se intrudat. Obserua. Non ait, Sed intrat, verùm, Ascendit: id quod verè furis est.

Pastor.

[QVI autem intrat per ostium,pastor est ouium.] Posteaquàm certissimis notis fures,& latrones delineauit,quibus facilè cognosci possunt:nunc pergit ad explicanda veri pastoris indicia,cum eius genio. QVI intrat per ostium:hoc est,qui vocatus,& missus,verbum,& doctrinam Dei habet, quam ex animo profitetur, ad hunc modum intrans,quia nihil doli meditatur onibus, is est Pastor,non suus,qui sua quærat:charitas enim non quærit quæ sua sunt,sed ouium, quarum salutem perquirit: hoc est,verè docet oues, & pascit ad salutem. Est itaque bonus pastor, qui Christum vnicum bonum pastorem tenet:qui pabula sua à bono,& vigilanti pastore accipit. Item bonus Pastor vocatur prædicator, non natura, sed gratia Christi,qui eius nomen accepit, in album pastorum retulit, & delegatus est ad verbi prædicationem, & ministerium exercendum.

Prædicatorũ nomina à Christo.

Ostiarius.

HVIC ostiarius aperit.] Qui candido,& syncero animo intrare per ostium desyderauerit: hoc est,fide apprehendere cupiuerit Christum,& eius doctrinam, huic per ostium ingredi volenti,pro certo aperiet is, qui solus ius habet aperiendi ostium. Ostiarius Christus est, qui causa est efficiẽs, vt per ostium intremus in ouile ouium: hoc est, in cœtum fidelium excipiamur, & doctrinam veram recipiamus. Ipse enim suo spiritu suggerit nobis cum fidem, tum omnia, quæ ad nostri conseruationẽ,& salutẽ faciunt, vt cũ ipso æternùm viuamus. Obserua.

seruā. Natura & officium Christi est aperire, & dare aditum, ingressúmque ad Deum: Ergo ex solo Christo nobis contingit vt bene doceamus, & prædicemus: qui solus confert veram doctrinam, & donat nobis Euangelij cognitionem. Dicuntur prædicatores ostiarij, tanquam veri ostiarij ministri: qualis fuit Moyses: cui diuinæ credita sunt eloquia, dicēte Domino, Si crederetis Moysi, forsitan crederetis & mihi. Aut quia in Spiritu Sancto intelliguntur, & aperiuntur Scripturæ, (ostendunt enim nobis Christum) meritò Spiritus Sanctus dicitur ostiarius, in quo, vt spiritu sapientiæ, & scientiæ, & Scripturæ aperiūtur, per quas ingreditur Dominus ad nostri curam, & per quas ostenditur pastor. Soli à Spiritu Sancto illustrati excipiunt verū pastorē. Obserua hoc loco ostiariū aperire ostiū pastori, nō autē furi, vt indigno q ingrediatur.

Christi officium.

Moyses fidelis ostiarius.

Ostiarius non furi sed pastori aperit.

[ET oues vocem eius audiunt.] Quū natura cōparatum sit, vt oues ad furis, & latronis vocem incognitam expaueſcant, ipſis proclive erit veri pastoris vocem agnoscere, & eandem excipere. Nam et si ouis animal sit stolidum, & simplex, & ab alieno pendēs præsidio, agnoscit tamen vocem illius, quem sibi vtilem, & commodum sentit, horrétq; vocem lupi, etiam anteà nūquàm aut visi, aut auditi. Obserua. Hoc peculiare, & agnatū est pijs, non audire aliam, quàm veri sui pastoris Christi, & pastorum (qui Christi instrumenta sunt) doctrinam. AVDIRE, est obedire, & credere VOCI, hoc est, doctrinæ veri pastoris. Et hoc est OVIVM, id est, credentium officiū, credere scilicet verbo Christi.

Audire.

Vox, doctrina est.

Ouiū officiū.

[ET proprias oues vocat nominatim.] Oues propriæ sunt Christo vero pastori, & omnium pastorum capiti, & authori, quas etiam habet signis suis consignatas. 2. Corinth. cap. 1. Qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Ephes. cap. 4. In Spiritu Sancto signati estis in die redemptionis. Signatus non terret, sed agnoscitur pastor, & vicissim agnoscit suas oues adeò, vt nominatim etiam singulas vocare norit, & illæ vocatæ parent vocanti. Vocantur autem ad pabulum, non ad lanienam. Ex verbo VOCAT, obserua elegantem allegoriam, quæ alludit ad piorum vocationē, quos Christus intus vocat ad Euangelij vocationem, prædicatoribus interim externam exercentibus. Rursus aduerte voculam NOMINATIM, qua significatur certitudo piorum vocatorum, quorum vocatio adeò certa est, vt illorum etiam propria nomina non fugiant Christum suum pastorem. Huc pertinet quod ille magnus pastor ait, (Luc. 10.) Gaudete quoniam nomina vestra scripta sunt in cælo. Et Paulus 2. Timoth. 2. Nouit Dominus qui sunt sui. O magnam, & ingentem piorum consolationem, quum audiunt se dici proprias Christi oues! Quod quia verum est, & aliter non erit, igitur Christus nostri curam fideliter agit.

Vocatur piorum.

Nominatim.

Nomina piorum propria cognita.

[ET educit eas.] Verbum EDVCIT, admirabilem Iesu Christi philanthropiam exprimit, qua Christus vtitur erga suas oues: é tenebris ad lucem, & de via iniquitatis ad rectitudinem iustitiæ, amica, notáque voce oues vocauit, vocatas nō protrusit, vltrò parentes, è septis in pascua educit. En vide sedulum, & vigilantem pastorem, illiúsq; amorem erga suas oues, qui non solùm vult vt oues suæ intrā propria septa, priuatósque parietes credant, & pabulo Euangelij solæ vtantur: verum etiam EDVCIT eas, vt foris & in suam, & aliorum salutem Euangelium, & fidem suam profiteantur, suóque exemplo Euangelicæ doctrinæ pabula distribuant.

Educere oues.

[ET quum proprias oues emiserit, ante illas vadit.] Consolatorium est, oues habere pastorem, qui præcedat, quum in liberos campos prodierint, ne fortè aberrent. Bonus pastor neq; secedit, neq; relinquit eductas, sed ante vadit, defendendo à lupis, & tuendo ab omnibus periculis. Tametsi nostris pastoribus rusticis non obseruetur hæc conditio, qui gregem non præcedunt, sed sequuntur (iuxta id, quod scriptū est Psal. 77. Sustulit de gregibus ouiū, de post fœtantes accepit eum,) tamen præcedit is, cuius sunt oues propriæ, quas custodes sequuntur. Summus noster pastor vt oculatissimus, ita vigilantissimus, & sui gregis studiosissimus est: quem à fronte, à tergo, à sinistris, & à dextris vigilanter obseruat, adeóque illum munit præsidijs, vt ne vllus vel voracissimus quidem lupus accedere audeat. Vnde paulò post asseuerabit hic pastor, Et nō peribunt in æternū, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Huc pertinet quod scribitur Exod. cap. 13. Dominus autē præcedebat eos ad ostendendā viam, per diē in colū-

Pastor præcedit oues.

na nubis,& per noctē in colūna ignis,vt dux esset itine-
ris vtroq; tēpore. Rursus ca. 23. Dominus ad Moysem ait,
Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te, & co-
stodiat in via, & introducat in locum, quem præparau-

Ouiū officiū. [ET oues illum sequuntur,quia sciunt &c.] Ouiū offi-
cium est,pastorē sequi. Præeuntē pastorē verū ac notū eō
sequūtur,qui non præcedit mutus,sed subinde nota,& co-
gnita voce,prouocat oues ad sequendū,& ab errore reuo-
cat. Obserua: QVIA sciūt,&c. Ratio est cur oues sequan-
tur,sumpta à notitia, & certitudine pabuli pastoris sui.
Sequūtur pij summū pastorē Christū,de quo 1. Petr. ca. 2.
scribitur,Christus passus est pro nobis, relinquēs nobis
exēplum,vt sequamur vestigia eius. Sciunt pij vocē Chri
sti,(quia populus eius,& oues pascuæ eius) secundū cuius
præscripta faciunt omnia,nec quicquā faciūt ex priuato
cerebro: nō accipiūt aliorum traditiones pro veris pabu-

Sequi Christū. lis. Colligamus ex his: ET QVI Christum,est in doctri-
na,& vestigijs Christi incedere.

[ALIENVM autē non sequuntur, sed fugiunt,&c.]
Argumento à natura ouū,docet Christus credentiū offi-

Pseudo apo- cia; ALIENVM vocans pseudo apostolum,siue quē prin-
stolus. furem,& latronē dixerat,qui neq; vocē,neq; pabula veri
pastoris Christi,affert. Oues & refugiūt,& abhorrent ab
ignoto pastore,propterea quòd non agnoscunt nisi pro-
prij pastoris vocem. Ratio, cur oues sequuntur,est noti-
tia vocis: ergo quòd non sequantur alienum,est,quia alie
ni vocem non nouerunt.

Christus si- [HOC prouerbium dixit illis Iesus.] Iesus Christus vt
militudinibus antea,ita & nunc oblectatus est similitudinibus,& para-
oblectatus. bolis,quibus inuitat omnes ad sensūs panē se vocās,qui è
cælo prodierit,vnde qui ederet, viueret in æternū: vnde
aquam viuā,vnde qui biberet,cōciperet in se fonte aquæ
salientis in vitā æternam: nunc lucem mundi,quæ illumi
net omnem hominē venientē in hunc mundū: nunc filiū,
ac legatum Dei Patris,cui,qui se contraderet,vitā conse-
queretur æternā: modò se ianuā,per quam esset aditus ad
vitam,vocauit. Harum similitudinū,& parabolarū vsum
ipse explicuit (Matth. cap. 13.) dicēs, Ideo in parabolis lo-
quor eis,quia videntes non vidēt,& audientes nō audiūt,
neq; intelligūt: vt adimpleatur in eis prophetia Esaiæ di-

centis,Auditu audietis,& non intelligetis: & videntes vi
debitis,& nō videbitis. Incrassatū est enim cor populi hu-
ius,& auribus grauiter audierunt, & oculos suos clause-
runt,ne quādo videant oculis,& auribus audiāt, & corde
intelligant, & conuertātur,& sanem eos. Hoc itaq; pro-
uerbio taxauit Dominus Iesus Phariſæos,Scribas,Sacer-
dotes,ac primores populi,vt illorum & cæcitatē, & arro-
gantiā argueret: qui forociebant, & indignabantur quòd
essent multi,qui mallēt adhærere Iesu,quàm ipsis,qui san
ctissimi viri,& primores Reipublicæ viderētur. Proinde
qui sues,& leones erant,Scribarum voces agnoscebāt, &
sequebantur: qui verò oues veræ,& simplices,omnisq; do
li expertes erant, agnoscebant Christi vocem, qui verus
pastor aperuit illis ostium,vt sibi parentes, in caulas Dei
Patris,& in æternæ vitæ pascua adducerent. Obserua: Pro-
uerbium Græcis dicitur parœmia: & est sententia ad vitæ

Prouerbium quid sit. rationem commoda,& conducibilis,moderata quadam
obscuritate,multam in se continēs vtilitatem. Hic sermo
aliquando apertus,& simplex est vt,Obsequium amicos,
veritas odium parit. Interdum obscurus,& aliud signifi-
cans,quàm verba exprimere videātur,vt Equus Scianus,
& Calābri hospitis munera.

[ILLI autem non cognouerunt quid loqueretur eis.]
Excipere sensum,& declarationem Euangelij,donū Dei

Scripturæ co- gnitio, à Spi- ritu. est. Necessarius est spiritus Christi nobis suggerēs omnē
veritatem. Non igitur nostrarum virium,& facultatis
est, quòd Euangelium non sit nobis prouerbium. Quod
certe manifestum docet Christus,ad discipulos dicens,
(Matth. cap. 11.) Vobis datum est nosse mysteria regni cę
lorum. isti Phariſæi apud se sanctuli, & sibi nimiùm pla-
centes,non cognouerunt quid diceret Dominus,quia illis
non fuit datum. Non est illis datum,quia se indignos
præstiterunt,toto nisu veritati reluctātes. Proinde sapien-
tia Dei in stultitia abscōdita,non potest à carnis prudētia
agnosci 1. Cor. ca. 2. Animalis homo nō percipit ea, quæ
sunt Spiritus Dei: stultitia enim est illi: & nō potest intelli
gere, quia spiritualiter examinatur. 1. Cor. ca. 12. Verbū cru
cis pereūtibus quidē stultitia est: his autē, qui salui fiūt, id
est, nobis, Dei virtus est. Scriptū est enim, Perdam sapien-
tiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.

[DIXIT ergo eis iterum Iesus.] Sua nimia charitate dignatur Christus, quod rectius dixerat, (vt attentiores redderet & altius insideret animis auditorũ quod per similitudinẽ esset infixũ) cæcis Pharisæis explicare. Hæc expositio elegans, ac peruenusta est prouerbij, & rerũ per prouerbia dictarum, ad personam accommodatio.

[AMEN, amen dico vobis, quia ego sum ostium ouiũ.] En charitatis feruor in Christo, qui videns Pharisæos ad credendum tardos, & difficiles, verbo addit iuramentum, vt illos magis pelliciat, & facilius commoueat ad excipiendam veritatem. AMEN &c. Quasi dicat, Pro certissimo confirmo, & affero vobis incredulis, & ignorantibus quis sim ego, & quæ mea sint officia: QVIA ego sum illud ostium, de quo loquutus sum, per quod oues ingredi, & egredi oportet, si velint incolumes esse. Christus paræmiam exponens aperit, & asseuerat se ostium esse, non tautologia quadam, & eiusdem eloquio, sed necessaria duplicis ostij expositione. Est enim Christus ostium, per quod ingrediatur oportet, qui pastoris boni munus velit obire: vnde non satis est, intra septa Ecclesiæ quacunque via irrupisse, nec satis est ad pastoritalem, ac dignitatem quomodocunque penetrasse: vna ea via, & ostium vnicum ad hoc munus pastoris Christus est. Hic ingressus in ouile OVIVM non armis, & militaribus terriculamentis, sed Spiritus vocatione, proborũque electione: non spoliandi, & dilaniandi, sed pascendi animo fiat. Est etiam Christus ostium ad doctrinam, quæ sola ducit ad Patris cognitionem, & illius fruitionem, quæ viuificat, saluat, & tranquillat conscientias. Summa huius hæc est: Extra Christum non est salus. Actor. cap. 4. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Quum ergo piorum omnium (qui veræ sunt oues) cor neque viuificetur, neque accipiat consolationem, nisi e solo Christi Euangelio, puroque verbo, nemo recte in Ecclesia docebit, nisi Christum vere doceat, nisi Euangelium, & verbum purum, & solidum prædicauerit.

Ostium Christus.

Tautologia.

Ingressus pastoris in Ecclesiam qualis esse debet.

Prædicator idoneus.

[OMNES quotquot venerunt, fures sunt, & latrones.] Verbo VENERVNT, significat eos, quos non mittit, fures esse, & latrones. Venientes enim, mittentis verbum (quo pascant) non afferunt, sed lucro studentes, oues laniant, mactant, & excarnificant, vt spolia referant. Venire itaq; est aliam, quàm Christi, doctrinã docere. Ex quibus Iere. ca. 23. scribitur, Non mittebam Prophetas, & ipsi curebant: nõ loquebar ad eos, & ipsi prophetabãt. Non de Prophetis hic locus intelligitur, sicut delirant Manichæi, qui volentes ostendere vetus Testamentũ non esse à Deo, & Prophetas non esse missos à Deo, defendũt se hac authoritate, dicentes. Omnes quotquot venerũt ante me, fures sunt, & latrones. De seditiosis igitur, & non veris Prophetis hic locus intelligendus venit: quos narrat Iosephus lib. 8. Antiquit. cap. 1. & lib. 2. de bello Iudaico, cap. 7. & alibi. Pertinent quoq; hæc & ad Scribas, & ad Pharisæos, qui clauem scientiæ rapuerant, & humana sua figmenta pro lege Dei docebant, suo lucro vbiq; studentes. Id quod Matth. cap. 18. & 23. obiectum illis à Domino legimus. Quotquot igitur ante ipsum venerant, non per ipsum, nõ ipsius instructi Spiritu, non ingressi per verum & iustum ostium in ouile, id est, ouibus Deiscite ingesserunt, nõ missi ab ipso Christo. Hi non sunt pastores, sed Fures, & latrones, nimirum quæstus auidi, & tyrannide violenti deceperunt conscientias, disturbauerunt, exarnificauerunt, perdiderunt, deprædati sunt. En tibi, ópte lector, germana pseudo apostolorum descriptio, verus ipsorum impostorum genius, expressissima quæstuariorum, & Antichristi præambulonum nota, & imago.

Venire, verbum.

Manichæi.

Pseudo apostolorũ descriptio.

Quæstuariorũ notæ.

Pseudo doctores fures.

[SED non audierunt eos oues.] Horũ omnium impostorum vocẽ audiuerunt quidẽ fues, & hœdi, qui mundũ diligunt: non autẽ OVES, hoc est, electi æternæ vitæ pascuis destinati, & Euãgelici pabuli auidi. Non audierũt, id est, nõ sunt sequuti illos, dedẽtes se illis toto corde, ita vt sese dedunt Christo, & ijs, qui Christi doctrinã pure prædicãt, auersantes omnem Pharisaicã hypocrisim, & fucatã religionem, ac sanctimoniã quandam, externo quodã gestu habituve corã plebecula speratam eneruantes. Non audierunt oues ipsos impostores. Vox enim (quæ cum pronuntiante aliquid cognationis habere solet) nõ sonabat pastorale quiddam, sed prædonis magis, ac lupi. Obserua, pijs semper fuisse periculum à pseudo apostolis, & falsa doctrina: proposito tamen errori, & impostura non acquieuisse permanẽter, hoc præuidente pastore Christo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus solus ad vitam.

[EGO OSUM OSTIUM.] Est Christus non solùm ostium ad doctrinã spiritalem, vt dictũ est, sed etiã ostiũ est ad Patrẽ & bona Patris cõmunicãda filijs: quę sunt, iustitia, salus, & vita ęterna. Ac si diceret: Si qs Patri se oblatũ iri desyderauerit, EGO OSUM OSTIUM, quo datur aditus, & ingressus ad immolandum Patri. Extra me nõ est Patri grata hostia. Nemo putauerit, quãlibet magnificis, suis viribus se esse quuturũ iustitiam, salutem, & vitam æternã sine Christo.

Christus promissis nos ad se inuitat.

[PER me si quis introierit.] Pollicitationibus, & diuinissimis promissionibus à præmijs, & cõmodo Dominus ad suas caulas nos inuitat, vt suorũ bonorũ nos participes gratis efficiat. Magna profectò Christi liberalitas, qui quũ planè agnoscat nos nõ posse alia via, quam per se, ad Patrẽ ire, seipsum vt ostiũ, & ianuã credẽtibus aperiendi, gratis offert. Siue enim pastor esse velis, siue ouis, nõ est tibi salutaris aditus ad Ecclesiã, ac regnũ cælorũ, nisi per Christũ. Rogabis: Quid est Per Christũ introire? Respondeo: Qui credit in Christũ, is introit: ad viuã enim Euangelij, ac Dei Patris cognitionem peruenit: Christo se totum cotradit, & cõsecrat, quem certò apud se statuit esse ostium, hoc est, eum esse, qui est nostra iustitia, salus, & vita: eum, inquam, esse, per quem pacatum habemus Patrem, & in quo recipimur à Patre vt Filij.

Introire per Christum.

[SALVABITVR.] Spiritalis illius introitus, hoc est, fidei viuæ (quę Christũ pro ostio recipit) effectus, est ipsa salus, siue salutis æternæ assequutio.

[ET ingredietur.] Non solùm hoc pastore saluabitur, sed etiam tutus (cui non erit periculum à furibus, & latronibus) INGREDIETVR in caulas, fruiturus otio fœlici contemplationis. Hinc erit certa volũtatis diuinæ cognitio, & notitia certa viæ ad salutem.

Ingredi.

Egredi.

[ET egredietur.] Ingrediens, corde credit ad iustitiã: egrediens, ore confitetur ad salutem. EGREDIETVR, proditurus officia charitatis: siue foris bene operabitur, & cõfitebitur Christũ esse ostiũ, & viam ad salutem. Aut ingredietur in caulas cũ fidelibus, quibuscum in Euãgelio promouebit. Et egredietur, foras ad infideles, quos verbo ad saluté alliciet, nihil veritus tyrannorũ minas, & verbera. Actor. cap. 5. Ibant Apostoli gaudẽtes à conspectu concilij, quoniã digni habiti sunt pro nomine IESV con-

contumeliam pati. Observa. Verbo ingrediendi, ad priuatam vtilitatem alludit: voce Egrediendi, fere ad aliorũ vtilitatem respicit. Vtroq; verbo alludere videtur ad id, quod Deuter. cap. 28. scribitur. Prouideat Dominus Deus spirituum vniuersæ carnis hominem super populũ istũ, qui possit ingredi, & egredi, &c.

[ET pascua inueniet.] Pinguis, copiosusq; erit cibus: quocũque se vertet, habebit & doctrinam sanam, & certa solatia. Huic aderit quod dicebat ille Psalmo 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Non deerunt vnquam pascua, sed vbique dabitur materia benefaciendi, quo simul & alijs prosit, & ipse benefactis in caulas redeat saginatior. Aut, Ingredietur, id est, ambulabit, & viuet fœliciter, nihil bonorum eum deficiente: non enim potest esurire, vel sitire, qui venit ad CHRISTVM, qui est fons, & panis ille cælestis. Rogabis: Quæ sunt PASCVA? Respondeo: Euãgelium, verbũ doctrina, salus, vita, & Dei bona omnia. Si quis propter peccatum esuriat sui iustificationem, propter tyrannos & afflictiones esuriat consolationem, & propter mortem vitam appetat: hæc omnia in CHRISTO per fidem viuam REPERIET, hoc est, iustificabitur, consolabitur, & viuet. Quia duplex est noster homo, internus scilicet, & externus, Rom. capite 7. Ingredi tur quidem, qui curam gerit interni hominis: & egredi tur iterum, qui mortificat membra super terram, & operturo seculo.

Pascua.

Piorũ pascua.

Homo noster duplex.

[FVR nõ venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat.] Malũ doctorẽ ab ipsis effectis depingit, qui nũ in aliud venit, nisi vt furetur, & è gregis alieni malis, sibi turpe lucrum cõparet. Rursus venit latro, vt lanient, ac perdat, & in gregẽ (cui prodesse debebat) tyrannidẽ exerceat occulte, & latenter. Per vim enim aut publicè LATRO furatur: sic dictus, quòd à latere adoriatur: vel à latendo, q latẽter insidietur. Proinde qualis est doctor, talis & doctrina eius. Falsa, quæ susurratur conscientijs doctrinam synceriorem, & quæ mactat, perdit, disturbat, intranquillas reddit, & excarnificat conscientias. Genius enim impiæ doctrinæ est, perdere, & mactare conscien-

Furem venisse.

Latro.

Doctrinæ impiæ natura.

tias: id quod perspicuũ est in prima Satanæ doctrina. Docebat enim ille nõ è verbo Dei, sed è suo cõmento, Eritis sicut dij. Huic fallæ doctrinæ quum primũ auditor Adã assensit, perditus, occisus, & mactatus est. Tribus itaque notis falsum doctorem & pastorem deprehẽdemus. Prima, si per ostium non ingrediatur, hoc est, si non credat in Christum vnicũ Saluatorem. Secunda, si doceat quod diuinæ & Euangelicæ doctrinæ non congruat. Tertia, si spectet aliò, quàm ad Dei gloriam, ac populi salutẽ. Obserua: falsum doctorẽ, ideo FVREM vocat, quia propter suam hypocrisim non cognoscitur facilè: sicut nec doctrina eius multa hypocrisi operta. MACTARE, interficere est, quod tractum est à sacris, vbi mactari oues dicuntur, quæ immolantur. Dictum MACTO, quasi magis aucto, hoc est, augeo: Hinc Mactare, pro magis augere, veteres vsurparunt.

Pastoris malitiæ notæ.

Mactare.

[ET veni vt vitam habeant, & abundantiùs habeant.] Singulari antithesi Christus verus & bonus pastor, opponitur furi, falso pastori, & doctori. Sũmus pastor Iesus Christus per ostium ingressus, non in aliud venit, nisi vt oues morbidæ sanentur, mortuæ viuant, ac viuæ sagineturomni virtutũ genere. Eò venit vt verè credentes VITAM habeant, hoc est, tranquillam accipientes conscientiam, salui fiant: & ABVNDANTIVS habeant, hoc est, vitam æternam fide viua percipiant, quæ per Christi spiritum semper incrementum accipiat, donec plenè perfecta, beatáque reddatur. Hæc vita, vita est Spiritus, quam perdidit primus homo, qua sola viuit spiritus noster. Vade dicebat Paulus ad Gala. cap. 2. Viuo iam nõ ego, viuit verò in me Christus. Aut VT abũdantius habeant, id est, vt nõ obiter tantùm habeant vitam, sed etiam certi sint de vita, obsignati Spiritu promissionis Sancto ad vitam. Est proculdubio Christus, non solùm vita, verùm etiã bonorum omniũ thesaurus, è quo petere licet quicquid volumus. Ille enim tic ait, Quicquid petieritis Patrẽ in nomine meo, credentes, dabit vobis. Est & bonorũ corporalium thesaurus, eo modo, quem neque caro, neq; ratio humana capit. Ipse enim est sub morte, vita: sub ægritudine, sanitas: sub paupertate, diuitiarũ plenitudo: sub rebus desperatis, spes: sub captiuitate, libertas: cõtra spẽ, spes: sub perditione, lucrum. Hanc institutionẽ auersatur caro: sed vt hæc doctrina humanæ rationi stultissima videtur, ita Spiritui prudentissima est, qui solus mentem nouit. Obserua: VOX ET abundantius habeant, exaggeratio est liberalitatis, & potentiæ Christi, eum diuitiarum eius commendatione.

Vitã habere.

Habere abundantius.

Adã perdidit vitam.

Thesaurus Christus.

[EGO sum pastor bonus.] Græcis additur articulus (Ille) EGO sum pastor ille bonus, siue egregius. Quasi diceret, Iam vobis declaraui me ostiũ esse, nũc pro certo habetote me pro pastore illo Messia, de quo vos prænonuerũt sancti Prophetæ. Esaias cap. 40. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachiũ eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo, & opus illius corã illo. Sicut pastor, gregem suum pascet, ita brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit. Ezech. cap. 34. Suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego autẽ Dominus ero eis in Deũ, & seruus meus Dauid princeps in medio eorũ. Summa diligẽtia quid de hoc pastore deinceps futurũ esset, prædixerunt, vt Zacharias cap. 11. Percutiam pastorem, & dispergẽtur oues gregis. Vox, EGO, valde emphatice profertur, pro, NON alius: siquidem præter vnũ Christum, non alius pastor verus, ac bonus: & quod ille nõ pascit, impastum manet. Solus ipse suapte natura, effectu, & æternitate, bonus pastor est, & solus facit bene, & verè pascere alios, qui ex gratia, & adoptione boni sunt pastores. Vnde Petrus vocat illum pastorum principem. 1. Pet. cap. 5. Et quum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Hoc pastoris nomine significat se multam pro grege sollicitudinem habere. Munus enim pastoritium ingentis est laboris, ac solicitudinis, doctore Iacob (Genes. cap. 31.) Die, noctúque æstu vrebar & gelu, fugiebátq; somnus ab oculis meis. Quũ itaque Christum, vt pastorem fide apprehendimus, statim agnoscimus in Christo vigilantissimum studium, & ingentem curam, ac solicitam diligentiam, qua pro nobis, grege suo, noctes, atq; dies excubat. Proinde suauissima nomina sibi vsurpat Christus: nunc se panẽ viuũ, nũc fontem viuum, nunc ostium vocans: quibus nõ tam nos, vt in Euangelio promoueamus, inuitat, quàm vt se no-

Pastor bonus.

Pastorum princeps, Christus.

Pastoris diligentia & patientia.

bis cum suorum bonorum vniuersitate donet. Vnde quũ alibi se panem viuum nuncupat, nonne hoc ipso nos ad mensam suam inuitat, & nobis vere credentibus omnimodis saturitatem donat? Ita & nunc quum se bonum pastorem vocat, excitat animos nostros vt agnoscamus nos oues: & hoc nomine pollicetur nobis ouibus admodum stultis, ac perditis, omnem pastoritiam solicitudinem, ac vigilãtiam. Nam oues quum dicimur, nostræ infirmitatis, & stoliditatis admonemur. Est sanè ipsa ouis omnium animantium inertissima, ac simplicissima, vt vulgò inde prouerbium iactetur, si de simplici, idiota, ac non ingenioso loquendũ sit, Quis est. Adeò iners & stulta est, vt nulla de causa, ac sæpenumero hybernis mensibus foras è septis digrediatur, quũmque à niuibus occupata fuerit, ni pastor compulerit, discedere non vult, sed relicta, velut inermis, manet, & perit, nisi pastor adiuxerit: apud quem solum illa auxilium quærit, dum sibi ipsi opem ferre non possit, neque pascere se, nec seruare, nec à lupis seruare, sed tota in aliena ope sita est. Ita & nos homines in peccatis nati, imbecilli, simplices, inertes, nulla etiam de causa frequenter septa Christi eximus: ea quæ (nisi à pastore compulsi) nunquàm redimus. Stamus sæpenumero lupis, inferno, & Satanæ expositi: à quibus voraremur, nisi vigilantissimus pastor nos reduceret. Obserua: Boni pastoris officium est, pascere, & regere. Hæc duo officia significantur pera, & pedo, siue baculo pastorali. Pascit quidem pastor, quum puris, ac salutaribus pabulis prospicit suis ouibus: Regit, quãdo abigit lupos ab ouibus: tuetur, ac defendit oues ab omni iniuria.

Ouis inertissima.

Simile.

Pera.

Pedum.

[BONVS pastor animam suam dat pro ouibus suis.]

Bonus pastor homo haberur, qui viuit quidem de gregis sui prouentu, qui bona fide reducit oues ad septa, qui reducit in pascua, qui nihil furatur, nihil mactat. At longe excellentior est pastor Euangelicus: nam non solum nõ spoliat gregem vti fur, non laniat vt praedo: verumetiam ANIMAM, hoc est, vitam suam (tropo enim Scripturæ animam pro vita ponit) pro ouibus suis DAT, id est, profundit: tantum abest vt lucri, quæstúsve gratia lædat gregem suæ fidei concreditum. Fecit Dominus quod monuit, (ait Gregorius) ostẽdit quod

Boni pastoris officium.

Anima pro vita.

iussit. Bonus pastor pro ouibus suis animam suam posuit, vt in sacrame nto nobis corpus suum & sanguinem daret, & oues (quas redemerat) carnis suæ alimento sanctiaret. Infrà cap. 15. Maiorem charitatem nemo habet, nisi vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Hoc præstitit Christus: adeòque eò melior est pastor, quòd non iit mortuus pro nobis iustis & piis existentibus, sed pro nobis, quum adhuc inimici essemus. Roma. cap. 5. Si enim quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius: multò magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. Locum hunc piè contemplatus Ambrosius, ait, Nemo tantum exhibet, quantum qui semetipsum tradit. Pastor autem noster Christus Dominus, corpus suum in cibum, & sanguinem nobis proponit in potum: secundum quod dixit Iudæis (Ioan. cap. 6.) Caro mea vere est cibus, & sanguis meus verè est potus. Carnem quoque suam dedit in redemptionem, sicut Paulus profitetur, dicens nos emptos esse pretio magno (1. Corinth. cap. 7.) atque ideo fieri non debere seruos hominum. Et ne quicquam sibi reliquum maneret, etiam quod maximum habet, diuinitatem suam dat in præmium. Sic nanque dixit ad Abraham (Genes. cap. 15.) Ego merces tua magna nimis. Spiritum quoque suum sanctũ nobis elargitur in initium vitæ æternæ, vt iam nihil obstet, quin vnus Christus & verus, & optimus sit pastor. Huc pertinet parænesis illa (1. Ioan. capite 3.) In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Eò tendit hic locus, cuius germanus sensus est, vt intelligamus nos effici veras oues morte Christi: & similitudine quadam officium hominis pastoris boni esse, talem debere potiùs vitam relinquere, quàm deserere suos auditores, oues, cum periculo conscientiarum: quod præstiterunt Stephanus, Paulus, & alij martyres non pauci, non tamen simili & eodẽ effectu cum Christo: Christus enim sua morte nos reddit iustos, & Patri reconciliatos: non aũt Stephanus, aut quiuis alius, quauliber sanctus fuerit, hoc beneficij præstitit: sed sua morte nos confirmauit, vt ex illius martyrio pro veritate, nos ipsos spiritaliter cõsolemur. Atque tametsi Paulus, & alij martyrium

Quomodo efficimur oues.

Mors Christi nõ autem martyrum sanctiscat.

perpessi

Universidad de Deusto
Biblioteca

perpessi sint in nostræ fidei confirmationem, non tamen id citra Christi specialem fauorem fecerunt. Christus autem sine omni præsidio aliorum, salutem nobis sua morte acquisiuit. DAT vitam pro ouibus, vt, supple, eas redimat, atque saluet. Colligamus ex his: Christus nō solum vero pabulo pascit oues suas, sed etiam illas saluat, & iustificat. Exemplo Christi boni pastoris, pastores sua gratia donati pro ouibus sibi concreditis etiā extrema subeunt pericula vrgente necessitate. Nemo enim cognomentum veri pastoris meretur, nisi purus sit ab omni cupiditate priuati commodi, nisi vitæ quoque suæ sit contemptor, si quando periculum gregi ingruat. Huc pertinet parabola (Lucæ capite 15.) de oue, quæ errauerat, ad quam vadit, & quærit eam, relictis nonaginta nouem.

Quare Christus animam posuit pro ouibus?

Rogabit aliquis. Quare Christus animam suam posuit pro ouibus? & respondeo: vt abigat, & vincat lupum, qui est Satanas, circumiens, & quærens quem deuoret: & lupinam cohortem. Hæc enim omnia Christi morte sunt subacta, & victa: & recuperata sunt iustitia, gaudium, vita, cælum.

Mercenarius.

[MERCENARIVS autē, & qui non est pastor.] Quātum ad vocabulū attinet, MERCENARIVS dicitur, qui à vero pastore certo pretio conductus est, & sui compendij gratia gregis curā suscipit: interim non admodū solicitus est, siue bene, siue male pascantur oues, siue veniat lupus, siue non, siue rapiat, siue non rapiat. Huiusmodi sunt multi pastoritio magistratu cū seculari, tū Ecclesiastico insigniti, qui vitæ periculo ingruente, hoc est, viso lupo irruēte, proditis ouibus, suæ vitæ fuga cōsulunt, gregem dissipandū, ac dilaniandū relinquunt: & veniēte Satana, gregē suū per falsas doctrinas, per peccata, per offendicula, & per mortē dilacerante, cōniuent, tacent, nō increpāt, timore dāni sui: non instant opportunē, importunē: sed sua mercenaria, quæstuosaq; doctrina hoc docēt, hoc suis blanditiis inculcāt, vt gloriā propriā, & cōmodum lucrentur, solius ventris curā habentes, & cōpendiū suum in ouibus spectantes. Quid in causa? Nihil aliud, nisi quod mercenarius est, non pastor. Vera charitas non est mercenaria: præcipuum finem non spectat, mercedē. Vbi enim mercedis est sola rauo, ibi aut nulla, aut imperfecta

fecta est charitas: & si quod præstatur officium, non præstatur ex animo veri pastoris, qui omnia candide, & liberaliter agit. Hi non gratis amant Christum, à quo gratis amantur: neque ipsum sola charitate Dei præ oculis habita, diligunt, sed solum compendiū quærentes, in speciem gloriæ Dei studere videntur. Nolim tamē negare pastores, & Ecclesiastas, & seculares posse ex grege accipere, quo victum iuxta magistratus modestiam, & decentiam sustineant. id nemo est qui abneget, quando etiam Dominus æquissimum hoc esse censuit (Luc. capite 10.) docens, dignum esse mercenariū mercede sua. Paulus quoque idipsum confirmauit, 1. Corinth. cap. 9. Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineā, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non manducat? An non & lex eadem dicit, Non alligabis os boui triturāti? Nunquid de bobus cura est Deo? Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? & qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita ordinauit est dominus, vt qui annuntiāt Euangelium, de Euangelio viuant. Hic habes ex ordinatione diuina, & Dei præscripto, pastores bonos, siue episcopos, siue parochos, siue ecclesiastas, siue quosvis alios, posse victum suum, cæteraq; ad vsum habere ex subditis, neque per hoc mercenarios esse, quales hoc loco Christus repellat, & abigat veluti dolicatulos, qui otiantes habent pinguissima (vt ita dicā) beneficia: qui patrimoniū Christi recipientes, absumunt, deco quunt, nihil Ecclesiæ Dei seruiunt, manducant tantum, & bibant: nunquam concionantur, nunquam gregem suum visunt, cuius solam lanam quærūt, nunquam canunt in templis, confessionem nullius audiunt, vt conscientias consolentur, nunquam missas celebrant, neque celebrare intendunt, mercenarij ignauissimi, ventres pigri, (aut Paulus) malæ bestiæ. Istiusmodi homines suis coloribus eleganter depingit Ezechiel, capite 34. Hæc dicit Dominus Deus, Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nonne greges à pastoribꝰ pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum nō pascebatis. Quod infirmum

Ex Euāgelio aliquid accipere.

Ignaui nō contendent, sed deglutient oues.

infirmum fuit, non consolidastis: & quod ægrotum, non sanastis: quod confractum est, non alligastis: & quod abiectum est, nō reduxistis: & quod perierat, nō quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et dispersæ sunt oues meæ, eò quòd non est pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarū agri, & dispersæ sunt. Errauerūt greges mei in cunctis mōtibus, & in vniuerso colle excelso, & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret. Vide reliquum in Propheta, & exitium, quod huiusmodi pastoribus minatur Dominus.

Mercenarij.

[CVIVS non sunt oues propriæ.] Quia Christo vero & summo pastori propriæ oues, sunt pij, valde consolatur ipsos, quum audiunt propria sua pabula habere à Christo: se non ad alium pertinere, quàm ad Christū, qui hodie æquè curam agit suarum ouium, atque dū hic ageret in terra. Sunt igitur verè mercenarij, qui pro libidine dominantur, & sæuiunt in conscientias, præscribendo, & veluti trisulcis excōmunicationis fulminationibus minando, terrendo, & angustiando eas. Ab hoc dominio, & tam fera sæuitia se prorsus alienum Paulus asserebat, 2. Corinth. 1. scribens, Ego autem, inquit, testem Deum inuoco in animam meam, quòd parcens vobis, non veni vltrà Corinthum: non quia dominamur fidei vestræ, sed quia adiutores sumus gaudij vestri. Quum itaque oues sint Christo propriæ, consequens est affirmare Christum ouium curam habere, defendere eas, ac tueri.

Christus piorum curam habet.

Lupi qui dicuntur.

[VIDET lupum venientem.] CVIVI nomine veniunt intelligendi falsi doctores, mundus, Satanas ipse, qui verè lupus, leo, draco, & serpens nuncupatur, imò & omnes personæ, quæ tentant, & pelliciunt aduersus doctrinam, & spiritum Christi: Quæ hoc nomine dicuntur ē natura, & ofticiis luporum: quæ sunt, rapere, dispergere, dissipare, interficere, & huiusmodi. Obserua: mercenarius videt lupum venientem: quia huic conniuet, non latrat, non hunc auersatur: propterea sub mercenarium facilè irruunt doctores falsi, & falsa doctrina.

[ET dimittit oues.] Quando grex desyderat maximè pastorem, ibi grex proditur, fugiente conductitio, & mercenario pastore. Cur ita? Quia conductitius pastor sola

sola ratione humana ductus, iudicat satius esse perire gregem alienum, quàm se venire in capitis discrimen. Hic suo sensu ductus, cogitat, Quid tum si pereat grex? mihi nihil perit, merces in tuto est: & si quid mercedis perit, hoc perire malo, quàm pro grege alieno certare cum lupo. Si perit, suo domino pereat, reperietur alius grex, cui mercede præficiar. En vides genium mercenarij, cuius animum nihil cruciat gregis interitus.

Pastor conductitius.

[ET fugit.] Mercenarij (dum res in vado est) mentiuntur se veros pastores: sed accedente lupo, hoc est, falsa doctrina, quæ rapit, dispergit, dilaniat, deuorat, & perdit conscientias, nihil admodum curat, nihil tristatur: sed TVGIT, & permittit illas deuorandas lupis. Aut FVGIT, id est, timet, silétque, quando loquendum est.

Fugere.

[ET lupus rapit, & dispergit oues.] Periphrasticè describitur interitu, & perditione conscientiarum in tentatione loquitur, quibus per mercenarios, & mercenariam doctrinam imponitur. In speciem quidem veri pastoris, & sanæ doctrinæ, ad tempus apparent mercenarius, & mercenaria doctrina: Pseudo prædicatores sunt, ouilla vestiti pelle, qui sub specie diuinæ, Christianæque doctrinæ, merum virus Christi pecudibus propinant, & salutaria se docturos pollicentur: quorum effectus, & scopus sunt, rapere, dispergere, dilaniare, excarnificare, & perdere conscientias. Hoc est, contendere vt à fiducia in bonitatem Dei, ad inania creaturarum auxilia, animos hominum deducant, & ab vtilibus proximos, id est, dilectionis operibus, ad inutilia, & cupiditatis opera detorqueant. Has easdē notas legimus Prophetas pseudoprophetis, & iis, qui ipsorum imposturas sequebantur, obiecisse. Iesus Christus magister noster iuxtà sapientissimus, & nostri amantissimus, ab his cauendum nobis præcipit, vt omnino eo aduertamus animum ne nobis imponant, compti, blandulis, spiritualibúsque verbis, neq, istidiis nos fallāt, & ad sese pertrahāt, quū ait Matth. cap. 7. Attēdite à falsis ꝓphetis, q̄ veniūt ad vos in vestimētis ouiū, intrinsecus aut sunt lupi rapaces: à fructibus eorū cognoscetis eos. Idē hortatur Paulus seniores Ephesi, quū ab illis discederet

Pseudo prædicatores.

Pauli exhortatio ad episcopos.

scederet (Act. cap. 20.) dicens, Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: & ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducãt discipulos post se. Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triẽnium nocte ac die non cessaui cum lacrymis monere vnumquenque vestrũm. Puto hanc Pauli admonitionem ex animo feruentissimo profectã fuisse. Vtinam eiusmodi parænesim animo & diligentia non vulgari perpenderemus: id quod nobis in primis necessariũ hoc tempore foret. Sunt itaque

Lupi.

LVPI, nihil aliud, quàm qui Euangelium, tum foris opere, tum intus male sana doctrina persequuntur, ac supprimere cogitant. Isti maledicti homines seipsos prodũt, & certis notis exprimitur quales sunt, qui vt Deum ignorant, ita miris cupiditatibus laborant: vnde vita quoque, ac moribus, non obscurè produnt nominis & gloriæ sitim, authoritatis, & magisterij ambitionem, ventris studium, odium veritatis, & eorum, qui illam asserunt. Has notas pseudoprophetis tribui in diuinis literis legimus, vt Rom. cap. 16. & 1. Corinth. cap. 4. & 2. Corinth. cap. 11. & Galat. 4. & 5. Philipp. 3. 4. & 1. Timoth. 4. & Tit. 2. Nusquam autem plenius describuntur, atque 2. ad Timoth. 4. & 2. Petri 2. & apud Iudam, Auaritiæ, supercilij, ambitionis, doli, ac inuidentiæ vbique ferè notantur, etiam apud Prophetas, vt Ezech. cap. 13. Amos 6. Micheæ, cap. 3. Obserua. Verbum

Rapere.

RAPERE, vim importat, quo fit vt conscientiæ, quæ neque habent pastorem Christum, neque pabula eius, non valeant consistere coram violentia falsorum doctorum doctrinæ falsæ; Satanæ, & mundi. RAPERE, & dispergere oues, est disturbare conscientias, terrere, intrãquillas reddere, adigere ad desperationem, honorem Dei ad creaturas referre; Euangelium, verum pabulum, auferre, tentare, & malis cogitationibus animas cõfundere, hoc est dispergere.

Cogitatio malitiæ. Consensus. Opus malum.

Malitiæ cogitatio confertur furto: cõsensus autem inanem concupiscentiam, diabolicæ mactationi: opus autem malum, perditioni: & id est, quòd fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, ac perdat. Alium enim ad luxuriam pertrahit, alium in auaritiam accendit, alium in superbiam erigit, alium per iracundiã diuidit: hũc inuidia stimulat, illum in fallacia supplantat. Lupus ergo gregem dissipat, quum fidelem populum diabolus per tentationes necat.

Lupum dissipare gregem.

[MERCENARIVS autem fugit, quia mercenarius est, & nõ pertinet ad eum de ouibus.] Miserrimis, & abiectissimis affectibus ducti mercenarij aduentante lupo, aut modico vitæ dispẽdio, proditis ouibus fugiunt. Aiũt enim apud se: Quid ad nos si lupus rapuerit oues? Securũ, certúmque est pretium nostrum, vtvt ouibus acciderit: fugiamus itaque, vtcunque interim se res habeat cũ ouibus. Cur ita? Quia MERCENARIVS est, id est, solũ priuatum compendium, siue commodum quærit: illiúsque propria intentio, est merces. ET NON pertinet ad eũ de ouibus, id est, non curat oues, vt improprias. Olim principes episcopis, & sacerdotibus, imò & alijs magistratibus ingentes census largiebantur, terras item, & populos, vt adeò pij episcopi, quales fuerunt D. Nicolaus, & Ambrosius, huiusmodi dignitatẽ non lubenter amplecterentur, sed fugerent, tanta horum erat humilitas, & sui abnegatio. Iam verò inuersa sunt omnia: cursu enim, celeríq; impetu quæruntur talia bona, tales præfecturæ, tales magistratus: & quò pinguius fuerit aut beneficium, aut officium, eò celeriore curritur pede: omnes ita suum quærentes, non quod Iesu Christi. Qui episcopatum desyderat, vt prosit subditis, non autem vt solùm præsit, opus, & laborem bonum, non otium, & cupediam desyderat.

Mercenarius.

Episcopatũ desyderans, bonum opus desyderat.

[EGO sum pastor bonus.] Singulari epanaphora redit ad idem, vt hac repetitione vrgeat omnes alios esse mercenarios, se verò solum vnicum illum & bonũ pastorem. Vox EGO, emphasim habet. Quasi dicat Christus, Alij sibi placeant quantũ velint, & sibi videãtur boni pastores: ego tamen solus sum, qui nihil omitto, quod ad veri pastoris partes attinet. Ego gregẽ diligo, bene pasco, hunc in periculo non desero, non fugio. Respondebit aliquis: Si Christus solus est bonus pastor, quid igitur dicemus de Apostolis, & alijs bonis viris ecclesiasticis? num & ipsi mercenarij fuerunt? Respondeo: Quemadmodũ solus Christus Filius Dei, bonus, iustus, & cælestis est, fiunt tamen credentes, per fidem viuam filij Dei in Christo, boni, pij, iusti, &

Solus Christus bonus pastor.

cælestes: ita solus Christus est bonus Ecclesiæ pastor: sunt tamen in Christo cum Apostoli, tum alij Ecclesiastæ, boni pastores: & id officij communicatione boni pastoris accipiunt, dum sana doctrina, & verbo Euangelij pura, Ecclesiam Christi instituunt, & ei sanctæ vitæ exemplo

Quales esse debet ecclesiastę.

præsunt. Tales enim Ecclesiastas esse oportere Paulus Actо.cap.20.hortatur, Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Et Petrus 1. Epist.cap.5. Pascite, qui in vobis est, gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè: neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et quum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.

[ET cognosco meas.] Alludit ad notulas illas, quibus pastor corporeus suas ab alijs distinguit, & cognoscit oues. Christus sanè cognoscit ea, quibus suæ oues ab alijs secernuntur, deprehenditque ipsas prædestinatas, & effectus prædestinationis in ipsis. Hoc est, & præsentem illarum statum, & futurum exitum cognoscit. Quidenim illum latere potest, qui nouit omnia? Suas ergo cognoscit oues, quas assumit, & seruat vt electas, & in se prædestinatas. 2. Timoth. capite 2. Nouit dominus qui sunt eius, & infrà cap. 13. Ego scio quos elegerim.

Oues suum cognoscunt pastorem.

[ET cognoscunt me meæ.] Id est, cognoscor à meis. Est proculdubiò in prædestinatis lumen internum, huiusmodi notitiam faciens. Obserua quàm necessarium sit lumen illud lucis æternæ in nobis locum habere, sine quo nunquàm ad Dei cognitionem perueniremus, sed perpetuis obsiti essemus tenebris. Prius enim à Deo cognoscimur, quàm Deum cognoscamus. Ipse in primis familiaris factus est nobis, carne factus homo, deinde nos illi familiares facti sumus, quum per gratiam eius, ex Deo nati sumus. Vnde, ex homine priùs nasci voluit, vt homo ex Deo nasceretur. Cognouit prius hominem homo factus, vt cogniti ab illo homines, ab ipsis cognoscerentur. Huc pertinet quod ait (Ieremiæ capite 13.) Dominus, Cognoscent me omnes à minimo vsque ad maximum. Quomodo id fit? Donantur sanè electi Spiritu Sancto, quo

Lumen in prædestinatis.

Deus homo factus vt dij essemus.

Cognitionis Dei gradus.

cto, quo & Christum, & verbum, & vocem eius cognoscunt. 2. Corinth. cap. 1. Deus est, qui confirmat nos, qui vnxit nos, qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Christum itaq; probè cognoscere, est sentire quòd nobis vnà cum tota facultate sua, ex pura Dei bonitate Christus donatus sit, qui pro nobis satisfecerit, salutem, ac vitam æternam peperierit: & quod hæc omnia nobis Deus gratis donat propter eum, eiusque causa. Posteaquàm pro fundamento, & substantia saluus ruæ Christum habueris, tum aliud sequitur, vt & exempli vice, illum quoque suscipias, téque ita proximo tuo inserviendo præstes, quemadmodum vides qualē se tibi exhibuerit. En vides fidem, & charitatē in suo flore esse. Hoc modo præceptum Dei completum est: Homo exhilaratur, ac intrepidus redditur ad quiduis vel patiendum, vel ferendum. Diligēter itaq; animum aduerte. Christus ceu munus fidem tuam viuam nutrit, téque in Christianum transmutat, qui ex impio solus pium facit. Christus verò ceu exemplum, opera tua perficit, quæ te Christianum nō efficiunt, sed ex antecà Christiano prodeunt. Scire ergo, & cognoscere Christum, est scire, ac sentire quare Christus aduenerit, & quo pacto illum nobis vtilem facere debeamus. Hanc cognitionem Paulus sæpe in suis epistolis, similiter & Petrus viris Christianis exoptant: 1. Petri, capite 5. Crescite verò in gratia, & in cognitione Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi.

Opera ex fide prodeunt.

Cognoscere Christum.

[SICVT nouit me Pater, & ego cognosco Patrem.] Argumento à quodam simili petito, probat se certam suarum ouium habere notitiam. Videtur iuxta aliquam similitudinem sic ordinandus, & superiori sententiæ coniungendus textus: Ego cognosco meas oues, vt me cognoscit Pater, & cognoscor ab illis, vt Pater à me cognoscitur. Iam Pater sic Filium cognoscit, vt nunquàm eum deserere possit, sed omnia in gloriam Filij attemperet. Sic iam & ipse Filius oues suas cognoscit, vt pro earum salute nihil non faciat, & patiatur. Aut Pater certò nouit Christum esse Filium suum: contrà, Christus nouit Deum esse Patrem suum, protectorem, & seruatorem. Similiter Christus credētium Pater, nouit oues suas: contrà, oues eius nouerunt Christum esse bonum pa-

Cognitio nostra Christi & ouium.

storem, protectorem, & custodem vigilátissimum, à quo omnia pendère certò fatentur.

[ET animam meam pono pro ouibus meis.] A certo & vero boni pastoris signo, superiora confirmat, probátque se esse bonum pastorem, tutorem, & protectorem suarum ouium, pro quibus ANIMAM, id est, vitam ponit. Quo verbo declarat quòd non inuoluntarius, sed voluntarius ad passionem accedat. Verbum enim PONO, significat quòd volens seipsum morti offerat, quam non fugit, cùm aduenit hora. Cauerunt hoc Theudas, Iudas, & alij pseudoprophetæ, qui nō posuerunt animā pro ouibus, quas cum suis erroribus perire permiserūt. Ponit igitur hic bonus pastor animam suam pro ouibus. Sed rogo te, pie lector, quæ possit hac maior cura, & dilectio dici? Verè itaque cognoscit oues suas Christus, vt Christum Pater. Aut ideo oues cognoscūt Patrem meum, quia ego PONO animam meam, hoc est, quia ego morte mea emeor ipsis Spiritum clamantem, Abba pater: impetro vt sint filij Dei, & placatum habeant Patrem.

Animā ponere pro ouibus. Pono.

[ET alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili.] Hic locus est de vocatione Gentium, quæ non minùs spectant ad Euangelij gratiam, quàm Iudæi. Euangelium enim virtus Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primùm, & Græco. Iudæi, primæ oues sunt, quibus Christus ipse primùm concionatus est: idque ita sibi persuadebant Iudæi, fortassis ex eo loco Dauidis, Nos autē populus eius, & oues pascuæ eius. Iudæorum enim tum nomē tam sanctum erat, atque hodie Christianorum. Gentes verò incircūcisæ, ALIAE fuerūt OVES, siue nos sumus: QVAE non sunt ex hoc ouili, hoc est, è Iudæis, quos ouile vocat: non enim habebant testamenta, non erant de progenie Patriarcharum, nec habebant promissiones, quemadmodum Iudæi, qui inter certa septa, & legem ipsam inclusi erant, Esaiæ cap. 5. Respondebit aliquis: Non erat missus Christus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel (Matthęi 15.) Quomodo ergo ait se alias habere? &c. Respondeo: Quanuis secundùm exhibitionem præsentiæ suæ corporalis, non fuerat missus nisi ad oues, quæ perierāt domus Israel: tamen præuidens Gentium multitudinem ministerio Apostolorum ad ouile suum adducendam, illámque ex promissione esse iuxta Prophetarum oracula, dicit, Alias oues habeo, quæ non sunt, &c.

Gentium vocatio.

Ouile.

[ET illas oportet me adducere.] Oportet, quasi dicat, Necessitas ouium hoc postulat. ME, dicit valde emphaticè. ME, sine quo non contingeret hæc salus, & in caulas dispersæ non reducerentur. Verbum ADDVCERE, ostē dit Christum loqui de longinquis, & multùm distantibus populis, qui adducendi sunt: quales erant Gentes. Quasi dicat Christus, Neque Patris voluntati, neq; meæ gloriæ mea cura tendit. Sunt enim & inter Gentes dispersæ oues, luporum, furum, & latronum insidijs obnoxiæ, nec mihi quiescet animus tam solicitus, donec has in communes caulas reduxero.

Adduco, verbum.

[ET vocem meam audient.] Quia ex Deo sunt, verbum Dei audient. Licet Moysen, & Prophetas non audierint, tamen audient vocem meam, si quæ sint saluti destinatæ. Non enim natio secludit à salute. Suprà, cap. 5. dicebat Dominus, Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, viuēt. Gentes (quæ erant populus mortuus) audierunt VOCEM, id est, verbum Christi, & adductæ sunt in caulas Domini, veri pastoris, siue ad veritatem & vnitatem fidei. Obserua. Verbum AVDIENT, indicat hunc locum promissionis esse de vocatione Gentium. Ergo Gentes vocabuntur, & ex gratia vocatæ sunt. Vocatæ, & adductæ sunt Gentes per Apostolos, nō tamē sine interna Christi voce, qua suo spiritu afflat, & vocat. Promptè, & expeditè fidem per Apostolos exceperunt Gentes. De quibus Propheta ait, Psalmo 71. Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

Natio nō secludit à salute

Audire, verbū promissionis.

[ET fiet vnum ouile, & vnus pastor.] Christus Gentes in vnum ouile redegit, hoc est, in vnā Ecclesiam, per Apostolos, & concionatores, quos misit prædicare in vniuersum mundum (Mar. cap. 16.) quorum officium adhuc semper durat, donec (ait Paulus Ephes. cap. 4.) occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. VNVM ergo OVILE, hoc est, vna Ecclesia, ex Iudæis & Gentibus in vnam religionem conspirantibus facta,

Functio Ecclesiastica vsque ad finē seculi.

facta,congregatáq; est sub vno pastore,capite huius Ecclesiæ,Christo.Hãc vnionem Gentium cũ Iudæis Paulus Ephes.cap.2.plenissimis buccis prædicat, Nũc autem in Christo IESV,vos,qui aliquando eratis longè,facti estis propè in sanguine Christi: ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum,& mediũ parietẽ maceriæ soluẽs, inimicitias in carne sua,legẽ mãdatorũ decretis euacuãs, vt duos condat in semetipso,in vnũ nouum hominẽ,faciẽs pacẽ,vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem,interficiẽs inimicitias in semetipso,& veniẽs euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem his qui propè:quoniã per ipsum habemus accessum ambo in vno Spiritu ad Patrem.FIAT ergo vnum ouile, & vnus pastor:id est,vna fiet Ecclesia ex Iudæis & Gẽtibus collecta,vnũ pastorẽ Christũ agnoscẽs. Quod Apostolorũ tẽpore eõprobatum est,vt Acta docẽt. Vnũ ouile enim ceperunt esse Iudæi & Gẽtes sub Euãgelio, quod est doctrina vniuersalis pro omnibus hominibus. Alia erat ratio cũ legis doctrina, quæ tãtùm ad Iudæos pertinuit. Animaduerte:Nõ est hic locus intelligendus iuxta quorundam interpretationẽ,q; post nouissimũ iudicij diem, omnes & boni,& mali,in vnũ æternæ vitæ locum congregabuntur.Quî enim fieri potest vnum futurum bonorum & malorum ouile:quum Dominus in maiestate sua separaturus sit oues ab hœdis?Matth.cap.25.

Euangelium.

[PROPTEREA me diligit Pater,quia ego pono animam meam,vt iterum sumam eam.] Digressio est, qua declarauit quomodo pro ouibus suis animam posuerit.Videtur mihi ad hunc modum ordinãdus textus: Quia ego pono animam meam, propterea me diligit Pater,vt iterum sumam eam. Non hîc fit sermo de dilectione paterna simpliciter,& absolutè, sed de dilectione ad hunc effectum,scilicet vt Verbum homo resurgeret. Quasi dicat:Tam gratum est Patri, ponam voluntariè vitam meam,vt quia ego pono animam meam,propterea ex hoc meritò diligat me Pater, ad tantum beneficium scilicet,vt iterum sumam eam: hoc est, meipsum resuscitem. In eandem veniunt sententiam verba Pauli ad Philip.cap.2. Humiliauit semetipsum, factus obediẽs vsque ad mortẽ,mortẽ autẽ crucis: propter quod & Deus exaltauit

Patrem diligere Filium.

exaltauit illum,& dedit illi nomen,quod est super omne nomen, &c. Rursus Ephes.capite 4. Descendit primùm in inferiores partes terræ, &c. Quasi diceret. Quia descẽdit in infimas partes terræ,factus abiectissimus,& nouissimus virorũ,ideo ascẽdit super omnes cælos. Et Psal. 8. Minuisti eum paulò minus ab angelis, gloria,& honore coronasti eum. QVIA ergo EGO pono animam meam pro ouibus, id est, Quia per crucem ego redimo oues meas, & per mortem seruo oues meas: propterea hæc mei oblatio in cruce gratissimum est opus Patri: vnde in hoc mihi fauens Pater, non sinit me perire in cruce,& morte:sed per crucem,& mortem eo ad gloriã, & emereor ITERVM vitam sumere,id est,à morte liberari,& mea virtute exurgere à mortuis,occidendo mortem,& ouibus meis immortalitatem pariendo. Obserua:Christum habuisse suæ crucis, ac mortis approbatorem Deum Patrem: vnde nec temere, nec sine singulari Dei consilio & ordinatione, Christus animam pro ouibus posuit. Aduerte:Mœrore plenum est, Christum ponere animam suam: at consolatorium est, eum iterum animam sumere.

Lætatio Christi Patri gratissimæ.

[NEMO tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso.] ANIMA hoc loco pro vita accipitur. Significat CHRISTVS quòd cruce afflictus fuit & mortuus, quia sic suæ,& Patris voluntati placuit:non quia Caiphæ, aut Pilati, alteriúsve minis, viribus, & potestate actus fecerit: sed ex sua ipsius gratuita,& benenola voluntate, & charitate, quam erga suas oues habebat. Vnde Pilato putanti in manu sua esse CHRISTI animam tollere,respondit CHRISTVS (infrà capite 19.) Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Huc pertinet quod scribitur Act. cap.4.Cõuenerũt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum IESVM,quem vnxisti. Herodes,& Pontius Pilatus, cum gentibus, & populis Israel, facere quæ manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri. Colligamus hoc exemplo quantum pij consolationis habeant in aduersis,quũ audiũt aduersarios nihil potestatis habere aduersus pios in magna Dei custodia habitos,nisi quantum permittit Deus,& quia sic est voluntas eius,

Anima.

Piorum consolatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam per impios exequitur in extremũ impiorum exitium, in ſummã autem piorũ vtilitatẽ. Proinde quũ volẽs & non inuitus mortuus ſit Chriſtus, volens etiã ſitiuit, & eſuriuit, qui poterat ab huiuſmodi corporeis actionibus, & paſsiõibus ſeipſum, ſi voluiſſet, ſeruare. In nullo enim puro homine natura ſubditur volũtati, ideo mors cuiuſlibet talis hominis, eſt naturalis. In Chriſto autẽ natura ſua, & tota alia natura ſubditur volũtati eius: quò ſit vt ſecundum voluntatis ſuæ beneplacitũ potuit animã ponere, hoc eſt, ſeparare animã à carne, eo temporis momẽto, ſiue ea hora, qua voluit: & rurſum ſumere eã, per ineffabilem ad corpus vnionẽ, tempore reſurrectionis, quo redijuuus reſurrexit, & ſeipſum exuſcitauit: quod nulli puro homini datũ eſt hoc facere: licet volens, ſibi mortem cõſciſcere poſsit. Hoc argumento ductus Centurio ille, vidẽs in paſsione Chriſtũ ſic mori, clamauit, Verè hic Filius Dei erat. Agnouit enim ipſum tantæ poteſtatis fuiſſe, qua ſponte mortem perpeſſus fuerit.

Voluntati humanæ non eſt ſubiecta natura.

Volũtati Chriſti ſubiecta natura.

[POTESTATEM habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.] Quia iuxta Dei conſilium Chriſto patiendum, ac moriendum erat, ne putaremus de Chriſto actum fore (ſiquidem ratio, & ſenſus, ſic argumentatur, Chriſtus paſſus, & mortuus eſt, ergo de ipſo actũ eſt, & nihil ſpei eſt de vita eius, qua rediuiuus fiat) repetit Chriſtus, & probat argumento à potentia ſua petito, quod de voluntaria ſua morte dixit, vt pijs omnibus tenaciùs inhæreat, adveluti Summa totius Chriſtianiſmi, & ſalutis omnium anchora, Chriſtus volens mortuus eſt, & ſuapte natura ſeipſum à mortuis exuſcitauit. Cõmendatur itaque potentia Chriſti, in cuius manu & vita, & mors eſt. Quaſi diceret, Quantacunque fuerint in me inimicorum ſæuitia & graſſantiũ crudelitas, nihil mihi moleſtiæ inferent, ſi voluero: qui habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi poteſtatem. Magnã hæc afferunt pijs conſolationem, quum audiunt ſe habere tam potentem paſtorem, defenſorem, & protectorem, in cuius manu ſita ſit mors, & vita.

Chriſti potentia.

Vita & mors in manu Chriſti.

[HOC mandatum accepi à Patre meo.] Peruenuſta tapinoſi, ſuique humiliatione, Chriſtus dicit ſe ACCEPISSE hoc mãdatũ à Patre, id eſt, in hoc ſe miſſum eſſe, vt moreretur pro peccatis ouiũ, id eſt, electorũ: & reſurgeret propter iuſtificationẽ eorum. Rom. cap. 4. Aut, Quòd ſim dominus vitę, ac mortis. (ait Chriſtus) ſiue q̃ ego habeo poteſtatem ponendi animã, & iterum ſumendi eam, id habeo à Patre meo, qui me miſit in mundum, vt hac ratione procurem negotium humanæ ſalutis, mihique hanc poteſtatem impartijt, vt quod volo, poſſim.

Datum à Patre mandatum Chriſto.

[DISSENSIO iterũ facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos.] Quãto clariùs prodebatur Chriſti diuinitas, & eius functio, tantò magis electorũ, & reproborũ reuelabatur diſcrimẽ. Pij cum perſonam, tum doctrinam Chriſti, quamlibet humilis, & abiecti, honorificè, ac fidu cialiter excipiebãt: impij verò humiliatione, & abiectione perſonæ Chriſti offenſi, nihil credebant ſermonibus eius, ſoláq; ductabãtur ratione humana. Vnde inter hos, & illos, nõ bene cõueniebat propter ſermones hos, videlicet de paſtoratu Chriſti, & potentia. En malus mũdi genius, qui de Chriſto iudicandi authoritatẽ vſurpat, qui à Chriſto iudicãdus eſt. Obſerua Chriſti humilitatẽ, qui ſe patitur ab alijs (quorum ipſe iudex eſt) iudicari.

Electorum & reproborũ diſcrimen.

[DICEBANT autem multi ex ipſis, Dæmonium habet, & inſanit. Quid eum auditis?] Huiuſmodi ſunt impiorum verba, & blaſphemiæ, qui candida in nigra vertunt, auerſantes doctrinam, & perſonam Chriſti: dicebãt enim quod iam & antè non ſemel dixerant, ſi quando illorum techuas, & ſecreta conſilia proderet, aut aliquid humanis viribus maius diceret, facerétve. Dæmoniacus eſt, & inſanit: carent enim ſenſu communi quæ loquitur: quid iſtum iuuat audire? His blaſphemijs non ſufficit vt gratuitam Chriſti iuſtitiã non ſuſcipiant, verùm & alios ab illa abſtrahere moliuntur.

[ALII dicebant: Hæc verba non ſunt dæmonium habentis. Nũquid dæmoniũ poteſt cæcorũ oculos aperire?] Argumento à potentiſsimis diuinitatis operibus petito, quidam contendebant aperire, Chriſtum, doctrinam, & opera eius, vt res à Deo, & non à diabolo, profectas. Hæc verba (aiunt) non ſunt hominis obnoxij malo dæmoni: ſpirant enim, & exerunt virtutẽ diuinã, præſertim quũ dictis facta reſpondeant. Qualis eſt ſermo, talia ſunt facta. Quæ loquitur, nullo capi poſſunt humano ſenſu:

Chriſtus à Deo eſſe probatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quę facit, virtutē humanā excedunt. Est igitur is homo à Deo. Num insanus, & malo dęmoni obnoxius, potest cæcorum oculos aperire? Spectat ad dæmoniū exoculare vidētem: sed cæco nato aperire oculos, virtutis est diuinæ. Ergo & persona Christi, & doctrina eius, & opera eius sunt à Deo. Diabolus non potest aperire oculos cæci: ergo Christus non habet virtutem aperiendi oculos, & authoritatem ardua faciendi simul & docendi, à Diabolo. Ad hanc controuersiam Dominus IESVS Euangelicæ mansuetudinis non oblitus, nihil respondit: nos interim docens interdum furori impiorum cedendum esse, nec semper contendendum cum improbis, sed factis potiùs declarandum quid possumus, quam verbis.

Impiorum furori quandoque cedendū.

[FACTA SVNT autem Encænia in Ierosolymis.] ENCAENIA, festiuitas erat, qua celebrabatur tēpli innouatio, quā nos templi dedicationem vocamus. Ordinata fuit templi dedicatio, in primis à Salomone (3. Regum 8. & 2. Machab. cap. 2.) in Autumno, mēse Septēbri. Secūdo à Nehemia, & Zorobabel, sub Iesu filio Iosedech Sacerdote magno, in Vere, mense Martio, 1. Esdræ cap. 6. Tertiò per Iudam Machabęum post contaminationem factam per Antiochum: de qua legitur 1. Machab. 4. & apud Iosephum de Antiquitat. lib. 12. cap. 14. Celebrauit, inquit, Iudas cum ciuibus suis pro renouatione templi sacrificia, per dies octo, nullum deliciarum genus omittens. Et legem posuerunt, vt posteri per octo dies hanc renouationem templi celebrarent in mense Casleu, qui nostro Nouembri interdum, & nostro Decembri respondet, Zacha. capite 7. In hoc igitur festo Christus aderat. Vt templum Ierosolymitanum erat vmbra veri templi, (quod est Christus) ita & dedicatio eius tēpli, vmbra erat dedicationis nostri maximè templi, quod sumus. 1. Corinth. cap. 6. An nescitis, inquit, quoniam membra vestra templum est Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Hæc dedicatio in nobis fit, quando per baptismum donamur Spiritu Sancto, & restauramur per fidem viuam in templum Spiritus Sancti. Obserua. Si verbū verbo reddendum esset, diceremus Encęnia, id est, initialia, à καινὸς, nouū, ἐγκαινόω, innouo, initio, dedico. Scribēdū est autem Encænia per æ, di

Encænia. Templi dedicatio.

Dedicatio tēpli in nobis quando fit.

æ, diphthongū, quòd καινὸς pere psilon, Græcis sonat Inane.

[ET hyems erat.] Erat hyems, videlicet tempus illorum animo conueniens: nimirum qui frigidæ legis studio affecti, non arderent Euāgelica charitate. Circūstantia hæc temporis aperte insinuat hanc dedicationē templi non fuisse eam, quæ à Salomone cum magna gloria & totius regni pace, Autumnali tempore facta est: sed quæ à Iuda & fratribus eius in hyeme peracta est.

Hyems.

[ET ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis.] Iesus Christus nō otiosus, sed serio aliquid cogitās, iam non in intimis templi versabatur, sed inambulabat in porticu Salomonis, (quæ tēplo adhærebat) vbi Salomon ad orandum stare consueuerat. Non intelligas porticum illam fuisse, quam Salomon ædificauerat: nam & porticus, & templum à Nabuchodonozor sub Sedecia desolata sunt: sed quòd, vt reor, locus ille rursum in porticum sub Esdra restauratus, & pristinam appellationem retinuerit. Solent porticus nominari ambulacra, vestibula, & atria, quibus templum cingebatur. Proinde huic porticui cognomen erat Salomonis, vt locus ipse loquere tur adesse pacificum illum, omnia conciliaturum, quæ in cælis, & quæ in terris. Hæ voces Ambulare in templo, &c. insinuant qualis rex sit Christus, nimirum pacificus: qualem doctrinā habeat, certè spiritualem, & à mundo alienam: & quale regnum, profectò tranquillum, & spiritale.

Porticus Salomonis.

Ambulare in templo.

Christus qualis rex.

[CIRCVNDEDERVNT ergo eum Iudæi.] Dedita opera, & ex studio satis hypocritico ducti Iudæi, multisque Christi dictis & factis iritati, Iesum ambulantem, ne posset elabi, cinxerunt, volentes de persona, doctrina, & operibus Christi certificari. His verè adimpletum videmus, quod prædictū erat Psal. 30. In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam consiliati sunt. Et rursum, Aduersum me lætati sunt, & conuenerunt, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione, frenduerunt super me dentibus suis.

[ET dicebant ei, Quousque animā nostram tollis?] Fingentes se verborum CHRISTI obscuritate cruciatos, adoriuntur illum his verbis, Quousque verborum inuolucris suspendis animos nostros, & hac ambiguitate,

biguitate,populi seditionem concitas, dū prædicas nunc parabolas,nunc allegorias, nunc illa, nunc alia verborum inuolucra profers? Tentant, & calumniam struunt, vt inueniant quò accusent illum apud Pilatum, & summos magistratus,Scribas,& Pharisæos.Obserua.

Anima.

ANIMA, tropo Hebraico ponitur pro animo, vt hic etiam pro persona hominis:& Rom.cap.3. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.Ezech.cap.4.Ecce anima mea non est polluta, id est, ego non sum pollutus.

Tollere.

TOLLERE hoc loco,pro suspendere vsurpatur.

Iudæorū opinio de magnifico Messiæ aduentu.

[SI tu es Christus,dic nobis palàm.] Putauerunt,sicut & hodie putant Iudæi, regnum à Prophetis Christo promissum,debere solummodo temporarium esse,vnde Christus holosericatus,auro, armis, & magno stipatus comitatu proditurus esset,Qui dum vident Iesum personam humilem,& hominum nouissimum iuxta æstimationem,& externam faciem abiectissimum, nūquàm in eam veniunt opinionem,quanlibet magna, & admiranda opera faciat, qua sibi persuadeāt illum esse Messiam, qui regnaturus sit in Israel.Propterea aduersus illum irritati, non rogant si Bethlehemitanus, aut Nazarenus sit: sed si Christus,hoc est, rex vnctus, & promissus ille Messias à Prophetis sanctis. Vt si regem se esse fateretur, accusarent illum læsæ maiestatis,vt qui se regem asseret aduersus Cæsarem. TV, valde contemptim pronuntiant. Tu,inquam,vilis,& abiecta persona, qui Galilæus es, DIC nobis palàm,id est, sine prouerbiis, & verborum ambagibus,allegoriis,& verbis à nostro captu alienis,dic nobis,inquam, PALAM, id est,libere, & ingenuè, SI tu,qui re vera Messias esse non appares, si tu es Christus,hoc est,Messias in Prophetis promissus.Declara te & verbis,& factis Messiam esse illum, quem expectamus:noli tandiu nos suspensos detinere.Insidiatio, & ingratitudinis plena erat hæc interrogatio,aperte illorum fallaciam,& malitiam insinuans: quum Christus vbique liberè,& ingenuè prædicaret, & in festis compareret,nihil in occulto loquutus, Filiúmque Dei se nominaret,& lucem,& viam,& panem illum cælestem, & ostium,& bonum illum pastorem,adhibito etiam Moysi, & Prophetarum testimonio.

Interrogatio Iudæorum fallax.

[RESPONDIT eis Iesus.] Tametsi indignos se esse præstarent,quibus respondendum esset, tamen tanta est Christi benignitas,vt illis mansuetè respondeat, magis erudire,quàm irritare,cupiens.

[LOQVOR vobis,& non creditis.] Græcis legitur εἶπον ὑμῖν, id est, dixi vobis. Dixi vobis me esse panem vitæ,& lucem mundi, aliáque huiusmodi narraui, quæ prædicant me esse Messiam. E solo verbo discere potuistis me esse Christum,non è facie externa: sed quum vestros oculos tantùm conieceritis in meum habitum externum,& contemptibilem, ac abiectam cōditionem, qua non pro regia pompa(quemadmodum vos carnales speraſtis)inter vos ago, fieri nequit,vt verbū meum excipiatis,& mihi credatis. At quum personam meam vilem,& abiectam habeatis,agite,nolite personam(vt lex iubet)agnoscere,verbum meum excipite: quòd si iuxta sermonem meum, non autem secundum externam laruam iudicaueritis,fieri non poterit, quin mihi credatis. Quòd si neque personam,neque doctrinam acceperitis, ego ad opera appello,quæ conuincent vos fateri me esse Christum.

Christus probat se Messiā.

[OPERA, quæ ego facio in nomine Patris mei,hæc testimonium perhibent de me.] Pergit Dominus probare se Christum esse,argumento ab effectibus, & operibus diuinitatis petito.Si doctrinæ meæ credere non vultis,ego meis operibus vos inuito ad fidem: hæc enim testimonia de me reddunt quòd sim Christus.Sunt sanè miracula,doctrinæ & verbi sigilla.Referūt Prophetæ quosdam effectus,& miracula quæda, quæ Messiæ tribuunt, & ex his cognoscendum prænuntiarūt.Esaias capite 35. Deus ipse veniet,& saluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum,& aures surdorum patebunt,&c. Propheta recenset quædam Christi officia, ex quibus cognosci potest,& ex ipsis Christus vult cognosci.Matthæi 11. Et respondens Iesus,ait illis,Ite,& renuntiate Ioanni quæ audistis,& vidistis:Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur,surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur,&c.Effectus ergo ostendunt,& manifestant,Iesum esse Messiā. Valent igitur hęc enthymemata:Ego facio(ait Dominus)opera diuina, ergo ego sum Deus:

Opera testificātur de Christo.

Sigilla doctrinæ.

Officia, quibus cognoscitur Christus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus: ergo ego sum Christus. Item ego cæcum à natiuitate illumino: ergo ego sum Christus in Prophetis promissus. Hæc nos docent quæ sunt media, è quibus cognoscitur Messias: nimirum ex ipsis officiis illum apprehendimus. non autem ex eius maiestate, quæ incomprehensibilis est, longè exuperans captum nostrum. IN NOMINE Patris mei, id est, in cooperatione Patris mei, ad testificandum Deum esse Patrem meum, me esse Filium Dei, & me esse Christum à Patre promissum. Opera, quæ ego facio, non vt aduersarius Dei, sed IN nomine, id est, ex virtute, & voluntate Dei Patris mei, non autem dæmonij (quemadmodum quidam calumniantur) testimoniũ perhibent de me, quod sum Christus, & quod doctrina mea est ex Deo. Et si opera nõ recipitis, quomodo nudis verbis credideritis? Omnino enim efficacior, viuaciórque est virtus operum, quàm verborum, ad persuadendum: quod quidam paulò antè fatebantur, dicentes, Non potest homo peccator talia signa facere.

Christ⁹ in nomine Patris operans.

Opera verbo potentiora.

[SED vos non creditis: quia non estis ex ouibus meis.] Si opera mea videãtur (vt verè sunt) digna Deo, credite me missum à Deo. Conuicti sæpe fuistis in conscientiis vestris ex operibus, quæ ego facio, me esse Christum: sed vos neque factis, neque verbis meis creditis ea ius rei non sum ego causa, sed vester turgidus, & superbia inflatus, animus: QVIA NON estis ex ouibus, id est, non estis mihi à Patre donati, non estis ex electis ad vitam, non estis dociles Dei, & suasibiles, vt oues Dei, quæ Dei verbum, & vocem audiunt: toti animales estis. Qui simplici animo sunt, nullâque tabe inuidiæ, & huius mundi malitia vitiato, credũt verbis meis. Obserua: Hic addunt Græci, Quemadmodum dixi vobis. quod referendum videtur ad id, quod suprà cap. 8. dixit, Vos ex Patre diabolo estis. Sed quoniam magno consensu, Lanonorum exemplaria additum respuunt, putauerim adiectum esse à quopiã studioso. Demus operã, dum hyems est, id est, præsens vita (quę à malis spiritibus semper turbatur) vt celebremus Encęnia templi spiritualis, Christo semper adhærentes, qui aderit festiuitati Encæniorum in porticu Salomonis, custodia sua nos muniens, & pacificos nos faciens ab affectionibus. Ipse enim pacificus Salomon

Incredulitatis Iudęorũ causa

Ex Christi ouibus esse.

Verbo credentes inexcusabiles

lomon est. Emphaticè, air, MEIS, quasi dicat: Oues quidem estis, sed nõ oues meæ, & quarũ ego sum pastor.

[OVES meæ vocem meam audiunt.] Ouium & pastoris boni conditiones non frustrà repetit, vt præter ea, quæ dicta sunt, ostendat, & apertè doceat omnia à diuina electione pendere, & electos perire nunquàm posse. Oues Meæ, id est, electi. & mihi à Patre donati, Audiunt vocem meã, id est, fidè recipiunt, & credunt me esse Christum. Alij verò non oues, non sunt vocis meæ, & doctrinæ meæ capaces: nam hi spiritu mundi sunt ducti, & animales à Paulo dicuntur, 1. Corinth. 2. Illi verò sunt Dei spiritu afflati. Paulus (1. Corinth. capite 2.) apertè tribuit spiritu Dei afflatis diuinarum rerũ cognitionem: & qui spiritu carent, animales dicuntur. Nos autem (inquit) non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quę & loquimur, &c. Sequitur: Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Hunc Spiritum dat Iesus Christus, nullius creaturę opera adiutus, & hanc illi gloriam debemus. Quum Dominus spiritũ dare instituit ad erudiendũ, & monendum, tum ex ipsius gratia ipsi cooperari dicimur, si tamen ipse sermonem nostrum eodem spiritu rectè percipere donet ijs, quibus loquimur. Vnde subiungit,

Afflati Sancto Spiritu. Animales.

Cooperatores Christi.

[ET ego cognosco eas.] Hic pastor, dum oues sidei operam nauant, non otiatur. Nam illas COGNOSCIT, hoc est, sunt sibi curæ, siue illas curat. Consuetudo Scripturæ Sanctæ est, dicere Dominum nosse quicquid elegit: dicente Apostolo (2. ad Timo. 2.) Nouit Dñs qui sunt eius. & illud nescire, quod nõ approbat dignũ vitę ęternę. Vnde impijs dicturus est, Matt. 7. Nõ noui vos.

[ET sequuntur me.] Audita doctrina mea, oues non offenduntur meæ personæ humiliatione, sed Sequuntur me, id est, credunt me esse Christum. Vos autem non me sequimini, quia non estis de ouibus meis, quarum simplicitas docilis est, quum vos habeatis animos ambitione turgidos, inuidia fermentatos, odio, & liuore corruptos, auaritia infectos, & omni cupiditatũ colluuie vitiatos: quibus malis si animos vestros repurgaretis, esse tis oues meæ,

Sequi Christũ.

Fermentati inuidia.

meæ, audiretis vocem meam,& me sequeremini.

Vita æterna cõiuncta fidei.

[ET ego vitam æternã do eis.] Præmijs inuitat ad excipiendum Euãgelium. Si vocem meam audierint, si me sequerentur, ait, ego do eis vitam æternam, & quæ finẽ nescit. Obserua. Fidei viuæ res cognata, est vita æterna. Vna est vita, capitis, & membrorum. Qui viuit, in Christo viuat necesse est: in quo, & non in alio. vita nostra est. Coloss. cap. 3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quum autem CHRISTVS apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Rom. cap. 6. Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quòd autem viuit, viuit Deo. Ita & vos

Electi in Christo viuunt.

existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu. En vides Christum, qui vera vita est, dare vitã, & ipsam in suis vitã esse. Viuo iam nõ ego, (ait Paulus) viuit verò in me Christus. Obserua: Quid dicitur, ET EGO, ostenditur Christus esse vitæ æternæ collator. Verbum DO, indicat quod Paulus ait Roma. capit. 6. Gratia Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Donum Dei, est vita æterna.

Pij viuunt æternum.

[ET non peribunt in æternum.] Tametsi oues illæ aliquando cadant, & à vita recta secedant, ad aliquot horas, vt Petro, Paulo, Moysi, & Dauidi contigit, tamen nõ peribunt quacunque occasione in æternum, sed maxima Dei munificentia, vitam consequentur æternam. Curat summus pastor, ne pij ægritudine, passione, negligentia, & aliis quibuscũque internis afflictionibus agitati, pereant, quos ad vitæ portum reducit, vt vitam consequantur finis nesciam. Qui, quia æternus est, causã est cur pij non pereant in æternum, sed cum ipso æternùm viuant.

[ET non rapiet eas quisquam de manu mea.] Argumento à potentia Christi confirmatur quod dictum est, oues non perituras in æternum. Sunt quidem oues meæ (ait Christus) imbecilles, innoxiæ, simplices, imbelles, omnibus mũdi huius præsidiis destitutæ: aduersus quas, & à dextris, & à sinistris, sua arma, machinas, & vires omnes mundus exercet: sed quanlibet magna futura sit

Mundi præsidia & telà.

Satanæ machina, & potestas, nõ rapiet eas de manu mea, qua ego defendo, tueor eas, ne pereant in æternum. Habet mundus sua præsidia, & exercitum copiosum: habet suos

suos Pharisæos, quorum authoritate gloriatur, regibus armatis stipatus graditur: suos habet præfectos, judices, tribunalia, carceres, catenas, virgas, secures, equuleos, exilia, mortes, & huiusmodi tela, quæ aduersus simplicitatem ouium iaculari solet. Sunt illi alia ex aduerso iacula, quibus etiam quanlibet incorruptos tingere, & inficere contendit: cuiusmodi sunt blanditiæ promissionum, & diuitiarum acerui, magistratus, honores, dignitates, & voluptates. Hæc sunt, quibus vti solet mundus, vt oues meas de manu mea rapiat: sed frustra contendit Satanas cum exercitu suo, qui me protectore, ne animam quidem ouium subducere poterit. Christus ouium, seu prædestinatorum protector est, pro quibus se fideiussorem præstitit, & satisfecit, vt omnes reddat Patri, & in Patris caulas reducat. Iam Christus omnes aduersarios, Satanam, mortem, mundũ, & carnem vicit, vt sicut mors illi non dominabitur, ita & existimemus (ait Paulus Rom. capite sexto.) nos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu. Viuentes igitur in Christo, mortis, & Satanæ victore, neque mors, neque Satanas, neque quiuis alienus tyrannus rapiet de manu Christi. Huc pertinet quod dicebat Paulus Rom. cap. 8. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu, domino nostro.

Iacula mundi.

Vincimus in Christo.

Christus victor.

[PATER quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu Patris mei.] Hoc argumento à potentia Patris, probat credentes non perituros in æternum, neminémque esse, qui possit oues de manu Patris eripere: simul indicans eandem se cum Patre habere potestatẽ, & potentiam. PATER quod dedit mihi, &c. Pater Filio, Dei & hominũ mediatori, dedit vt sit eius vnigenitus Filius, Deus de Deo, nec natura dissimilis, nec virtute inferior, nec duratiõe posterior, coæternus, coæqualis, & cõsubstantialis. Et hoc nõ crescẽdo, sed gignẽdo dedit, quia verus Deus Deum verum genuit: lux æterna, lucem coæternam: vita, vitam. Hoc re vera OMNIBVS maius est: quia & humanam, & angelicam, imò & quauis

Oues nõ possẽt rapi de manu Christi probatur.

aliam excedit creaturam. Potest illud intelligi de Ecclesia, cuius aduersarij plurimi sunt: sed maior est virtute populus ille grex: non ex sese, sed quia Pater dedit Filio. Graecis legitur ὁ πατήρ μου ὃς δέδωκέ μοι μείζων πάντων ἐστίν, id est, Pater, qui dedit mihi, maior omnibus est, siue magnus omnium est. Ita legit Chrysostomus, & huic consonans Theophylactus. Sensus itaque est: Propterea nemo potest oues meas rapere de manu mea, quia Pater, qui mihi oues dedit, est omnibus creaturis potentior, suámq; potentiam in me totam naturâ effudit, & expressit. Proinde quum eadé sit MANVS, id est, potestas, siue potentia mea & Patris, vt nemo poterit oues de manu Patris rapere, ita nemo de manu mea oues extorquere poterit. Respondebit aliquis: Quid hic audio, neminem posse oues rapere de manu Patris, quum multos rapi, & perire videam? Respondeo: Veras oues, hoc est, electos, & prædestinatos nunquàm quis rapiet vt pereant, licet ad tempus aliquando aberrét, & paulisper decipiantur. Iudas nō fuit vera ouis, non audijt vocem, non est sequutus, non perseuerauit, laqueo se suspendit, perijt. Obserua: MAIOR omnibus est, scilicet & hostibus, & raptoribus. Christus hoc loco non negat futuros quosdam hostes & raptores, sed tantum illorum hostium, & raptorum impotentiam perstringit.

Electi aberrāt quidem, sed nō pereunt.

Iudas nō fuit vera ouis.

[EGO & Pater vnum sumus.] Non solum quæstionem, qua quæsitum est à Iudæis, an ipse esset Christus, absoluit, verumetiam hæreticorum (quos futuros præuidit) insaniam, quàm sit detestanda, monstrauit. Venit Arrius separans Filium à substantia Patris: accessit Sabellius, confundens personam Patris & Filij sine discretione. Hic Filium eundem esse, qui Pater est: ille Filium inferiorem Patre asseuerauit. Augustinus libro de quinque hæresibus, cap. 7. ait. Pereant vaniloqui, & mentis seductores Arrianus & Sabellianus. Non Ego & Pater vnus sumus, sed, Ego & Pater vnū sumus, inquit. Quod dico VNVM, Arrianus audiat: quod dico SVMVS, audiat Sabellianus. Non diuidat Arrianus VNVM: non deleat Sabellianus SVMVS. Hæc ille. Ego Filius persona alia à persona Patris: & Pater, id est, hypostasis, siue persona Patris, alia à persona mea, SVMVS vnum, id est, vna essentia, vna potentia, vna æqualitas, vnus Deus, vna virtus. Inter Patrem & me,

Arrius. Sabellius.

Pater & Filius vnum.

& me, sicut est absolutum Patris consortium, ita summus est voluntatis consensus. Modis omnibus vnum sumus, pariter potentes, idē volentes, adem nolentes. Ergo, Ego & Pater simul defendimus credentes, & curam illorum agimus, contra omnes lupos, fures, & raptores, vt in æternum saluetur, & non pereant, sed habeant vitā æternam. Quare vt de manu Patris nemo potest electos rapere, ita neque de manu Christi. Dum igitur æternùm in manu saluatrice Christi oues perseuerāt, perire certè nunquàm possunt, necesse est, eas vitam habere æternam. Hic locus magnam afflictis affert consolationem. Si quis mundi procellis, & Satanæ tempestate agitatur, Christo adhæreat, & fide totum se illi contradat, verè est ouis Christi: certè habet Patrem & Filium, qui vnum sunt, & quorum potestate nulla est maior, Psalmo 45. Deus noster, refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus, dū turbabitur terra, & trāsferentur mōtes in cor maris. 1. Io. 3. Etiam si reprehenderit, siue condemnet nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro. Deletum enim est (Coloss. cap. 1.) chirographum decreti, siue cordis nostri, & affixum cruci. Similiter 1. Ioan. cap. 4. Vos ex Deo estis, filioli, & vicistis eos: quoniam maior est, qui in vobis est, quàm qui in mundo. Quid ergo formidabit pius in periculis mundi agitatus? Paupertatem? Locupletior est Christus, (in quo sunt omnes thesauri sapientiæ Dei) quem habet, quàm omnes diuitiæ mundi. Calumniam? Christum habet, qui pro gloria calumnias tulit. Satanā? mortem? infernum? Christum habet horum tyrannorum victorem. Audiant pij Paulum in afflictione dicentem, Roma. cap. 8. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persequutio? an gladius? sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis, Psalmo 43. Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Ingens est hæc consolatio, quum audiunt pij, Sed in his omnibus superamus, &c. Colligamus ex his, quia vnum sunt Pater & Filius: eandem manum habent, id est, potentiā, de qua nemo vnquā rapiet eos, quos illa semel appræhenderit saluādos. Sunt

Afflictionū antidotum.

autem apprehensi quibuscunque datũ est, ab eo, qui vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Omnes vocat, vocantem multi recusant, suprà cap. 5. Et non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.

Liberũ arbitrium.

Iudæi ad lapides prouocãt.

[SVSTVLERVNT ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum.] Manifestè conuicti verbis Christi, quibus dixit, & probauit se Christum esse, ostenditque se dare credentibus vitam æternam, credentes in æternum perire non posse, se & Patrem vnum esse, quum non haberent, ad quem confugerent iudicem, qui condemnaret Christum, solo furore acti, appellant ad lapides, & ipsum, tanquam blasphemum, lapidibus obruendum iudicant: & quod solum furor ministrabat, lapides capiunt. Sua malitia, & pertinacia offendebantur in verbis Christi, quòd toties haberet in ore Patrem suum Deum, cuius præsidio tãta polliceretur. Quę omnia quia sola humana ratione ducti, nõ videbãt in Christo, vt humili, & abiecta persona, dicũt illum blasphemum, & blasphemias loquutum. Vnde accingunt se persequutioni, ad abigendas blasphemias contra Deum: habentes quidem zelum pro Deo, sed non secundum scientiam. O furiosum furorem! & iniquissimum iudicium, damnare hominem priuata authoritate, indicta causa, tine iudice! Obserua: Græci addunt πάλιν, id est, iterum. Sustulerunt ergo iterum lapides, &c. Suprà cap. 8. lapidare tentarunt, rursus nunc attentant illum lapidibus impetere.

Zelus Iudæorũ indiscretus. Iniqua sententia lapidare volentium indicta causa.

Defensio pro gloria Dei.

[RESPONDIT eis Iesus.] Placidis, & mansuetis verbis Iudæorum furorẽ corrigere tentat, facitq; sua virtute, vt parata brachia ad lapidum iaculationẽ remittantur, & nemo ipsum impetierit: quia nondũ venerat tempus, quo decreuerat extrema pati pro salute generis humani. Ad hoc responsum non priuatæ personæ defensione, sed gloria Patris mouetur: quæ vere minueretur, si Filius haberetur vt blasphemus. Propterea probat suã innocentiam, quòd non sit blasphemus in Deum: & refutat causas, quibus moti sunt Iudæi ad lapidationem. Exemplo, & responso Christi hortamur, vt contra aduersarios veritatis, sola Dei gloria, nõ autem priuata vindicta ad defensionem excitet, & commoueat.

[MVLTA bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter

propter quod eorum opus me lapidatis?] Solent populi manus ad vltionem lapidibus armare aduersus publicos maleficos. Lapidationem non merui, qui tantum beneficiorum in vos contuli ex benignitate Patris mei. Qui dixi vobis veritatem, quam accepi à Patre: qui docui vos doctrinam, quam dedit mihi Pater: qui operatus sum, quæ mihi largitus est Pater: errantes reduxi, afflictos consolatus sum, famelicos paui, mancos restitui, leprosos munda ui, ægrotos sanaui, dæmoniacos liberaui, paralyticos, & contractos erexi, mortuos in vitam reuocaui. Quicquid à Patre accepi, id gratis impendi, & tradidi iuuandis vobis. Hoc vnum vos rogo dicite, in his omnibus, quódnam est illud, quod lapidationem mereretur? Si lapidibus petitis beneficũ, quid maleficis, & scelestis fiet? Obserua. BONA opera hoc loco vocantur beneficia, quæ Christus contulit in Iudæos, non solum doctrina, sed etiam operibus alijs. Verbum OSTENDERE, pro exhibere, & dare, vsurpatum est ab Euangelista: qua acceptione vsus est Paulus 2. ad Timoth. capite vltimo, Alexander ærarius multa mala mihi ostendit: id est, fecit. EX PATRE meo, ait: quasi diceret, Nõ debeo vobis videri blasphemus, quum nihil aduersus Patris voluntatem agam. Meum opus, Patris est opus: ipse meorum operum est causa, & mecum operatur. Iniquum igitur, & iniustum est, imo nullam habetis occasionem lapidandi me. Vehemens est tapinosis in Christo dicente, Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo: Christus enim humiliatus, agnoscit Deũ Patrem vt causam efficientem suæ personæ, suorum operũ, & suæ doctrinæ. Aduerte: Plus expressit voce, LAPIDATIS, quàm si dixisset, vultis lapidare. Ipsi enim iam in procinctu, & accincti erant ad lapidandum: iam exerebant gestis, quod animo conceperant.

Christi beneficia erga Iudæos.

Ostendere pro Facere.

[RESPONDERVNT ei Iudæi.] Hoc habet carnis prudentia, & ratio illa humana, vt nolit videri se Christum, & Christi præcones persequi, sed commiscitur ne scio quas causas pro sui defensione & innocentia aduersus Christum, & veritatis amatores. Exemplo sunt hi Iudæi, qui hoc suo responso certam, & iustam sui propositi causam assignant. Hic accusant Christum blasphemiæ in Deum, & alibi, seditionis in Cæsarem. Accusarunt olim

Caro hypocritica.

Mundus vult videri se non persequi prot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prophetas defectionis à lege,& seductionis. Apostoli & martyres accusati sunt partim seditionis,partim blasphemiæ in deos. Adeóque efferbuit impiorum væsania, vt piorum sancta, ac laudabilia opera, pro scelerosis docant: quos si quis interfecerit, gloriabitur, iactans se obsequium præstare Deo, Infrà cap. 16.

[DE BONO opere non lapidamus te, sed de blasphemia,& quia tu, homo quum sis, facis te ipsum Deum.]

Perciti, & veluti quibusdam furijs agitati, non animum ad Christi opera vertunt, sed ad ea, quę palàm protulit verba, dum professus est se & Patrem vnum esse: id est, eandem sibi quæ & Patri, virtutē esse, quo verbo sē vtique Deum esse palàm docuit. Hoc igitur blasphemiæ, & Dei contumeliam Iudæi interpretati sunt. Qui bona Dei, fide viua vsurpat, non est blasphemus: pius enim per Christum illa bona, id est, iustitiam, sanctificationem, & redemptionem sibi arrogat: sed qui illa bona Dei suis viribus, sua ratione, sua ambitione, & alio spiritu, ac ingenio, quàm per Christum vsurpat, is verè blasphemus est. Quid enim in huiusmodi viris cernimus aliud quàm arrogantiam, & animi tumorem? Exemplo erit superbus ille, qui Esaiæ cap. 14. dicebat: In cælum cōscendam: super astra Dei exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti. In lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium: similis ero Altissimo. Et de principe Tyri Ezechielis capite 27. Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi. In Christo neque tumor animi, neque arrogantia est, nihil alienum sibi arrogat: qui, quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. ad Philipp. cap. 2. Ipse verus Deus est, Deus de Deo. Quare nihil blasphemiæ in eo legi potest. Signanter addunt, QVIA tu, homo quum sis, &c. & valde contemptim pronuntiant, ET quia tu vilis, & contempta persona, homo terrenus, abiectus, & Galilæus, in quo nihil minus apparet, quàm te Deum esse, tu tua arrogantia facis te Deum, id est, ingeris te ipsum pro Deo, & asseueras te Filium esse Dei. Dicis enim te, & Patrem, vnum esse: & vt nemo de manu Patris, ita neque de manu tua potest oues rapere. Hoc quid aliud est, quàm se facere Deum cum Patre Deo, & arrogare sibi diuinitatem quandam?

Dei bona licet ne vsurpare? Blasphemus.

quandam? Hæc mera est blasphemia. Sed quis hoc ferat, quòd tu, cùm sis homo, Patrē tuū Deū semper in ore versas? quasi verò nos omnes nō simus Filij Dei: & tu, qui ex hominū nouissimus, noua quadā, ac peculiari ratione, te ipsum asseris Filiū Dei, tibiq; cū Patre esse rerum omniū consortiū. Cæterùm quū vnus sit Deus, & nō plures, quis quis hominū diuinæ potestatis cōsortiū sibi arrogat, erga Dei maiestatē iniurius est, ac rebellis. Hoc tu homo tibi arrogas, ergo blasphemus es. Obserua: BLASPHEMARE, est aliquid vituperare, & execrari: vt quum quis Christianum instituum vituperat, tanquam malam hæresim. Similiter quum inuertuntur ea, quæ Christus docuit, & instruit. Ad hunc modum etiam blasphemia fit, quum volumus carnali & humana ratione de Euangelio, & fide discutere: quæ cùm solo Spiritu Christi habeantur, nihil commune cum carne, & ratione humana habent. Est & BLASPHEMIA, de qua Marci capite 3. quæ peccatum ad mortem (1. Ioannis capite 5.) appellatur: quādo aperta Dei veritas videtur, ita vt conuictus sis apud temetipsum in tuo corde, & conscientia, quòd ita res habet, & aliter esse nequit: attamen impie audes dicere, & contrà contendere hoc non esse verum, non esse à Deo, esse peruersum, esse à Diabolo. Qua horrenda blasphemia non verēris gladium Domini contra te testantis: quasi etiam impune liceat pugnare voluntariè contra Deum. Hæc ex Marci capite 3 videre licet: vbi Iudæi manifestum opus Dei contra conscientiam suam tribuebāt ipsi Beelzebub. Sic & Paulus Hebræorū capite 6. de his, qui gustauerunt donum cæleste, accepto Spiritu Sancto gustauerunt bonum Dei verbum, ac virtutes, & efficaciam regni Dei, & tamen ab his omnibus retrolabuntur, & blasphemant gratiam tanto Spiritus testimonio agnitam, id quod capite 10. ad Hebræos, vocat voluntariè peccare, post veritatem agnitam.

Deus vnus.

Blasphemare.

[RESPONDIT eis Iesus.] Iniuriā iniuria nō depellit Dominus, sed argumēto ab authoritate Scripturæ à minore ad maius petito, probat se nō esse blasphemū. atque ea temperatura ad intentatū crimē respondet Christus, vt blasphemiæ culpam procul ab se omnino depellat, & confirmet magis quod asseuerauit, se & Patrē vnum esse,

Apologia Christi quòd sit vnum cum Patre.

se Deum & Filium Dei esse,& se Patrem cooperatorem habere,cui æqualis,coæternus,& consubstantialis est.

[NONNE] scriptū est in lege vestra, quia ego dixi, Dij estis?] Hic locus sumptus est ex Psal. 81. dicto ad principes,& iudices terræ,eósq; malos,qui iniquè iudicant,& impijs deferūt:quia tamē potestate in alios prædicti sunt, vt eiusmodi vocantur Filij Dei:non quòd ipsi sint naturā filij Dei,verū à causa efficiente,quæ Deus est. Quid enim aliud DEVS,est,quàm summa potestas? Cuius est omnis potestas,& à quo omnes potestates,quæ vspiam sunt,ordinatæ sunt. Ad Rom. capite 13. Nō est enim potestas nisi à Deo:quæ autē sunt,à Deo ordinatæ sunt. Iam principes,& magistratus à Deo potestatem vitæ necisque acceperunt:& hac data potestate,facti sunt diuinitatis participes:ideo Dij,filij Dei,& vicarij Dei altissimi iure vocantur,dum sua non abutūtur potestate: quorum abusus,vt à Deo non est,ita nec à Deo probatur. Magna est hæc magistratuū cōmendatio. Dij vocātur magistratus:ergo magistratus colendi,atq; in honore habēdi sunt. Obserua:duplices sunt filij Dei:vnus est natura Filius Dei,qui est Verbum Patris: alij sunt filij adoptione, qui ex hoc Patris Verbo,filij renascuntur. Ioannis cap. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri,his,qui credunt in nomine eius.

Iudices vt iudices dicti filij Dei.

Deus,quid est.

Vicarij Dei.

Magistratuū commēdatio.

Filij Dei duplices.

[SI illos dixit deos,ad quos sermo Dei factus est, & nō potest solui Scriptura: quē Pater sanctificauit,& misit in mundum,vos dicitis,quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum?] Hic sermo aliquantò confusior,& obscurior est,qui tamen dilucidari potest ad hunc modum: Si Dauid in lege vestra dixit illos deos,ad quos sermo Dei factus est, id est, ad magistratus, quibus commissa est potestas,& demandatum est munus alijs imperandi. (FACTVS enim sermo Dei ad aliquem, idiotismo Hebraico significat aliquod illi à Domino datum negotium.) AUT AD quos factus est sermo Dei,id est, qui ex verbo renati sunt:aut quos Deus suæ visionis,& gratiæ participes fecit. Hæc probatio procedit à minore ad maius: Si Deus ipse dignitatem sui nominis impartit ijs,ad quos sermo Dei factus est,non solùm illos filios Dei,sed Deos appellans, non læsa tamen vnius Dei summa maiestate, ET NON POTEST solui Scriptura,id est,non potest falsitatis,

Sermo Dei factus ad aliquē quid significat.

Dij dicti non læsa maiestate diuina.

tatis,& erroris argui. Non potest solui Scriptura, cuius authoritas manet, quæ de vno Deo prædicat, & vnum Deum colere iubet,etiam si auditores verbi Dei,dij vocentur:& filij excelsi. HINC potest solui Scriptura,subaudiendum est,De eo, QVEM pater sanctificauit, id est, peculiariter segregauit, ac elegit, selectúmque præ Angelis,& alijs creaturis,diuina,& saluatrice omniū potestate donauit, ET MISIT in mundum: id est, pro mundi salute hominem factum tradidit,& propitiatorem omnibus adorandum proposuit. Quasi dicat: Si non peccatur contra legem & Scripturam, his verbis, quum quempiā actum commisit,vocamus Deum, supple participatione, aut Filium Dei:nec peccatur contra Scripturam,quando dico me Deum esse,quem Pater misit in mundum,vt det vitam æternam, & dispersas oues in Patris caulas reducat,quibus det vitam vt in æternum non pereant. Modica admodum diuinæ potentiæ participatio, puros homines dignos facit vocabulo Dei,vt Scriptura,quę blasphemare nescit,deos illos vocet,filiósq; Altissimi.& VOBIS, quia blasphemas,id est,Pronūtiatis me (in quo longè præclariùs diuinitatem relucere videtis) blasphemare,quia dixi me filium Dei,vnúmque esse cum Patre, & eadem potestate præditum: profectò si nō est blasphemia,& non soluitur Scriptura, quòd puri homines dij vocentur,quātò magis manet eiusdem Scripturæ de vno Deo authoritas,etiam si verus & naturalis Dei filius,per quem alij filij Dei per fidem vitam nascuntur, Deus dicatur? Si colloquium Dei cum hominibus,ex hominibus facit Deos & filios Dei, quomodo pronuntiare audetis me blasphemare,si dixero me Filiū Dei, qui sum ipsum Verbum Patris,quique apud illum fui antequàm venitē in mundum, qui cum illo rerum omnium habeo consortium?

Scriptura non potest solui.

[SI non facio opera Patris mei, nolite credere mihi.] Hic locus videtur esse quædā cōcessio,qua ludæos hortatur vt oculos ad opera, & non ad personam vili habitu vestitam, deflectant. Relicta mea persona (quam vt contemptam habetis) prospicite operā meā,quæ nisi Patris opera referant, nisi testentur verum esse quod dixi,

Operibus probatur Christum esse Deus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi videantur esse homine maiora, nisi diuinæ virtutis speciem habeant, nolite credere quòd sim Filius Dei, & iure accusate me blasphemiæ. Obserua: vocat OPERA Patris, quæ tamen sua sunt, quum sint Patris & Filii opera communia, & indiuisa. CHRISTVM suis operibus diuinitatis declarare se Deum esse cum Patre Deo. Aut OPERA Patris vocat, quorum author est Pater, quo cum omnia agit, & operatur. Quare male argumentatur Arrius, dicens, CHRISTVS facit opera Patris, quorum author est Pater: ergo CHRISTVS est Patre inferior. Pertinet enim dicit Christus, se facere opera Patris sui & Patrem suum authorem esse operum, omniáq; referre ad Patrem, quia homo factus est, & per carnem humiliata est persona. Christus.

Christi facere opera Patris.

Arrij confutatio.

[SI autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite.] Si autem facio, sicut certum, & comprobatum est, quia facio verè diuina, qualia me facere negare non potestis, mihi dicenti quòd sum Filius Dei, credere debebatis: sed ti meis dictis fidem adhibere piget, certè operibus meis, & factis ipsis, quæ videtis oculis, credite. Vidistis me verbo totum hominem, qui grabato affixus fuit annis triginta octo, sanum reddidisse, exco nato dedisse visum, mortuos in vitam hanc reuocasse, & id genus alia, quæ nisi longè plus mihi tribuàm quàm verbis sumo, arrogans videar. Obserua: hoc argumento ab operibus, voluit CHRISTVS adducere Iudæos ad sui notitiam, vt crederetur CHRISTVS: Ergo ex officio suo, siue ex operibus, cognoscendus est. Quod & alibi (Matthæi capite 11.) indicauit, dicens, Ite & renuntiate Ioanni: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, &c. Ex his colligimus: quum Christus faciat opera Patris, duo illi debemus: in primis fides adhibenda est verbo eius: Secundò credendum est operibus eius: quæ opera, sunt sigilla, & testes verborum eius, quòd vera sunt: dicente Domino Marci capite 2. Vt autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata, (ait paralytico) tibi dico, Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.

Christus abofficio cognoscendus.

Christo duo debemus.

[VT cognoscatis, & credatis, quia in me est Pater, & ego

ego in Patre.] Si synceris animis opera mea perpenderitis, fiet vt nõ solùm Cognoscatis, id est, certò sciatis, verũ etiam Credatis, id est, hinc apprehendatis, nõ ampliùs dubitaturi Quòd Pater in me est, & ego in Patre, id est, quia tatem vnius eiusdemque substantiæ, & per indigresibilem vnius in altero immanentionem ob naturæ identitatem. Est quidem vir sanctus in Deo, per participationem, & communicationem gratiæ diuinæ: estque vnum cum Deo aggregatione, seu coniunctione per Dei gratiam: sed nõ est vnũ cum Deo æqualitate, & identitate substantiæ, quomodo Pater cum Filio, & Filius cum Patre: quorum individua est societas, & cohærentia, dum Pater per à Patris exemplo nunquàm recedat: vt qui Filio credit, Patri credat: qui Filio repugnat, Patri repugnet. Cognitio æqualitatis Patris, & Filij, non est ex cognitione substantiæ Dei: impossibile enim est hîc scire substantiam Dei: sed sumendum est iudicium identitatis secundum virtutem ex operum æqualitate, & identitate. In diuina triade, vnus Deus, non tres dij: tres hypostases, vna substantia: quæ vnica substãtia, est tres illæ personæ, siue hypostases, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Pater non est Filius, & tamen est id, quod est Filius, quia vna substantia & natura eadẽ: ideo Pater in Filio, & Filius in patre.

Filium in Patre esse.

Vir sanctus quomodo vnũ cũ Deo.

Cognitio æqualitatis patris & Filij vnde.

Substãtia Dei cognosci non potest.

Trinitas in vna natura.

[QVÆREBANT ergo eum apprehendere.] Qui mansuetis, & modestis Christi sermonibus corrigi debuerant, iritatiores effecti, conati sunt illi manus inijcere. Miserrimus impiorũ, & Satanæ genius: dum reuelatior fit veritatis apertio, excitari solet impiorũ furor, non secus atque ignis, qui aqua aspergitur. Christus enim sua præsentia & virtute, tyrannidẽ Satanæ, ita vt aqua ignẽ, extinguit. Quò fit vt vbi primùm Satan Christi virtutem, vel parùm illucescere sentit, totus in rabiem concitatur. Studio & de industria insidiantur aduersarij veritatis ipsi veritati, non ferentes sublimiorem CHRISTI theologiam, & quòd tam sublime, & efficax ferebat de se testimonium. QVÆRERANT apprehendere eum, vt apprehensum damnarent, & perderent. Verbum APPRAEHENDERE, violentiam,

Simile.

Satã in rabiẽ cõcitatur audito Christo.

Apprehẽdere.

lentiam connotat. Magna istorum ingratitudo, qui pro benefactis mala rependunt.

Ingratitudo Iudæorum.

[ET exiuit de manibus eorũ.] Virtute diuina auertens furorem illorum, qui ipsum apprehendere contendebant, secessit, & è manibus illorum elapsus est, cedens ad tempus malorum immedicabili væsaniæ. Obserua:

Pericula temerè nõ subeunda.

Exemplo Christi, nemo temerè se in crucem præcipitet: item impiorum conatus non semper pro animi sententia succedunt, quos frequenter Dominus reprimit. Item inuitis aduersarijs Dominus secesisit, ostendens quòd neque in cruce detentus fuisset, nisi sponte se tradidisset.

[ET abijt trans Iordanem, in eũ locum, vbi erat Ioannes baptizans primùm.] Quum satis Dominus Ierosolymis docuisset, sua absentia illorum morbo medẽs, relicto Iordane, redijt ad eum locum, vbi Ioannes coeperat primùm baptizare, confirmaturus Ioannis cum prædicationem, & doctrinam, tum ipsius baptismum, & testimonia, quæ de se dederat, ad stabiliendos eorum, qui crediderant, animos.

[ET mansit illhic.] Relictis Ierosolymis venit in desertum trans Iordanem, vbi commoratus est, velut perosus ciuitatum impietatem.

[ET multi venerunt ad eum.] Multi è finitimis locis (quorum animos fama Iesu, philanthropia, miracula conspecta accenderant) confluxerunt ad Iesum. Obserua

Potentia verbi.

potentiam Euangelij, & Verbi, quum audis multos confluxisse ad audiendum verbum: deinde notandum, vt in desertis Iudææ multi credant Domino, cum Ierosolymitarum primores illum vellent lapidare. Sic humilia celsis præferuntur.

[ET dicebant.] Locus ipse illos commonuit, vt Iesum, qui iam sui specimen dederat, conferrent cum Ioanne, quem audiuerant de Iesu testificantem: & inuicem colloquentes ex fide, quam de Iesu, & Ioanne conceperant, ore confitebantur.

[QVIA Ioannes quidem signum fecit nullum.] Admirabili quodam colloquio conferebant, Ioannis summæ authoritatis ex loco recordati. Magnus quidem erat

Christi & Baptistæ collatio.

Ioannes Baptista, quem hic concionantem audiuimus, qui quum solum pœnitentiæ baptismum, nullis etiã edi-

tis miraculis prædicauerit: tamen eam sibi apud plebem concilauit opinionem, & famam, vt Christus haberetur. Hic verò Iesum vidimus, & audiuimus tot miraculis potentiam homine maiorem declarasse, toties Scribas, & Pharisæos doctrina sua conuicisse, & suo responso illorum ora obturasse: deinde ipsum Ioannem de ipso testimonium perhibuisse, & dixisse se non esse dignum, qui calceamenti Iesu corrigiam solueret. Hac collatione ratа, inuicem dicebant: Quum Ioanni, qui nullum edidit miraculum, tanta à Iudæis adhibita sit fides, tantumque apud Iudæos valuerit eius authoritas: multò magis credendum est Iesu, qui tot, támque admirandis signis, & prodigijs sermones suos confirmat, & fidem suis dictis conciliat. Obserua: ad huius sententiæ explanationem, & clariorem sensum habendum, multũ iuuabit, si subaudieris, Iesus autem fecit tot miracula, vt collatione subodoremus Ioannem ad suam doctrinam sine miraculis multos traxisse: Iesum verò etiam afflictum, & vexatũ, tot miraculis ad suum Euangelium multos pellexisse.

Persuasio ad fidẽ Christi.

Baptista nullũ fecit signum.

Signanter dicitur: Ioannes quidem signum fecit nullũ. Quemadmodum corpus Moysi, & sepulcrum eius hactenus nõ apparuerũt, sed abscondita sunt nõ sine prudenti, ac iusta Dei prouidentia, ne superstitiosuli Iudæi visitando sepulcrum in idololatriæ præcipitium sese darent: ita sapientissimo Dei consilio Ioannes Propheta, & plusquam Propheta (quo alioqui inter natos mulierum non surrexit maior) nullum signum fecit. Difficillimum certè fuisset, si doctrinæ Ioannis accessissent miracula, auertere populum, ne ipsum esse Christũ credidissent. Distribuuntur enim dona Dei pro ipsius bona voluntate, non omnibus omnia, sed singulis singula, quemadmodum membra in corpore non eundem actum habent. Refert quidem coram Deo, donatum esse fide viua, quæ iustificat: reliqua autem dona, siue corporalia, siue spiritualia, vt donum prophetiæ, miraculorum, linguarum, & huiusmodi, non iustificant: sed collata sunt ad ædificationem corporis Christi, quod est Ecclesia, & ad commendationem, & gloriam Dei, & verbi.

Dona, pro bona Dei voluntate distribuũtur.

Gratia duplex iustificans, & quæ non iustificat.

[OMNIA autem, quæcunque dixit Ioannes de eo, vera erant.] Occupatio est superioribus annexa. Respon-

sabit

sabit aliquis, Ioannes nullo signo confirmauit suam doctrinam, ideò non est certa. Respondetur: Omnia autem &c. Licet Ioannes nullum signũ fecerit, tamen certa est eius doctrina. Nam nunc res ipsa declarat ex admirandis Iesu prodigijs, verum fuisse testimonium Ioannis, quum Iesus plura præstet, quàm Ioannes de Iesu sit pollicitus. Opera, quæ Christus fecit, affirmant Ioannis testimonium fidele, doctrinam certam, & ipsum à Deo missum.

Baptistæ doctrina est certa, etiam citra miraculum.

[ET multi crediderunt in eum.] En potentia, & efectus verbi. Testimonio Ioannis (cuius non leuis erat apud Iudæos authoritas) operibus diuinitatis, signis, & miraculis multi persuasi sunt credere Iesum esse Messiam: Pharisæis interim, Scribis, & Sacerdotibus in sua malitia persistentibus.

CONCILIATIO PRIMA.

Quid hic Dominus damnat pastorẽ fugientẽ? quum Paulus Damasci in sporta nocte per murũ demissus aufugerit? Actorum cap. 9. Et ipse Dominus discipulis dixit (Matth. cap. 10.) Si persequuti vos fuerint, fugite ex vna ciuitate in aliam? Respondeo: Quum in persecutione solùm quæritur persona pastoris, nõ autem officiũ, aut ministerium eius, pastor iure potest fugere. Vt de hac re erudi tissimè disputans Augustinus, affirmat, ad Honoratũ scribens, Epistola centesimaoctaua. Quòd si pastor cum toto grege impeteretur, & ex eius fuga multùm doctrinæ sanæ, & gregi incommodaretur, fugiendum nõ esse. Si verò ipse pastor pro hac causa persecutionem pateretur, nihilque incõmodi foret gregi ex fuga, quòd alij adesseut, qui ex æquo cultum Dei exequerentur, iure fugere potest. Sic enim Paulus è Damasco aufugit: sic Athanasius fugit ab Alexandria metu Constantini Imperatoris hæretici, egitque Treueris apud sanctum Maximinum episcopum: & ibi latitans, edidit symbolum illud catholicæ, ac diuinum, Quicunque vult saluus esse, &c. Augustinus putat eos fugere, qui dum loquendum est, tacent, timentes suo lucro, aut cõmodo temporali. Huic nõ absimile est, quod ait Gregorius; Fugit nõ mutando locum, sed subtrahendo solatium: fugit, quia iniustitiam vidit, & tacuit: fugit, quia tacendo sese abscondit.

Quãdo pastori licet fugere.

CON

CONCILIATIO SECVNDA.

Quid hic Christus pronũtiat: Ego & Pater vnum sumus: quum infrà capite 14. dicat, PATER maior me est? Respondeo iuxta beati Augustini sententiam, Tomo 4. lib. vno 83. quæstionum, quæstione 69. Qui Filium Dei (air) Patri æqualem non esse contendũt, solent vsurpare familiariùs hoc testimoniũ Pauli, primæ Corinthio. 15. Quum autem omnia ei subiecta fuerint, tunc & ipse Filius subiectus erit ei, qui illi subiecit omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Non enim posset error oboriri palliatus nomine Christiano, nisi de Scripturis non intellectis. Dicunt enim. Si Filius & Pater vnum sunt, quomodo subiectus erit? Si æqualis, quomodo maior est Pater? Obseruanda proculdubio est regula catholicæ fidei, quæ sic habet, vt quũ aliqua in Scripturis dicuntur de Filio, quòd sit minor Patre, secundum susceptionem hominis intelligantur: quum verò ea dicuntur, quibus demonstratur æqualis, secundum id, quod Deus est, accipiuntur. Apparet ergo quẽadmodũ dictũ sit, Pater maior me est: &, Ego & Pater vnũ sumus. Pater maior est Filio, vt hoïe: Christ⁹, vt De⁹, & Pater vnũ sunt.

Errorũ origo.

Variæ scripturæ.

CAPVT XI.

IERAT autem quidam [a] languens Lazarus à Bethania, de [2] castello [b] Mariæ & Marthæ sororum eius. Maria autẽ [3] erat, quæ vnxit Dñm vnguẽto, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserũt ergo sorores ad eũ, dicẽtes, Dñe, ecce quẽ amas, infirmatur. Audiens autem

a Lazarus infirmus.
b Maria, soror Marthæ.

1 Languens) quis infirmabatur.
2 Castello) oppido.
3 Erat) erat ea, quæ.

autē Iesus, dixit eis: [c] Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei: vt glorificetur Filius Dei per eam. Diligebat autē Iesus Marthā, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodē loco duobus diebus, deinde post hęc dixit discipulis suis, Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare: & iterū vadis illhuc? Respondit Iesus, Nónne [d] duodecim sunt horæ diei? [4] Si quis ambulauerit in die, non offendit: qa lucē huius mūdi videt: si autē ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Hæc ait: & post hęc dixit eis, Lazarus amicus noster [e] dormit: sed vado vt à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius, Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius: illi autem putauerūt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifestè, Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos, [5] vt credatis, quoniam non eram ibi: sed eamus ad eum. Dixit ergo [f] Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos, Eamus & nos, [6] & moriamur cum eo. Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento

c Infirmitas ad gloriam Dei.

4 Si quis ambulauerit) luce re Sole, quasi dicat, Si quis versatus fuerit mecū, quādiu prædicauero, omni iniuria immunis erit. Est similitudo concisa. Præterea vt si quis nocte, &c. Sic vbi hac vita functus fuero, vexabimini, & diserucibiminī.

d Horæ diei duodecim.

e Dormit.

Matt. 9. Quū ablatus fuerit sponsus ab eis, ieiunabūt, &c.

5 Vt credatis) sub. me esse Messiam, cuius rei dubitatio obrepsisset animis vestris, si præsente me homo mihi amicus mortuus fuisset.

f Thomas.

6 Et moriamur.) vt moriamur.

numento [7] habentem. [g] Erat autem à Bethania iuxta Ierosolymam quasi stadijs quindecim. [8] Multi autem ex Iudæis venerāt ad Martham, & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. [h] Dixit ergo Martha ad Iesum, Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: sed & nunc scio quia quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus, Resurget frater tuus. Dicit ei Martha, Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei Iesus, [8] Ego sum [i] resurrectio & [k] vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi, [l] Vtique Domine: ego credidi quia tu es Christus Filius Dei viui, qui in hunc mundum [9] venisti. Et quum hæc dixisset, abiit, & vocauit Mariam sororem suam [10] silentio, dicens, Magister adest, & vocat te. [m] Illa vt audiuit, surgit citò, & venit ad eum. nondum enim venerat Iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, quum vidissent

g Lucæ propter Lazarū mortuū.

h Martha incredula.

i Resurrectio.

k Vita.

l Fides & confessio Marthæ.

m Maria plorans currit ad Christum.

7 Habentem) iacentem & agentem.

8 Ego sum, &c.) idest, sum author resurrectiōis & vitæ.

9 Venisti) venturus erat.

10 Silentio) clanculum.

Mariam quia citò surrexit, & exijt, sequuti sunt eam, dicentes, Quia vadit ad monumentum vt ploret ibi. Maria ergo quum venisset vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei, Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes, [11] infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit, Vbi posuistis eum? Dicunt ei, Domine, veni, & vide. Et [n] lacrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt, Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur? Iesus ergo rursum fremens in semetipso venit ad monumentum. Erat autem spelunca: & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus, Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius, qui mortuus fuerat, Domine, iam fœtet: quatriduanus est enim. Dicit ei Iesus, Nonne dixi tibi quoniam si credideris, videbis gloriã Dei? Tulerunt ergo [12] lapidem. Iesus autẽ eleuatis sursum oculis, dixit, Pater, gratias ago tibi quoniam exaudisti me, ego autẽ sciebã quia semper me audis, sed propter populum, qui circunstat, dixi, vt credant

11 Infremuit) id est, in animo & in corde.

n Iesus mistis lacrymis turbauit se humanæ fragilitatem secutus.

12 Lapidem) sub. à loco vbi is, qui mortuus fuerat, erat positus.

credãt quia tu me misisti. Hęc quum dixisset, voce magna clamauit, Lazare, veni foras. o Et statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes [13] institis, & facies illius erat sudario ligata. Dixit eis Iesus, Soluite eum, & sinite abire. p Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant quæ fecit, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariſæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus. q Collegerunt ergo [14] Pontifices, & Phariſæi concilium, & dicebant, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. r Vnus autem ex ipsis, Caiphas nomine, quum esset Pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquam, nec cogitatis: quia expedit nobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit: sed quum esset Pontifex anni illius, prophetauit quòd Iesus moriturus erat pro gente: & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ab illo ergo die, [15] cogitauerunt [16] vt interficerent eum. s Iesus ergo iam non

o Suscitatur Lazarus.

p Credunt Christo.

q Consiliũ Phariſæorũ cõtra Christum.

r Caiphas prophetat, Christo moriendum.

s Iesus fugit Iudæos.

13 Institis) fascijs sepulcralibus.

14 Pontifices) principes sacerdotum.

15 Cogitauerunt) consultauerunt.

16 Apud) inter.

Universidad de Deusto Biblioteca

in palàm ambulabat apud Iudæos, sed [17] abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem, quæ dicitur [r 18] Ephrem: & ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Ierosolymam de regione, ante Pascha, [u] vt [19] sanctificarẽt seipsos. Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur ad inuicem, in templo stantes: Quid [20] putatis quia non venit ad diem festum istum? [x] Dederant autem Pontifices & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt appræhendant eũ.

17 Abiit) ilinc.

18 Ephrem) quidam legũt, Ephraim.

r Ephrem.

19 Sanctificarent) purificarent, id est, vt se præpararent orationibus et sacrificijs, persoluendo scilicet ante festũ sacrificia & vota, quæ Deo debebant.

u Sanctificare se.

20 Putatis) videtur vobis.

x Sacerdotes iubent Christũ appræhendi.

Erat autem quidam languens Lazarus. CAP. XI.

Gradatio miraculorum.

INsigni hoc miraculo de suscitato Lazaro, pergit Euãgelista declarare Iesu Christi diuinitatem. Pauca ex miraculis Domini commemorauit, hoc enim sextum est, quinq; superioribus excellẽtius: sed singulari delectu, ac gradatione sex hæc signa cõscripsit. Magnificentius vtiq; erat ex quinq; panibus, & duobus piscibus, saturare quinq; millia hominum, quàm fuerat apud Canas Galilææ, mutatio aquæ in vinũ in nuptijs. Similiter copiosior liberalitas fuit restituere sanitati eum, qui triginta octo annos morbo detẽtus, in grabato decubuerat, quàm quòd puerũ reguli febricitãtẽ sanauerat. His quatuor signis lõgè splẽdidius, amabiliúsve fuit, cæco nato visum dare. Omnibus verò adhuc maius est, quòd Lazarum mortuum, quartum iam diem in sepulcro agentem, rediuiuum

diuiuum fecit, & in vitam reuocauit. Hæc dum attendimus, mirabilia Christi opera cognoscimus, & credimus, quòd omnis, qui credit in Christum, verè resurgit, & omnis qui peccat, moritur: sed mortem carnis, omnis homo timet, mortem animæ pauci. Proinde quò magis Dominus ad diem suæ mortis appropinquabat, eò seruentiùs munus suum obibat, admirabiliora signa in suę legationis specimen faciebat, clariúsq; cùm verbis, tum factis, suam personam, suum officium, suam legationem aperiebat. Quod si diligenter animaduertimus, obseruabimus quæ à quinto capite Euãgelista narrauit, omnia facta esse intra vltimum prædicationis Domini annum. In Galilæa enim circa festum Paschæ, panit quinq; millia hominũ. In Pẽtecoste, sanauit Ierosolymis illum qui triginta octo annos morbo corruptus in grabato decubuerat. Sequenti Tabernaculorum festo, non solum quæ septimo capite scribuntur, fecit, sed etiam cæco nato visum dedit. Posteà festo Dedicationis, interrogatus quis esset, palàm commemorauit quæ decimo capite narrantur. Deinde instante iam vltimo Paschate, suscitauit hunc Lazarũ: atq; hac suscitatione, oblata est occasio, per quã maximè redderetur illustris Christi, Patrisq; gloria, & ad homicidiũ irita retur Pharisæorũ iniquitas, & malitia. Hæc omnia voluit Christus gerere in festiuitatibus, & Ierosolymis, suámq; virtutẽ magnificentius exerere, vt hoc modo toti Iudaicę genti, (cui peculiariter eo quidẽ tẽporis missus erat) sese cõmodiùs, & apertiùs insinuaret: nihilq; omitteret, quod sibi à Patre præscriptũ esset, diceréteq; quod Esaias nomine eius, cap. 5. scripsit, Nunc ergo habitatores Ierusalẽ, & viri Iuda, iudicate inter me & vineã meã. Quid est, quod debui vltrà facere vineæ meæ, & nõ feci ei? Huius capitis cum præcedente cohærẽtia, petita est à circũstantia personæ Lazari languẽtis. Quum dicitur, ERAT Quidã languens, explicatur necessitas, quæ vbi adest, ibi locũ habet medicus Christus. Huius languidi historia nos hortatur, & erudit, vt ne quis molestè, grauatimq; ferat, si boni, & Deo amici viri morbo teneantur, quia & Lazarus, quum esset amicus Christi, ægrotauit. Lazarus, Hebraice significat cui auxilio est Deus. Magnificũ enim Dei auxilium hic Lazarus experturus erat, qui quatriduanus mortuus,

Mors duplex.

Quæ vltimo suæ prædicationis anno Christus operatus est.

Christus medicus, vbi necessitas.

Lazarus.

voce Christi factus est rediuiuus. Eadem ratio nominis apparet in illo Lazaro, cuius animam deportarant angeli in sinũ Abrahæ, qui hic viuens non poterat impetrare micas cadentes de mensa diuitis epulonis, canes humaniores, & magis sibi propitios, quàm homines, sentiens. Lazarus adũbrat peccatores, qui in peccatis mortui sunt: è quibus liberari non possunt, niũ per Christum. Narratigitur Ioannes (dum Christus apud Iordanem commoratur) quid acciderit: nimirum quendam Lazarum nomine, in oppidulo Bethania morbo decumbere.

Bethania. [A BETHANIA.] Lazarus erat Bethaniẽsis. BETHANIA interpretatur domus obedientiæ. Oppidulum est in latere montis Olineti, distãs ab Ieroſolymis stadijs quasi quindecim: id est, duobus fere miliaribus.

[DE castello Mariæ, & Marthæ sororum eius.] Appositio est, declarans Bethaniam esse castellum, siue oppidulum spectans ad Mariam Magdalenam, & Martham, Lazari sorores. Non desunt, qui ad hunc modũ interpretẽtur: Aegrotabat Lazarus Bethaniẽsis à castello Mariæ,

Martha. & Marthę huius sororis. MARTHA interpretatur prouocans, vel Syriacè, domina, vel doctrix.

[MARIA autem erat, quæ vnxit Dominum, & extersit pedes eius capillis suis.] Hæc velut exegesis quædam apposita sunt ab Euãgelista, vt intelligamus de qua Maria loquatur, quũ sint multæ Mariæ. MARIA interpre-

Maria. tur exaltata, vel amaritudinis mare: aut ex Syro & Hebræo, Domina maris. Maria filia fuit Amram filij Caath, soror Aaron, & Moysi. Numeri cap. 27. Filius Esdræ 1. Paralip. 4. Nomen item virginis, quæ Filium Dei cõcepit, tulit in vtero, & peperit. Matth. 1. Luc. 2. Paulus Rom. capite 16. de quadã Maria loquitur. Hæc, de qua hic fit mentio, multis circunstãtijs explicatur quæ fuerit. Hæc ipsa est, de qua sequenti capite, & apud Lucã, cap. 7. fit sermo, cuius verba hoc loco Ioannes Euangelista repetit. Hæc Maria erat illa, quæ feruenti amore erga IESVM, vnxerat caput illius in cõuiuio accumbentis pretioso vnguento, ac pedes lacrymis irrigatos capillis extersérat. Nõ inconsultò hæc addidit Euangelista de certitudine Mariæ, vt ostenderet se non ignorasse tam insignem historiam

Magdalenæ conuersio. de Maria Magdalena pœnitentium viuo exemplari: quæ ex ver-

ex verbo Dei concepto, & peccatorũ cognitione, mox fide viua in Christum, seipsam ad sui iustificationem erexit, & operibus charitatis se accinxit, declarans quam in Christum fidẽ habuit. Vngere enim Dominũ vnguento, Vngere domi-
& extergere pedes eius capillis, fuerũt in Maria charita- num.
tis opera, & maturi fidei fructus. Obserua. ET EXTERSIT pedes eius capillis suis. Verba sunt Lucæ Euangelistæ, & officia Mariæ à Ioanne recensita: vt vnica intelligatur Maria, quæ hic, & à Luca, cap. 7. narratur.

[CVIVS frater Lazarus infirmabatur.] Quemadmodum paulò ante prænominans Mariam cuius Martha soror esset, insinuauit Mariam maiorem, & principalio-
rem: ita nũc dicens Lazarũ fuisse Mariæ fratrem, videtur significare Lazarũ aliquid nominis à Maria sorore accepisse. Hęc dũ facit, simul addit, INFIRMABATVR, præ-
mittens necessitatem, vt causam vrgentem Christum.

[MISERVNT ergo sorores eius ad eum.] Viua fides Maria & Martha ad Christũ
seipsam exerit. Missio enim ad Christum, effectus fidei mittunt.
est, testificans quantum fidei in Christum haberent Maria & Martha. Quum Lazarus graui morbo periclitaretur, sorores (quibuscum singularis quædam amicitia intercedebat domino IESV, vnde sibi de medela Christi persuadebant) mittunt ad illum, qui nũtiet Lazari amici morbum. Rogabit aliquis: Quare mittunt ad IESVM, & ipse non proficiscuntur, sicut Centurio, & Regulus? Proculdubio sufficit amanti nũtiare: qui non deserit quẽ amat. Secundò, harum tanta erat in Christum fiducia, vt certò statuerent apud se Christum preces exauditurum. Tertiò, mulieres erant timidulæ, vt est illarum genius, quas periculosum fuisset domo ad rusticationem, & peregrinationem progredi. Quarto, graui dolore tenebantur, occupatæ circa fratrem.

[DICENTES, Domine, ecce, quem amas, infirmatur.] Nihil apprecantur: putant satis esse nuntiasse necessitatem amanti. Verbo DOMINE, sorores captant benevolentiam à persona, & potentia Christi, quem confitentur posse iuuare. Est certè, DOMINVS, vox Dominus,
potentiæ. Addunt attentionis particulam, ECCE. Quasi dicerẽt, De re seria agitur, nempe de necessitate fratris, qui iam agere animam videtur. Ad miserationẽ Dominũ

mouere laborant, dum prærogatiuam, (qua amicus dilecebatur) non autem Lazari meritum, afferunt: & admiratione quodam modo pronũtiat, INFIRMATVR, ac si admirarentur quomodo ægritudine correptus esset Lazarus, à Christo dilectus. ECCE, quem diligis, ægrotat. Amicus amici officium, & beneuolentiam postulat. His plura insinuant, quàm si simpliciter petiuissent, Domine sana Lazarum. Hic locus nos admonet, vt quemadmodum sorores Lazari solam fratris necessitatem Christo nuntiãt, neque locum, neque tempus, neque methodum ad sanitatem conferendam præscribentes: ita si in oratione aliquid petimus, nostra necessitas proponenda est Domino. Qua in re cauendum est præscribamus illi aut tempus, aut modum: satis est ex fide, & fiducia in ipsum explicare necessitatem, qui nouit vbi & quando auxiliandum est. Ad hunc modum rogauit Iosaphat, (2. Paralip. capite 20.) In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quę irruit super nos: sed quum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Hoc etiam modo orat Centurio (Matthæi 8.) Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Nõ addit Centurio modum aut tempus sanandi, ne videatur Domino methodos sanitatis præscribere. Huc pertinet quod scribitur Iudith, capitibus 7. & 8. Arguit sacerdotes Iudith, quòd statuerint se quinque duntaxat dies à Domino misericordiam expectaturos. Quid est hoc verbum, (ait) in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyrijs, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? Et qui estis vos, qui tentatis Dominum? Non est iste sermo, qui misericordiam prouocet: sed potiùs qui iram exciter, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei? Sed quia patiẽs Dominus est, in hoc ipso pœniteamini, & indulgentiam eius fusis lacrymis postulemus. Hactenus illa. Quum igitur oramus Dominum, & petimus nos adiuuet, non sunt illi conditiones auxilij præscribendæ. Proposita necessitate, & petito ex fide auxilio, expectemus, eius promissionibus adhærentes, & nihil festinantes, aderit ille auxilio opportuno.

Necessitas in oratione explicanda.

Orantes nihil præscribamus Christo, de modo auxiliãdi.

[AVDIENS autem Iesus, dixit eis.] En Christi philanthropia, & viuæ fidei efficacia. Rogantes audit, suósque responso dignatur. Hæc nos inuitãt vt contradamus nos Christo, qui credentes & fidẽtes audit, & compellat.

[INFIRMITAS hæc non est ad mortẽ, sed pro gloria Dei: vt glorificetur Filius Dei per eam.] Dominus nũtio ad sorores dicit, morbum non esse capitalem, & deploratum. Quo responso non solùm illas, sed credentes omnes consolatur, afferens paucis verbis summam totius Euangelij. Nimirum doctrina Euangelij læta omnia nuntiat, nõ affert mortem, sed CHRISTVM vitã: annũtiat infirmitates nostras, quales quales fuerint, non esse ad mortem vt pereamus, sed ad gloriam Dei, qui omnium misereri vult, vt inde glorificetur Filius Dei. Particula VT, hoc loco, Vt glorificetur, &c. non causæ, sed euentus, significatiua est. Cur igitur Lazarus animam efflat? cur moritur? an mendax est hoc responsum, Infirmitas hęc non est ad mortem? Absit. Nam Iesus Christus in mundum veniens, non mortis, sed vitæ nuntius est, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire. Qui non venit vt iudicet mũdum, sed vt mundus per ipsum saluetur. Nouus est eius cantus, à seculo non auditus: nam ante Christi aduentum, Lex annuntiabat peccatum, & peccati auctoramenta: quæ sunt afflictiones, calamitates, & mors, ostendens illa esse Dei irati signa. Genes. capite 3. Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, maledicta terra in opere tuo, &c. Deuter. capite 28. Venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te, Maledictus eris in ciuitate, maledictus, in agro, &c. At longè alia canit Christus, noua prædicat. Quæ? Mortem nõ esse mortem, afflictiones non semper esse signa irati Dei, sed instrumenta, quibus Deus glorificatur. Prius ex præcedentibus notum est pijs, & ijs, qui Euangelium susceperunt, Ioannis 3. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Et in hoc capite, paulò pòst dicetur: Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Mors Lazari, separatio quidem fuit animæ à corpore, quam mortem

Euangelium læ-tum est.

Vt, particula.

Infirmitas nõ ad mortem.

Christus nouam musicam attulit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Afflictiões nõ semper sunt signa Dei irati.

temporalem dicunt,& somnum quendam esse Scriptura prædicat:sed nõ est illa mors,qua perit in æternũ,qui vere moritur.Posterius vertũ esse docet hic locus,quòd afflictiones nõ semper sunt signa irati Dei, sed instrumenta, quibus Deus glorificatur.Non erat Deus Lazaro iratus, qui pius,& Christo amicissimus erat,tamen morbo afflictus est,& mortuus.Ne nobis indignum videatur,si quãdo boni,veræque pietatis cultores huius mundi calamitatibus affliguntur,Deo veluti dissimulante,vel quia sic expedit ipsis,qui patiuntur:vel quia sic conducit ad illustrandã Dei gloriam:nõ quòd Deus humanis malis procuret suam gloriã,sed qp mala,quæ nobis iuxta humanæ conditionis legem,casúve obueniunt,vel in nostram salutem,vel in suam gloriã,hominum causa vertere solet.

Mala nostra in gloriã Dei versa.

Afflictiones propter gloriã Dei.

Hoc peculiare,& familiare est Deo, vt quos amat,castiget:& in primis pij affligũtur,nõ vt pereant,sed vt salnẽtur,& glorificetur per illos Deus.Ieremię cap.25.Ecce in ciuitate,in qua inuocatum est nomen meum, ego incipio affligere.Huc pertinet,quod scribitur 1. Petri cap.4. Quoniam tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis,quis finis eorum,qui non credunt Dei Euangelio? De his plura scripsimus suprà cap. 9.de cæco nato.Colligamus ex his,afflictiones nobis accidere,vt per earum occasionem illustretur gloria Dei, & huius virtute depulsis afflictionibus,cum mutua gloria glorificetur Filius Dei,dum Pater Filio afflictionibus imperat,& afflictos liberat è cruce. Proinde peccatis subiecti sumus,nõ vt pereamus,sed inde sequitur gloria Dei. Ad Galat. 3.Conclusit Scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide IESV Christi daretur credentibus.Ad Roman. capite 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo IESV,quem proposuit Deus propitiatorem per fidem,in sanguine ipsius,ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum,in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore.Obiter dixerim,Deũ habere longe alia instrumenta, quibus glorificatur, quàm habeat mundus. Mundus elegit gloriam,ambitionem,opes,diuitias, honores, potentiam, sapientiam,& huiusmodi,

Instrumenta mundi ad gloriam.

vt hinc

vt hinc aliquid glorietur. At Christus alia elegit.1. Corint.ca.1.Videte enim vocationem vestram,fratres, quia non multi sapientes secundum carnem,non multi potentes,non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus,vt confundat fortia:& ignobilia mundi,& cõtemptibilia elegit Deus,& ea, quæ non sunt,vt ea, quæ sunt, destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Hic locus nos hortatur ne cõsentiamus rationi humanæ,quæ negat Deum respicere res humanas,& adscribit aduersa,& prospera casui, & fortunæ. Profectò afflictiones voluntate Dei nobis accidũt,vt per eas glorificetur Deus. Nam dum Deus ex afflictionibus nos educit, & liberat,cognoscitur,& nota fit eius potentia:& quanquitur gloriã: quẽadmodũ & medicus ex morbis maximis,vbi illos pepulerit,maximam sibi gloriã comparat. Quid ergo dicemus,ait Paulus,Rom.cap.6.Manebimus in peccato,vt gratia abundet? Absit.Qui enim mortui sumus peccato,quomodo adhuc viuemus in illo? Quidam textus habent,Vt glorificetur Filius Dei per eum.Græcis est δι' αὐτοῦ, id est,per eam.Glossa(quam interlinearem dicunt)legit,Per eam,supple infirmitatem.

Dei instrumenta ad suã gloriam.

Fortunæ non adscribẽdę afflictiones.

[DILIGEBAT autem Iesus Martham,& sororẽ eius Mariam,& Lazarũ.] Cũ hac familia Mariæ, singularis amicitia intercedebat Domino Iesu.Ingens hæc dilectio ostendit causam, cur sorores illæ non fuerint ad Christũ profectæ.Sufficiebat amico amici necessitatem significare.Obserua in verbo Diligebat, expressam esse Christi philanthropiam, qua etiam peccatores diligit ipse non peccator,verum purus & immaculatus.

Christus purus,etiam peccatores diligit.

[VT ergo audiuit quia infirmabatur.] Audiuit ex missis ad se legatis à Maria & Marrha sororibus. Obserua, Christũ exhibere seipsũ benevolũ, & attẽtũ rogãtibꝰ se.

[TVNC quidẽ mãsit in eodẽ loco duobus diebus.] Tũc quidẽ,scilicet audita etiam infirmitate Lazari, non mox abijt,sed mansit in eodẽ loco duobus diebus:vt doceat qp iuuat quando ipse vult:& ne in petitione præscribatur illi tempus quando exaudire debeat, manet duobus diebus.Non negat, sed differt exauditionem: ostendens in summa patientia expectandũ esse donec exaudiat.Biduũ

Exauditio expectanda.

com

commoratus est, haud negligens amici periculum, sed maiorem occasionem edendi miraculi expectat, vt simul ipse paulò pòst moriturus, discipulorum adhuc imbecillium animos ad spem resurrectionis erigeret. Passus est Iesus Lazarum in morbum, atque etiã in mortem incidere, & sepeliri: ne quis obijceret grauatione quadam, vel extasi ipsum laborasse, & non fuisse mortuum. Obserua. Quanquàm Christus cognoscat infirmitates, & afflictiones nostras, non tamen statim exaudit, sed dissimulare videtur se non exaudire, & derelinquere suos in medijs malis, quasi videatur suorum oblitus: sed postea gloriosius eos è medijs malis eripit. Sic reliquit Abelem in manu fratris sui: sed post mortem clamat eius sanguis. Sic reliquit Ioseph longo tempore in squallore carceris: sed

Auxilij Deus differt, nõ aufert.

posteà sublimiùs eum extulit. Differt auxilium, vt probet fidem nostram, & tentatione ipsam exerceat. 1. Petri 1. In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristati in varijs tentationibus, vt probatio vestræ fidei multò pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelatione Iesu Christi. Iacobi cap. 1. Beatus vir, qui suffert tentationẽ, quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Aut Deus auxilium differt, vt solus auxiliaris titulum habeat.

Fidem nostrã Deus probat.

[DEINDE post hæc dixit discipulis suis.] Lazari amici morbum, etiam priusquàm nuntiaretur, non ignorabat, sed ad futuri miraculi magnitudinem excitandi erãt discipuli: quorum etiam animos præparare expediebat, qui valde timebant in Iudæam redire. Magnam pijs affert consolationem, quum legũt Christum tandem quærere occasionẽ iuuãdi nos, & se tandem ad iter accingere.

[EAMVS in Iudæam iterum.] Discessit Christus vt homo, ne lapidaretur: (ait Augustinus) in redeũdo quasi oblitus infirmitatem, ostendit potestatem. Hortatur discipulos, illisque addit animos, verbo Eamus: quod est animi fidentis Deo Patri. tanquam illi, qui curam habeat de Filio. Eamus quò me vocat meum officium: illhuc vadam mea requirit vocatio: hoc postulat proximi charitas, & necessitas sic vrget. Distulit Christus suum aduentum post ablegatum sororum nuntium quandiu placuit

qui tẽpore opportuno, quod sibi visum est, venit ad amicum. Psalmo 9. Et factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Addidit in Iudæam, supple, quæ est circa Ierusalem, vt paulò pòst dicemus: iterum præmonens illos ne repentino abscessu turbentur, & subito reditu, animi eorum consternati fatiscerent, si abducerentur è deserto, tutiore loco, in regionem, in qua nuper magistrum viderant è manibus Iudæorum lapidare volentium, elapsum: sed vt præmeditatione, ac præcogitatione aduersus ea, quæ ingruere possent, pericula, præmuniti essent: intelligerentque magistrum suum voluntariè seipsum ad hæc accinxisse, etiam periculo vitæ imminente. Obserua: Quum Christus venerit ad Lazarum, quando sibi ita visum est, admonemur ne Deo præscribamus tempus exauditionis, sed in fide necessitatem explicemus, quam tempore opportuno. & modo, quem ignoramus, leuabit. Fidamus tãtùm, ipsum nos ex fide petentes non deserturum.

Methodus auxilij nõ præscribẽda Deo.

Iudæa interpretatur Laudatio, siue Confessio. Iudæa, quæ & Cananæa, & repromissionis terra, quæ Sancta in Scripturis Sacris nuncupata est, Syriæ regio in Asia maiore, ad Orientem habet mare mortuum, quod & salsum, (Num. 34.) vbi quõdam Sodoma & Gomorrha vrbes. Ad Aquilonem Galilæa cubat: in cuius tergo Libanus mons, terminus Iudææ eminet. Occidentem versus, Philistijm, quæ Palæstina, & Allophylorũ terra dicitur: incipit vltrà quàm mare magnum. Ad meridiem Amalecitæ habitant, Numer. 13. Iudæa aliquando tota terra duodecim Tribuum appellatur, velut Marci cap. 3. & Psal. 76. Notus in Iudæa Deus. Aliquando duæ tantùm Tribus, Iudæa, & Beniamin appellitantur, ad distinctionẽ Galilææ, & Samariæ, aliarúmque in terra repromissionis regionum. Obseruabis itaq; apud historicos Iudæam pertinere ad Palæstinam: Galilæam verò, atque Samariam ad Phœnicẽ. Nemo vel mediocriter in Sacris eruditus ignorat, post Salomonis mortem, decem Tribus Israel defeciſse à Roboam ad Ieroboam Ephratæum, 3. Reg. 12. Exinde duæ Tribus, Iudæ scilicet, & Beniamin (quæ semini Dauidis adhæserant) nũc domus Dauid, nunc Regnum Iuda, Ierusalem aut Beniamin in Scripturis potissimùm à Prophetis nuncupantur,

Iudæa.

tur. Sicut decem Tribus, quæ defecerant, Regnum Israel, domus Iacob & Ioseph, Ephraim, Regnum Samariæ, Israel, Bethel, Bethauen appellantur.

Regnũ Israel.

[DICVNT ei discipuli.] Audito nomine Iudææ, discipuli nõ immemores quàm furerent Pharisæi in Dñm, & quoties ipsum lapidibus impetijssent, & manus illi inijcere conati fuissent, quũ nondũ accepissent Spiritum Sanctum, adhuc pusilli, & infirmi, humano ductabantur sensu, & prudentia humana, non solùm Dño, sed sibi etiam metuentes. Homines dare volunt consilium Deo, discipuli magistro, serui Domino, ægroto medico, dicentes,

[RABBI, nũc quærebãt te Iudæi lapidare, & iterũ vadis illhuc?] Dehortantur Dominũ à repetenda Iudæa. RABBI, id est, magister: captatio est benevolentiæ à dignitate personæ Christi. Nunc quærebant te, &c. Quasi dicant: Num excidit tibi, quòd nuper in porticu Salomonis Iudæi te obruissent, nisi te subduxisses? & nũc eò proficiscaris? præsentibus etiam vitæ periculis teipsum manifestè exponis. Huius consilij causa in discipulis fuit error, & infirmitas, quæ fugit, & abhorret crucem. Ratio humana ignorat crucem esse viam ad gloriam: putat gloriam ad gloriam eundũ esse: pusilli adhuc discipuli (quantum mihi licet ex hoc loco conijcere) existimabant Christum fore carnalem regem, & regnum eius temporale, & carnale. Vnde mater filiorum Zebedæi (Matth. cap. 20.) dixit, Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistrã in regno tuo. Volentes itaque discipuli bona quidem in speciem intentione Christum à cruce abducere, ne à tanta dignitate per Iudæos impediretur, consilium dederunt Christo, ne abiret iterum in Iudæam. Nõ huic absimile est, quod Petrus Christum, prudenter quidem pro sua opinione admonet, ne se tradat principibus Sacerdotum, Matth. cap. 16. Sed vt dixit Petro, Abi post me Satana, non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum: ita hoc loco respondet.

Apostoli dehortãtur Christũ à repetẽda Iudæa.

Crux, via ad gloriam.

Apostolorum carnalis opinio de via ad gloriam.

[RESPONDIT Iesus.] Christus carnalem discipulorũ corrigens intentionẽ, & singulari ænigmate formidinem illorũ cõsolatus, docet ne ex metu vocationem nostram pro Dei gloria, & proximi necessitate vrgente, aut negligamus, aut suspendamus: quam maturare debemus per to-

Vocatio nostra quãdiu vitamus maturanda.

per totam vitam, & tempus nostrę vocationi concessum: nihilque timendum esse ijs, qui Christo adhærent, qui lux est mundi. Nox inanes habet formidines: dies nescit huiusmodi terrores.

Nox, nõ autẽ dies habet formidines.

[NONNE duodecim sunt horæ diei?] Diuus Augustinus Christũ interpretatur Diẽ: Duodecim horas, Apostolos. Ipse enim dies est ex die, lumẽ de lumine: & suprà cap. 8. ait, Ego sum lux mundi. Et vt se diẽ ostenderet, duodecim Apostolos elegit, de quibus nunc dicit, Nónne sunt duodecim horæ diei? Ac si diceret: Vos, qui estis horæ diei, quare sic consilium dare vultis? Horæ diẽ sequũtur, & die moderante peraguntur. Chrysostomus bifariam exponit: Aut nihil esse timendũ ijs, qui sibi nullius flagitij cõscij sunt: aut luce nihil esse timendũ: multò minus his, qui Christo (q̃ lux erat mũdi) adhęrebãt. Præter has pias interpretationes, videtur mihi hic locus esse periphrasis temporis vocationi Christi cõcessi, in quo debuit hic interris expedire suũ officiũ, vt intelligamus Christũ dixisse, Quid timetis, quia minis Pharisæorũ terremini? Eamus, nihil adhuc periculi est: nondum enim aduenit tempus mortis meæ. Huc veni, eòque spectat meum officiũ, vt euangelizem: quo nondum completo, nemo mihi vel tantillum incommodi inferre potest. Vt enim duodecim horæ diei sunt, in quibus ãmbulare, & agere homines omnia oportet (nam qui noctu negotia sua agit, facilè impingit, quum die, vbi lumen mundi solem istum videt, non impingat:) sic habeo diem meum (hoc est officium, siue ministerium meum) qui suis certis horis finitur. In hoc ergo perficiẽda sunt, quæ Pater mihi mandauit. Exuite igitur omnẽ formidinem, ac timorẽ vestrũ vanum pro me. Hic dies iam inclinat, nondum tamen compleui cursum Euãgelij mei. Et quanquàm hora iam fermè vndecima fuerit, adhuc ambulo in die ministerij mei, & nõdum cõpleta est duodecima. Proinde nihil mihi incõmodare possunt omnes aduersarij. Respõsabit aliquis: Cur igitur Christus interdum fugit, & e medijs manibus inimicorum elapsus est? Certè fugit, quòd nondum mortis eius hora venerat: & vt doceret nos, ne tentemus Deum, dũ nos cuiuis periculo exponemus: sed iusta, & pia media à Deo nobis ꝓposita, tenẽda, feruãdáq; sunt, donec cursus nostri

Dies, Christ⁹. Horæ, Apostoli.

Chrysostomus.

Dies Christi horas habet.

Christus cur interdum aduersarios fugit.

Periculũ adire non nisi in tempore licet.

nostri ministerij finiatur: cuius & vitæ nostræ corporalis, certus limes, & finis à Deo præuisus, & circunscriptus est, doctore Iob cap. 14. Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est, constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt. Nam si nostri capilli (res minutissima) in conspectu Dei numerati sunt (Matthæi cap. 10.) quantò magis vitæ nostræ momenta, & articuli coram Deo numerati sunt? Respondebit aliquis: Ergo securè quibusvis periculis nos obijciemus, quandoquidem à Deo definitus est nostræ vitæ terminus, citra cuius præscriptum nullæ humanæ vires nostræ incommodare poterunt. Respondeo: Absit. Quum apud Deum certus, nobis autem incertus, sit vitæ nostræ finis, non licet quibusvis periculis seipsum exponere, quasi verò nihil posset obesse ante eum diem præuisum. Hoc re vera esset tentare Deum, & verè Stoicum agere. Est quidem cognitus à Deo vitæ nostræ terminus: sed interim iussit ne temerita te quadam nos periculis exponamus, morte nosipsos affciamus, & vt prudenti, ac maturo cõsilio vtamur medijs ad vitæ conseruationem, & pericula mortis pia prudentia euitemus. Sed ad institutum redeamus. Non absimili responso vsus est Dominus, respondens Pharisæis dicentibus, Lucæ cap. 13. Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi, Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die cõsumor. Simili allegoria vsus est, suprà cap. 9. Me oportet operari opera eius, qui me misit, donec dies est. Passionis diem vocat, potestatem tenebrarũ, & horam impiorum. Dies habet suas horas, nec nostro arbitrio fit breuior, aut longior. Et ego (inquit) tempus habeo præscriptũ, quo negotium redemptionis generis humani peragere debeam, quod Iudæorum malitia non potest anticipare: vnde nihil est q̃ mihi timeatis. Proinde sicut diei occasio parua est, & facilè elabitur, ita & occasio vocationi, & conuersationi meæ in terris parua est, & facilè elabitur. Quare occasio maturanda est, & vrgẽda, idque dum est capillata, ne fiat posthac calua. Porrò suum illud tempus & aliàs Diem vocat, suprà cap. 8. Desiderauit Abraham videre diem meum: vidit, & gauisus est. Theophylactus tempus, quod præcesserit passionem, vocat diem: & noctem,

Vitæ nostræ finis à Deo præfixus.

Periculis temerè se exponere, est tentare Deum.

Hora impiorum.

Occasio amplexanda.

noctem, quo captus est Christus. Obserua. Apud nos dies æquinoctialis duntaxat habet duodecim horas: alijs temporibus vel plures, vel pauciores. Sed puto horas apud Iudæos fuisse inæquales, semper tamẽ inter exortũ & occasum interceßisse duodecim horas: & noctẽ, siue longißimã, siue breuißimã, totidẽ horis fuisse distinctã. Quidã aiũt Dominũ voluisse his verbis significare, Quũ duodecim horæ diei sint, sæpe etiam vno die homines animum mutare: eóq; fieri potuisse, vt hostes sui cõsilium mutaßent, quum iam aliquot dies interceßissent: aut certè insinuauit illos nunc non valituros quod antea. Sequentia cum præcedentibus huic interpretationi non mihi accedere videtur: propterea mihi arridet interpretatio, significans Dominum voluisse insinuare se oportere, tempore à Patre definito, opera Patris perficere, non secus, atque homines die ambulare, & negotia sua curare.

[SI quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt.] Singularis est hæc similitudo sumpta à die, qua tẽpus officij, & vocationis Christi designatur. Quemadmodum qui negotia sua agit die, & vocationem suam exercet, non impingit, quia videt lumen mundi, solem istum: ita quia nondum est nox, id est, hora mortis meæ, dúmq; habeo hoc tempus vocationi meæ, & officio meo præscriptum ad complenda Patris opera, sequamini me etiam redeuntem in Iudæam. Vos me duce non impingetis in aliquid impediens, non offendemini, nemo nocebit vobis, quia ambulatis in die, & lucem mundi videtis, id est, me ipsum, qui sum lux mundi. Non impingetis ad lapides Iudæorum volentium me lapidare, qui clarè in luce diuina videre poteritis ne impingatis. Illi autem quum cæci sint, & nocte ambulent, facilè impingent vel in lapides, vel parietes, aut gradus, &c. Valde consolatorium est, Qui fide viua Christũ, iustitiæ Solem, prospicit, ambulans in vocatione sua, & si carne, & alijs Satanæ ministris impetitur, non tamen offendit, nõ impingit, nõ peccat, & aduersus carnem ad peccatum solicitantem vigilat, dicens, Deus meus ad te luce vigilo.

Sol iustum Christus.

Christum sequutus, nõ impingit.

[SI autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo.] Quisquis sublato Sole AMBVLAT in nocte, id est, si quis opportuno tempore vocationem

Impingere. Lucis absentiæ causa offensionis.

suam non expedierit, nec curarit officium suum, sed neglexerit, OFFENDIT, siue facilè impingit, siue periculum patitur, nec id impunè fert. Cur ita? Rationem offensionis addit ab absentia lucis: QVIA lux non est in eo. Quasi diceret, Quia sine me nihil potestis facere. Quis quis me absente ambulare volet, impinget, & facilè in præceps ruet. Ex superioribus colligamus, Christum studiosè hæc dixisse discipulis, vt ab illis timorem excuteret, & his significasse, quòd quandiu ipse cum discipulis versaretur hic in terris, nihil periculi illis immineret: quum sublatus esset ab ipsis, inciderent in pericula, lapidationem, verba, mortem, & eiusmodi tormenta. Nō huic absimile est, quod Christus (Marci cap. 2.) Ioānis, & Pharisæorū discipulis, rogantibus, Quare discipuli Ioannis, & Pharisæorum ieiunant, tui autem discipuli nō ieiunant? Respondit. Nunquid possunt filij nuptiarum, quandiu sponsus cum illis est, ieiunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare: venient autem dies, quum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.

[HAEC ait.] Hoc sermone Iesus Apostolis vocationis suæ tempus aperuit, & illorum formidinem mitigauit.

[ET post hæc dicit eis.] Digressione quadam vsus est Euangelista, narrans prædictum illud discipulorum consilium, & responsum Christi: qua absoluta, nunc redit ad historiā de Lazaro, aperiens causam profectionis Christi in Iudæam. Obserua. Quanquàm exauditionē illarū sororum pro suo fratre distulerit Christus, non tamen amicti Lazari, & orationis sororum eius est oblitus. Quod valde consolatorium est contra scandalum dilationis.

Mors somnus. Vrbanitas.

[LAZARVS amicus noster dormit.] Peruenusta est allegoria, dum mortem vocat somnum, Lazarum mortuum ab insomnio se excitaturum dicit: vnde somnum rectiùs, quàm mortem, obitum Lazari vocat. Quanquā Scriptura passim siue vt rem tristem per ἀγγλικὸν, id est, vrbanitatem, eloquatur: siue vt spem resurrectionis figuret, mortem quorumlibet somnum, & dormitionem vocare soleat. Vt enim somnum consequitur expergefactio, ita mortem hanc naturæ, in nouissimo die resuscitatio.

[SED vado, vt à somno excitem eum.] Noua est hæc cantio

cantio à seculo nunquàm audita. Quæ? Mors non est mors. In ipsa morte vita promittitur. Quis promissor, & vitæ in morte collator? Christus: cuius beneficio mors somnus facta est: qui morte sua mortē in somnum vincauit. Iam quum propter quietem desyderetur somnus, tantum abest vt timeatur, & mors sit somnus, Quis igitur Christum amplexatus, mortem perhorrescet? Ita & Paulus (1. ad Thessalonicē. 4.) mortuos fideles, vocat dormientes. Nolo, inquit, vos ignorare fratres de dormiētibus, sicut & cæteri, qui spem non habent. Obserua: Hæc promissio vitæ in morte, commendat nobis Iesu Christi omnipotentiam. Quis medicorum vnquā quatriduanū, à mortuis suscitauit? Indicant & hæc Christi verba alterā pœnitentiæ partem, viuificationem scilicet. Nolite igitur perturbari, ô discipuli mei, non redeo in Ierusalem ad ea, quæ vidistis imminentia pericula: ego iuxta meam vocationem, & officium, adeo Bethaniam excitandi gratia Lazarum, amicum nostrum, dormientem.

Musica noua. Mors non est mors.

Vita in morte.

Pœnitētiæ pars viuificatio.

[DIXERVNT ergo discipuli eius.] Exemplum tardę fidei, & ignorantiæ in discipulis, quo docemur nos non cognituros mysteria, & ænigmata Christi, nisi ipso doctore. Obserua carnis genium, quæ verbum Dei non nisi carnaliter, & pro suo captu intelligit. Suspicantes discipuli adhuc carnales, Christum, non de morte, sed somno vulgari loqui, Respondent,

Fides tarda in discipulis.

[DOMINE, si dormit, saluus erit.] Volentes discipuli Christum à profectione reuocare, aiunt, captantes beneuolentiam à persona Christi, Domine, non est cur eò te conferas, si dormit: nam dormitio in ægrotis argumentum est redituræ sanitatis. Timendum certè ne quicquam illi incommodaueris, si illhuc abeas. Si enim prosit illi somnus, vt opinamur, excitatio à somno damnosa erit. Sinito igitur illum dormire, SALVVS erit, id est, nihil habebit periculi, sanitatem recuperabit. Bēne enim solemus de infirmo sperare, si dormiat. Toto nisu contendunt discipuli causas profectionis resecare, quòd à repetenda Iudæa abhorrerent.

Dormitio signū sanitatis.

[DIXERAT autem Iesus de morte eius: illi autēm putauerūt, quia de dormitiōe somni diceret.] Hāc ænigmatis interpretationē adiecit Euangelista, vt prodita discipulorum

Scripturarum sensus paulatim collatus.

pulorũ ignorantia,non desponde amus animos, si statim non sumus perfecti,& scripturam aliquam non intelligamus:sed consolationem nos infirmi accipiamus,quum videmus eos,qui etiam primitias Spiritus acceperant,subitò in cognitione eorum,quæ dicebat Christus, non promouisse: quorũ animos ipse paulatim præparauit ad miraculi futuri contemplationẽ.In primis ideo maluit dicere dormientem, quàm mortuũ, vt iuxta Scripturæ sacræ consuetudinẽ,ostenderet spem resurrectionis. Dormiunt enim verius,quàm mortui sunt, qui reuicturi quiescunt. Nullus enim tanta facilitate posset aliquem à somno excitare,quanta Christus Lazarum quatriduanum à tumulo excitaturus erat.Obserua,ILLI autem putauerũt, &c. subaudi ex ignorantia verborum Christi.

[TVNC ergo Iesus dixit eis manifestè, Lazarus mortuus est.] Exemplum philanthropiæ in Christo, ex quo miram accipimus consolationem, dum videmus Christum seipsum explicare, & propositum mysterium nobis ignorantibus enodare. Ne ergo discipulos tandiu ignorantia laborare sineret, liberat eos ab ignorantia, dicens, Lazarus mortuus est. Obserua, Christi non postremum officium esse,liberare ab ignorantia,& mysteria interpretari.

Officiũ Christi.

[ET gaudeo propter vos, vt credatis quoniam non eram ibi.] Gaudeo,nimirum quòd illhic præsens corpore non adfuerim, dum amicus ægrotat,& moritur,idque vestra causa: vt vestra fiducia (quam adhuc imbecillem video) confirmetur euidentiore miraculo. Instat enim vestra in me fides periclitetur. Obserua vsum miraculorum Christi esse,prouocare ad fidem,& in fide confirmare.VT CREDATIS, supple,me esse verum illum Christum mundi saluatorem,dominum vitæ,ac mortis. Item vt certa fide apud vos statuatis me esse Deum: quia possum Lazarum mortuum excitare,quod nemo hominum per se potest. Item vt credatis me præstò adesse,in medijs afflictionibus, & curare omnia pro vestra salute, vobis etiam ignorantibus,vt apertissimum est in Lazaro: qui licet sit mortuus,tamẽ Christus de ipso loquitur, de ipso curat,& solicitus est,nec frustranea est solicitudo.Obseruа,QVONIAM non eram ibi. Quasi dicat Christus, alioqui tum

Fiducia apostolorum confirmanda.

qui tum liberassem eum à morte.

[SED eamus ad eum.] Non ignarus Christus quid discipulos perturbaret,animos addit,& metum lenit, eo argumento,quo asserit se non Ierosolymam, sed Bethaniam ire, tamẽ imbecilles adhuc terrebat loci formidati vicinia. Agite,ó discipuli, accingite vos mecũ itineri, & eamus Bethaniam:quia gloria Patris, & charitas, ac necessitas proximi sic requirunt.

[DIXIT ergo Thomas,qui dicitur Didymus, ad condiscipulos.] Mœstis,ac solicitis discipulis, nec audentibus reuocare Dominum ab instituto, Thomas(qui Græcis dicitur Didymus,Latinis Gemellus)cæteris discipulis meticulosior,& imbecillior,ait,

Thomas.

[EAMVS & nos, vt moriamur cum eo.] Hæc non tam fiduciæ, quàm desperationis verba videntur. Nam serio,ac dedita opera admonet discipulos mortis,dicens, ET MORIAMVR. Hoc certè est animi timidi. EAMVS (inquit) nos stulti, ac insipientes, & non curantes propriam vitam, vt moriamur cum eo, scilicet Christo,qui tametsi vitam suam non magnifaciat,nos autem cur ita stulti essemus? Audito enim Christo, videntur inter se consultasse,num prudenter agerent,si se cum Christo manifestis periculis, à Phatisæorum turba imminentibus temerariè, & propter homuncionem illum Lazarum exponerent. Aut videntur hæc esse verba animi carnaliter prudentis, de suis viribus in afflictionibus constantiam præsumentis. Id sanè multis, vel (vt dici solet)sub camino, & in circulis colloquentibus contingit:qui dum extra afflictiones,& crucem sunt, nihil non magnum persuadent sibi de constantia, si conflictandum, aut in afflictionibus durandum esset: at præsente afflictione,& cruce,aliter & sentiunt,& dicunt. Ad hunc modum videtur Thomas cæteris audentior prorumpere,Quid,ó condiscipuli,detrectatis Domini iussum? Agite,eundum est cum illo per tela,per ignes:etiam si oportuerit nos mori cum ipso,prompti,paratique erimus, ne videamur à tam miti, & bono præceptore defeciisse. Iussit vt cum eo proficiscamur: quando ita illi visum est, vt nos exponat communi secum periculo, parendum est. Non est optimorum discipulorũ relinquere magistrum

Desperationis verbum.

Timidi magnifice in circulis de victoria loquuntur.

Thomæ animosa exhortatio ad sequendum Christũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in medijs periculis. Huic obsequamur oportet, ne arguamur inobediētiæ. Huic nos cōtradidimus, sacramentum præstitimus, cēturiati sumus: nūc imminētibus periculis fugiendū nō est. Charitatis ratio postulat vt illū sequamur. Hæc verba præ se ferūt præsumptionē quādā de cōstantia, & propijs viribus in subeūda cruce. Simili animo ductabatur Petrus, dicens, Etiā si oportuerit me mori tecum, non te negabo: qui tamen cum reliquis, relicto præceptore capto, fugit, & frequenter magistrū negauit.

[VENIT itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.] Distulit Christus aduentum suum in tempus manifestādæ gloriæ magis opportunum. Et vt magis, ac magis inclarescceret sua potentia, non profectus, est cum discipulis in Bethaniam, antequàm Lazarum quatriduo iam sepultum reperirent Pharisæi, qui nihil non calūniantur, causari possent stuporem fuisse, non mortem. Id enim aliquoties in morbis nonnullis accidit, vt corpora multis horis consopita, reuiuiscant. Nūc quum mors sit certa, Christus proficiscitur in Bethaniam, vt miraculū faceret, quod vlla ex parte calumniari nemo poterat.

[ERAT autem Bethania iuxta Ierosolymam, quasi stadijs quindecim.] Loci circunstantia insinuat iustoriæ certitudinem ex frequentia Ierosolymitarum, qui facilè Bethaniam venire poterant. Aberat Bethania ab Ierusalem QVINDECIM stadijs, id est, paulò minus duobus miliaribus. STADIVM, mensura est continens centum & vigintiquinque passus: est itaque octaua pars miliaris. Octo stadia constituunt miliare.

Stadium.

Miliare.

[MVLTI autem ex Iudæis venerant ad Marthām, & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo.] Complures ex cognatis, affinibus, & alijs non paucis, multa necessitudine coniunctis, ob loci vicinitatem, Bethaniam venerant ex Ierosolymis, nimirum officij gratia: vt sorores Mariā & Marthā mœstas de fratris decessu, consolarentur. Honoris enim gratia solet hoc beneficij genus defunctis præstari. Charitatis, atque adeo Spiritus Sancti est opus, cōsolari afflictos. Vnde propter id, Spiritus Sanctus παράκλητος, id est, cōsolator vocatur, & credētes in adoptionē filios soletur. Et Paulus ad Galatas cap. 5. lenitatē, bonitatē & benignitatē erga proximū, inter opera Spiritus numerat. Huc pertinet, quod vulgo dici solet, Rebus in aduersis veri spectantur amici. Signāter Euāgelista dicit, multos ex Iudæis eò confluxisse ad consolandas Mariam, & Marthā, vt miraculum habuisse multos testes, ac spectatores significaret. Animaduerte hoc loco operū Dei rationem, quæ principio lōgè aliud præ se ferunt, quàm in recessu, & fine præstent. Nā magna Dei prouidentia cōplures cōgregati sunt ad cōsolādas sorores de Lazari denē, siūt resurrectionis Lazari spectatores, ac testes oculatissimi. Obserua, Sorores has (quòd de obitu fratris doleret) nō esse à Domino obiurgatas, sed Dominū illis potiùs fuisse compassum, atque condoluisse, vt sequentia docent. Non enim à nobis frigidam, & stupentem, sed viuam, & ardētem (quæ viscera exagitet, totoque se corpore exerat) dilectionem Deus requirit. Neque aliàs fuerit vera hominum hic agentium dilectio. Hæc non potest non indolere de proximi (quem amat) aduersitate, quamlibet sciat electis omnia cooperari, & esse in bonū. Ad hunc modū Paulus (ad Philippenses cap. 2.) gratias agebat Domino, quòd Epaphroditū à morte seruasset, ne dolor sibi dolori fuisset adiunctus. Christus verus homo non continuit, quin obortis lacrymis excidium Ierusalem deploraret, quā sciebat tamen iusto Patris iudicio excindendam. Facessant igitur hinc Catabaptistæ quidam, qui nullum luctum, nullas lacrymas pro mortuis, vel aliàs fratribus afflictis, ferūt. Colligamus ex his, Christiana religio luget mortuos, & pro fratrum afflictione fert lacrymas, sed modestē. Huc pertinent quæ Paulus scribit 1. Thess. 4. ad consolationē eorum, qui mortuos lugent. Vide (si iuuat) locum.

Operum Dei alia ratio quā mundi.

Fletus ob mortuos nō reprehensus.

Catabaptistarum error.

Lacrymæ pro mortuis commendatæ.

Afflictos consolari, opus est Spiritus.

Consolator.

[MARTHA ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi.] Viuæ fidei, & charitatis exemplum in Martha legimus, quæ aduentantem, & castello proximum esse CHRISTVM audit. Hic auditus de IESV, causa est fidei, Roman. 10. Fides ex auditu, auditus autem per verbum. Sequitur ipsius viuæ fidei effectus: negotiosa enim est, & otij nescia. Quid? Prodit obuiam CHRISTO. Hic occursus est effectus fidei, quæ de

Martha sedula.

Christo præsidiũ,& fratris mortui exuscitationẽ psuasit.

[MARIA autem domi sedebat.] Quòd sederet Magdalena domi,nec prior resciſſet Dominum aduentare, insinuat Martham sedulitate quadã obambulasse ,dum audiuit aduentum Christi. Maria sedebat domi,ignara fortasis aduentus Domini,alioqui & ipsa obuiam uisset Christo. Nam,vt sequentia docent, vbi primùm audiuit Dominum adesse, statim surgit,& venit ad eum.

[DIXIT ergo Martha ad Iesum.] Quum veniſſet Martha in conspectum IESV, bona spe concepta de suscitando fratre suo,& ad vitam reuocando , reuerenter IESVM flebili voce salutat,dicens,

Martha ad Iesum.

Fidei infirmæ verba.

[DOMINE, si fuisses hic,frater meus non fuiſſet mortuus.] A persona & dignitate Christi,Martha captat benuolentiam,confitens,Domine voce, Christum esse potentem,sed adhuc imbecilla fide,quæ nõ credit Christũ etiã absentem posse fratrẽ sanitati restituere. DOMINE, inquit,nisi hinc abfuisses,frater meus nõ esset mortuus: nam facilè morbũ dictò depulisses. Hæc enim sunt verba infirmæ,ac modicæ fidei, similiter & prudentiæ carnalis,quæ iuxta aliquod mediũ ad finẽ optatũ ratiocinari solet:quo amisso, statim de fine desiderato desperat.

Ratiocinatio humana de potentia Christi.

Sic enim ratiocinari videtur:Si præsens fuisset Christus, mortẽ euasisset frater meus:sed præsens nõ erat:ergo seruare fratrẽ non potuit.Quasi verò Dominus certis quibusdam medijs à carnali prudentia excogitatis, & conceptis,potentiam suam alligauerat, & non potiùs ea media sibi libera seruarit,vt hoc,vel illo,medio suam potentiam manifestet,& bona sua distribuat.

[SED & nunc scio,quia quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.] En,pie lector,vide quid suggerat Marthæ,Spiritus Christi: illius fidem sensim excrescere vides. Verba enim declarant nihil dubij esse de præsidio Christi. Potuisses quidem (ait) ô Domine,si præsens fuisses,verbo morbum depellere, & incolumem reddere fratrem meum:quanquàm ne nunc quidem res est omnino extra spem. SCIO ENIM, id est,hæc est mea fides certa, & indubia,quòd quicquid à Deo poposceris, nihil tibi sit negaturus,etiam si mortuo,sepultóque vitam poposceris.Obserua:Non ait,Sed & modo rogo te vt fratrem meum

meum resuscites:sed,SED ET NVNC scio,&c. Tẽperatis verbis animũ suum multo mœrore pressum aperit, & proponit,dicẽs,Scio quia potes:si vis,facis:vtrũ autem facies,audicij tui est,nõ meæ præsumptionis. Sed hoc certissimũ mihi est,q̃ Deus nihil tibi denegaturus est. Ad- Fides Marthæ.
uerte huius sanctæ mulieris prudentiã:nihil aliud,quàm Spiritũ ipsum exerentem,quæ in rebus eriã desperatissimis in solã Domini manum respicit,nõ intẽta modò medijs humanis,in morte (vbi nihil sensus est) credit vitã.

[DICIT illi Iesus.] Ea est Christi humanitas, vt fidenti facilẽ se præstet,& colloquatur. Vnde commendatur viuæ fidei potentia à sua efficacia, quæ est, facere vt Christus loquatur,& respondeat.

[RESVRGET frater tuus.] Hæc verba sunt promittentis vitam,etiam in morte:sed quòd non aperte respondet Christus,se nunc resuscitaturũ Lazarum,id consultò fit,nimirum vt Marthæ fidem probet. Solet enim exauditionis dilatio,ad probationem fidei spectare. Nõ respondit Christus,Ego petam à Deo,& dabit mihi: sed medio quodam verbo vtitur,RESVRGET,&c.suam potestatem satis obscurè significans, quam paulò post clariùs aperiat,dicens,Ego sum resurrectio, & vita: omnibúsque conspicuam opere,& Lazari suscitatione manifestabit.RESVRGET frater tuus. Ac si diceret,Bono animo esto,reuiuiscet frater tuus. Exauditionis dilatio,probatio est fidei.

[DICIT ei Martha.] In ipsis etiam pijs fides nũc maior,nunc minor,nunc perfectior,nunc imperfectior, nũc firmior,nunc infirmior videtur.Huius vacillantis, & variæ fidei exemplum hic locus aperit.Nã promissio Christi animo Marthæ adhuc non erat satis, audito Christo Lazarum suscitandum promittenti, vacillat aliquantulum,non potens non timere.Verebatur enim ne quemadmodum ambiguo responso,Hæc infirmitas non est ad mortem,delusa est,(adit reuerẽtia verbo) ita nunc quoque timet ne sub his verbis,Resurget frater tuus, lateat aliquod ænigma,quod spem ipsius eludat,dicit. Fidei gradus.

[SCIO quia resurget in resurrectione, in nouissimo die.] Fidem suã adhuc imbecillẽ Martha prodit, nihil, præter cõmunem sortem,cogitans,& expectans. Quum tamen vera fides non dirigat oculos suos in communẽ Fides promissionẽ respicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturæ cursum, sed in verbū promissum. SCIO (inquit) quòd reuicturus sit frater meus, nō iam, sed in nouissimo die, quādo resurgemus omnes. Plerique Iudæi, præsertim qui erant factionis Pharisaicæ, credebāt futuram resurrectionem, Sadducæis illam non recipientibus: Matth. cap. 22. Obserua, Martham ignorantia laborasse: quæ rebus præsentibus tātùm inhians, non capit sensum Christi. Ideò sua fide, & responso declarat se ita luxisse fratrem suum mortuum, quòd tamen crediderit eum aliquando reuicturum. Rogabit aliquis: Vnde hæc mulier vltimam omnium resurrectionem didicerat? Ex Prophetarum resurrectionibus, & continuis Christi sermonibus de resurrectione. DIEM nouissimū vocat, diem vniuersalem, quo omnes oportet sisti ante tribunal Christi.

Martha mulier adhuc mulier.

Christus seipsum Marthę declarat.

[DICIT ei Iesus.] Quū Martha mulier, adhuc esset mulier, & imbecilla, voluit Christus fidem illius excitare, & eiusdem mentem quodam modo mortuam suscitare, agens cum illa, donec mulieris de se fiduciā, & opinionē paulatim ad maiora prouehat, seque apertiùs declaret eum esse, qui non solum à Deo precibus impetrare posit vitam mortuis (quod & viros sanctos fecisse, Sacræ prodiderūt literæ) sed etiam ipsum fontem simul, & authorem vitæ omnibus datæ, & reddendæ, nihilque prorsus timendum esse ijs, qui in se fiderent: propterea quòd vitæ, necisque potestatem habens, credentibus in se dat vitam, quam nulla mors lędere potest, quum nihil dominij in illam habeat. Roma. cap. 6. Mors illi vltrà non dominabitur. Mors quidem temporalis accedet, sed nihil lædere potest adhærentem fonti vitæ.

Christus resurrectio & vita.

[EGO sum resurrectio, & vita.] Valde emphaticè pronuntiandū est EGO. Ego, inquā, & nō alius, qui quāuis videar Pharisęis, & eorū affectis, abiecta, & contępta persona, sum tamē Resurrectio, & vita. Et quia vita, ideò resurrectio. VITA quidē meapte natura, qua viuo, & vera sum RESVRRECTIO, qui meipsum excitaturus sum. Ab ipsis etiā effectis, vita, & resurrectio dicor, qui cæteris viuentibus vitā impartior, & vim resurgendi confero. Propterea ego sum Deus, atque ita virtus mea nullo circunscribi potest loco, sed tam absens, quàm præsens sanare, viuificare, & suscitare possum, nō modò tuū fratrē, sed

sed & quos voluero. Huc pertinet quod ait Paulus 1. Corinth. cap. 15. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.

[QVI credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet.] Declarat Christus modum, quo nobis donat resurrectionem, & vitam, quæ sunt optima, & maxima dona. Quid nobis prodesset scire Christum esse resurrectionem, & vitam, nisi nobis talis esset, & talem se nobis præstaret, ac esse vellet? Hæc quum velit, & faciat, ostendit quibus rebus sit nobis resurrectio, & vita. QVI CREDIT in me. Ac si diceret: Viua fides, est medium, quo apprænditur vita, & resurrectio. Nam viua fides vim mortis, & resurrectionis Christi habet. Nam sic credens adhæret Christo, & est Christi. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Quomodo? Sicut Christus morte sua reliquit infirmitates nostras indutas, & affixit cruci chirographum, & exolutionem pœnæ peccato nostro debitæ, quam loco nostro tulit, & soluit: ita audito verbo promissionis, concipis id verum esse: postea ex animo adhæres Christo promittenti, & te totum illi consecras. Hæc est fides viua, qua exuis veterem Adamum, seu renuntias peccato, teipsum abnegans, & per hanc fidem viuam mortificas teipsum, seu crucifigis carnem tuam, cum vitijs, & concupiscentijs, & referes illa in crucem Christi, qui hoc modo tollit peccatum tuum, & suo liuore te sanat. Moreris ipse peccato cum Christo mortuo ipsi mundo pro te, & resurgis cum eo, id est, id beneficij ex morte, & resurrectione eius cōsequeris per fidē viuam. Resurgens cū Christo, eundem induis, filius Dei diceris, & es, & in te viuit Christus: cuius gratia omnia in te fructificāt. Credens igitur in Christū, etiā si mortuus fuerit, viuit, viuētq; in æternū. Duplicē mortē Dominus (Matth. cap. 8.) aperuit, dū cuidam differenti cū sequi, & dicenti, Eam priùs sepelire patrē meum: Respondit, Sine (inquit) mortuos sepelire mortuos suos: tu veni, sequere me. Erat ibi mortuus sepeliendus: erant ibi & mortui mortuum sepulturi. Ille mortuus in carne, illi in anima. Vnde mors in anima? (quærit

Medium, quo Christus nobis est resurrectio, & vita.

Mors duplex

Universidad de Deusto
Biblioteca

(quærit Augustinus) quia non est fides. Vnde mors in corpore? quia nõ ibi anima: ergo animæ tuæ anima, fides est. Qui Credit in me, id est, qui mihi per fidem vitam adhæserit, etiam si corpore mortuus fuerit, Viuet, in anima, donec resurgat, & caro nunquàm posteà moriatur: hoc est, Qui credit in me, licet moriatur, viuet: etiam si mortuus fuerit in anima per peccatum, credens viuet. Nam Ioannis cap. 5. Christus ait, Amen, amen dico vobis, venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint, viuent. Magna est hæc fidei vi uæ efficacia, & commendatio, quæ etiam mortuo vitam impetrat. Obserua, viuet: nã Viuere, esse & esse viuę fidei.

Vita effectus fidei.

[ET omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.] Omnis, siue Iudæus, siue Græcus: siue seruus, siue dominus: siue masculus, siue fœmina, Qui Viuit in carne, & credit in me: id est, abnegato vetere homine, sese totum mihi contradit, & fiducia adhæret, Non morietur in æternum, etiam si corpus ad tempus exanime conquiescat. Ad tempus quidem moritur, propter mortem carnis: sed non morietur In æternum, propter vitã spiritus, & immortalitatem resurrectionis. Credentibus Christus vita est, quibus viuit, nec alia viuunt vitã. Galat. cap. 3. Viuo iam non ego, viuit verò in me Christus. Ad Roma. cap. 6. Ita & vos existimate vos mortuos quidẽ esse peccato, viuẽtes autẽ Deo in Christo Iesu. Iã qui Christus sit æternus, & in ipsum transformentur credentes, in quo fiunt noua creatura, oportet & credẽtes æternos fieri, & in æternum non perire, sed æternùm cum æterno viuere. Quum pro omnibus Christus sit vita, & resurrectio, & fide viua credens recipiat hanc Christi benedictionem, qua non moriatur in æternũ: Tu quisquis es, quid times? Fide viua excutis omnem timorem. Si mortem times, crede in Christum, vitam habes: si pernam inferni, & æternam formidas, crede in Christum, qui liberat te ab omni tyrannide inferni. Obserua: Coniungens (Viuit, & Credit) insinuat perseuerantiam in fide viua. Non satis est, in Christum credideris, nisi & in finem perseueraueris, vt fructibus viuæ fidei donẽris. Cauendum igitur, ne tam eximium donum (quod est fides viua) à nobis repellamus.

Viuere, & nõ mori in æternum.

Christus piorum vita.

Perseuerandũ in fide.

[CREDIS hoc?] Non interrogat Christus veluti nescius fidei Marthæ: sed hoc interrogato vrget, & prouocat illã ad credendum, profitendúmque aliora, quàm dixerat. Quasi diceret, ô Martha, nihili facio fidem duobio admistam, vacillantem, & quæ nihil firmi habeat. Te oportet credere antè, quàm ego operor. Credis igitur? id est, apud te certò statuis, verum esse hoc: scilicet quòd qui credit in me, viuet: quòdque sum resurrectio, & vita, & credentes in me viuifico, non morituros in æternum? Obserua, credendum esse antè, quàm putes te exaudiri: præcipua enim orationis pars, est fides.

Credendũ antequã oremus

[AIT illi, Vtique Domine, ego credidi quia tu es Christus Filius Dei viui, qui in hũc mundũ venisti.] Quam intus conceperat fidẽ, foras emittit, & professa est quàm magnificè de illo sentiret. Voce, Domine, potentiam Christi fatetur, credens Christum iuuare posse, & vitam dare, vt non moriamur. Græcis est πεπίστευκα, id est, credidi. Significare enim videtur se pridem credidisse, hoc est, agnouisse quòd Dominus Christus, ille Filius Dei esset, quem venturum in mundum, vt omnia instauraret, expectauerant. Ego Credidi, scilicet iam verbo tuo adiuta, vt causa meæ fidei. Quòd tu es Christus Filius Dei, id est, quòd sis resurrectio, & vita, quòd sis Deus cũ Patre Deo, quòd des vitam, & non mori in æternum. Hæc omnia paucis complexa est, dicens, Ego credidi quia tu es Christus, &c. Simili confessione vsus est Petrus, Matthæi cap. 16. Tu es Christus Filius Dei viuitu es Christus, siue Messias, Rex, & Sacerdos. Rex quidem ad regendum, & defendendum, qui Dominus, & victor sis peccati, mortis, & inferni. Ob id enim promissus est Messias, vt vincat omnes aduersarias potestates, quæ sunt in cælestibus. Gene. cap. 37. Semen mulieris conteret caput serpentis: hoc est, Christus conteret caput Satanæ, qui dominatur in hoc mundo per peccatum, afflictiones, mortem, & infernum: quæ omnia per Christum deuicta sunt, Ioan. cap. 17. Nunc princeps mundi eijcietur foras. Tu es Christus, hoc est, Sacerdos ille magnus secundum ordinem Melchisedech, ad interpellandum pro nobis coram Patre Deo. Filius Dei: id est, Credidi, credóq; , quòd Deus sis æqualis Deo Patri tuo: Qui in hunc mundum venisti, id est,

Marthæ fides de Christo.

Semen mulieris.

Caput serpentis.

id est, qui æternus es, tu tamen tempore factus es homo, id est, saluator, & viuificator mundi, id est, hominum. Eò enim huc venisti, siue eò factus es homo, vt saluares, & viuificares mundum. Summa horum, hæc est: Ego credidi te esse illum Messiam, filium Dei viui, qui promissus à Propheris, ac multis iam seculis expectatus, venetis in mundum.

[ET quũ hæc dixisset, abijt, & vocauit Mariã sororem suam silentio, dicens.] Optima discipula facta, nũcque certa ex fide persuadens sibi resurrectionem fratris, insa est redire domum, ac Mariam sororem accersere. Reli-

Charitas Marthæ.

cto itaque Iesu, & fedato luctu, alacri animo bonæ spei pleno, ne sola Christo fruatur (quod charitatis exemplũ est in ipsa) domum properat, & ne importuna iudicaretur propter circunsedentium turbam, clanculùm illam seuocat, eique in aurem omnium desyderatissimam rem insusurrat. Obserua in Martha veræ fidei, & charitatis exemplum: statim exerit fidem suam, & quod intus credit, foris ad suam, & aliorum salutem confitetur.

[MAGISTER adest, & vocat te.] Magni gaudij nũtia est Martha. Vt mœrori, & tristitiæ absentia Christi fuerat, ita & præsentia Christi dolorẽ lenit, & gaudiũ, ac lætitiã affert. Soror, ait Martha, is, cuius doctrinam profitemur, & quẽ vt Dominũ habemus, adest, & accersit te.

[ILLA vt audiuit, surrexit citò, & venit ad eum.] Audito verbo, statim credit: fides enim ex auditu est. At quum viua fides otij nescia sit, surrexit citò, & venit ad eum. Hi sunt viuæ fidei effectus, Surgere, & venire ad Christũ citó. Vox, CITO, ostendit promptitudinẽ Magdalenæ ad sequendam fidem, nihilque posuisse in consultationem, ac deliberationem cum carne, & sanguine, an eundum esset ad Christum: sed citò credit, & credẽs abiit quò iussa est. Non abiimile exemplum legimus de Abrahamo, (Gene. 12.) qui ad verbum Dei de profectione ex Mesopotamia in terram Chanaan, statim acquieuit fide. Proinde videtur mihi ex aduentu præceptoris, & alacri Marthæ vultu, concepisse Maria non nihil bonæ spei de suscitatione fratris, tametsi iam serò aduentaret Christus. Absque mora itaque surrexit occursura Domino, antequam domum ingrederetur.

Fidei effectus, surgere, & venire ad Christum.

Abrahæ fides.

NONDVM

[NONDVM enim venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha.] Tardiùs ibat Dominus, ne properare videretur ad miraculũ. Expediebat enim ad miraculi prodendi dispensationẽ, adesse multos, priúsque à sororibus exorari, quàm facere tam rarum miraculum, quo multi ad fidem accersendi erant.

[IVDÆI ergo, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, quum vidissent Mariam quia citò surrexit, & exijt, sequuti sunt eã, dicentes, Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi.] Obseruandum est ex his, quomodo singula fiebãt: miræ occasiones: Dũ multi Magdalenam comitãtur ad sepulcrũ, nihil de miraculo cogitãt, & tamen fiũt per occasionẽ testes, & spectatores miraculi: tametsi gratia officij inuisissent Mariã ob priuatã amicitiam, tamen nunquã fuissent illam comitati, si intellexissent illã iuisse obuiam IESV, quẽ oderant. Sed dũ videntillã tãta celeritate surrexisse, & domũ exijsse, comitantur illã, suspicantes quòd erũpẽte vi doloris, proficisceretur ad monumentũ, satiatura mœrorẽ animi, lacrymis. Isti Iudæi opinãtes Mariã ad monumentũ ire, verũ mũdi genium exprimũt: qui quũ videt pios in afflictionibus, & molestia, existimat illos à domino esse derelictos, ipsorúmque conatus nõ aliò tendere, quàm ad fletũ, & lacrymas: quũ tamen ipsi pij in afflictionibus, & molestijs patiẽter durent, interimq; per ipsas afflictiones, (quibus veluti aurũ in fornace probãtur,) ad summã consolationẽ, & liberationẽ ab oculis mũdi abscõditã, penetrẽt. 2. ad Corin. 6. Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patiẽtia, in tribulationibus, &c. sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & nõ mortificati: quasi tristes, semper autẽ gaudentes: sicut egẽtes, multos autẽ locupletãtes: tanquã nihil habentes, & omnia possidẽtes. Israelitæ videbãtur per desertũ, in deserto deserti ire, sed penetrabãt per deserti afflictiones in terrã lacte & melle fluentẽ. Ioseph in lacu, venditione, & carcere derelictus videbatur, sed per hæc ad magnam gloriã euehebatur. Visus est Abel Caino extinctus per mortẽ, sed sanguis eius per mortẽ in cælũ clamauit: visus est Christus Iudæis in horrendas inferni tenebras morte sua abijsse: sed adeò nõ fuit tenebris captꝰ, vt etiã

Mũdi genius.

Dei opera secus quàm ex mundi opinione.

per

per illas in summam peruenerit gloriam, & ad dextram Patris mortem deglutiens penetrarit, subiectis sibi angelis, & potestatibus, & virtutibus. Sequuntur ergo Iudæi Mariam lacrymantem, aliò respicientes, quàm illa, Domino interim tacitè suum opus exequente, cuius exitu sperato Iudæi testes fiunt.

Magdalenæ feruor.

[MARIA ergo quum venisset vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius.] Ardentior, feruentiórque Martha sorore, videtur esse Magdalena, quæ nihil assidentium turbam verita est, vnius, quem vnicè amabat, honori intendens, relictis vicinis, amicis, & proximis (inter quos non pauci osores Iesu erant) propter vnicum Christum festinans, progreditur: progressa, reperit Iesum: repertum, procidens ad pedes adorat: adorans, animi mœrorem frangit, ac lenit. Nondum Christus oppidi mœnia ingressus erat, in eo erat loco, vbi Marthæ fuerat obuius. Consultò, & non sine Dei prouidentia illhic steterat, quod locus edendo miraculo idoneus non procul abesset à monumento, quòd pro sepeliendorum more iuxta viam publicam constructum erat.

[DIXIT ei.] Luctus, & lacrymarum plena, ad pedes Iesu procumbens, eosdémque amplexans, & deosculans (apud quos aliquando veniam impetrauerat) lacrymabili voce ait,

[DOMINE, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.] Captata beneuolentia à persona Domini, quem voce DOMINE, potentem confitetur, eadem fide, qua soror eius, animum suum aperit. Insinuat enim hæc oratio, Mariam credere Christum præsentem à morte seruare posse, absentem verò non posse: quum tamen vera & firma fides credat, certóque statuat, Christum esse ita potentem medicum, qui eadem facilitate & præsens corpore, & absens, quouis etiã tempore seruare potest. DOMINE, &c. Quasi diceret, Domine, dum tua gratia præsens fuisti, nihil nobis incommodatum est: successerunt omnia fœliciter, & pro animi nostri sententia: neque morbus, neque ægritudo aliqua, neque mors domum nostram inuasit. At vbi primùm abscessisti, morbo correptus est meus frater amicus tuus, & tandem obiit, iam quatriduanũ agẽs in sepulcro. Si in tẽpore hic adfuisses, neque

Vera fides de Christo.

Christus æque potest absens corpore atque præsens.

neque obijsset, neque tam miserabili luctu, & tam mœstis lacrymis perfunderemur.

[IESVS ergo vt vidit eam plorantẽ, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes.] Quum tempus, & locus instaret, re ipsa præstandi quod Marthæ Dominus promiserat, nihil philosophatur cum Maria, quam videt totam esse in luctu, Iudæos item lacrymis madidos, multóque mœrore affectos, qui illam comitabantur: sed cœpit ipse vehementer dolere, & tristari. vt docet Euãgelista, dicẽs,

[INFREMVIT spiritu, & turbauit semetipsum.] Neque colloquitur Mariæ, quemadmodum Marthæ, neque quicquã pollicetur: sed ingemuit spiritu, & semetipsum turbauit, manifestans se verè assumpsisse naturam humanam: idque manifestum facit naturæ huiusmodi affectibus, horrore spiritus, & animi perturbatione, vultu, oculis, totóque corporis habitu expressis, non ex carne concupiscente aduersus spiritum consurgentibus, sed ex spiritu, & rationis arbitrio. INFREMITVS ille, erat ardentis animi ad arduum opus aggrediendum: TVRBATIO autem ad tristitiam, & commiserationẽ spectabat. Nonnus sic interpretatur, ἐνεβριμήσατο πατρῴῳ διαθυμίῳ. id est, spiritu Paterno commotus: vt intelligamus Christum infremuisse secum aduersus potentiã peccati, mortis, & inferni, qua maxima tyrãnide omnes homines ab exilio Adami è Paradiso presi erant. Turbabatur itaque tum, quòd hac tyrannide multæ perirent animæ, tum ob inueteratam illam Iudæorum incredulitatem, qui corporis mortem fiebant in amico, quum ipsi secundum animam æternæ morti essent obnoxij, nec deplorarent seipsos. Ab hac igitur morte, magnopere Dominus cupiebat omnes homines resuscitari, ac reuiuiscere, indignè ferens in multis periturã doctrinam, miracula, & mortem suam. Quid putas faceret pater aliquis multos habens filios, quos sana doctrina, & bono, ac sancto exemplo docuit, si videret alium sua malitia se precipitem dare in iguem, alium in puteum, alium in laqueum, alium lapidibus obrutum iri: ingemisceret profectò, & semetipsum turbaret. Hæc nos docent, quanta sit Iesu Christi philanthropia, & humanitas erga genus humanum, qui neque mortem fecit, neque illius authorem se voluit, non gau-

Christi gemitus.

Naturæ affectus.

Infremitus Christi.

Nonnus.

Peccati potentia.

Simile.

det perditione viuorũ. Vnde cantat Dauid Psal. 29. Quoniam ira (id est, mors) in indignatione eius, & vita in voluntate eius: ad vesperũ demorabitur fletus, & ad matutinũ lætitia. Quum igitur audiamus hoc loco Christum fremere aduersus omnium aduersitatũ tyrãnidem, bono animo simus in medijs etiam aduersitatũ fluctibus: præcipue in horrore mortis confidamus, & Christum fide amplexemur: qui fremens, nos defendet, ne aduersarię potestates nobis incõmodent, quas & odit, & auersatur. Facessant igitur à pijs, & credentibus mors, & infernus. Constare enim nõ possunt corã credentibus, quos Dominus oderit: quando quidẽ non est vlla creatura, quæ Deo resistere possit. Respõsabit aliquis, mortem esse bonum Dei voluntatem, ipsamque in morte Christi declaratam fuisse. Respõdeo: Deus irascitur, & aduersatur morti perditionis, quòd perditio sit, fauet tamen morti vt piæ, siue credentem in vitam per mortem vindicet. Succenset enim, & irascitur morti perditionis, ne credentem, & peccatorem perdat, quẽ amat vt resipiscat, & viuat. Ait enim in Ezechiele, capite decimooctauo, Nolo mortẽ peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat. Obserua: Valde hic locus consolatur pios, & credentes, quum audiunt Christum nostra miseria, & calamitate affici, eundem experiri miserias, & calamitates nostras. Ad Hebræos capite secundo, Semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim, in quo passus est ipse, & tentatus, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari.

Piorum cõsolatio.

Mors deplex

Infirmitates Christi.

[ET dixit.] Pacata trãquillãque voce locutus, cohibuit fremitũ illũ, & turbationem, in cuius potestate erat, sic vel sic affici: sicut mortuus est, quia ipse voluit, & mortem ad se venire permisit, vt nõ solùm doceret nos & remouere minos, & modum tristitię, ac mœrotis ponere, sed etiam nõ oportere Christianũ huiusmodi affectibus animi succũbendũ. cumbere, aut ab his, quę pietatis, ac virtutis sunt, auocari.

Affectibus nõ succũbendũ.

[VBI posuistis eum?] Sciebat sepulcrum, & locum (quẽ nihil latere potest:) sed interrogat, vt omnem suspitionem fuci à miraculo secludat. Hæc interrogatio germanum est Euangelij verbum. Quærere vbi sumus positi

siti, primus est gradus ad salutem nostram.

Salutis nostrę primus gradus.

[DICVNT ei, Domine, Veni, & vide.] Tacentibus præ nimio animi mœrore, & lacrymarum copia perfusis Maria & Martha, cognati respõdẽt Domino, DOMINE, veni, & vide. Captare beneuolentiã voce, Domine, à personа Christi, signũ est aliquod fidei in ipsis: saluatẽ enim Christũ, vt potentẽ. Verba, VENI, & VIDE, insinuant momentũ nõ procul abesse, quasi iam illhinc videret, & digito mõstrarẽt. Obserua: vt isti ostenderunt locum mortui, ita nostrũ est quærẽti Christo nõ celare, sed ostendere miserias, & calamitates nostras, vt nostri misereatur. Nã verbo VIDE, insinuatur misericordia: videt enim Dominus, quando miseretur. Vnde dictũ est dño, Vide humilitatem meã, & laborẽ meũ, & dimitte omnia peccata mea.

Videre, verbũ

[ET lacrymatus est Iesus.] Lacrymæ indices sunt in Christo, magnæ philanthropiæ, & quomodo erga nos sit affectus, & quàm velit nostris infirmitatibus, & miserijs recte consulrũ esse. Commõstratum sepulcrum renouatio est doloris, & cõmiserationis de amico mortuo. Præcesserant fremitus, & perturbatio, quæ signa erant doloris in animum irrũpentis. Quum ab animo victo, & superato prodeũt lacrymæ, sunt veluti sanguis. At Christi lacrymæ non à fracto, & victo animo exeuntur, quæ re vera indices, & signa erãt, vt certò statueremus, ipsum verum, & non phãtasticũ fuisse hominem: simúlque docere mur, nõ impiũ esse, si amicorum morte moderatis lacrymis defleuerimus. Nam absq; compassione, & lacrymis esse, ferinum, & brutale est: immoderate autem lacrymari, plorare, & cõtristari, muliebre. Hanc doctrinam confirmant Acta Apostolorum: Mortuo enim Stephano, fecerunt planctum magnum super eum. In morte Aaron, fleuit populus, Numeri cap. 20. Rursus defuncto Mose, Deuter. cap. 34. Proinde suis lacrymis monstrauit potiùs animæ, quàm corporis mortem deflendam, quam tamen homines non pauci nec horrent, nec deplorãt. Obserua: Magnam pijs hæc afferunt consolationem, quũ audiunt, ad nostras lacrymas Christum lacrymari. Vnde signum est, Christum nostra miseria affici, & erga nos bene affectum esse.

Lacrymæ Christi.

Mortẽ deflere. Fletus.

[DIXERVNT ergo Iudęi, Ecce quomodo amabat eũ.]

Aderant Iudæi, quorum pars credebat Iesum tam vehementer affici ob mortem amici Lazari. ECCE, attentionis particula, est, QVOMODO, id est, quàm vnicè, & quàm vehementer amabat eum Lazarum, non consanguineū, sed multa necessitudine, & familiaritate coniunctum, vt etiam lacrymetur pro eo. Ecce.

[QVIDAM autē ex ipsis dixerūt, Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur?] Pars reliqua Christi lacrymas in calumniam vertebat, vellicans, & obscurare nitens cæci illuminati miraculū, quum illud admirari debuisset. Hi typum gerūt eorum, qui, quum vident Deum semel & iterum iuuare, nec desinere, atq; vbiq; quando ipsi volunt, & præscribitur, incipiunt & addubitare, & diffidere de potentia Dei, sequentes humanæ rationis iudicium, cuius hæ sunt ratiocinationes: Christus non liberauit Lazarum à morte, ergo non potest illum suscitare. Nonne nuper aperuit oculos cæci mendici, cum quo nihil illi erat familiaritatis? cur igitur non egit cum Lazaro, quem vnicè amabat, vt non moreretur tantus amicus? Si ita placitum est illi, vt non seruaret eum à morte, cur igitur illum nunc deplorat, & tanto mœrore, ac tanta lacrymarum copia intempestiuum amorem testatur? Si non potuit id, quod facilius est, nimirum ægrotum in vita retinere, quod frequenter facit medicus, quomodo id, quod difficilius est, præstitit, cæco nato aperire oculos, quod à condito mundo non est auditum? Discamus ex his ferenda esse diuersa hominum iudicia de nostris rectè factis: nunquàm enim deerunt aduersarij, & calumniatores: semper suum Cainum pius Abel habebit. Hoc dum etiam hodie ob oculos videmus, & neminem adeò pium esse, qui malorum calumnias effugere possit: in hoc solum intenti esse debemus, vt vitam nostrā vocatione dignam, iuxta verbum Dei ducamus, transigamúsq;, interim calumnias malorū ortas surda aure transeuntes, certò apud nos statuentes, ipsos calumniatores confusum iri, pœnásq; luituros suas quàm interituras. Rogabis, Quare impij opera diuina tam vehementer auersantur? Respondeo, Quia sola carnis tione humana, & carne ductantur, quibus opera Dei stulta apparent: sed quæ nouissimè fiunt, magnificentiora. Hic

Iudicia hominum de factis varia.

Abel pius suū Cainum semper habet.

Quare impij semper bonos oderunt.

Hic locus rem totam aperiet. Vides Christum conniuere dum expectat miraculum: siuit Lazarum ægrotare, languere, mori, sepeliri, interim indignatur Satanæ, infremuit, & collacrymatur. Hæc omnia ridicula, & planè diuersa ei, quod dixerat, (Hæc infirmitas nō est ad mortē: & Resurget frater tuus,) putat caro, & humana ratio sed dum caro calūniari contendit, confunditur prodito manifestiore miraculo. Vnde videre licet non solum Dominum stultè quidem iuxta rationis humanæ iudiciū, opus incœpisse, vt sapientissimè, & magnificentissimè absoluat, sed etiā nunquā deserere suos, etiam in medijs periculis, quos non vno momento, sed sensim ac sensim ad gloriā euehit, tametsi principio carni videatur Dominus suos deseruisse, & stultè agere. Ad hūc modū nō ictu oculi, & momento vno Dominus Israelitas traduxit ex Aegypto ad terram Canaan, fluentem lacte & melle: sed per mare, per desertum, per varia discrimina rerū, vt ex opere stultō (iuxta carnis opinionē) incœpto, opus Dei glorioſius fieret. Similiter & Dauid non vno die ab ouibus ad regiā euectus est: sed auteā persequutionem à Saule, à satrapis Philistinorum inuidiam, calumnias, & multa huiusmodi perpessus est. Quæ omnia consolantur pios in afflictionibus durantes, qui quum fide vident credentem variis periculis à Domino obiectum, ac posteā ereptum, laudant Dominū, qui suos in quanlibet magnis periculis existentes, nūquam deserit, quibus semper præstò est, quāquam aliter iudicet mundus cum suis impijs. Carnis stultitia.

[IESVS ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum.] Quum Christus monumento iam vicinus esset, quò doceret non solùm suæ carnis veritatem, id est, se verum esse hominem, sed etiam quàm horreret statum hominis in peccatis inueterati, & calumniam Iudæorum (qui non cessarent calumniari opera eius, & canino dente ea rodere, ac mordere) rursus infremuit, ac semetipsum turbauit. His passionibus à ratiōe, & spiritu suo excitatis, aperit Dominus in se imaginem rei, quam in nobis peccati assuetudine presis, & Lazaro sepulto figuratis, oportet exhibere, si velimus à malis (quibus diu assueuimus) resipiscere. Magno sanè fremitu, hoc est, magna pœnitudine, magnisque lacrymis ex magna fide

Resipiscentia magna pœnitudine indiget.

profectis, est opus, vt per Dei misericordiam, expulso vetere, inueterato homine, ad vitæ puritatem resurgamus. Fremitus enim ille Domini, iudicat quandā animi dispositionem ad opus arduum collatā: vt cogitemus aliquod arduum à Domino factum, quum ista audimus. Obserua: dū VENIT ad monumentū, quomodo Dominus nō statim, & subitò, sed sensim iuuare pergit, probans ptorū fidem: vt tandem manifestiùs, & gloriosiùs miraculum absoluatur. Item aduerte, vt Lucas ab agonia, guttis sanguineis, & sudore deprehendit Christum Deum, esse verum hominem: ita & hoc loco Ioannes à fremitu, & luctu ostēdit ipsum verè carnem gustasse, hoc est, verè esse hominem.

[ERAT autē spelunca, & lapis superpositus erat ei.] Monumentum valde obfirmatum erat: nam ne quis putaret ipsum apertum esse, dicit Euangelista ipsius speluncæ os saxo impositō fuisse occlusum: non solum significans Lazarum verè, & sine controuersia mortuum esse, sed etiam id faciens, & describens ad miraculi fidem, & omnem præstigij suspicionem excludendam.

[AIT Iesus.] Quò res manifestior, certiórque fieret, si non suis, aut discipulorum, sed cognatorum manibus (in quos nulla præstigij suspicio cadebat) lapis tolleretur, Dominus ad cognatos sermonem dirigit, dicens,

Carnis argumentū de potentia Christi.

[TOLLITE lapidem.] Christus ad Marthæ cognatos conuersus, iubet tollere lapidē. Respondebit aliquis, Quid hic auditur? Ecce, qui suscitaturus erat mortuum, quique id potestatis credentibus promisit, qua etiā montes trāsferre possint, iubet lapidem tollere: quasi verò nō posset etiā immoto lapide, mortuū reducere, aut eadē vel bi potentia lapidē remouere ab ostio monumēti. Magis enim arduū est, redituiū Lazarū reddere, quā saxū tollere secluſa humana opera, aut per immotū saxū Lazarū à morte retrahere. Cur igitur se maioribus, & magis arduis operibus accingit, minoribus relictis? Respondeo: Qui verbo mouit, & à morte mortuum excitauit, multo magis eadem vi poterat lapidē tollere: sed dixit, TOLLITE lapidē, vt manifestior fieret miraculi certitudo, fierēntque Iudæi lapidem tollentes, miraculi testes oculatiores, & ne inter ipsos cōtrouerteretur sicut de cæco, dicentes, Hic est, nō est hic, est alius, & alia huiusmodi, quæ causari solet caro. Proprijs enim manibus tollere lapidem, & loco adesse, sunt efficax argumentum ad obturanda ingratorum ora. Proinde hoc exemplo, & facto docemur, media ad aliquem finem non esse contemnenda, quum adsunt præsentia. Similiter vt intelligamus sub communi rerum cursu, & naturæ ordine, Dominum ardua, & maxima miracula exercere: sub hoc communi modo tollendi lapidem (licet carni impotens appareat) Dominus operatur hanc Lazari suscitationem, qua potentia eius manifestior sit. Similiter mirabiliter, & potenter cibat nos quotidie verbo suo Dominus: sed nihilo minùs natura iudidit vt comedamus. Noster esus est quidam communis naturæ cursus, sub quo miraculum suum operatur: quod & alias extra esum facit, vt de Moyse, & Elia legimus. Sic & verbo Domini quotidie nascuntur segetes, & fructum afferunt: sed interim iubet seminemus, & plantemus, plantatum rigemus, rigatum metamus, messum teramus, tritum pinsamus, pistum coquamus, coctum comedamus, qui tamen interim sub hoc communi naturæ cursu abscondito modo miraculum operatur, & incrementum dat.

Media ad finē non contemnenda.

Miracula etiā sub communi cursu naturæ.

[DICIT ei Martha, soror eius, qui mortuus fuerat.] Martha ex lacrymis, & mœrore IESV, immemor facta eorum, quæ dixerat IESVS, (Resurget frater tuus) rediit in eam, quam priùs de potentia CHRISTI induerat, incredulitatem: & pristino quodam affectu ducta, imbibisse videbatur diffidentiam quandam, quam præ se fert, dicens,

[DOMINE, iam fœtet, quatriduanus est enim.] Humi adhuc reptans Martha, suā exerit infidelitatem, qua credit Lazarū restitui non posse redituiū à Christo, quia fœteret, oblita potētiæ Domini, quā confessa erat, dicens,

Vtique Domine, ego credidi quia tu es Filius Dei viui: nec cõsiderans quòd qui nouissimo die omnium corpora, iã tot seculis in cinerẽ redacta, susciturus est, posset & cadauer recẽs putrefactum excitare. Hæc Marthæ simplicitas nonnihil facit ad miraculi cõmendationẽ. Similium enim Dominus simplicitatẽ in bonũ vertere solet, non nostra industria, sed sua prudentissima dispensatione. Ait itaque, DOMINE: capeat beneuolentiã à Christi persona, adducens argumentũ, quo sibi persuadet, fratrẽ suscitari non posse. Ad hũc enim modum iuxta rationẽ humanam ducta, argumentatur: Iam fœtet meus frater, & hic est quartus dies quòd mortuus est, ergo non potest frater meus Lazarus per Christum exuscitari à morte. Martha causatur fœtorem à circunstantia temporis. Obserua Marthæ modestiam, & vrbanitatem, quæ verebatur ne sublato lapide, fœtor cadaueris offenderet nares cùm magistri Iesu, tum aliorũ circũstantiũ, qui (vt reor) iam aut sindonem, aut manus naribus apponebant.

[DICIT ei Iesus.] Dignatur Christus pro sua humanitate Martham suo responso in fide vacillantem obiurgatiuncula excitare, & ad promissionis verbum illam reuocare, dicens,

[NONNE dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?] Nonne habes, ô Martha, verbum? Tam infœlici, & obtuso nata es ingenio, vt tam citò exciderit quod dixi, Resurget frater tuus? SI CREDIDERIS, hoc est, certa fide statueris me esse dominum vitæ & mortis, VIDEBIS, id est, cognosces, GLORIAM DEI, id est, potentiã, quam dedit mihi Pater Deus. Crede itaque huic verbo, vt videas mea potẽtia excitatũ fratrẽ tuũ, & hac suscitatione illustretur, & omnibus cõspicua fiat gloria Dei. Longè aliud, & diuersum est argumentũ Christi ab argumento Marthæ. Sic argumentabatur Martha, Lazarus fœtet, & quatriduanus est, ergo Christus à morte illũ excitare nõ potest. Christi verò argumentum est: Credenti omnia possibilia sunt: Tu Martha, crede verbo, resurget frater tuus: Ergo frater tuus resuscitabitur.

Credere.

Argumenta Christi & earum.

[TVLERVNT ergo lapidem.] Morigeros se præstant, quibus iussum erat tollere lapidem, cunctis ad rem nouam, & inauditam attentissimis, ac suspensis. Obser-

ua exemplum obedientiæ, in his, qui iam Christi bonus odor existentes (2. Corinth. cap. 2.) nihil fœtorem illum à Martha propositum verentur, sed tollunt lapidem, fidẽ suam exerentes, quia credunt Christum & velle, & posse excitare Lazarum à morte. Obserua lapidis pondus, & magnitudinem, quum audis multos tulisse lapidem.

[IESVS autem eleuatis sursum oculis, dixit,] Precatur (qui precantis formam suscepit) & suspensis omnium circunstantium animis, atque oculis, eleuat & mentem, & oculos in cælum. Hæc oculorum eleuatio, est modestus quidam orandi gestus, quo declarat Christus, & quo nos orantes declaramus, à quo velimus exaudiri, ad quẽ nostram dirigamus orationẽ, à quo petamus, non à mundo, sed à Deo, qui supra nos est: eò enim datus est nobis vultus in cælum. Suspiciens itaque Dominus IESVS in cælum, docet quicquid magnificum geritur, ad Deum authorem oportere referri: simúlque declarat, & conuincit Iudæos, se à Deo esse, & nihil cum dæmone habere commercij, vt tantum, támque arduum opus faciat.

Christus precatur.

Oculorum eleuatio.

[PATER.] Iudæis nomen exosum explicat, & ad Patrem refert suã orationem, vt vel inuiti hoc opere mox faciundo, cognoscant, quòd verus est Filius Dei. Quasi diceret, Tu Pater es, ego verò sum æternus ille tuus Filius, in quem te totum effudisti, & quo omnia cõdidisti. Prosuscitaret Lazarum. Tametsi nulla hîc legamus verba, quibus Christus inuocando Patrem, & ab illo petendo resuscitationem Lazari vsus sit: mihi tamẽ dicendum videtur, quòd corde orauerit. Hoc enim testatur præcedẽs oculorum eleuatio, quæ gestus orationis esse solet. Aut non explicuit orationem, qui oratione opus non habet, quandoquidem Deo Patri æqualis est. Imperauit frequenter non præmissa oratione. Spiritus immunde exi ab eo: & ad leprosum, Volo, mundus esto: &, quod maximum est omnium, Remittũtur tibi peccata tua. Imperauit mari, & ventis. Quid ni? Deus enim est.

Patris nomen Iudæis exosum.

[GRATIAS ago tibi.] Vt videatur Christus omnia virtute Patris facere, iam certus ad suam hominis vocẽ posse Lazarum vitæ reddere, agit gratias Patri: ac si dicer et, O pater, confiteor me iure optimo, & meritò debere

Gratias agere.

tibi gratias:& quas meritò tibi debeo,etiã verbis ago. Est profectò ingenui hominis,pro acceptis beneficijs gratias agere. Obserua,duas hic orationis species explicari,alteram petitoriã,seu inuocatoriã, qua necessitatem explicamus,& quod nobis vtui est, petimus:alterã,quo agimus gratiæ Deo,postquã sumus exauditi. Hãc si omiserimus, verè ingrati dicimur,quũ natura cõparatũ sit,vt agamus gratias ei, à quo sumus exauditi,& beneficiũ accepimus.

Oratio duplex.

[QVONIAM audisti me.] Aetiologia est gratiarum actionis. Argumentatur, & rationem adducit à debito. O Pater,tu votũ meũ audisti,ergo tibi Patri merito gratias ago. AVDISTI ME, hominé ad te semper recurrentia. Huc pertinet quod Hebr. cap. 5. scribitur, Qui in diebus carnis suæ,preces, supplicationésq; ad eũ, qui posset illũ saluũ facere à morte,cũ clamore valido,& lacrymis offerẽs,exauditus est pro sua reuerentia. Orauit Christus pro salute omnibus fidelibus impetranda,adeóq; efficaci eius orationé manifestauit Lazari resuscitatio,vt nemo quálibet magnis periculis agitatus,diffidat sibi non adfore Christum,si eius promissis fide viua adhæserit.

Christi oratio.

[EGO autem sciebam quia semper me audis.] Non est mihi nouum,aut temporarium,hoc scilicet quòd me audis:qui tametsũ homo sim,& eo ipso minor sum:ergo tamen eãdem tecum habeo voluntatem, qui coæternus sum filius tuus. Vnde nunquam non AVDIS,id est, perficis,si quid peto. Vult Christus hac appendice significare eandem sibi,etiãm homini facto,cum Patre voluntatem esse,vt quicquid homo petat, Pater audiat, hoc est, diuinitas perficiat. Signáter addidit SEMPER, vt pij in confidentia certi de sua exauditione per Christum accedant,habentes quouis tempore interpellatorem,& aduocatum,cui Pater nihil potest denegare, ad Hebreos cap. 10. Habentes itaq; fratres, fiduciam in introitu sanctorũ in sanguine Christi,quam initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen,id est, carnem suam,& sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cũ vera corde in plenitudine fidei,aspersi corda à cõscientia mala,& abluti corpus aqua munda. Et ibidem cap. 5. Etsi quidem quũ esset Filius Dei, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam:& cõsummatus factus est omnibus obtẽperantibus

Audire.

antibus sibi, causa salutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex.

[SED propter populum,qui circunstat,dixi:vt credant quia tu me misisti:] Homini nullus erat aditus ad Deum,nisi Deus in homine, hoc est, Deus homo, viam strauisset,& se pro omnibus hominibus Patri obtulisset. Oportebat enim in primis purum puro offerri. Impuri erant omnes homines: nullus igitur hominum in conspectum Dei sõlus prodire poterat. Propterea Filius Dei Deus & homo orauit Patrem,non quod ipse egeret,(eternus enim Filius Patris est) sed vt homini fieret accessus ad Deum,& propter turbam,vt conspecto miraculo(ait) credant me ex tua voluntate facere quicquid in terris facio, credántque me à te missum, hoc est, me Filium tuum hominem esse factum, vt illustrem apud homines gloriam tui nominis, quorum gratia ego miracula operor,ad doctrinæ meæ confirmationem. Obserua, communem fidem omnium officiorum Christi aduocati apud Patrem esse, credamus Christum à Deo missum in mundum,hoc est, (vt illam particulatim explicem)credamus Filium Dei hominem factum, esse salutem, lucem,vitam, & resurrectionem credentium, ipsum Deo patri placere, eum esse à Deo Patre, & Patrem nihil de & operum Christi authorem, in quo complacentiã habet, & semper illum exaudit. Quare vt exaudiamur, operæ pretium est, omnes orantes inniti orationi Christi, ceu basi, & firmamento. Quod diligenter obseruat mater Ecclesia, suas orationes (quas ad orandum nobis præscripsit) claudens hac coronide, PER Dominum nostrum Iesum Christum.

Accessus ad Deum per Christum.

Fides omniũ officiorũ Christi.

Officia Christi.

[HAEC CVM dixisset.] Posteaquam Christus Patrem inuocauit, & ei gratias egit,ac eloquutus est, se semper à Patre exauditum, eóque eandem se cum Patre voluntatem habere,

[VOCE magna clamauit.] Qui omnipotens est,poterat solo nutu resuscitare Lazarũ: sed ad magnitudinem operis explicandã,& ne causarẽtur aduersarij calumniã, aut præstigij suspicionem, si submissius fuisset loquutus

Domi

Clamor Christi in resuscitatione Lazari.

Dominus, pronuntiata est vox magna, indicans Christū magnæ, certæ, & apertæ doctrinæ prædicatorem. Quæ quia magna fuit ad Lazari suscitationem, quantam putas futuram illius tubæ vocem, qua excitabuntur omnes ad tollendum errorem Gentilium dicentium in sepulcris animas esse.

Gētiliū error.

Christi potentia.

Verbi virtus.

Sacramēta ad gratiæ collationem.

Vt Lazarus, fœtida anima excitatur.

Auris animæ.

Renascentia.

[LAZARE, veni foras.] Hæc illa est vox magna, Lazare prodi foras: vt omnes audiant, sola voce sua Lazarum rediuiuū reddere: & vt magis diuinitatem suā indicaret, vocat ea, quæ nō sunt, tanquā ea, quę sunt: & mortuo, veluti viuo, imperat, dicens, Veni foras. Qui mundū verbo cōdidit, verbo mortuū ad vitā reuocat. Hic locus aperit, Christū verbo, tāquam medio vti ad sanandū. Et verba sacramentorum Ecclesiæ ex Christi beneficio vim & efficaciam habere ad gratiæ collationem. Intelligamus ex huius loci cognitione Paulū ad Rom. ca. 1. dicentem, Euangeliū, virtus Dei est in salutem omni credenti. Quemadmodum verbo Christi excitatus est Lazarus: Ita, tametsi peccatrix anima, quæ procul abest à conspectu Dei, sepulta in tenebris criminū, fœtida sit, & putrefacta flagitiorum inquinamentis: tamen si fide viua audierit vocem Christi alta voce clamantis, prodibit à peccato ad iustitiam, è tenebris ad lucem, è morte ad vitam, è cruce ad salutem, tanta est virtus verbi, & Euangelij. Audiendum est igitur verbū. & Euangeliū aure cordis, quæ est fides. Priuauit nos hac aure Adamus primus parens, adeò vt nihil spiritale concipiamus, sed solis carnalibus oblectemur, antequam renati simus, 2. Corinth. cap. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus. Renascimur, & ex mortuo Adamo, in nouum hominem excitamur verbo, 1. Petri cap. 1. Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei viui, & permanentis in æternum. Renascimur igitur per verbum, & affigitur nobis perdita auris per Christum, ex auditu Euangelij, ad Rom. cap. 10. Fides enim ex auditu est, auditus autem per verbum. Obserua, quum Christus voce magna clamat, non ait, In nomine Patris, tu Lazare prodi foras, neque, Resuscita eum Pater: sed cum authoritate imperans, ait, Lazare prodi foras: vt ostenderet se æqualem cum Patre habere potentiam, & obturaret eorum ora, qui illum Patre minorem dicunt.

[ET statim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis, & facies eius sudario erat ligata.]

Hic nihil agnoscit caro, nihil tale causatur Aristoteles cū tota philosophorū schola. Mortuus audit, audito verbo nihil moratur, sed mox ad iussum clamantis prodijt sub omnium oculos, qui fuerat mortuus, & sepultus. Poterat quidem (qui potētia verbi amouerat mortem) eadem potentia, fascias, & ornatus sepulcrales amouere, sed prudenti cōsilio factū, quòd qui corpore sano, & reduuo prodibat, cū fascijs, sudariolis, reliquóque ornatu sepulcrali prodiret. Hoc enim facto, fidem miraculo plenio rem afferuit, per eos, qui soluerunt fascias, & sudariola, nihil dubitantes, sed apertis oculis cōspicientes hunc ipsum esse, quē ante triduū ipsi tali cultu sepelierant. Sepeliendorū funerū mos erat, institis pedes vincire, sepulcralibus vinculis ligare manus, & faciē sudariolo cingere. Mirabile visū, mirabilis, & verè adoranda Dei potentia. Miraculo miraculū appensum est. Suscitatio à mortē. miraculū est: quod aliud sequitur, nimirū miraculum fuit, vt qui tot fascijs, & vinculis ligatus erat, ex profundo spelūcæ extra sepulcrū, nullius etiam hominis opera adiutus, prodierit. Ista dāt locū allegoriæ: nā qui per fidē viuā in Christū, à peccato ad iustitiā resurgit, vitā quidē habet, & resuscitatus est, sed nondum totus est solutus: est enim adhuc sepulcrali ornatu vinctus, hoc est, adhuc spirat Adam reliquias, adhuc recalcitrat caro, lex membrorū, & peccatū in mēbris, aduersus quæ præliatur Spiritus. Huc pertinet quod infrà cap. 13. dicitur, Qui lotus est, nō indiget nisi vt pedes lauet. Superest igitur soluamus fascias sepulcrales, id est, mortificemus membra nostra. Rom. cap. 8. Si Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Colos. cap. 3. Mortificate ergo mēbra vestra, quæ sunt super terram. Obserua: Qui à sanctis viris verbo Dei excitati, & rediuiui facti sunt, sensim vitæ redeuntis specimen præbēres, palpitabant, sed hic quatriduo mortuus, subito ad vocem clamantis reuixit. Et huic miraculo accessit miraculum: vinctus, & obligatus repētè prodit extra mo

Sepeliendorū mos.

Sepulcrales fasciæ quid adū brant.

Restituta per Christū iustitia, remanet pronitas ad malum.

tra monumentũ ex altissimis spelunce latebris. Obser-
uatnõ simpliciter dixit, Lazarus prodijt: sed addidit, QVI
fuerat mortuus, prodijt, vt cõmendaret Euãgelista potẽ-
tiã Christi, qui potuit mortuũ rediuiuum facere, & vita
donare. Aduerte. Sepulcrales illę fascię, & sudariola desi-
gnant velamina legis, quæ per solum Christũ auferri pos-
sunt. 2. Corinth. 3. Vsq; in hodiernũ enim diẽ, idipsum ve-
lamen in lectione veteris Testamenti manet nõ reuela-
tũ, (quoniã in Christo euacuatur) sed vsq; in hodiernum
diẽ, quum legitur Moyses, velamen positum est super cor
eorum. Quũ autẽ conuersi fuerint ad Dominũ, auferetur
velamen. Interpres Synecdochen Græcam extulit Lati-
nis verbis, dũ Græca ad verbum reddidit, LIGATVS pe-
des & manus institis, id est, habẽs manus & pedes ligatos
fascijs sepulcralibus. INSTITA institæ, penultima cor-
repta, (Græcè ἔσφιον) tenuis est fasciola, inquit Aeron
Ouid. in Arte, Este procul vittæ tenues insigne pudoris,

Quæque tegis medios instita longa pedes.

[DICIT eis Iesus.] Ne quid ad plenissimam mira-
culi fidem deesset, Dominus amicis ait,

[SOLVITE eum, & sinite abire.] Qui verbo sustu-
tauerat Lazarũ, efficere poterat, vt vincula suapte natu-
ra soluerentur. Sed medijs omnibus (quibus superstitio-
nis, & fuci suspicio excludi, & miraculi certitudo confir-
mari potest) tam arduũ, & admirabile opus perficit, vt dũ
alienis manibus submouetur lapis, alienis manibus sol-
uitur, qui prodierat: ne incredulis relinquatur quod cu-
sari possint, lubet soluere, vt qui visu senserant suscitatũ
Lazarũ, experirẽtur & tactu, dũ soluerent. ET SINITE
abire: vt expeditus motus & incessus nullo fulcimento
(quo cõualescentes vti solent) adiutus, sed alacer ostẽde-
ret Lazarũ etiã valere, nõ solũ viuere. Sũt igitur SOLVI-
TE & ABIRE, signa integræ sanationis, & liberationis
per Christũ. Hic locus nobis adumbrat vsum clauiũ, &
potestatis Ecclesiasticæ, qui est iustificatos per Christum
soluere, & sinere eos abire: hoc est, authoritate Christi
peccatorem absoluere à peccatis. Prius iustificat intus, &
per seipsum Dominus pœnitentẽ viuificat: deinde eundẽ
per sacerdotis ministeriũ absoluit. Nõ enim venit pecca-
tor absoluendus, nisi digna pœnitentia correctus, intrinse-
cus ap-

Fascix sepulcrales.

Instita.

Clauium Ecclesiæ vsus.

cus appareat iustificatus. Huc pertinet quod alibi Chri
stus dixit, Quæ solueritis in terra, soluta erunt in
cælo.

[MVLTI ergo ex Iudæis, qui venerãt ad Mariam &
Marthã, & viderãt quę fecit Iesus, crediderũt in eũ.] Ad-
duxit Euãgelista fructũ & vsum miraculi, quo inuitãtur
spectatores ad fidẽ, vt credant Iesum esse Messiam. Vox
MVLTI, potentiã verbi cõmendat, ad quã multi credide
rũt, inter quos erãt qui officij gratia ad Mariã & Marthã
Lazari sorores venerãt, & conspecto tam insigni miracu
lo, crediderunt illum esse Messiã: adhæserũntq; doctrinæ
eius, cuius tam efficacem virtutem conspectauerant.

[QVIDAM autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, &
dixerunt eis quæ fecit Iesus.] Apud sanctas has, Domi-
nique studiosissimas, sorores, mali cum bonis admisti
fuerunt, typum gerentes eorum, qui neque verbo, ne-
que miraculis verbi mouentur ad fidem, vt suscipiant
Euangelium: imò quantò apertiùs audiunt verbum, &
credere conuincuntur, tantò exciores, & pertinaciores
reddũtur. Isti Ierosolymam reuersi, referunt insigne
prodigium, quod Iesus fecit iuxta Bethaniam, vt Chri-
sto inuidiam conciarent, & finem imponerent, ne sua
doctrina, miraculis, & insigni potentia vlteriùs commo-
ueret homines ad fidem, & gratuitam in ipso iustitiam
suscipiendam. Hic locus cum superiore ostendit exem-
plo, quod docet Paulus 1. Corinth. capite 2. Nos Christi
bonus odor sumus Deo, in ijs qui salui fiunt, & in ijs, qui
pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem: alijs au-
tem odor vitæ in vitam. His Christus est sanctificatio:
illis verò petra scandali, & lapis offensionis.

Pij sunt bonus odor.

[COLLEGERVNT ergo Pontifices, & Pharisæi con-
cilium, & dicebant.] Hæc demens, & impia est impie-
tas. Audito enim tam insigniter prodigioso opere (quo
aperte conuincuntur, penes Christum vitæ & mortis es-
se arbitrium) non cogitant se nihil contra Christum
profecturos: sed Pontifices, & Pharisæi, (apud quos
summa religionis esse videbatur) qui pro tanto be-
neficio, & diuinæ virtutis declaratione, debuerant IE-
SVM honorificè excipere, & Deo gratias agere, so-
lius quæstus, & priuati commodi respectu in rabiem

acti

actiaduersus IESVM liberalem,& omnibus beneficum non temperant sibi amplius. At ne temerè contra Christum procedere videantur, concilium ineunt, (est enim debito) & consultant inter sese, vt huius conciliabuli placito videatur populo, hoc negotium pertinere ad totius populi incolumitatē. O prudentia mūdi,& carnis, prudentes Iudei: ecqui tolletis reuocantē verbo mortuos ad vitā?

Concilium.

[QVID facimus?] Hæc quæstio est concilij propositio,& causa finalis coacti concilij aduersus potentiā Christi. QVID facimus? quasi dicerent, Quid cessamus? Cur torpescimus,& somnolenti sumus? quin expergiscimur, istum Prophetam, virum abiectum, & Reipublicæ perturbatorem perdere, dum nobis licuerit? ne nostri torporis,& somnolentiæ dignas luamus pœnas? Sed adesse, ô Pharisæi, rogatis quid vobis agendum est? prompta est responsio: Credite in Christum. En vide istorum excitatem: putant se tardiores ad hoc negotium, quàm par fuerit: vnde morā suā arguūt ad occurrendū tanto periculo.

[QVIA hic homo multa signa facit.] Argumento à potentia Christi,& fœlici progressu Euangelij, suæ quæstionis rationem adducunt. Occurramus diligenter,& fortiter resistamus: nam HIC Homo (valde cōtemptim loquitur) id est, hic Galilæus, fabri filius, abiecta, & vilis persona, MVLTA signa facit, id est, succedunt illi omnia fœliciter, doctrina,& opera eius commendantur: facit, iste multos à Lege ad se deficere: ab omnibus doctrina eius æstimatur, multos ad se conuertit: nomen eius potenter augetur,& excrescit.

[SI dimittimus eum sic, omnes credent in eum.] Si conniueamus,& permiserimus vt liberè prædicet,& operetur, turbam multam habebit post se, quæ signorum exhibitione illum sequetur, futurúmque est quemadmodū nunc multi è populo magnificè de illo sentiunt, ita suos omnes sint illum pro Messia habituri.

[ET venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.] Prætextu conseruandæ Reipublicæ auersatur Christum: cuius prætextus verisimilitudo suadebatur in hoc concilio. Quia iam multa à Romanis propter frequentes seditiones, & rebelliones fuerant perpessi, aiūt,

aiūt, Si huius rei ad Romanos rumor peruenerit, Iudaicā gentem, deserto Cæsare (sub cuius potestate nunc sumus) desciuisse ad nouum regem suum, qui non ignorat iam olim ab ipsis expectari regem quendam suæ gentis liberatorem, nos seditionis accusabit,& sæuiens in nos, armis perdet locum hunc sanctum, quem prophanis gentibus prostituet, occupādúmque tradet,& totum Iudaicum genus internecione delebit. Ac si dicerent, Prorsus euertet nos, sicut & posteà contigit in destructione vrbis Ierosolymitanæ à Tito factæ. Quare consultandum nobis prudenter fuerit, quo pacto possimus tanto piaculo obuiam ire. Hæc prætexunt, commune periculum afferentes, quæ videantur sua malitia & inuidia Christo aduersari, desiniunt ipsum esse seditionis, & perditionis authorem, vt concitata plebs animaduertat in eum, ceu authorem rebellionis,& defectionis à Cæsare: Incidit ergo hoc periculum in consultationem, quia habet maximum pondus ad commouendum: quippe quod sumptum est ab extremo interitu, quem nemo non fugit, nemo libenter patitur. Non desunt etiam graues viri, qui putant Pontifices, & Pharisæos allusisse ad locum Danielis cap. 11. de interitu religionis Iudæorum. Colligamus ex superioribus, in hoc concilio (in quo nequaquam omnes mali erant, sicut suprà interfuisse legimus Nicodemum,& in Actis, cap. 5. Gamalielem) malos metum Romanorum prætexuisse, quum tamē nihil eos in necē Domini ageret, quàm quòd impij essent, natique ex diabolo, qui non possent ferre Christum docentem veritatem, & ipsorum impietatem detegentem.

[VNVS autē ex ipsis, Caiphas nomine, quū esset pontifex anni illius.] Quum Pontifices & Pharisæi, hæsitarēt quid facerēt, statim assurrexit sanguinarius ille Caiphas, intelligens consultationis propositionem eò tendere, vt prætextu publicæ salutis, occideretur omnis salutis author, Iesus Christus. Iserat Pōtifex ἀρχιερεύς, id est, summus Sacerdos. Signāter addidit ANNI ILLIVS, vt insinuaret Euāgelista dignitatem illam mox in totum desituram, quæ destitisset esse perpetua. In singulos annos pretio à Principibus emebatur Pontificatus, siue Sacerdotium. Magnus erat abusus quotannis Pontificē vnum

Vnus pontifex adeo.

habere: quum Deus vnum constituerit (in Leuitico) summum Sacerdotem, cui mortuo vnus succederet. Sed per ambitiones, & contentiones inter Iudæos (ait Augustinus) posteà constitutum vt plures essent, & per annos singulos vicibus ministrarent. Nam & de Zacharia hoc dicitur, Lucæ capite 1. Factũ est autẽ quum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deũ, secundũ consuetudinem sacerdotij, sorte exijt vt incensum poneret, ingressus in templum Domini. Hinc apparet, plures eos fuisse, & vices suas habuisse. Nã incensum nõ licebat ponere, nisi summo Sacerdoti, & fortè etiã vnum annum plures administrabant, quibus alio anno alij succedebãt, ex quibus sorte exibat quis vt incẽsum poneret. Obserua: CAIPHAS interpretatur Inuestigator, vel Sagax, seu Vomens ore.

Caiphas.

[DIXIT eis.] Imprudenter, & cum stomacho clamat, iustitiam, & imprudentiam consultantium increpitans, quasi nõ expeditè prospicerẽt quid facto opus esset, sed lentis cõsilijs adhuc deliberarẽt an Iesus esset occidendus: quũ tamen id, omnibus rebus omissis, agendũ esset.

[VOS nescitis quicquam, nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.] Caiphas indignatus, stuporem Pontificũ & Phariseorum interpretabatur, quòd in cõsultationem venire sinerent, quid faciendũ esset: adeò putabat non latere, nihil prius esse curandũ, quàm Dominum extinguere. Prudentia carnis non, nisi aliorũ contemptu, laudẽ libi vendicare solet: vnde Caiphas prudẽtiæ suæ specimen facturus, præ se aliorũ consilia fastidit. VOS nescitis quicquam, ignari estis, nec videmini rẽ, vt habet, perpendere: ego verò Pontifex, & cuius authoritas eò tendit, vt de omnibus prospiciat, omnia, quæ ad obuiandũ tãto periculo spectant, ad vnguem intelligo. NEC cogitatis quicquam. His verbis contẽnit illos, vt homines imprudentes, & nullius consilij. EXPEDIT vobis. Quũ è duobus malis minus eligendũ sit, id est, maius fugiendũ (hoc enim verbum EXPEDIT, naturam comparatiuorum nonnum habet) insinuare hoc consilium videtur: Vos non attenditis, hoc omniũ interesse, vt hic vnus moriatur pro populo, potius, quàm hoc incolumi seruato, tota gens pereat, extremáque patiatur, cùm in religione, tũ in corporalibus bonis. Quia hoc consiliũ causam rationis humanæ habebat, plausibile fuit omnibus ratione humana nitentibus: sed plus nocuit Iudæis prudẽs (vt videbatur) hoc Caiphæ consiliũ, quàm decem Pilati exactiones nocuissent. Impius enim Pontifex & doctor cõsiliarius, impio, sed tamen prudenti, scilicet suo consilio, & doctrina plus nocumenti affert saluti Reipublicæ, quàm tyrannus ciuilis suis exactionibus nummorum. Ille enim impia sua doctrina populo aufert dotes animi, & bona æterna, hic verò bona dũtaxat fluxa, & caduca. Vsque adeò ingens, & exitialis pestis fuit doctrina Caiphæ de homicidio Christi, vt effecerit non solùm totam Iudaicam gentem deuastari, verumetiã perdere omnẽ salutem, Christum crucifigendo. Obseruemus ex superioribus, Pharisæorum Sanatum prudentissimis rationibus de Republica consulta re. In primis, quod prudentis magistratus est, timent lolendũ esse: Expedit enim vt vnus moriatur pro populo, co, & genti suæ: deinde statuunt seditionis authorem tolne tota gens pereat. Hæc prudenter quidẽ satis, sapientérque cõsulta sunt, quum magistratus eò ferat gladium, vt vindex sit malorum, ne bonis aduersentur, & Reipublicæ tranquillitas seruetur. Quis, quæso, hac rã prudenti consultatione nõ inescaretur? quis tã retũ iguarus nõ immensas ageret Pharisæis gratias, pro tam studiosa, & diligẽti solicitudine erga Rempublicam? At hic non erat præcipuus cõsultationis status, & quæstionis caput. Nemo vel mediocriter doctus ignorat ad magistratũ curã, & solicitudinẽ de Republica pertinere, & è medio tollẽdum esse seditionis authorem: sed præter hæc quærendum erat, An Christus sit seditionis author: qui subtraxerit populum ab obedientia Cæsaris, aut docuerit defectionem ab Imperatore. Deinde, An gens sit peritura, si in Christum credat. Hoc maximè quærendum erat à Pharisæis: quod si consultassent, & probè quæstionem considerassent, apertè cognouissent CHRISTVM regem esse, nihil derogantẽ Imperatori, cuius imperiũ, aut magistratũ nõ quærit, aut oblatum adimere contendit, qui magistratibus authoritatem largitur, & à quo omnes magistratus pendent. Ipse est rex iustitiæ, pacis, salutis, & vitæ æternæ.

Prudentia carnis.

Doctrinæ malæ pernicies.

Consilij malí pernicies.

Expedit, verbum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Regnū Christi.

Regnum eius non est ex hoc mūdo, regnat super cælestia bona, relinquens regna terrestria suis magistratibus gubernanda. Dominatur victor super peccatum, infernum, & eius tyrannidem. Sed quid hæc ad Cæsarem? Nihil adimit Cæsari, Asiæ, Aphricæ, aut reliquis mundi partibus dominanti. Quare impium, & imprudens fuit Pontificum, & Pharisæorum concilium. Obserua: huic impiæ consultationi, & imprudentiæ Pharisaicæ correspondit iudiciū, & quod timebatur, exitium. Scribit enim Sapiens Prouerbiorum capite decimo, Accidunt impio quę timet. Timuerūt isti, si permisissent Christum, & eius doctrinam, se à Romanis perditum iri. At quum hoc periculum neque fide, neque resipiscentia, sed impio, & nefario homicidio vitare conarentur, contigit ipsis quod timuerunt: ductore enim Vespasiano Romani venerūt, qui & Iudæos, & locū perdiderunt. Nemo ergo periculū timēs putauerit se illud homicidijs, & conatibus impijs, sed timore Dei, fide, & resipiscētia, euasurū.

Impiſs quod timēti, accidit.

[HOC à semetipso non dixit.] Declarat Euangelista cuius dispositione, & ordinatione hoc à Caipha pronuntiatum fuerit. Caiphas non dixit HOC, scilicet Expedit vobis vt vnus, &c. A SEMETIPSO, id est, ex proprio cerebro, ex propria sapientia, & prudentia. Huius pontificis animus erat sceleratus, & parricidij plenus.

[SED, quum esset Pontifex anni illius, prophetauit.] Euangelista adducit conditionem, & titulum Caiphæ, vt ita declaret placitum esse Deo, vt pontifex veritatem diceret. Non dixit hoc à semetipso, SED, quum esset pontifex anni illius, PROPHETAVIT, id est, instinctu Dei est loquutus, quanquàm imprudens. Diuina itaque dispositione Dei id loquitur Caiphas, quò inde glorificetur Deus, qui potens est etiam per impios loqui veritatem. Qui enim magistratibus, præsertim in sacris, præminēt, vt sunt electi à Deo, in hoc quò multa, & egregia per eos fiant: ita quum omnium corda sint in manu Dei, peculiariter tamen horū corda mouere solet: id quod sacra Prophetes faciunt, & dicunt, quæ longè aliò spectent, aliūdque efficiant atque ipsi vnquam cogitarint. Sumus quidem omnes organa, & instrumenta Dei, sed præcipuè qui alijs præfecti sunt: multòque plura per illos magistratus, quā per alios Deus agit. Vnde & dij ipsi, & filij excelsi omnes dicuntur: de quo suprà capite decimo, diximus. Hoc itaque est, quod Euangelista ait, ideò Caipham prophetasse, hoc est, ex spiritu Dei, nō ex seipso loquutum, quòd Pontifex esset anni illius. Proinde quemadmodum Caiphas suam prophetiam non intellexit, sic & alij reprobi (per quos Deus sua mysteria manifestat) quę loquūtur nō præcinantur, tantū semper intelligant, quantū & ipsorum saluti, & officio, quod gerunt, rite obeundo satis est.

Instrumenta Dei.

Deus per magistratus plura, quàm per alios agit.

[PROPHETAVIT quia Iesus moriturus erat pro gēte: & non tantùm pro gente: sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.] Spiritus Sanctus per os impij vaticinium prodidit, quod longè aliter est interpretatus, quàm impius ille Caiphas intelligeret. Nam sua quidem opinione, hæc de Christo perdendo intellexit: Spiritus autem Sanctus significauit futurum, vt Iesus sua morte redempturus esset gentem Iudaicam: nec solum hoc effecturus, vt qui ex Iudæis credidissent, ipsi salutem consequerentur, sed etiam vt sua morte in vnam fidē colligeret omnes Dei electos, quibuscunque regionibus dispersi essent: & aliquando per fidem Euangelicam fierent filij Dei, congregarentur in vnum, & in communis Ecclesiæ societatem coiret Græcus, Scytha, Barbarus, Aethiops, Indus, congregandi in vnum corpus spirituale (cuius caput Christus) vnum agnoscentes Patrem, eodem viuentes Spiritu, ab eodem pendentes Christo, eadem spe futuræ vitæ subnixi. Obserua: PROPHETARE variis modis Scriptura vsurpat: in primis tam pro præteritarum, quàm futurarum rerum enarratione. Hoc modo Moses Propheta fuit, quū de mundi creatione testificabatur. Secundò est futura prædicere, res diuinas agnoscere, vt cognitio Dei vulgaretur, sicut omnes Prophetę vates fuēre, quū vnus quidē de Christi natiuitate, alter de eius doctrina, tertius de eius passiōe, quartus de eius regno loquerētur: breuiter, omnes quotquot de eo tanquā de Filio Dei totius mundi redemptore vaticinabātur. Videtur itaque Prophetæ propriè significare hominem, diuinarū rerum per afflatum Spiritus Dei præ alijs scientem, quique de

Vaticinīū etiā per os impij. Prophetiæ à Caipha dictæ interpretatio.

Prophetare.

Prophetia.

voluntate Domini alios queat edocere. Atque Prophetia vera, & sancta, videtur esse facultas quædam, Dei consilia, & placita plenius, ac certius cum agnoscendi, tum enarrandi ad Ecclesiæ profectum, instinctu, afflatuque

Præsensio futurorum.

diuini Spiritus aliquibus facta. Huius pars quædam est, præsensio, ac prædictio futurorum, aut etiam reconditorum. Pars etiam, diuinior quidem de Deo, ac pietate dexteriùs disserendi facultas. Quanquàm perratò inueniae Prophetæ nomine insignitos, quibus non esset simul datum præsentire, prædicereque futura, aut certè enunciare occultiora, quàm vt humano ingenio essent cognita possibilia. Prophetæ, os Domini dicũtur, quia nihil proprium loqui debent. Obiter dixerim Prophetæ nomen

Os Domini.

etiam illis competere, qui auidè verbum Dei audiunt, aut in lege Dei diligenter versantur. vt 1. Corinth. 11. Mulier orans, aut prophetans, hoc est, verbum Dei audiens, vel quæ ad prophetiam audiendam venit, non quæ docet, aut interpretatur: licet fuerint nonnullę, quibus prophetandi munus datum fuit, vt annotaui in eum Pauli citatum locum, de filiabus Philippi Euangelistæ.

[A B illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eũ.] Valuerat, viceràtque apud illos Caiphæ sententia de Christo occidendo. Finalis enim vsus omnium deliberationum, & consiliorum (eorum, qui veritati aduersantur) est vt obscuretur, & prorsus perdatur veritas: viso, au-

Veritas inimites habet aduersarios.

ditúque maxime horrendum. Modestiùs agitur cum alia doctrina, quàm cum Euangelio, & Euangelij professoribus: aliæ enim doctrinæ aut ferũtur, aut modesta quadam ratione corriguntur: at Euangelium prorsus extirpandũ ab impijs iudicatur, grauiúsq; in illius professores animaduertitur, quã in ciuiles. Ab illo ergo die post datũ cõsiliũ contra Christũ, Pharisæi illius sceleroſi Pontificis voce cõfirmati, nihil ampliùs cõsultãt, sed quod prius per occasionem sæpe tentauerant, nũc animo deliberato statuunt, vt quàm primùm curarent IESVM interemptum, ceu seditionis, & defectionis à Cæsare authorem: alleuerantes se iocolumitati Reipublicæ consulere, dum toti Iudaicæ genti pernicioſum hominem de medio tollerẽt: cui si vel minimum conniuerent, timendum ne infensus Cæsar, & sanctam ciuitatem proſtituat, & Gentẽ perdat.

IESVS

[IESVS ERGO iam non in palàm ambulabat apud Iudæos.] Euangelista fugam, & latibula CHRISTI non omittit, vt hoc exemplo (quo Christus impiorum furori ad tempus cesſit) doceamur non licere vt quis sua se temeritate in præsens periculum inijciat, si posſit citra offensam Dei effugere: quòd si citra Dei offen-

Periculũ præsens quãdo agrediendum.

sam, ac mandati diuini præuaricationem effugere non liceat, fidenti animo, & constanti fide periculum præsens aggrediendum est. Certus igitur esse debet au-

Quãdo fugiẽdum.

xilij diuini, quisquis sic in fide periculo ob oculos posito, se exposuerit. Est enim Deus adiutor in necessitatibus. Gloria, honor, & mandatum Dei eò fidentem compellunt, non autem temeritas. Ista docuit CHRISTVS discipulos suos, Matthæi capite 10. Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Proinde IESVS (quem nihil fugiebat) etiam si nemo delisſet, fugit, non metu crucis, quam volens subijt: dum venit hora: sed seipsum verè hominẽ demonstrauit: à publico abstinebat ad tempus, ne furorem furori adderet.

[ET abijt in regionem iuxta desertum.] A Bethania abiẽs lõgiùs se subduxit à vicinia vrbis Ierosolymę Professorum, non quæ extra Iudæam fuerit, sed duobus vel tribus miliaribus ab Ierusalem. Creditur & hæc regio olim Moabitarum fuisse.

Moabitæ.

[IN ciuitatem, quæ dicitur Ephrem.] Concesſit Christus in ciuitatem nomine Ephrem. Græci legunt ἐφραὶμ, atq; ita refert Hieronymus in locis Hebraicis. Hoc abscessu Christus designauit, impijs Iudęis suã Synagogam esse relinquendam, ac nouam gentem (quæ non sterili, & vmbratili Mosaicæ legis opere, sed Euangelica fide niteretur) sufficiendam, & in vnum congregandam esse designauit, quæ iuxta vocis Hebrææ Ephrem (quæ interpretatur frugifer, aut crescens) præsagium, ex minimis initijs crescęret in immensum. Sterilis quidem erat Gentium Ecclesia, quæ recepto Euangelio fœcunda facta est. Ad quam Esaias ait, cap. 54. Lętare sterilis, quę non paris, erũpe, & clama: quia multi filij desertæ magis, quàm eius, quæ habet virum.

Ephrem.

Synagoga, virũ, hoc est, Christum, habuit, quem vt able-
gauit, & abegit, sterilis facta est: at vbi Christo inserta est
Gentium Ecclesia, longè fœcundior fuit Synagoga.

[ET ibi morabatur cum discipulis suis.] Morabatur
Christus hic nõ otiosè viuens, sed iuxta officiũ suum, do-
cẽs paucos, quos secũ habebat, discipulos: qui tametsi mi-
serè sibi metuerẽt, tamen nõ ausi sunt deserere dominũ.

[PROXIMVM autem erat Pascha Iudæorũ.] Tem-
Pascha. pus aderat à Deo præfinitum, quo Christus pro mundi
Phase. salute victima immolaretur. PROXIMVM erat Pascha,
id est, instabat dies religiosissimus Iudæis, dictus PA-
SCHA, siue Phase, id est, Transitus. Hoc nomine reno-
uabatur Iudæis memoria, quòd olim sanguis agni posti-
bus illiti, seruarit Hebræos à gladio angeli perimentis
Aegyptios, ac eas tantùm domos transeuntis, quæ san-
guine agni notatos postes haberẽt. Obserua: PASCHA
Iudæorum vocat, festum ad solos Iudæos pertinens. Hic
locus insinuat Lazari suscitationem proximam fuisse
festo Paschæ.

[ET ascenderunt multi Ierosolymam de regione, an-
te Pascha, vt sanctificarent seipsos.] Iam sub festũ, quod
proximè instabat, MVLTI, nõ omnes, DE regione, quæ
erat iuxta desertum, & ex diuersis Palestinæ regionibus
(iuxta Moysi præscriptum. Exodi 23. Ter in anno appa-
rebit omne masculinũ corã Domino Deo tuo, &c.) lese
Sanctificare se. cõferebãt Ierosolymã, VT SANCTIFICARENT se-
ipsos, id est, vt orationibus, & alijs ceremonijs se cõmen-
datos Deo redderẽt, siue vt mundi fierẽt iuxta ritũ legis,
adhibitis ceremonialibus legitimis, ad hoc vt mundare-
rent Pascha. Qui peccarãt (ait Theophylactus) vel spon-
te, vel inuiti, nõ agebant Pascha, nisi priùs purificati es-
sent iuxta cõsuetudinẽ loci, & ieiunãtes, & rasi, & depu-
tata quædã sacrificia offerẽtes. Lex habuit carnales san-
ctificationes, quæ animã nõ iustificabãt, Hebr. cap. 9. Fue-
runt tamẽ vmbræ veræ iustificationis per Christũ fien-
dæ. Quũ Iudæi celebre habuerint suũ Pascha, seipsosque
ad ipsius celebrationẽ præpararint, & in ipso sanctifica-
rint, quãto magis Pascha nostrum celebre habere debe-
mus, ad illũdq; nos præparare, ac in illo nos sanctificare?
Est quidẽ nobis solenne festũ illud nostrũ in Vere, sed &
cele

celebre semper habemus, quãdo nõ ampliùs incedimus
in fermẽto veteri, nec in fermento nequitiæ, & malitiæ,
sed in azymis synceritatis, & veritatis. Pascha nostrũ chri
stus, quale Pascha fuit apud Iudæos, talis erat & sanctifi-
catio Iudæorũ legitimis quibusdã externis cõsãs: & qua-
le nostrũ est Pascha, talis est & nostra sanctificatio Chri-
stus IESVS. 1. Corinth. 1. Christus factus est nobis sa-
pientia, iustitia, & sanctificatio, & redemptio.

[QVAERIBANT ergo Iesum, & colloquebãtur adin-
uicẽ in templo stãtes.] Abominabilis, & hiatu terræ digna
est hæc Pharisæorũ sanctificatio, comitata volũtate impia,
mẽte sacrilega, cruẽto animo, & manibus sanguinolẽtis.
En vera pontificũ hypocrisis, & simulata Pharisæorũ re-
ligio, qua nihil irreligiosius, dũ magna superstitione ca-
uent, ne quid prætereant quod à Moyse præscriptũ erat,
siue quod à Pharisæis erat additũ interim tamẽ in sanctis-
simo die nõ abhorrẽt ab eo, quod omniũ impiissimũ est,
nimirũ ab occidẽdo IESV, & effundẽdo sanguine homi
nis innoxij. QVAERERBANT, ex industria, & animo de
liberato iuxta cõcilij cõclusionẽ: ET colloquebãtur, præ
odio, & inuidia aduersus Christũ. Potest hic locus refer-
ri ad eos, qui ex diuersis Palestinæ partibus ascẽderãt Ie-
rosolymã, & Iesu Christi erãt studiosissimi: & hi quære-
bant animo videndi, & audiẽdi Christum, & doctrinam
eius: & colloquebantur, præ studio, & amore Christi.

[QVID putatis quia nõ venit ad diẽ festũ?] Demirã-
tes q̃ nõ adesset Christus, q̃ solitus erat huiusmodi festis
interesse, & in templo prædicare, colloquebãtur adinuicẽ.
QVID putatis, quid vobis videtur, q̃ præter morẽ IESVS
tãtæ solennitati nõ adsit? Non erat defuturus, vt res ipsa
manifestauit. sed distulit vsq; ad horã à Patre præfinitã.

[DEDERANT autẽ Pontifices, & Pharisæi, mãdatũ, vt
si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehẽderent eũ.] Pontifices.
Decreto, atq; placito cõcilij Pontifices, id est, Sacerdotũ
principes, & Pharisæi, propria iustitia turgidi, cũ author-
itate mãdauerãt (quod est signũ animorũ dominãdi libi
dine æstuãtiũ) vt quicũq; resciret vbi lateret IESVS, pro-
deret eũ, quo ipsũ eũ caperẽt. Suspicabãtur enim Pontifi-
ces, & Pharisæi, IESVM alicubi latere metu. Isti sunt ti-
tus sancti, & pij scilicet, quibus Pontifices, & Pharisæi reli-

gionis duces,& legis ſummi interpretes, & magiſtri:ad Paſcha celebrandũ ſeipſos præparant:interim tamen neſcij quòd ſuo facinore,totius orbis ſalus procuraretur.

CONCILIATIO.

Cur hoc capite Dominus dixit ſe ſemper à Patre exauditũ,q tamẽ in horto orãs calicẽ à ſe trãsferri,nõ eſt exauditus? Et pſal.21.ad Patrẽ verba faciẽs,ait,Deus meus clamabo per diẽ,& nõ exaudies:nocte,& nõ ad inſipientiã mihi. Reſpõdeo: Quæ Chriſtus abſoluta voluntate,& ſimplici,citra annexã conditionẽ, voluit,& petiuit,ſemper exauditus eſt. Eadẽ vult,nec alia poteſt velle,quàm Pater,quum vtriuſque vna ſit volũtas. Ego (inquit ſuprà capite octauo) quæ placita ſunt ei facio ſemper. Nãſi oculi Domini ſuper iuſtos (Pſal.33.) & aures eius in preces eorum: quanto magis in preces Chriſti, qui eſt ſumma iuſtitia. In his autẽ,quæ Chriſtus iuxta cõditionem, & non abſolutè petiuit,non eſt ſemper exauditus,vt quũ (Marci cap.14.) calicem à ſe trãſferri poſtulauit,annexuit, Non tamen ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis:& Lucæ cap.22. Verumtamen nõ mea voluntas,ſed tua fiat. Cur igitur rogauit calicẽ à ſe transferendũ? Reſpõdeo:vt ſe verũ hominẽ,& verè infirmitates noſtras abſq; peccati ſimilitudine aſſumpſiſſe oſtẽderet:ſimúlq; vt doceret voluntatẽ noſtrã diuinæ volũtati ſubijciendã,atque in omnibus noſtris operibus conformandam.

CAPVT XII.

a Chriſtus cœnat apud Martham cum Lazaro.

LESVS ergo ante ſex dies Paſchę venit Bethaniam,vbi Lazarus fuerat mortuus,quem [1]ſuſcitauit Ieſus. [a] Fecerunt autem ei cœnã ibi,& Martha miniſtr

1 Suſcitauit) ſuſcitauerat à mortuis.

Matt.26.a Marc.14.a

b Maria ſoror Marthæ vnxit pedes Ieſu.

c Iudæ auaritia.

d Pauperes.

e Lazarum occidere cõſultãt Iudęi.

miniſtrabat, Lazarus verò vnus erat ex diſcumbentibus cũ eo. [b] Maria ergo accepit librã vnguẽti nardi [2] piſtici,pretioſi,& vnxit pedes Ieſu & exterſit pedes eius capillis ſuis [3] & domus impleta eſt ex odore vnguẽti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius [c] [4] Iudas Iſcariotes, q erat eũ traditurus,Quare hoc vnguentũ nõ venijt trecẽtis denarijs, & datũ eſt egenis? Dixit autem hoc, nõ quia de egenis [5] pertinebat ad eũ: ſed quia fur erat, & [6] loculos habens,ea, quæ mittebãtur,portabat. Dixit ergo Ieſus, Sinite illã,vt [7] in diẽ ſepulturæ meæ ſeruet illud. [d] Pauperes enim ſemper [8] habebitis vobiſcũ: me autẽ nõ ſemper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis qa [9] illhic eſt: & venerũt,nõ propter Ieſum tantum, [10] ſed vt Lazarũ viderẽt,quẽ [11] ſuſcitauit à mortuis. [12] Cogitauerũt autem principes Sacerdotũ vt & [e] Lazarũ interficerẽt: quia multi propter illũ abibãt ex Iudæis, & credebãt in Ieſum. [13] In craſtinũ autẽ turba multa, quæ venerat ad diẽ feſtũ,quũ audiſſent [14] quia venit Ieſus Ieroſolymã, acceperũt ramos palmarũ,& proceſſerũt obuiã ei,& clamabant,Hoſanna,Benedictus [15] qui venit in nomine Domini, Rex Iſrael. Et inuenit Ieſus

2 Piſticæ.

3 Et domus) domus autem.

4 Iudas) Simonis,ſubaudi filius.

5 Pertinebat ad) cura eſſet.

6 Loculos) marſupium.

7 Vt.In diẽ ſepulturę meæ ſeruauit illud) id eſt,ad indicãdũ ſepulturæ meæ tẽpus inſtare.

8 Habebitis) Vet. habetis.

9 Illhic eſt) eſſet

10 Sed vt) ſed & vt.

11 Suſcitauit) ſuſcitauerat.

12 Cogitauerunt) conſultauerunt.

13 In craſtinum) poſtero die.

14 Quia venit) veniret.

15 Qui venit) id eſt,miſſus à Domino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iesus asellū,& [f]sedit super eum,sicut scriptū est,Noli timere filia Sion: ecce Rex tuus venit, sedēs super pullū asinæ.Hæc nō cognouerūt discipuli eius primùm,sed quādo glorificatus est Iesus,tūc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo,& hæc fecerūt ei. Testimoniū ergo perhibebat turba,quæ erat cū eo, [g]quando Lazarū vocauit de monumento,& suscitauit eum à mortuis.Propterea & obuiā venit ei turba,quia audierunt eū fecisse hoc signū.Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos, Videtis quia nihil proficimus? ecce mūdus totus post eum abijt.[h]Erant autē quidam [16]Gentiles ex his,qui ascenderant,vt adorarēt in die festo.Hi ergo accesserunt ad Philippum,qui erat à Bethsaida Galilææ:& rogabant eum, dicentes,Domine,volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ,Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem respōdit eis,dicens,Venit hora vt [17]clarificetur Filius hominis. Amen amen dico vobis,[i]Nisi granum frumenti cadens in terrā, mortuū fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuū fuerit,multum fructum affert. [k]Qui amat animā suam,perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mūdo, in vitam

f Iesus asinæ insidens ingreditur Ierusalem, Matth. 21.a Marc. 11.a Luc.19.f Zach.9.b

g Credentes ob Lazarū suscitatum.

16 Gentiles) Græci.

h Gētiles vt iunt Christū videre.

17 Clarificetur) Glorificetur.

i Granū frumenti.

k Amare,vel odire animā.

vitā æternā[18]custodit eā. Si quis mihi ministrat,me sequatur:& vbi sum ego, illhic & minister meus erit.[l] Si qs mihi ministrauerit,honorificabit eū Pater meus.Nūc anima mea turbata est.Et quid dicā:[m]Pater,[19]salui fica me ex hac hora. Sed propterea [20]veni in horam hāc.Pater,clarifica nomē tuū. Venit ergo vox de cælo, dicēs,Et clarificaui, & iterū clarificabo.Turba ergo,quæ stabat,& audierat,[n] dicebat tonitruū esse factum. Alij autē dicebāt, [o]Angelus ei locutus est.Respōdit Iesus, & dixit, Nō propter me hęc vox[21]venit,sed propter vos.[p]Nūc iudiciū est mūdi:nūc princeps huius mūdi ejcietur foras. [q]Et ego si exaltatus fuero à terra, [22]omnia trahā ad meipsum.Hoc autē dicebat, significās qua morte esset moriturus. Respondit ei turba, Nos audiuimus ex lege,qa Christus manet in æternū:& quomodo tu dicis,Oportet exaltari Filiū hominis? & qs est iste Filius hominis? Dixit ergo eis Iesus,[r] Adhuc[23]modicū lumen [24]in vobis est: ambulate dum lucem habetis,[25]vt nō vos [s]tenebræ compræhēdant. Et qui ambulat in tenebris,nescit quò vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem,vt filij lucis sitis. Hæc loquutus est Iesus,& abijt,

l Ministrare Christo. Matth. 10. 16.d Marc.8.d Luc.9.c.17. g

m Oratio Christi.

n Tonitruū. o Angelus.

p Iudicium.

q Christus crucifigendus. Psal.109.b 116.2 Esaiæ 40.c Ezech.37.g

r Lumen.

s Tenebræ.

18 Custodit) custodiet.

19 Saluifica)libera me ab illa hora.

20 Veni in horā hanc)subaudi, vt moriar.

21 Venit) facta est.

22 Omnia) omnes.

23 Modicum) modico tempore.

24 In vobis) Vobiscum.

25 Vtnō vos tenebræ) ne vos tenebræ occupent.

26 Tanta)tot.

t Abscondit se Iesus

& abscondit se ab eis. [u] Quum autem[26] tanta fecisset coram eis, non

v Iudæi quare non crederent.

credebant in eum:[27] vt sermo Esaiæ impleretur, quem dixit, Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorū: vt nō videāt oculis, & nō intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos.[28] Hæc dixit Esaias quando vidit gloriam eius, & [29] loquutus est de eo. Veruntamen & ex [x] principibus multi crediderunt in eū, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è Synagoga non ejicerentur: dilexerunt enim [y] gloriā hominum magis, quàm gloriam Dei. Iesus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me.[z] Ego lux in mundum veni: vt omnis, qui credit in me, in [a] tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, & non [30] custodierit, ego non iudico eum: non enim veni vt iudicem mundum, sed vt salui ficem mundum. [b] Qui [31] spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. Sermo, quem loquutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die: quia ego ex meipso non sum loquutus:

27 Vt sermo Esaiæ) id est, ita vt prophetia Esaiæ impleta sit, vel vnde constat impletā fuisse prophetiam Esaiæ.

Esaiæ 53.a
Roma. 10.d
Esaiæ 6.c
Matth. 13.b
Mar. 4.b
Luc. 8.b
Act. 28.f
Roma. 11.b

28 Hæc dixit) id est, hæc prę dixit Esaias, quum vidisset magnificū illū splēdorem, in quo apparuerat illi Deus in templo illo imaginario.

29 Loquutus est) subaudi, populo.

x Principes credentes ne mera excommunicati.

y Gloria hominum.

z Lux.

a Tenebræ

30 Custodierit) crediderit.

31 Spernit) reijcit.

b Spernens Christum.

quutus: sed qui misit me, Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar: & scio quia mandatū eius, [c] vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.

c Vita æterna.

Iesus ergo ante sex dies Paschæ venit in Bethaniam. CAP. XII.

IESVS capitis cum superiore connexio est à loci & temporis circunstantia, quę simul certitudinem historiæ adducit. Iesus non ignarus conspirationis, ac consilij cœpti de se occidendo, & iam intelligēs tempus appropinquare, quo volens decreuerat subire mortem, & immolari agnus immaculatus pro totius mundi salute, noluit diu latēre, sed appropinquante hora supplicij, ad locum quoque supplicij accessit, & velut occurrens ad victimam septimo die (qui Iudæis octauus erat primi mensis, nobis verò sexta est feria Dominicam ramorum præcedens: ab hac enim vsque ad vesperam diei Iouis sequentem, in qua immolatum est pascha, intercedunt sex dies) reuersus est Bethaniam, vt recentis miraculi memoria discipulis animos adderet, & resurrectionis spem pectoribus ipsorum imprimeret, quos vehementer perturbatum iri sciebat.

[VBI LAZARVS fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus.] Bethaniæ habitabat Lazarus, quem verbi sui potentia Dominus ante paucos dies rediuiuum fecerat. Euangelista obiter repetit miraculum de Lazaro suscitato, ne tam prodigiosi operis videatur facile oblitus esse.

[FECERVNT autem ei cœnam.] Singulas circūstātias addit Euāgelista, quibus & eius diligentiā, & historiæ certitudinem agnoscamus: atque vt intelligamus quorsum tendat narratio aduentus Christi in Bethaniā, scilicet vt explicentur ea, quæ gesta sunt in solenni illa cœna. Mos Iudæorum erat, decima die primi mensis accipere agnum absque macula, masculum anniculum, qui

Agni paschalis præparatio.

qui seruabatur vsque ad decimamquartam diem eiusdē mensis,immolandus ad vesperum. Et ex eo die apparare solebant omnia,quæ ad festi celebritatem facerent,simul & lautiùs epulari. Cœna tamē,quæ apparata est Christo in signum fuit hospitalitatis,& grati animi,cùm Lazari, Mariæ,& Marthæ,tum Simonis leprosi,qui beneficium sanitatis à Christo acceperat, & aliorum consanguineorum Lazari erga Christum.

Cœna in domo Simonis Bethaniæ apparata.

[IBI.] IBI,id est,in Bethania, apparata est cœna Iesu. In cuius ædibus? (Matthæus cap. 26.& Marcus cap. 14. respondent,) Quum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi,&c.& recumberet. Satis infirmē est,quod obijciunt, narratam à Matthæo vnctionem in cœna,factam die mercurij ante crucē Christi: quod præmittat Euangelista,Scitis quia post biduum Pascha fiet, &c. Proculdubiò satis constat,hanc historiam de vnctione in cœna,hoc loco potissimùm narratā,vt appareat vnde Iudas,sceleris & furorem suum conceperit: non autem vt significaret tēpus præcedēs suppliciū,& crucē Christi.

[ET Martha ministrabat.] Hæc circūstantia insinuat non vero dissimile esse,tam arctam fuisse Lazari, sororúmque eius,& Simonis inter se familiaritatem, & cognationem (quibus pariter familiaris fuit Christus) vt in eodem viculo habitantes,domum vnam, & communem,sola contignatione diuisam,ac partitam haberent. Didicerant enim multæ familiæ ex ritu patrum, (quot in deserto tabernacula ab aëris iniuria protegebant,) sub eodem tecto degere: neque solùm inter hos, sed etiā inter omnes Domini discipulos, tam arcta fuit familiaritas, & Martha in ministrando Domino tam fuit sedula, vt mirum non sit,eam & in Simonis domo, ministrasse Domino. Theophylactus in Matthæi cap. 26. ait, Simonem autem hunc leprosum, quidā dicunt fuisse patrem Lazari, quem Christus à lepra purificauit, & apud eum cœnauit. Obserua fidem Marthæ, quæ non permittit ancillis ministerium, sed per seipsam ministrauit. Huc pertinet quod Paulus 1. Timoth. cap. 5. de muliere vidua ait, Quæ sanctorum pedes lauerit.

Tabernacula patribus deliciæ.

[LAZARVS verò vnus erat ex discumbentibus cum eo.] Hæc addit Euangelista manifestādi gratia veram, & non phantasticam fuisse Lazari suscitationem, nostræ resurrectionis typum gerentem. In eo conuiuio Lazarus aderat vnus è numero accumbentium: non enim vt reuiuus apparuit. statim mortuus est,sed mānsit, vixitque multo tempore,quę assueuerat agens,comedens,bibens, & alia Christiano discipulo non indigna faciens.

[MARIA ergo accepit libram vnguenti.] Particularitatis cum officio Mariæ,insinuat occasionē modi,quo traditus est Dominus,hinc pendere. Et quod cœpit Euangelista narrare, pergit sensim accedere ad describendam passionem Iesu Christi: vnde factum hoc Mariæ,veluti typum passionis Christi, præmittit: nam postea dicturus est Christus, Sine illam, in diem sepulturæ meæ seruauit illud. Maria itaque singulari quodam amore flagrans in Dominum Iesum,cùm ob alia multa, tum ob recens in fratrem beneficium, ACCEPIT, in domo propria LIBRAM VNGVENTI,id est, vnguentum ad libræ mensuram. Magnitudo pretiosæ materiæ,exaggeratio est operis in Maria.

[NARDI.] Nardus,frutex est,graui,& crassa radice, sed breui,ac nigra,aspero sapore. folio paruo, densoque, cacumina in aristas se spargunt: ideò gemina dote nardi spicas,ac folia celebrant. Legito Plinium libro 12. cap. 12. Nardinum vnguentum quomodo conficiatur, Dioscorides libro 1. cap. 17. docet.

Nardus.

[PISTICI.] Pisticæ legendū est,quòd Nardus sit fœminini generis. Nardinum vnguentum erat pisticum, id est,syncerum,fidele,& nulla re extranea commistum,à πίστις, quod est fides.

Vnguentum Nardinum.

[PRETIOSI.] Cum primis pretiosum erat hoc vnguentum Nardinum pisticum, quod ex nardo generosio re confectum esset ad libræ mensuram. Huius pretium Iudas expresit,dicens, Potuisset vendi trecentis denarijs. Trecenti autem denarij,supputatore magno illo Budæo, faciunt solatos Francos triginta, solato valente triginta quinque solidos,siue duodenarios.

Pretium vnguenti Magdalenæ. Denarij trecenti valent triginta solatos.

[ET vnxit pedes Iesu.] Ioannes omissam ab alijs Euangelistis pedum vnctionem narrat. In primis Maria odorifero illo vnguento vnxit pedes,sed posteà fracto alabastro fudit quicquid reliquum erat vnguenti, Domino su-

Universidad de Deusto
Biblioteca

per caput, vt Marcus cap. 14. refert.

Hysterologia.

[ET TERSIT capillis suis pedes eius.] Locus hic per hysterologiam id est, sententiæ cum verbis mutatum ordinem, pronuntiatus, subindicat hanc Mariam fuisse pectricem, quæ simili capillorum officio functa abijt iustificata. In signum vehementissimæ, & inauditæ charitatis, hæc in primis fletu, ac lacrymis rigauit pedes Iesu, & capillis, pedum sorditiem, si qua erat, exterserit: deinde mundos pedes vnxit vnguento: non enim extergendum veniebat vnguentum. Nō quòd existimaret Christū huiusmodi delicijs capi, sed amor impotens suo indulgebat animo. Tametsi mysterium latens ignoraret, tamen hoc officio mortem Iesu, & sepulturā prænuntiabat, typum gerens Ecclesiæ Gentium, quæ à Synagoga abactum Christum diuino honore exciperet.

Magdalenæ feruor & charitas.

[ET domus impleta est ex odore vnguenti.] Vnguenti commendatio ab effectu, quem reddidit. Vehementissimæ fragrantiæ erat hoc vnguentum, adeò vt fragrantia totam impleret domum, & vix ferri posset. Discamus ex his naturam vitæ fidei, quæ neque alta, neque sublimia, sed humiliora ad pedes IESV Christi quærit.

Fides humilia quærit.

Hæc humilitas proculdubio oritur ex pio, castoque amore erga Christum, & ex peccatorum, ac propriæ indignitatis cognitione.

Humilitatis origo.

[DIXIT ergo vnus ex discipulis eius Iudas.] Marcus Euangelista quorūdam discipulorum animos, huius vnguenti iactura indignatos fuisse, atq; contra vnctricem infremuisse (ca. 14.) testatur. Vtcunq; autem simul & alij fuerint hac vnguenti effusione offensi, authorem tamen huius indignationis fuisse Iudam nō dubito, vt & ipsum dixisse. Ad quid perditio hęc, &c. Non furace animo (quo Iudas) ducti sunt discipuli: qui quum pauperes, & delicias rum essent insueti, naturā offendebantur luxu, & delicijs lautiorum: vnde non mirum fuit, si sententiā Iudæ probarent, & contra vnctricem Magdalenam responderent, quum Iudas curam pauperum prætexeret.

Discipulorum indignatio.

[IVDAS Scarioth, qui erat eum traditurus.] Ad certitudinem historiæ, Iudæ proditori cognomen addidit, simul & vt discerneret ab Iuda Iacobi fratre, qui idem Thaddæus, ac Lebbæus dictus est, vt sit trinomius: Sunt qui &

Iudas frater Iacobi. Iscariota.

qui & Iscariotem dictum existimant, per OH scribētes, quòd de tribu Issachar esset: cui tale cognomen ex ipso quoque facinore optimè conueniat. Issachar Hebræis sonat mercedem, ipse enim mercede vendidit Christum nostrum. Quanquàm non desunt, qui à viculo cognomen deductum malint, nec est Scariotes, quemadmodum quidam legunt, sed Iscariotes, Iscariote. Græcis enim legitur Ἰσκαριώτης, id est, Iscariotes. Hebraicè interpretatur, Vir occisionis, vel exterminationis, vel mortis.

[QVARE hoc vnguentū non venijt trecentis denarijs, & datum est egenis?] Impius Iudas id fecit, quod semper impietas solet, aliud prætexit, aliud in corde cogitat, &, vt est in Prouerbio, Panem vna manu ostentat, altera lapidem fert: hypocritæ impij consueuerunt suis cupiditatibus prætexere nomen, & honorem diuinum. Quemadmodum Pharisæi coram mundo iustissimi, inuidię, & incredulitati suæ in Christum, Reipublicæ salutem prætexunt, ne tota gens pereat, (aiunt) & communem Iudææ gentis vtilitatem. Ita hoc loco Iudas dolēs sublatam sibi de hoc pretio furandi occasionē, suæ auaritiæ velamen & prætextum à pietate, & cura pauperum petitum, quæritti arguens Magdalenā. Quorsum (inquit) attinebat rei tam pretiosæ facere iacturam? Neq; nostro conuiuio (pauperes enim sumus) conuenit hæc magnificentia, neque præceptor noster huiusmodi delicijs capitur. Quòd si apud te statueras hanc rem tam pretiosam largiri, commutanda erat in pecuniam: donata enim vænisset, & pretium erogatum fuisset pauperibus. Hoc certè magis pium, & religiosum fuisset, rémque præstitisses te dignam, & nobis, magistróque nostro gratiorem. Hanc reprehensionem quouis titulo pietatis ornatam, quis arguet? Sanè plausibilis erat, quòd omnino videretur præstare, multis necessaria tribuere alimenta, quàm tantùm insumi in vnius nō necessarias delicias. Hic prætextus à pietate petitus, efficit vt neq; hypocrisis, neq; hypocritæ facilè cognoscantur. Vnde alij audientes Iudam indignantem, sine dubio indignari cœperunt, pietatis in proximū prætextum præse fumentes: sed lōgè alia erat mens furis Iudę, quàm aliorum, qui non animo furandi, sed simplici quodam zelo cum mysterij vnctricis ignorantia respōsabant.

Impietatis genius.

Hypocritarū mores.

Præstat multorū necessitati, quàm vnius delicijs tribuere.

Hypocritas cognoscere difficile.

Denarius. Nummus Romanus.

Obserua: Denarios dicit Iudas iuxta æstimationem nummi Romani. Est autem denarius, vt autumat Gulielmus Budæus, nummi Romani genus, valens treis solidos, & semissem, Gallicè, *Trois solz six deniers*. Trecenti igitur denarij valent quinquaginta duos Francos, & decem solidos, qui respondent triginta solatis Francicis, solato valente trigintaquinque solidos.

[DIXIT autem hoc: non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, portabat.] Ne putaremus Iudæ repræhensionem illam fuisse piam, quòd in pauperum subuentionem, & fauorem tenderet, aperit Euangelista mentem Iudæ. Finalis causa indignationis Iudæ non erat pietas, sed auaritia, non erat quòd de egenis curaret, commoueretúrque aut pietate, aut necessitate egenorum: sed quia fur erat.

Iudas fur. Vtilitas priuata.

Hæc est causa indignationis, priuata vtilitas, quæ omnium hypocritarum finalis solet esse causa, his materiam furti, & potestatem furandi Euangelista subiungit, dicens,

FVR ERAT. & cui potestas erat furandi, quum huiusmodi deterrimo crediti sint LOCVLI, hoc est, bursa, sine

Loculi.

marsupiũ, quo ea, quæ spõtanea amicorũ beniuolentia mittebat, portabat quidem ministerio, sed mala fide seruabat: nam vt vir pessimus, solebat iuxta morem quorundam (qui communem pecuniam tractant,) inde tibi furtim nonnihil adunca manu subtrahere, non syncero, & fideli animo pendens à magisterio Iesu, sed iam tum tibi peculium prospiciens, quo viueret ab illius consortio semotus. Vnde iam tum specimen de se præbebat, qualis

Euangelii minister idoneus

non esset idoneus Euangelicæ doctrinæ dispensationi, cuius animum occuparet auaritia. Obserua: Iudas typum gerit omnium eorum, qui sub Euangelio, aut pietatis prætextu, priuatum quæstum, & compendium quærunt.

[DIXIT ergo Iesus.] Iesus ita repræhensionem Iudæ compescuit, vt ne eius quidem malitiam proderet, quam tamen occultè opprobrat, docens nos quàm debeamus,

Lõganimitas inter amicos simulatos.

etiam inter aduersarios, & simulatos amicos, esse longanimes: atque hoc responso patrocinatur Mariæ vnctrici, vt significaret se non humana violentia, sed suapte sponte moriturum. Quod omnibus maximè persuasum esse voluit, se pro omnium salute mortem obire, non coactè, sed

sed liberè, & voluntariè.

[SINITE illam.] Et si nullius indignationem probaret Dominus, præcipuè tamen Iudam, vt indignationis authorem, compellat. Hæc fusiùs referuntur Matthæi capite 26. & Marci capite 14. SINITE illam, & nolite huius mulieris officio obmurmurare, quæ quum summè me amet, id isto voluit officio testari. Hoc opus quanlibet repræhensione dignum vobis videtur, amen amen dico vobis, tanti fit apud Deum, vt vbicunque posthac in toto orbe hoc Euangelium (id est, hæc historia eorum, quæ in carne feci, & passus sum pro omnium salute) prædicabitur, prædicandum sit & hoc huius mulieris, qualecunque illud vobis habeatur officium: atque ita cum laude apud omnes pios illa celebrabitur ob tam pium opus. Nolite igitur huic indignari, cui etiam hoc condonare debetis, quòd mihi benefecerit.

[VT in diem sepulturæ meæ seruet illud.] Bene quidem de me sentitis, quòd huiusmodi delicias viuus semper respui, & luxum damnaui: sed impensa hæc non perit, quum hoc honoris sepulturæ meæ (quam illa præuenit) tribuatur. Vngi solent mortui, & ego iã iam ad mortem rapiar. Quare id honoris nolite mihi mox abituro inuidere, sepulturam meam honorificam esse volo, in

Mortui vngebantur.

qua consepelientur electi omnes, vt mecum resurgant. Eò enim omnes traham, quum exaltatus fuero. Dignior planè haberi vobis debebam, quàm vt tantulum officij impẽdi mihi ægrè ferretis. Proinde voluit mulier vnctio ne illa, manifestare me moriturum aliquando, & resurrecturum à morte. Iudas ignorabat illius operis facti à Maria, causam finalem: quare Christus illam adijcit: quidum mortis suæ meminit, videtur subobscurè perstringere cor Iudæ, ne in tam scelestum facinus præceps fiat, quo sui Domini mortem machinaretur. Obserua. Singulari consilio, & ordinatione voluit Dominus hoc opus fieri, vt esset typus certus passionis, & sepulturę Christi. Ad-

Sanctulorum abusus.

uerte diligenter, aduersus nescio quos qui vt sanctuli videantur, damnant res delicatas, pretiosas, ac odoriferas, quas tamen Deus hominibus condidit in vsum. His oblectari, & nos iuuare in solatium indulgentissimus Domi-

Odoriferis rebus vti licet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus voluit. Deum igitur accusabit, qui vsum harũ rerum indignum Christianis censuerit. Perfundi tam pretioso vnguento Dominus permitit, qui nihil potuit laudare, & admittere iniqui. Sic quum Dauid, Salomon, & alij non pauci multis rebus ad delicias paratis abundarent, quis dubitet fuisse quàm plurimos necessarijs etiam indigentes? Splendorẽ tamen illorum, & gloriam Scriptura non damnat. Studendum ergo, orandumque est, vt verè proximos diligamus: hæc vera charitas faciet, ne quẽ vlpiam debito officio prætereamus: atque dum viuimus (quia Pater cælestis nos varie, & non eodem gradu hãbere dignatur) quod quisque ex Dei gratia est consequutus, liberaliter, & liberaliter in sibi proximos vtatur.

[PAVPERES enim semper habebitis vobiscum, me autẽ nõ semper habebitis.] Argumẽto à difficultate occasionis petito, qua nõ semper licebit fidei, & charitatis opera erga Christi personã hîc in mũdo præsentẽ, & oculis expositam exercere, rationem adducit, cur Iudas sinere debeat Mariam, & cur Magdalena singulare charitatis opus fecerit. PAVPERES enim habebitis semper vobiscũ. Ac si diceret, Istorũ vulgarium pauperũ erit vobis copia parata, quorũ inopiæ potsitis subuenire, facilius, quàm semper fiet præsens occasio benefaciendi proximo, nec autẽ breuis erit copia, nec mihi posthac benefaciendi tã facilis vobis erit occasio, quia discedo hinc ad Patrem.

[COGNOVIT ergo turba multa ex Iudæis, quia illhic est.] Hoc singulare Magdalenæ opus interseruerit Euangelista, veluti per digressionem: nunc redit ad historiam, quam ante huius capitis principium reliquit. Colloquẽtes inuicẽ qui ex diuersis Palestinæ partibus in templum conscenderant, aiebant, Quid putatis, quia nõ venit ad diem istũ? Ex rumore turba cognouit: nam Ierosolymitæ ob vicinitatem frequentabant Bethaniam: & Lazarus ob nobilitatem, & diuitias multis cognitus erat, notiórque factus est propter recẽtis miraculi famã: vnde facilè peruasit rumor in Ierusalẽ, quòd CHRISTVS est ILLHIC, id est, in Bethania.

[ET venerunt, non propter Iesum tantùm, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis.] Complures ex Ierosolymis in Bethaniã venerunt, partim studio videndi Christum, (cuius famam mirum in modũ auxerat tam prodigiosum, & insigne miraculũ) partim ex nouitatis studio, & quadã curiositate, vt cõspicerent ipsum Lazarum, quem ex mortuis excitatum audiuerant. Est enim homo natura sua nouarum rerum cupidus. Homo nouitatis cupidus.

[COGITAVERVNT autem principes Sacerdotum vt & Lazarum interficerent.] Hæc est mentis Iudæorum cæcitas, quam ipsorum propria parit malitia. Hoc malè habebat eos, quòd Christus multis author salutis fieret, & tam insigni miraculo ad fidem omnes pelliceret, quòdque instãte festo, omnes se in Bethaniam recipe rent gratia cùm audiendi miraculũ, tum spectandi eum, qui resurrexerat. Furore quodã perciti, cæcum (quòd fortaster fuerat apud ipsos gloriæ Christi patrocinatus) eiecerunt è Synagoga: nunc tantus liuor eò conscendit, atque inuidia, vt non solum IESVM, sed & Lazarum interficere molirentur, virum nobilem, & potentẽ, in quem ne speciem quidẽ vllam criminis intentare poterãt. COGITAVERVNT, id est, consultauerunt, & seriò deliberarunt, inieruntq; consilia carnali prudentia, de medijs, quibus gloriam Christi, & Euangelij progressum impediant. Ad hunc modum deliberant inuicem, & argumentantur. Qui vult Christum extingui, & eius absorberi, auferre debet omnẽ, & memoriam Euangelij occasionem: sed Lazarus suscitatus est præcipua occasio, ergo Lazarus interficiendus est, si extinctum voluimus Euangelium. Apud istos insanos, & maleuolos criminis erat si cui beneficeret. Sed heus, quid tantum cogitatis facinus? Esto Christus Sabbatum soluerit, æqualem se Deo Patri fecerit, & propter Romanos, vt dicitis, eum velitis interficere, Quid flagitij commisit Lazarus, vt interficiendus sit? Beneficio Christi exceptus est à mortuis, nunquid beneficiũ accipere, crimini dandum est? Obserua quantũ sanguinis & cædis essent sitibundi. Prodigiosa quidem fecerat signa Dominus, quũ paralyticum, & cæcum natũ sanauit: sed nullum ita eos efferauit, atque Lazari suscitatio: nimirũ hoc naturà admirabilius erat, & post multa factum & mirandum erat, mortuum quatriduanum ambulantem, & loquentem videre. Odij seminarium in Iudæis aduersus Christum. Liuoris incẽdium. Lazarus nobilis & potẽs.

[Quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant

Universidad de Deusto
Biblioteca

debant in Iesum.] Causam addit Euãgelista cur principes Sacerdotũ voluerint Lazarũ interficere. Hæc ratiocinatio sumitur ex periculis, quæ ipsi cõcipiunt ex Lazaro rediuiuo prouenire. Fons mali (aiunt) radicitus extirpandus est, & omnis mali occasio delenda: at fœlicem faciet progressum gloria Christi, & excrescet Euangeliũ, vnde nostra corruet doctrina, Lex antiquabitur, nihili fiet nostra authoritas, nisi interfecerimus Lazarum, vt homines, qui confessione sua de Christo multos ad fidem conuertit, commouétque, à nobis deficient ad Christũ, in quem credant. Prudenter quidem consultum est, omnem mali occasionem delendam esse: sed impium est iudicare malum, quod maximè bonum est. Non erat in consultationem referendũ, num Lazarus occasionẽ daret à principibus, & legalibus ceremonijs ad Christum deficiẽdi: sed id consultandum erat, num iniquum, impiúmve fuerit à Synagoga, & legalibus ad Christũ deficere: nũ Christus falsa doceret: nũ Christus turbas seduceret, ac impostor esset? Qui quum nihil tale in Christo offenderét, apertissimum est, istos sola inuidia, liuore, & odio in Christũ ductos fuisse: vt non solùm consultarét quomodo Iesum interficerét, sed etiã quibus medijs Lazarũ interimerent. Obserua: Multi festo instãte abibant in Bethaniam, cupidi fieri spectatores miraculi, & fortassis sitibundi audire si quid narraret Lazarus, quæ apud inferos vidérat.

Consilium Iudæorũ de Lazaro interficiẽdo.

Palmarũ dies.

[IN crastinum autem.] IN CRASTINVM, fine postero die cœnæ prædictæ, qui à nobis Dominicus dies dicitur, & quem quotannis celebramus diem Palmarum: quasi dicat, Quum paulisper in solitudinẽ secessisset Dominus, vt restingueret furorem homicidarũ, rursus palàm, & liberè conscẽdit Ierosolymam, nihil veritus inuidiam, liuorẽ, & odium inimicorum: iam enim instabat hora passionis, neque fugiendum, neque latendum erat, sed prodeũdum pro mundi salute. Hæc dies, decima luna erat, qua parabatur agnus sine macula, decimaquarta luna ad vesperã immolãdus. Eadem die verus agnus ex omni grege sine macula electus, pro populi sanctificatione immolandus, ascẽdit Ierosolymã, nõ inuitus, sed spõte.

Luna decima, apparatus agnus.

[TVRBA multa, quæ venerat ad diem festum, quum audissent quia venit Iesus Ierosolymam.] Commendatio

datio est Euangelij à sua potentia, qua valet multos homines ad se trahere. Quum ingẽs hominum turba (quæ ob diem festum Ierosolymam conuenerat) ex publico rumore resciísset Iesum relicta Bethania aduenire Ierosolymam, processerunt obuiã Christo, maiorem illi, quàm puro homini, honorem impensuri. Neque in posterum habuerunt illum vt simplicem Prophetã, sed vt magnũ in lege promissum. Obserua, verum miraculorum vsum spectare ad glorificandũ Christũ, quũ videt suscitatione Lazari excitatas turbas ad illustrandã Christi gloriam.

Miraculorum vsus.

[ACCEPERVNT ramos palmarum, & processerũt obuiam ei.] Decisis ab arboribus palmarum ramis, quibus incedenti viam insternerent, honoris gratia prodierunt obuiam Christo: quod præuerim, non solùm gratitudinis, & hospitalitatis signum, sed etiã magnæ, & viuæ fidei exemplum. Accipere enim ramos, & obuiàm procedere, acclamare, sunt fidei effectus, quibus se gratificari Christo testantur, cupientes quàm augustissimam facere pompã, qua Christus in vrbẽ veheretur. Prudenti quoque, & spiritali cõsilio strauit populus palmarum ramos in via, Christo adueniente, quo iam ominabatur ei victoriam. Nam palma antiquitus victorũ erat triũphalis corona, & victoriæ insigne, vt & Proverbio locum fecerit, Palmam dare: hoc est, victorẽ fateri eum, qui non cesserit in bello, sed infractus perstiterit. Non est maior victoria quàm Christi, qui mortẽ moriendo superauit, & tropheo crucis de diabolo, mortis principe, triumphauit, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrariũ nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter palàm triũphans illos in se ipso, ait Paulus ad Colossenses cap. 1. Adhæc perpetuo viret palma, procera, & ascẽsu difficilis est, sed fructu suauissimo. Genuina quadam naturæ vi nõ flectitur deorsum, verùm in contrariũ curuatur, & aduersus superpositũ pondus insurgit. Ita & eadem est Christi, ac Euangelij natura, quò magis persequeris, eò altiùs contra resurgunt. Obserua: Christus in his omnibus (quæ Matthæus cap. 21. Marcus cap. 11. & Lucas cap. 19. fusiùs explicant) voluit ostendere futuri sui regni quoddam specimen, vt nihil omitte-

Ramos accipere & obuiam Christo ire, sunt fidei effectus.

Palma victoriã adumbrat. Palmam dare.

Victoria Christi.

Palmæ proprietas.

ret,quò Iudæis se Christum esse probaret.

Clamare, verbum Euangelicum.

[ET clamabant.] CLAMARE, verbum est pertinens ad Euangelium: est enim Euangelium aperta, & vniuersalis doctrina, quę ad omnium aures peruenit: non in vnius populi fauore (sicut Lex) sed in omnium salutem nuntiatum est Euangelium. Clamabant cõgratulatorium carmen, quẽadmodũ populus solet publicũ testari gaudiũ. Clamabant. & foris cõsitebantur, quod intus in animis credebant. Psalmo 118. Credidi, propter quod locutus sum.

Osanna.

Ihasa.

Na.

[OSANNA.] OSANNA, dictio est Hebræa ab apud nos. Nũc salua, seu Salutẽ da: nam OSA est à verbo IHASA, à quo fit nomẽ Iesus, & interpretatur, Saluificat. NA autẽ, particula est obtestantis: vt vnusquisque legi potest & Osanna, & Osiana, vt ex Mose Kimhi de defectibus videri potest. Huius vocis variam interpretationẽ, si delectat audire, legito Hieronymum 3. tomo Epistolarum, epistola ad Damasum Papam, folio 125. Hæc acclamatio sumpta est ex Psalmo 117. vbi ita leguntur ad Domini pompã propriè respondẽtia. Lapidem, quẽ reprobauerũt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris. Hęc est dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea. O Domine saluum me fac, &c. Siue, vt alia translatio habet, Obsecro Domine, serua nunc, obsecro Domine, da nunc prosperitatẽ. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hinc iam aperta sunt tum quæ hic ab hoc Euangelista, tum quæ ab alijs scripta sunt. Osanna filio Dauid, benedictus, &c. fuisse fausta quandã comprecationẽ. Quemadmodum

Magistratum incuntiũ mos.

incuntibus magistratũ aliquem, solent benoprecari, & optare rei rei prospectum successum: ita & hoc modo fuit animatus his populus erga Christum. Osanna, id est, saluifica, & fortuna huic Filio Dauidis omnia fœlicem habeat progressum regnũ huius Messiæ aduentantis: & de illi cuncta fausta, et auspicatissime regnũ suum auspicetur. Fac in tuo nomine ingrediatur, vt benedictus sit, & omnia, quæ tentarit, secundet. Quòd autem hoc fuerint precati, videtur apertum ex Marco cap. 11. qui refert hos dixisse. Benedictum hic regnũ Dauid patris nostri, quod venit. Congratulatur igitur hæc turba Christo Regi, & Messiæ, fœlicem sui regni progressum. Obserua.

Non sine causa vocem Hebraicam Euangelista reliquit; opinor, quòd peculiaris sit eius gentis acclamatio, quemadmodum apud Romanos, iò triumphe.

Iudæorũ peculiaris acclamatio.

[BENEDICTVS. qui venit in nomine Domini.] Agnoscentes benedictum Domini, Christum ipsum esse, qui regnum Dauidis esset restituturus, acclamant, Benedictus qui venit, non in nomine proprio, non ad gloriam propriam, sed IN NOMINE Domini, hoc est, ad gloriam Patris: quasi dicerent, Hactenus variis tyrannis pressi sumus: nunc gloria Deo: sit laudatus, fœlix, augustus, fortunatus, & victoriosus hic noster Rex & Messias, qui venit, siue qui venturus erat, nõ aduersarius Deo. VENIT enim in nomine Domini, hoc est, à Deo destinatus, & vnctus nobis aduenit. Salus & prosperitas sit huic nostro regi. Faue nunc, iuua, & salua, qui habitas in altissimis. Similiter interpretandum venit cum illud apud Marcum, Benedictum sit regnum Dauid, &c. tum apud Lucam, Pax in cælo, & gloria in altissimis: quo significare volebant, nunc demum in cælis veram pacem donatam hominibus, & magnam Dei misericordiam, ac immensam bonitatem effulsisse. Ex his colligimus hanc acclamationem, esse inuocationem ad Deum Patrem, vt filij sui regnum fortunare, & prosperare velit. Obserua. Hæc omnia nobis commendant regnum Christi, quod solum in nomine Dei venit. Regnum mundi sua quærit, & Satanæ meretur in solo Christi regno salus, benedictio, virtus, prosperitas, & gloria, in quo sumus, dum fide viua Christo adhæremus, qui nos à tyrannide mundi, carnis, & Satanæ liberauit, & suo spiritu donatos, filios & hæredes Dei æternùm facit. Huc pertinet quod suprà cap. 5. dixit, Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.

Congratulatoria acclamatio.

Venire in nomine Domini.

Acclamatio inuocatoria.

Regnũ Christi.

Regnũ mũdi.

[REX Israel.] Fatentur Christũ regem Israel. Quasi dicerent, Hic est verus Messias in propheris promissus, qui nõ venit erepturus tẽporalia, exacturus tributa, aut ferro, & armis ducturus exercitum: sed erecturus regnum in spiritu, & veritate. Psal. 2. Ego autẽ cõstituta sum rex a deo super Sion mõtem sanctum eius, prædicãs præceptum eius. Hæc omnia nos admonent in primis, vt gratiũ simus pro Euangelio: deinde inuocemus Deum,

vt ve

vt velit Euangelium fortunare, & prosperè propagare.

[ET inuenit Iesus asellum.] Alij Euangelistæ hunc ingressum Christi in Ierosolymam pluribus explicant circunstantijs, noster Euangelista obiter de illo tractat: & quod alij fusius dixerunt, Ioannes quodam compendio dixit, Iesus inuenit asellum, quem duo discipuli suo iussu adduxerunt.

Ingressus Christi in Ierusalē.

[ET sedit super eum.] Non purpura ornatus, & holosericatus curru aureo vehitur, trahens post se exercitū: sed asino insedit: in primis, vt figuræ satisfaceret, cuius Patriarcha Iacob in suis benedictionibus meminit, Genes. cap. 49. Et ipse erit expectatio Gentium, ligans ad vineā pullum suū, & ad vitem, ô fili mi, asinā suam. Asina subiugalis, Iudæi sunt Lege & Legis disciplina eruditi. Pullus, animal immundum, in Lege symbolū erat Gentium populi immūdi, super quo insedit Dei verbum Iesus, subijciens indomitum, & ineruditum illum, quasi pullū nouum adductum in nouam Ierusalem, quādo subditus est Euangelio. Ligantur ad vitē, quæ est Euangelium viuum cor exhilarans. Vocati enim sunt Iudæi & Gentes ad Euangelium. Est certè Iesus Christus Iudæorū & Gentium salus, & cōmunis Saluator, apud quem nō est personarum acceptio. Si aliam velis allegoriā, Carnem nostrā quouis onāgro ferociorem adumbrat asinus indomitus. Necessarium est, carnem nostram pati Christum sessorem, vt glorificetur Christus: nisi enim patiaris Christū sessorem, hoc est, carnem tuam cum vitijs & concupiscentijs crucifigi, siue carnē tuam mortificari Christi spiritu, non glorificabitur in te Christus. Obserua, hæc insessio super asellum insinuat philanthropiam, qualitatemque Christi regis & regni eius.

Asina subiugalis.

Pullus.

Vitis.

Christus communis Saluator.

Asinus indomitus.

Christus sessor nobis necessarius.

Regnū Christi quale.

[SICVT scriptum est, Noli timere filia Sion.] Asino insidens Prophetiæ satisfacit Christus, qua Zacharias cap. 9. cōsolatur filiam Sion, siue Ierosolymitanos, ne abiectione, & humilitate personæ Christi, scandalizarētur. Incredulitatis, infidelitatisque signum est timor seruilis, qui ex diffidentia oriri solet. Noli igitur tu Ierusalem offendi, & scandalizari, dum videris Christū regem tuum, humilem, & contemptam personam insidentem asello, & non vectum aureo curru: sed crede in eum, & suscipe illum:

Zachariæ prophetia expenditur.

Timor seruilis ex diffidentia.

illum: qui quanquàm humiliter incedat, & de facie videatur tibi humilis, & contempta persona, tamen ipse est Messias tuus, rex tuus, & Saluator tuus. Quare, ô Ierusalem, noli timere, id est, noli incredula esse, dum tuus Messias aduenerit. A tam sancta exhortatione defecit Ierusalem, quæ Christo aduentante timuit, id est, incredula fuit erga Christum, cuius abiectione, & contemptu offensa, & scandalizata, neque illi credidit, neque illum suscepit. Factus enim est Christus Iudæis scandalum. 1. Corinth. cap. 1. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Cæterùm quanquam solitus esset antehac Christus pedibus iter conficere, tamē semel voluit sic asino insidens cum honore regio ingredi Ierusalem, vt non solùm confirmaret Scripturam, sed etiam vt vel sic Iudæi Christum ex tam publico & singulari Prophetarum testimonio agnoscerent esse Messiā. Obserua, ΣΙΩΝ, est mons Ierosolymæ (qui aliàs mons Domini: item & mons sanctus dicitur) in cuius vertice erat arx constructa, quæ à Dauide, ciuitas Dauidis est vocata. 1. Regum cap. 4. Est & nomen montis Amorrhæorum, qui & Hermon dicitur.

Christus quare voluit asinæ insidere.

Sion.

Dauidis ciuitas.

Hermon mōs.

[ECCE.] Vox attentionis est ECCE, qua non solùm somnolentos, & tardos Iudæos, verūetiam nos ipsos velut è somno, ac infidelitate ad credendum, & fide viua excipiendum quod narraturus est, excitat, veluti aliquid magnum, & auditu mirabile, quódque ingens momentum habeat. Dicturus enim est Zacharias de re seria, & magna, nimirum de Messia tuo, & saluatore. Hoc vt magno desyderio expectatum est, ita summo nunc cum gaudio debet meritò excipi. Obijciet quispiā: Quid nos attentos vult Propheta, quum in hoc ingressu nihil legamus quod regem deceat? Respondeo: Hic ingressus non est aliquo nostro sensu metiendus, meditandúsve, sed fide, quæ ex auditu diuini verbi est, & indicat, & solùm sequitur quod verbo Dei percepit. Pendet enim fides ex audito verbo, & nihil minus, quàm à visu, aut externa specie. Quò fit vt nullus hoc ingressu cognouerit Christum regem, nisi qui verbum Zachariæ sequutus, in rem

Ecce particula

Christi triumphalis ingressus in Ierusalē fide meditandus.

Fides vnde pēdet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Filia Sion dici.

rem Prophetia significatam crediderit : cuius regnum non his corporeis oculis, sed spiritu metiendum est. Hoc qui facit, vere in album filiarum Sion annumeratus est.

Diuitiæ regni Christi.

[REX] REX, non tyrannus, & prophanus, sed sanctus, & spiritalis, qui regat, tueatur, & defendat ab aduersariorum machinis. Huius pompa non est oculis, & sensibus obiecta : huiusmodi enim non esset fidei locus: sed qui hunc regem excipiunt, & in eum credunt, certò agnoscunt sub hoc humili, & paupere ingressu, aditum ad cælos, sub paupertate diuitias, gloriam sub ignominia, in tribulatione gaudium, & vitam sub morte experiuntur.

Tyrannis.

[TVVS.] Valde emphaticè dicitur TVVS. Hic locus separat hunc regem ab omnibus alijs. Quasi dicat, Tuus est, & tibi promissus, & in cuius peculium cessisti: hic solus est, qui te gubernare debet, non imperio externo, sed spiritu, nisi durissimam seruire seruitutem, ac vinere vitam amaram, omnique angustia refertissimam, velis. Quòd si Christus tibi non adsit, & te gubernaris, innumeris tyrannis es obnoxius : quos non Reges, sed animarum mactatores, & excarnificatores iure dixerim. Sub quibus si egeris, indicibili premêris necessitate, & angustia. Quid, te per Deum rogo, truculentius dæmone, carne, mundo, peccato, lege, morte, & inferno ? Si in istorum manus incideris, actum est de te. Heu te miserum, occidisti, perijsti. Regnante enim peccato, semper afflicta, & intranquilla est conscientia, nunquàm abest metus mortis, & inferni. Vnde nulla inibi pax, gaudium nullum, nihil voluptatis concipit animus : Et, vt scribitur Leuitici cap. 26. etiam terrebitur cor huiusmodi à sonitu folij volantis. At si hunc fide viua regem exceperis, tutus, & lætus viues, quem certò scies esse horum omnium tyrannorum victorem, & interemptorem. Qui hac causa tuus est, vt te ab his grauissimis tyrãnis liberatum gubernet, & defendat: qui vt purus est, & à peccato alienus, viuit, & est beatus, ita te à peccato liberum, viuentem, & fœlicitate potiẽtem æternùm seruabit. Quare Tuus dicitur, à quo ita gubernaris, vt ereptus ab aduersarijs, ab ipso nunc in gratia, in spiritu, in vita, in cælo, in Deo regaris, & ducaris suauissimè. Hæc omnia tibi cõtinuata, si crediderit

si crediderit in Christũ. Qualẽ enim tibi credis Christũ, talem habes. Quicquid de eo tibi polliceris, id in eo inuenis, & omnino secundum quod vere crediderit, fiet tibi. Obserua: Pronomen TVVS, videtur aliquid insinuare de priuilegijs Iudæorũ, de quibus agit Apostol⁹ ad Ro. 2. 10. cap. 4. In hoc est charitas: no quasi nos dilexerimus Deũ, sed quoniã ipse prior dilexit nos, & misit Filiũ suũ propitiationẽ pro peccatis nostris. Qui fieri potest ad eũ tuis viribus prior venias, quũ altiùs & longiùs habitet, quàm vt ad ipsum tuis opibus, opera, aut labore queas pertingere, ne scilicet gloriari possis te tuo merito, & tua dignitate pellexisse ipsum ad te. Necessaria igitur est eius prævctio, & fauor, sine quo nihil boni agere possimus. Verùm necessariũ est ipsum ponere primũ nostri ædificij lapidẽ, & date nostræ saluti initiũ, vt eũ quæramus, ac inuocemus. Semper venit, qui semper præstò est adiuuare, dum fores pulsat: Pulsanti igitur aperi. Apoc. 3. cap. Ecce sto ad ostiũ, & pulso: Si quis audierit vocẽ meã, & aperuerit mihi tanuã, intrabo ad illum, & cœnabo cũ illo, & ipse mecũ. Proinde venit Christus propter veritatẽ Dei cõmẽdãdã, quã loquitur multò antequã essem⁹, nobis promissus fuit, q nihil eorũ, quę promittit, nõ cumulatissime præstat. Hęc nos inuitãt vt cõfidẽter promissis ipsius fidam⁹. Apud Zachariã legitur, Venit mãsuetus, id est, blãdus, & mitis est, nõ terret cõscientias peccato saucias, sed consolatur, & veniã offert. Additur, iustus, & Saluator: id est, Venit vt te iustificet, & saluet, ne pereas, sed æternùm viuas.

Christus nobis talis, qualis creditur.

Deus præuenit nos.

Fauor Dei nobis præsentissimus.

[TIBI.] Hic datiuus TIBI, emphasim habet. Quasi dicat, Venit tibi promissus. Respõdebit aliquis: Nũquid satis erat, tuũ esse Regem? Si enim tuus est, ad quid addere oportuit, Venit tibi? Respõdeo. Zacharias eò hæc omnia sic nobis explicuit, cùm vt Christi philãthropiam nobis describeret, tũ vt tãtò efficacius ad fidẽ nos pelliceret. Vt enim nõ sat erat, Christum pro nobis mortuum esse, nisi & resurrexisset, ita non sat erat Christo nos tyrannide, & dominio peccati, mortis, & inferni liberaret, agerétq; regẽ nostrum, nisi & sese totum nobis donaret: vt quod suum est, nostrum faceret. Ipsius enim gratia filij Dei, & hæredes Dei dicimur, iã cũ ipso sedemus in cęlestibus.

Christus se totum nobis donauit.

Huc

Christum habens duplici dono ornatur.

Huc pertinet quod ait Paulus ad Rom. cap. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Propterea qui fide viua Christum amplexatur, duplicia à Christo bona habet: Primùm, fidem, & spiritum, quibus à peccatis purgatur & liberatur: deinde Christum ipsum, vt gloriari queat de acceptis ab ipso bonis, ac si propria essent. Huc pertinet quod scribit Esaias cap. 40. Consolamini cõsolamini popule meus, dicit Deus vester: loquimini ad cor Ierusalẽ, &c. Sequitur, Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Colligamus ex his, In eo quod est rex tuus, suscipis ab eo gratiam in corde tuo, qua à peccato, & morte liberaris, & fit rex tuus, tu verò subditus eius. At in hoc quod tibi venit, cedit tibi in peculium, vt iam potestatem habeas in eius bona propria, velut sponsa ius accipit in ea, quæ sponsi sui sunt: vt ornatum, quo ipsam condecorauit. Suauissimam hæc omnia pijs afferunt consolationem: quæ si animo non exciderint, nunquàm diffidentiæ, & desperationi erit locus.

[SEDENS super pullum asinæ.] Pacificus est hic ingressus, nihil armorum hic crepat, nullum auditur clasicum, nullus equorum hinnitus, non insidet equo, qui animal est terrificum, neque pompa terrifica & potentia adornat, sed asino vehitur Dominus, quod animal duntaxat oneribus gestandis, & labori in vsum hominum natum est. Quo significare voluit se nequaquam venire, vt terreat, vrgeat, aut premat hominem: verùm vt adiuuet, onúsque ipsius in se recipiat, & ferat.

Asinus.

[HAEC non cognouerunt discipuli eius primùm.] Non cognouerũt discipuli hæc mysteria, scilicet quòd Christus iuxta Propherarum vaticinia deberet insidere pullo asinæ, & sic ingredi Ierosolymam, opinantes hæc agi fortuitò. Nouerant quidem quod scriptum est apud Zachariam, sed non intelligebant id de Christo dictum fuisse. Siquidem scandalizati fuissent, si rex crucifigeretur, & tam durè à Iudæis tractari se permitteret. Quum dicit PRIMVM, significare vult Euangelista tempus illud, quo nondum illis per Spiritum Sanctũ reuelatum fuit Scripturarum mysterium. Qua in re obseruabis huius

Discipulorum ignorantia ante acceptũ Spiritum.

huius Euangelistæ sapientiam, & humiliationem, qui priorem suam ignorantiam prædicare non erubescit.

[SED quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hæc scripta erant de eo.] Gloriam hoc loco dicit ascensionem, & Spiritus Sancti missionem post crucem, passionem, & resurrectionem, significans solo Spiritus Sancti dono, cùm opera Christi, tum Scripturas intelligi. SED quando glorificatus est, &c. ac si diceret, Postquam ascendit Iesus ad dexteram Patris, & misit suum Spiritum, tum ipsi ex Spiritus Sancti reuelatione, conferentes rem gestam cum Prophetæ dictis, RECORDATI sunt, id est, in memoriam reducentes quæ gesta à Christo viderant, animaduerterunt illa, hoc est, Zachariæ vaticinium (quod acclamatum est à turba) & tam humilẽ ingressum in Ierusalem, scripta fuisse de Christo. Rogabis: Quum memoria sit eorum, quæ priùs nouimus, quomodo dicuntur Apostoli recordari eorum, quæ priùs non nouerunt? Respõdeo: Recordati sunt eorum, quæ gesta sunt à Christo, quæ reuelante Spiritu Christi cum testimonijs Propherarum contulerunt, & admirabilem veritatis consensum, atque responsum dictorum Propheticorum ad opera Christi comparatum. Obserua ex his, neminem intellexisse crucis opus fuisse viam ad resurrectionem, & gloriam, nisi misso Spiritu Sancto.

Gloria.

Memoria.

[ET hæc fecerunt ei.] Accepto Spiritu Sancto discipuli cognouerunt quòd hæc, scilicet adduxisse pullum cum asina, simul & congratulatorium carmen, Osanna, &c. ceciniſſet, FECERVNT ei, id est, hæc facientes inseruierunt ei, vt regi Messiæ, cui is debebatur honos à Prophetis prænuntiatus.

[TESTIMONIVM ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis.] Huius processionis, siue exitus, quo ab Ierusalem obuiam Christo turba abijt, causas adducit. Hæc est causa: Quia qui pridem adfuerant iuxta Bethaniam (quum Dominus Iesus excitaret Lazarum de monumento) quod oculis conspexerant, cęteris narrabãt, testimonium perhibentes de Christi potentia, & cõmendantes hoc tam insigne miraculum coram omnibus. Vnde excitati Ierosolymitani prodierunt, & processerunt

obuiam Iesu. Obserua. Hæc omnia. QVANDO Lazarum vocauit, &c. sunt voces, quarũ singulæ potẽtiã & vim verbi Christi exaggerant. VOCARE enim de monumento, & suscitare à mortuis, non nisi magnã potentiã requirũt.

[PROPTERREA & obuiàm venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum.] Audito tam insigni miraculo ab his, qui viderant à Christo factum, quale nõ erat auditum ab orbe condito, copiosissima hominum multitudo processit ex Ierusalem in aduentum Christi: quia hoc tam prodigiosum miraculum palàm diuinam quandam virtutem præ se ferebat, honos quoque Christo exhibitus est, qualis nulli vnquam Prophetarum datus fuit.

Miraculorum vsus.

Obserua. QVIA audierunt, &c. Suscitatione Lazari excitati sunt turbæ ad glorificandum Christum. Vnde monemur verum miraculorũ vsum esse, gloriam Dei illustrare, commouere vt obuiam eamus Christo, & eum suscipiamus regem nostrum. Quare nisi in his gloria Christi manifestetur, eadémque illustretur, mera est Satanæ impostura.

Satanæ impostura.

[PHARISAEI ergo dixerunt ad semetipsos.] Hactenus insigne populi studium erga Christum audiuimus, nunc audiemus tendicula, & retia Pharisæorum aduersus Christum: qui videntes turbam tanto studio, tamque grato carmine, & honore tãto sequi, & excipere Christum, animos propemodũ desponderunt, & in desperationem ferè adiguntur: nec tamẽ ab impio cœpto resipiscũt, sed immodia disrupti, odio feruentes inter se cõmurmurãt, dicentes.

[VIDETIS quia nihil proficimus?] Hoc consilium eò tendit vt à verbis ad verbera, & à deliberatione ad executionem facti eatur: sed dum consultant, & ex deliberatis concludunt, sua se sententia condemnant, & sua glorio seipsos enecant. Nam quò plus insidiarũ, & proditionum machinantur aduersus Christũ, eò plus illustratur, inclarescitq; gloria Christi: & ipsorũ plus sordet doctrina & religio. VIDETIS, quasi dicant, re ipsa experimini quòd omnibus machinamentis nostris, nostra cunctatione, & mãsuetudine frustrà laboramus: sed quò magis obsistere conamur, eò plus inclarescit eius authoritas, & populi studium accenditur, & nihil proficimus. O impij Pharisæi, si vestris conatibus nihil proficitis, mutate conatus, & excipite

& excipite eum honore, quem extinguere molimini.

[ECCE totus mundus post eum abiit.] Argumento à necessario, & periculis petito, sese arteutos reddunt. ECCE, anteà paucos habebat discipulos, nunc verò totus mundus, &c. per auxesim, id est, augmentum, dicitur, commendatúrque potentia Christi, & Euangelij, quòd TOTVS mundus, id est, turba, ABIIT cum eo, id est, illi adhæret, & credit in eum: adeóque à nobis defecit ad illum, vt nobis iam nec satis tutum sit palàm illi manus inijcere. Festinemus igitur ad propositum negotium antequàm tantum malum latius serpat, totámque occupet vrbem, cui modis omnibus obuiandum est. His mutuis verbis sese cohortabãtur impij Pharisæi, vt maiori-

Auxesis.

bus præsidijs, dolisque Christum adorirentur: vnde tantum facinus non priùs peragunt, nisi habito Pharisæorum, Scribarum, Sacerdotum, ac Seniorum magno consensu, adiunctaquoque sibi plebe, quæ vento mutabilior facilè ijsdem accenditur furijs: addita Pilati præsidis authoritate, accersito & Iuda proditore.

[IBANT autem quidam Gentiles ex his, qui ascenderant.] Tacitè vocationem Gentium insinuat Euangelista. Pharisæi, Seniores, Scribæ & Sacerdotes aduersus Christum conspirantes, & occidere quærentes labuntur, & in præceps ruunt. Gentes verò reiectum à Iudæis Iesum videre, & amplexari cupiunt: vt iam videatur lapsus Iudæorum fuisse occasio Gentibus ad gratiam. ad Rom. cap. 11. Sed illorum delicto, salus est Gentibus: vt illos æmulentur. Quòd si delictum illorum, diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum, diuitiæ gentium: quantò magis plenitudo eorum? Hi ergo veluti primitiæ conuersionis Gentium, cum in templo adorandi, tum Iesum videndi gratia venerant Ierusalem: templi enim Ierosolymitani tanta erat veneratio, vt etiam è longinquis regionibus eò religionis gratia multi Gentiles proficiscerẽtur, quod ex Actis Apostolorum, cap. 8. legimus obseruatum ab Eunucho Candacis reginæ Æthiopum. Hoc itaque ritu, & consuetudine excitì hi Gentiles, conscenderunt Ierosolymam. Aut hi fortasis proselyti erant. hoc est, ex Gẽtilismo ad Iudaismum defecerant, qualis & vnus fuit Cornelius Cęsariensis. Magis mihi arridet prior sententia, quòd

Gentium vocatio.

Proselyti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnino Gentiles essent, cui subscribit Theophylactus.

[VT adorarent in die festo.] Circunstantia in die festo, ostendit zelum, & pium illorum adorandi affectum: nã mirum in tempore maioris deuotionis, & concursus populi, vnde maior consurgebat cultus. Verbo Adorarent, compræhendit totum cultum, quem Gentiles illi Ierosolymis expedire voluerunt, VT adorarent. hoc est, seipsos sanctificarent, & precibus Deo se commendarent. Obserua, pium, & religiosum in templis cultum non solum esse Deo gratissimum, sed etiam euocare idololatras ab impio cultu ad gloriam Dei, & ipsius cultum castum, & plane diuinum.

Adorare.

Templorũ cultus ab idololatria euocat.

[HI ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ.] Hi Gentiles humilitatis gratia, & iam fidei abnegatione exciti, non audent Christum adire: sed quod desyderant, per internuntios Apostolos agunt. Cupiebãt certè non solum obiter in turba Iesum videre, sed commodius etiam salutare, & loquentem audire. Tam ingens desyderium videndi Iesum consurgebat ex his, quæ de Iesu tam admiranda audierant. Adeunt confidentiùs Philippum, cui ob patriæ viciniam (erat enim è ciuitate Bethsaida, quæ est Galilææ gentium) erant noti.

[ET rogabant eum, dicentes.] Moti studio videndi Christum, rogant Philippum sympatriotam, vt sibi aperiret aditum ad Iesum.

[DOMINE.] Magnificiunt Philippum, quem dignitatis nomine salutant, & ab eo benecuolentiam expetunt, hoc honoris verbo, DOMINE.

[VOLVMVS Iesum videre.] Saluus sis Domine, Nostri sympatriotæ magna cupiditate videndi Iesum tenemur, eam gratiam nobis facito, qua per te fiat nobis aditus ad magnum illum Propheram Iesum Christum, de quo tam miranda audiuimus. Obserua: priorum est hoc desyderium, velle videre Iesum sicuti est, quem nunc fide vident, & familiariùs ei colloquuntur.

[VENIT Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu.] Videbatur Andreas maioris esse authoritatis apud Dominum, quòd primus omnium esset vocatus. Obserua modestiam & bonum ordinem. Philippus rem aperit, & communicat Andreæ (tanquam ei, qui

ei, qui ante se vocatus erat) eiusdem ciuitatis collegæ. At Andreas nihil sibi arrogans, simul accipit & Philippum, & ita fidenter adeuntes Iesum, exponunt illi quosdã esse non Iudæos, sed Ethnicos, qui tamen illius videndi desyderio flagrarent, si dignaretur admittere. Obserua quòd hi per Apostolos ad Christum ducuntur. Id est, quod alibi dicitur, Non sum missus nisi ad oues, quæ perierũt domus Israel. Nam Spiritu Sancto cælitus misso in die Pentecostes, abierunt Apostoli in vniuersum terrarum orbem, prædicaturi Euangelium, quorum prædicatione adductæ sunt Gentes ad Christum.

[IESVS autem respondit eis, dicens.] Quum instaret tempus, quo per Euangelium euehendus esset Dominus in Gentibus, qui tam impiè sperni se à Pharisæis, & sacerdotibus videns, atque Ethnicos sui videndi desyderio teneri cognoscens, cœpit hac occasione discipulis suis aperi re mortem suam, & ex ipsa quantum vtilitatis & fructus non solùm Iudaicæ Genti, sed vniuerso mundo contingeret. Miraculo Lazari suscitati Christus plurimos cùm Iudæos, tum Gentiles ad amorem sui pertraxerat, & quandiu vixit, non paucos verbo, & miraculis sibi conciliauit: sed longe plures (nimirum omnes totius orbis) mors ipsius, & resurrectio attraxit. Vnde discipulis pium Ethnicorum affectum exponẽtibus, dignatur aperire fructum suæ mortis, qua aduocandæ essent Gentes, quarum primitiæ erant, qui Christum salutare, & compellare tantopere desyderabant.

Resurrectionis virtus.

Gentium primitiæ.

[VENIT hora, vt clarificetur Filius hominis.] Quasi diceret, Audistis Hebræos gratulatorio carmine mihi cõ gratulantes dixisse, Benedictus qui venit in nomine Domini. Nunc simili desyderio videtis Gentium primitias aduectare: putantq; Pharisæi, & Sacerdotes horã appetisse, qua Filius hominis prorsus sit extinctus: sed apud vos certò statuite venisse horã (alludit ad tẽpus, quo abire debuit Euangelium ad Gentes) VT CLARIFICETVR Filius hominis, hoc est, vt Christus, quàm latè orbis pateret, agnoscatur, & celebretur. Videtis Gentes pulsare iam fores, summisq; votis me exoptare, ad quas certè abeundum erit, quũ lata sententia Iudæi me reiecerint. Hæc clarificatio, & gloria, nouo gloriæ genere, & noua ratione

Hora Christi.

Gloria per mortem.

parabimur: nempe morte mea. Quum igitur Gentes vēniāt ad me, nūc instat hora vt crucifigar. Quare permittā Iudeis vt iniustis manibus finem imponāt, & me morti tradāt, vt posthac nullus sit excusationi locus, si relictis illis vt crucifixoribus, & mei contemptoribus, abiero per vestrā prædicationem ad Gentes, quæ nunc cœperunt ad doctrinam meam venire. Neq; iustum foret mihi Gentibus dari, quæ tantopere Euangeliū & salutem sitiunt. Hæc nos docent quòd Christus ante glorificationem non debuit Gentibus prædicari. Sicut etiam scriptū est, In viam Gentium ne abieritis. Sed glorificato Christo, dictū est Apostolis, Ite, docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti. Obserua hoc loco, finalem crucis effectum esse glorificationem. Ergo si ad gloriam venire volumus, æquo animo ferenda est crux. Per multas enim tribulationes (dicebat Paulus in Actis) oportet nos intrare in regnum Dei.

Euangelium Gentibus incognitū ante glorificatū Christum.

Crucis effectus.

[AMEN, amen dico vobis.] Quia ad hanc gloriam (qua Christus per vniuersum mundū celebraretur, & illustraretur) nō nisi per mortem veniendum erat, addidit iuramentum in re seria & certa, & qua vtilitas proximi postulare videtur, scilicet, quòd oporteat eum clarificari per crucem.

[NISI granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructū affert.] Argumento à similitudine exēpli petito, probat Christus suam mortem esse frugiferam, & suauissimam. Nobis afflictis affert consolationem, qua docemur quòd ideò affligimur, vt fructificemus, & copiosiorem afferamus fructum. Quum mortis meæ (inquit) memini, vobis insurgit nescio quis horror: sed illud pro certissimo habetote, NISI granum frumenti in terram decidat, & ibi sepultū putrescat, mortuumque fuerit, solum incolume, infructuosum, & inglorium manet, nihilque fructus ex sese producit: quod in terram proiectum, sepultum, & mortuum, MVLTVM fructum affert, supple gloriosum, & fructuosum, id est, fructificat, rursum emergens cum fœnore: reddit enim pro vno grano centum, lætáque seges latissime campos occupat, & vbere prouentu ditat agricolas. Ita nisi moriar, & corpus meum

Granum frumenti.

meum in terram missum sepeliatur, non afferam fructū ijs, qui tantopere suam sitiunt salutem: sed si mortuus, & sepultus fuero, mox resurgam, & è sepultura emergam gloriosus cum fructu & fœnore vbertimo. In toto enim orbe fructum faciam, Patri adductis quàm plurimis: tum certè Euangelium meum per prædicationem vestram fructum feret copiosum apud omnem creaturam, quæ sub cælo est. Obserua: Vt granum frumenti contemptum in terram proijcitur, & moritur, sed statim emergit læta seges: ita & Christus contemptim crucifixus est, & morti traditus, sed gloriosus resurrexit, & cum fœnore. In hac similitudine adumbrātur duæ partes pœnitentiæ, mortificatio, & viuificatio: item duæ crucis partes, quarum altera est, affligi, seu mori: altera, rursum liberari, & viuere. Effectus crucis, afflictionum, & mortificationis, est gloria. Hunc effectum abundè Scriptura explicat, ad Hebræos cap. 12. In disciplina perseuerate, tanquam filijs vobis offert se Deus: quis enim filius, quē nō corripit pater? Et paulo post legitur. Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris, posteà autem fructum pacatissimum exercitatis per eā reddet iustitiæ. Item ad Timoth. cap. 2. Nam si commortui sumus, & cōuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus. Nemo igitur rectè ac vere suscepturus est Euangelium, nisi per mortificationē, qua moriatur ipsi peccato, & viuat Deo, ambulans in nouitate vitæ. Vt enim granum nō fructificat, nisi in terra mortuum fuerit, ita nisi terræ, hoc est carni moriamur, nunquàm vitam, & gloriam assequemur, nunquàm fructificabimus, & copiosos reddemus fructus. Colligamus ex his. Quicquid sub & cum cruce Christi seminatur, altas agit radices, & fructum affert copiosum, non solum sibi, sed & alijs.

Simile.

Pœnitentiæ partes.

Mortificatio.

[QVI amat animam suam, perdet eam.] Posteaquàm Christus docuit viam, & fructū suæ mortis, nunc per accōmodationē ad parabolam de grano frumenti, ostēdit nos quoq; debere pati, & crucem ferre, idque aperit argumento à debito: Nō est discipulus supra magistrū. Siergo Dominus, (ait Christus) & magister vester, ad gloriam cruce euehor, operæ pretium est, vos quoque cruce ad gloriam euehi. Hæc omnia & fiunt, & cognoscuntur

Spiritu aliter quàm carne euehimur.

aliter,quàm caro,& mundus capiant.Nã accedimus ad gloriam per infamiam,& crucem: ad vitam,per mortẽ, & ad Euangelij sensum,& intellectum,per nostrorũ sen suum stultificationem in obsequiũ Christi. In his omnino cæcus est mundus,hanc doctrinam non intelligit,qui vult sua gloria gloriam,potentia potentiã,& æstimatione æstimationem parare.Annuntiat ergo,& vaticinatur Christus futuram Apostolorum, & omniũ credentium crucem,vt quemadmodum ipse per crucem est glorificatus,ita glorificentur omnes ministri eius.Animam hoc loco dicit vitam corporalẽ,& omnia,quæ sunt huius vitæ temporariæ.Aut hac vocula ANIMA,Dominus ũgni ficat quicquid ex nobis est.Nam quicquid perperam agimus, mori, & intercidere debet, vt nos de nouo nascamur,& in Deo viuamus. Ideo in Luca, cap.9.legitur.Si quis vult post me venire,abneget,non hoc,vel illud,sed seipsum.QVI amat animam suã,stipple in hoc mundo: hoc est,qui carni,& eius desyderijs,ac cõsilijs assentitur, vultuq; ad gloriam aliter attingere,quàm crucem,& aduersam vitã quàm mortem, seu mortificationem venire, perdet eam:quia dũ sic malè seruat,perdet eã.Non enim viuet, qui post hanc vitã morti æternæ, flammisque perpetuis addictus erit.Hic locus dissuasorius est:argumento enim à periculis petito,quæ imminent,& sequũtur, si cuticulã curauerimus,& crucẽ detrectauerimus,dissuadet ne crucem,& afflictiones detrectemus. Rogatus ergo de confessione fidei,intrepidus confiteatur Christum,neglecta vita sua corporali,ne vitam amittat æternam.Huc pertinet quod scribitur Matthæi cap.12. Quid prodest homini,si mundum vniuersum lucretur,animæ verò suæ detrimentum patiatur?

Cruc̃is encomium.

Anima.

Nos, nostrã, que interibimus, vt viuamus.

Mortui.

Fides nõ erubescenda.

[ET qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.] Argumento ab vtilitatibus mortificatiõis, & crucis,petito,suasorius est hic locus,ad crucem, & afflictiones æquanimiter pro fide ferendas: éstque præcedentis loci antithesis. QVI odit animam suam in hoc mundo.id est,qui abnegat semetipsum,dissidit de propria iustitia,proprijs viribus,& renũtiat omnibus, quæ nos auertunt à regno cælorum, & solo verbo Dei,& diuina misericordia nititur,is verè fert crucem, & cu

Crux æquanimiter ferenda.

& custodit VITAM, hoc est,animam suam,in vitã æternam.Hoc modo vitam impendere,non est interitus,sed lucrum: non enim perit anima,quæ discedit à corpore: hæc enim in Christo cũ Deo quiescit:hæc collocata, & deposita est in Christum,vt in æternũ seruetur:nec in totum perit corpus,olim fœlicius, & immortale reuiscturum. Qui ergo pro gloria Dei,& prouentu Euangelij ODIT animã suam,hoc est,vitã morti,& periculis obijcit,is nõ amittit vitã,quam impendit: sed custodit eam, pro mortali,breuique,ac misera vita,æternam,ac fœlicẽ vitam in resurrectione recepturus.Cõferamus hęc cum superiore simili,sic:Qui granum frumenti seruat,perdit & alioqui periturũ:qui verò in terrã defodit,is demũ benè seruauit,paulò post recepturus cũ lucro, quod perdidisse videbatur.En finalis vsus crucis,& mortificationis in ipsis afflictionibus,consolari,& breui quietem, & viferentium consolatio,quũ audiunt afflictiones breui sequuturam gloriã.Ad hanc doctrinã etiam ipsa rerum natura nos inuitat,quæ sic ferè habet,quod amara sequantur dulcia,& vicissim dulcia amara.Aduersus pericula consolaturus suos Aeneas lib.1. Aeneidos,ait,Dabit Deus his quoque finẽ.Hic locus promissionem Dei amplectitur:Deus in fide durantes cõpensabit vita æterna. Apocal.cap.21.Et ipse Deus cum eis erit eorum Deus,& absterget Deus omnẽ lacrymã ab oculis eorum,& mors vltrà nõ erit,neq; luctus,neq; clamor,neq; dolor erit vltrà.Obserua:verbo,ODIT,docet quanto studio auertere debemus carnis desyderia,& cõcupiscentias. Nõ enim sustinemus,vt videamus faciẽ,vel audiamus vocem eorũ, qui odio habentur: Ergo oportet nos tam vehementer affectos esse aduersus absurdos animę appetitus,vt summo odio illos habeamus. Appendix illa,IN HOC mundo,declarat de qua vita intelligat,quũ dicit,Qui odit vitã,nimirũ de tẽporali,& mũdiali. Odio quidẽ habenda est vita ad tẽpus:æternùm autẽ seruas viuentẽ diuinã vitam. Huc pertinent,quæ scribũtur Matthæi cap.5.Beati, qui persequutionẽ patiuntur propter iustitiam,quoniam ipsorum est regnum cælorum. Et Lucæ cap.14.Si quis venit ad me,& non odit patrem suum,& matrem,& vxorem

Vitam impendere.

Odire animã.

Afflictorū cōsolationes.

rem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Totus hic locus promissiones Dei habet, quæ crucē tolerabilē reddunt, ijs, qui non in præsentia, sed in futura per fidem respiciunt: vti Paulus 2. Corinth. 4. Propter quod non deficimus, sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim, quod in præsenti est momentaneū, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis, quæ videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt.

Apostoli, & gloria Patris: vos huius mysterij & beneficij eritis nuntij, qui vestra prædicatione per vniuersum orbem hoc Euangelium, hoc est, quæ feci, & docui, spargetis. Atque quod Pharisæi, & principes Sacerdotum mihi nunc machinantur, hoc in vos molientur impij. Totus hic locus ab exemplo Christi consolationes affert contra scandala crucis. Ait itaque Christus, SI QVIS mihi ministrat, id est, qui vult esse discipulus meus, ME SEQVATVR, hoc est, meo exemplo, pro gloria Dei patiatur. Hæc sententia eadem est, quam alij Euangelistæ scribunt, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & sequatur me. SEQVI Christum nihil aliud est hoc loco, quàm exemplo Christi ferre crucē, & formam ferendi eam petere à Christo. Quod apertè docetur, primæ Petri cap. 2. In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius: qui peccatum nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: qui quū maledicereturnō maledicebat: quū paterentur, nō comminabatur, &c. Ratio, quæ nos inuitat ad sequendum Christum, est à debito. Nam neque discipulus est supra magistrum, neque magistro melior. Quum igitur discipuli simus Christi, oportet nos sequi præceptorem Christum. Præcessit ille in crucē, ergo & nos sequi debemus.

Cōsolationes contra scāda la crucis.

Christū sequi.

mus. Obserua: Sequi Christum effectus est fidei vinæ, quę nobis aperit Christum curam habere de nobis afflictis, & in cruce existentibus.

[ET vbi sum ego, illhic & minister meus erit.] Quidam interpretatur hunc locum ad hunc modum: Quibuscunque malis ego à mundo affectus fuerim, ijsdem afficientur ministri mei: sed nō est quòd animos despōdeāt: nam sicut Pater non me reliquit in cruce, sed semper mecum fuit, & per crucem me glorificauit: ita & ego adero meis discipulis, dum in cruce erunt, vt vnà glorificentur. His applaudit Paulus Rom. cap. 8. Si tamen cōpatimur, (inquit) vt & conglorificemur. Videtur mihi hic locus consolatorius: affert enim suauissimam pijs, & credentibus consolationem, argumento à præmio, ab vna mansione cum Christo magistro, à liberatione, & hæreditate, petito, ratiocinatur ad hunc modum: Ego per crucem præmium magnum adeptus sum: ergo vos mei imitatores, per crucem præmium magnum consequemini: Ego passus sum, & breui liberatus: Ergo & vos patientes, breui liberabimini. Ego per crucem ad gloriam veni: Ergo vos patientes gloriabimini. Qui ergo me imitantur, & meo exemplo patiuntur, & in aduersis durant, simul & meo exemplo glorificabuntur. Obserua: non dicit, Vbi ero, sed VBI sum, vt cognoscamus nō corporeum esse locum, sed fœlicitatis gaudium, in quo ipse Iesus etiam in quantum homo ab instanti conceptionis fuerat secundum superiorem animæ partem.

Piorum cōsolatio in afflictionibus.

Gaudiū Christi.

[SI quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.] Videtur hic locus expositio quædam Rhetorica præcedentis sententiæ. Quasi dicat, Si quis meo exemplo, crucem tulerit, & me etiam cum suæ vitæ dispendio coram hominibus confessus fuerit, & in cruce fuerit me sequutus, illum cohonestabit, & glorificabit Pater meus, sicut me per crucem glorificat. Nam ad Roma. capite 6. Si complantati, id est, insitiij facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc est, nimirum & resurrectionis participes erimus. Qui ergo se fidū in negotio Euāgelico ministrū præstitit, hūc Pater æterna fœlicitate, veráq; gloria decorabit. Terrebit vos fortasis præsens afflictio, cruciatum suum

propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter humani corporis infirmitatem habens: sed hanc humanæ naturæ trepidationem, & imbecillitatem vincat considerata multorum salus, intellecta vitæ perennis fœlicitas, & animi Christiani fortitudo semper à præsidio cælesti pendentis.

Anima Christi turbata.

[NVNC anima mea turbata est.] Ne videretur Stoico, & impassibili animo sed vt cõprobaret se verũ hominem, & vere passibilẽ nõ solùm corpore, verùm etiã animo: & ne quis obijceret q̃ extra humanas passiones cõstitutus, facilè de morte philosophetur, & ipse extra periculà alios admoneat, ait ANIMAM suã turbatam esse, quasi dicat, turbata est horrore mortis: video enim mortẽ imminentẽ, nũc ob oculos positã esse. Nõ absimile est, quod scribitur Matth. cap. 26. Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. Turbatus Christus in cruce appræhensa, ostendit se nobis per omnia absq; peccato similem factũ, & ipsdem infirmitatibus obnoxiũ. Quod pulchre docet Paulus ad Heb. ca. 2. & 4. Rogabit aliquis, Turbationis Christi vsus quis fuit? Respõdet Paulus ad Hebræos ca. 2. Vnde debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deũ, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim, in quo passus est ipse, & tentatus, potẽs est & eis, qui tentãtur auxiliari. Respõsabit aliquis: Quid mors, & mortis horror, sint stipendiũ peccati, cur Christus purus, & innocens (in cuius ore non est inuentus dolus) horrorem mortis habuit? Respõdeo: Vt liuore Christi sanaremur, voluit Christus trãsferre in se omnia peccati stipendia. Et, vt Paulus (2. Corinth. cap. 5.) ait, Factus est pro nobis peccatũ, id est, hostia pro peccato, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Peccati stipendia, & cæteras nostræ tentationes, absq; peccato, trausfulit in se, imõ omniũ peccata tulit super lignũ crucis: nõ quò tentationes in nobis nunquàm sentiremus, sed vt victor triumpharet, & nobis aperiret quomodo omnia illa per fidem in ipso vinceremus, vt docet Paulus ad Ephes. cap. 1. & Colos. 1. Et, vt summatim dicam, Christus Filius Dei, homo factus est, & vere hominem egit, vt ex hominibus filios Dei faceret. Obserua. Hæc turbatio, quæ erat sensuũ commotio, quæ erat vis sensibilis affectibus tenerrimis cõmota, in nobis est ex necessitate: in Christo verò, ex imperio

Peccati stipendia in se Christus transtulit.

perio rationis, cui inferiores vires subditæ erãt: Vt quum cœpit Pauere, & Tædere, Turbata est anima Christi, & Infremuit spiritu (vt passim legitur) nõ cõtra rationẽ, sed iuxta limites, & ordinationem rationis excitæ fuerunt huiusmodi passiones, vt verus homo erat. Faciũt hinc Arrius, & Apollinaris, dicentes in Christo non esse animam, sed verbum loco eius: & audiant Veritatem dicentem, Nunc anima mea turbata est

Passiones in Christo volũtariæ.

Arrij error.

[ET quid dicam?] Hæ truncatæ, & cõcisæ sententiæ fere solent pronuntiari cũ reticentia, quæ animis perturbatis est familiaris. In afflictionibus duæ sunt partes: altera est perturbatio, altera e turbatione rursum se sublevando ad liberationẽ erigere. Forma agendi in afflictionibus hic docetur. Turbamur quidem, sed dum turbamur, cauẽdũ ne animos despõ leamus, verũ fide viua cõcipiamus spẽ liberationis e cruce: deinde imploremus auxiliũ Dei, ne in afflictionibus succumbamus, vt Christiana cõstantia duremus, certò statuẽtes apud nos Deum præstò esse, qui suos nõ est deserturus. QVID dicam? Videtur quædam esse in speciem pugnantia. Quid dicã? aut quo me vertam? Adhærebõne corporis imbecillitati mortem perhorrescentis? an ad mundi præsidia cõfugiam? an amore vitæ meæ, salutem mundi negligam? Nequaquam. Patri cerẽ obtemperabo.

Reticentia.

Afflictionum partes.

Christianus in afflictionibus status.

[PATER, saluifica me ex hac hora.] Captata benevolentia à nomine Patris, ait, Pater, saluifica me, &c. Ac si diceret, Pater, libera, & salua me EX hac hora, id est, ex hoc instanti periculo mortis. Hoc loco tempus crucis positum est pro ipsa cruce in tempore ferẽda. Obserua. Hæc pars orationis est veluti ex persona naturalis affectus appetentis non mori. Hæc inferior portio petit liberari, sed superior ex auida charitate petit, & vult libens pro omnium salute mortem subire. Potest hæc sententia in hũc sensum dici: Pater, saluifica me, &c. Hoc est, dona mihi, supplicium imminens fortiter superare. Magis mihi arridet prior interpretatio.

Hora crucis.

Portio superior & inferior.

[SED propterea veni in hanc horam.] Quia sciebat se eò huc venisse, vt mortẽ pro omniũ salute oppeteret, & eã esse Patris volũtatẽ, à qua nũquàm dissentit, ait, PROPTEREA veni in hanc horam: id est, instat hora mortis meæ, ô

meæ,ô Pater,quando volens,ac sciens iuxta Spiritus vo-
lũtatẽ,quæ semper tuæ cõsentit,memet obtuli in mortẽ.

[PATER,clarifica nomen tuum.] Venit hora vt pa-
tiar,vt mortem obeam,vt crucifigar,sed propter hoc,Pa-
ter,ego veni in hanc horam,& morior,vt morte mea ef-
ficiam,vt vbique,Pater,nomen tuum celebretur. Da Pa-
ter,vt mea mors,meáque resurrectio, reddat nomen tuũ
apud omnes orbis nationes illustre,& clarũ,vt te cogno
scant & Deũ,& Patrẽ,cognoscẽtes glorificẽt,glorificẽ-
tes salutem æternam consequantur. CLARIFICA, cla-
ra,rege,defende,& conserua doctrinam meam, quæ no-
men tuum in mundum vniuersum propagat.

Clarificare.

Cymbalũ cæ-
leste.

"[VENIT ergo vox de cælo,dicens.] Hæc vox de cæ-
lo(veluti è pinnaculo,cymbalum toti orbi resonans,ha
bente) est publicum quoddam testimonium, quo Deus
Pater manifestat se decreuisse vt per mortem Filij,& eius-
dem resurrectionem, nomen suum vniuerso mundo in-
clarescceret, & illustre fieret: quódque curam haberet &
filij sui,& doctrinæ eius:quam defenderet, regeret, con-
seruaret,& propagaret.Obserua:Hæc vox, quia è super-
nis venit,dicta est esse DE cælo,qua Pater(ad quem dire-
cta est præcedens oratio)est loquutus.Proinde hæc vox,
vt effectus erat totius Trinitatis causantis illam in aere,
sed vt persona loquentis,erat vox Patris propria,sicut &
illa supra Christum(Matth.cap.3.& 17.) Hic est Filius
meus dilectus, &c. Speciali enim modo formata est ad
exprimendum Patrem:sicut columba formata est à tota
Trinitate, ad significandam personam Spiritus Sancti.
Similiter corpus Christi à tota Trinitate formatum est,
& tamen solum à verbi persona est assumptum, & vni-
tum,quia eò formatum est,vt soli Filio vniretur.

Vox de cælo.

Columba in
Spiritus San-
cti missione
vnde.

[CLARIFICAVI,& iterum clarificabo.] Respon
det Pater:Inclarui iam tot miraculis per te,ô Fili, & hac
illustratione probatus es esse à Deo missus:& iterum cla
rificabo,augebóque gloriam nominis mei, apud omnes
orbis nationes per tuam crucem,per resurrectionem,per
ascensum in cælum, per Spiritus Sancti missionem, per
Apostolorum prædicationem. Nomen enim suum glori
ficaturus erat,misso Spiritu Sancto, qui vsque ad extre-
mum terræ inuulgaturus erat Euangelium,& fidẽ quàm
plurimis

Christũ à Pa-
tre clarificari.

plurimis daturus.Proinde declaratus est Christus esse Fi
lius Dei cum potentia,sub cruce,& resurrectione. Rom.
cap.1.Qui prædestinatus est, id est,declaratus est Filius
Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex re-
surrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri. Ex
hac voce cælesti discimus, Deum Patrem manifestare
Filium,eiúsque officium,vnà cum doctrina,operibus, &
cruce,vnicè sibi placere: adeóque Filium sibi gratum es-
se,vt omnia, quæ sunt Filij, seruiant ad Paternam glo-
riam,& nominis sui propagationem.Cæterum si ad æter
nam generationem respexeris, huius vocis cælestis sen-
sus est,Ego CLARIFICAVI,id est,clarum, & glorio-
sum genui ab æterno. Est enim filius quædam claritas,&
splendor Patris. Sapientiæ cap.1. Candor est lucis æter-
næ.Hebræorum cap.1.Qui, quum sit splendor gloriæ.
Familiarior est prior interpretatio, quæ clariùs expolit
præcedentem orationem.

[TVRBA autem,quæ stabat,& audierat,dicebat toni-
truũ factũ esse.] Quæ nõ procul stabat turba imperitior
& adhuc crassa,typũ gerens carnaliũ,qui in cruce,etiam
in mediis afflictionibus desperant, nec credunt nos Deo
curæ esse, propterea huius cælestis vocis significationem
nõ accepit,sed sonitũ tantùm retinuit,qui auribus adsti-
tium illisus,meningem auris ferijt. Nõ attendit hãc vo-
cẽ cælestẽ profectam esse à Deo Patre,ad consolationem
pro Christo,& omnibus,qui in Christum credunt. Proin
de,quia parum attenta erat turba, ad quem hæc vox
pertineret,variabat sententijs.Quidam enim vocẽ hanc
(quòd è nubibus prodijsset) interpretabantur fuisse tont
truum. Hoc dum sic iudicant,abscindunt pijs omnia cæ-
lestia solatia:non enim credunt se in afflictionibus Deo
curæ esse, vnde aliò,quàm ad Deum,currunt solatia peti-
turi.Huc pertinet,quod scribitur Psal.3.Multi dicunt ani
mæ meæ, Non est salus ipsi in Deo eius.

[ALII autem dicebãt,Angelus ei loquutus est] Pars
turbæ benigniorem dabat interpretationem, dicens,
Angelus quispiam ei loquutus est. Quanquàm verum
Deum alias per angelos solatum esse pios in cruce,& af-
flictionibus,ignorantiæ tamen signum est in ea,dũ quod
Dei Patris est, & voce tam manifesta declaratum est,

angelis

Angeli ministri.

angelis tribuit. Non enim spectat ad angelos, sed ad Deum, Clarificaui, & iterum clarificabo. Ab huius tamē glorificationis ministerio non excluduntur angeli. Qui à Paulo, Hebræorum cap. 1. dicuntur administratorij Spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hęreditatem capiunt salutis.

[RESPONDIT Iesus, & dixit.] IESVS CHRISTVS lux vera, turbæ tenebras fugaturus, dignatur illos suo responso, cùm vt magis illos redderet attentos, certioréque faceret de Euangelio, & cruce sua, ne offenderentur, sed credant sibi vt Filio Dei (qui vnicè Deo placet) excipiántque Euangelium honorificè, & discant ex cruce, & operibus Christi, certissimā esse Euangelij doctrinam: tum vt gloriæ suspicionem ab se depellerent.

[NON propter me vox hæc venit, sed propter vos.] HAEC VOX (quæ nec tonitrui, nec angeli, sed Dei Patris, qui preces meas audiuit, est: NON VENIT, propter me, qui omnia, quæ sunt Patris, noui, & alioqui de fauore Dei Patris erga me, & de volūtate eius, certus sum: sed propter vos, vt cognoscatis me cum Patre vnum esse, ab eoq; Saluatorem mūdo missum; vtque intelligatis, certique sitis de mea persona, doctrina, & operibus, & cùm mihi, tum doctrinæ, & operibus meis credatis, nec scandalizemini cruce mea, quasi verò iam actum sit de me, quia cruci subijciar. Cæterum persuadeatis vobis, quemadmodum videtis nunc mihi in medio mortis horrore existenti, Deum ex alto misisse consolationem: ita vos quoque consolabitur in medijs malis & afflictionibus. Huc pertinet, quod scribitur Lucæ cap. 22. de angelo, qui Christo oranti, & comprehenso in angustia mortis, apparuit, eúmque fortans illum. Hic locus aperit nobis vsum consolationum cælestium, quibus, siue aperte, siue intus, & clàm gli in cruce accipiunt consolationem, aliisque fiunt exemplo, vt in aduersis durent fortiter, certò apud se statuentes se Deo curæ esse, qui non deseret illos.

Consolatio piorum.

[NVNC iudicium est mūdi.] Videtur hæc sententia superioribus (Et clarificaui, & clarificabo, &c.) malè annecti, sed est veluti per occupationem annexa. Forsitan quispiā rogabit: Dixit Pater, ego illustrabo: Quis modus illustrationis? Et si per mortē illustrandum est nomē Patris, quam

uum morte omnia extinguantur? quis fructus mortis Christi esse, sequive potest? Huic obiectioni Christus satisfacit. Modus illustrationis erit mors, quam sequetur resurrectio, é qua consurget magnus toti orbi fructus, mirum mundus iudicabitur, princeps mundi eijcietur foras, & omnes ad me traham. Nunc iudicium est mundi. Quasi dicat, Transitus meus ad gloriam, est per crucem, vt reueletur mundus per Adamum in malum cōstitutus, & factus sub Sataną tributo, & manifesterur mundi impietas in quo tyrannus ille Satanas dominatur afflictionibus, peccatis, morte, & inferno. Nunc mūdi causa protrahitur in iudicium: nam mundus putans non credere in Christum, non esse peccatum, item se iustificatum esse coram Deo, & hominibus, per ciuilem iustitiam, & se de rebus spiritalibus, iuxta iudicium rationis, optimè iudicare: reuelabitur per Euangelium, & missionem Spiritus Sancti, condemnatus vna cum sua impietate: infrà cap. 16. Quum venerit ille, arguet mundum (redarguta enim falsitate, clarescet veritas) de peccato, & de iustitia, & de iudicio: de peccato quidem, quia non crediderunt in me: de iustitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me: de iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Nunc venit hora, qua ego morte mea mundum, & eius impietatem reuelem: quæ reuelata, condemnabitur per doctrinam meam, quæ omnino huic est contraria. In iudicio enim res mutari, & corrigi solent. Est igitur mundi impietas condemnanda, & expellenda: quod fiet morte mea, quæ vitam pariet, & tyranni dem profligabit. Huc pertinet quod scribit Paulus Rom. cap. 1. Reuelatur enim ira Dei de cælo, super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent.

Mors Christi clarificatio.

Mūdus in maligno.

Euangelū impietatis reuelatio.

Mūdus à Christo mutatus.

[NVNC princeps huius mundi eijcietur foras.] Mortis, & resurrectionis Christi secūdus fructus est, PRINCEPS mundi, id est, Satanas, mortis author, qui exercuit in mundo tyrannidē suam quietus, morte mea EIICIETVR foras, id est, ego per meam mortem, & exinanitionem abiens ad Patrem, cruce mea conteram caput Satanæ, potentiam eius destruam. & in vniuersum, eum vincam: nam dum moriar, ille se victorem credet, sed per

Princeps mundi foras eiectus.

Satanæ in nos facultas.

mortem meam depellentrà sua tyrannide. Omnibus enim in me credentibus condonabitur peccatū: quo sublato, huius tyranni vires fractæ sunt, qui non alio telo potens est. EIICIETVR foras, hoc est, prorsus vincetur, expugnabitur, & subitò è regno expelletur sine spe redditus, & à principatu deturbabitur, quo principabatur, & adorabatur vt princeps mundi huius, hoc est, colebatur in omnibus dijs gentiū: non quòd amplius non sit, & non tentet, sed quòd pijs, & credentibus amplius non dominetur. Proinde Christus sua cruce, & exinanitione factus est pro nobis maledictum, & peccatum, vt nos à maledicto, & peccato liberaret, mortémq; & infernum vinceret, adeòq; Satanam omnibus suis armis, & tota sua tyrannide spoliaret. Obserua: Vocula PRINCEPS mundi, insinuat Christus potentiam diaboli, & regni eius: ostendens à contrario suam potentiam, qua tam potentem aduersarium potuit vincere, & tam potens regnum euertere. Vocatur diabolus Princeps mundi, quòd omnium flagitiorū, impietatis, & nequitiæ in mundo author sit, quodq; homines veluti propria mancipia, captiuos in mundo teneat, quòd ad omnem impietatem deducat.

Diaboli potētia.

Diabolus cur princeps mūdi.

[ET ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.] Explicaturus ahū suæ mortis, & resurrectionis fructum, ait, EGO si, &c. Quasi dicat, Quanquàm ego à vobis vilis, & contempta persona videar, et id est, quia EGO EXALTABOR à terra, hoc est, suffigar in cruce ita alto pendens (alludit ad serpentem illum æneum in deserto erectū, de quo suprà cap. 3. meminimus) & moriar. Ego per crucem, & mortem sic sublatus non manebo extinctus, sed victor conspicuus apparebo, apponens chirographum delicti cruci meæ, & omnium tam præteritorum, quàm futurorum hominum peccata in me transferens, siue totius mundi, hoc est, omnium hominum peccata super dorsum meum in ligno portans. OMNES ad me omnes homines, TRAHAM, tanquam à tyranno detentos, & per se minimè potentes eius manus effugere. AD ME, id est, ad hanc meam crucem, siue mortē: vt omnes qui mecum moriuntur, mecum resurgant. Ad Rom. cap. 6. Si enim complantati, hoc est, insiti ij, facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes

Exaltari à terra.

Christū omnes ad se trahere.

scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltrà non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiā viuemus cum Christo. Scientes quòd Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur. Quòd enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quòd autem viuit, viuit Deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autē Deo in Christo Iesu. 1. Corinth. cap. 15. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur. Honorabilis, & magnifica est hæc mors, & sepultura, quæ vnica est, qua euehuntur omnes electi ad gloriam Dei. Rogabit quispiam, Fierine potest, aliter saluemur, quàm quòd cum Christo moriamur? Respondeo: Necessariū est moriamur cum illo. Quomodo? Respondet Paulus ad Ro. cap. 6. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Quemadmodum Dominus Iesus moriēs omnes infirmitates ab Adamo acceptas reliquit mundo mortuus, & resurrexit glorioſus ita virtute crucis Christi, per fidem viuam ablegas à te veterem Adamum, & odisti peccatum, ipsi mundo mortuus, resurgis à peccato ad gratiam, & iustificationem, qua viuis Deo. Hac morte consepultus es Christo, & resurgis cum Christo, quem induisti loco veteris Adami. Ad Galat. cap. 3. Omnes enim filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et ad Galat. capite 4. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Proinde quemadmodum Dominus morte sua, & resurrectione factus est Dominus mundi, Satanæ, peccati, mortis, & inferni: ita credentes in Christum fiunt domini super mundum, Satanam, peccatum, mortem, & infernum. OMNES traham ad me, siue Iudæos, siue Græcos. ad Galat. capite 3. Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque fœmina: omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. OMNES traham, &c. Ac si diceret, Missō Spiritu paracleto, efficiam vt totus mūdus,

Mors Christi honorifica.

Necesse mori cum Christo.

Quomodo morimur cū Christo.

Credentes in Christū victores fiunt.

Fides, donum Spiritus.

hoc est, omne genus hominum me sequatur. Trahamque quidem omnes ad me, fide viua ipsis data per Spiritum meum, quòd sum Saluator mundi, quódq; credentibus do vitam æternam. Et quæ Dei gratia tantùm apud Iudæos celebris est, diuulgabitur in vniuersum orbem, donato Spiritu multo ampliore, quàm anteà habuerint. Respondo non omnes salui fiunt? Respondeo: Vult quidē omnes saluos fieri: estq; hostatio corporis Christi sufficiens satisfactio pro totius mundi peccatis: sed quum trahēti renituntur, & sequi nolunt, sua culpa pereunt. Paratus est Dominus illos adiuuare, pulsat fores, quas occludūt, & rebello Domino, fascibus, & ponderē peccatorum sese in præceps ruunt, ne salui fiāt. Verbum TRAHERE, ostendit quàm violenta potentia, & tyrannide Satanas mundum occupet. Hæc enim tractio per Christum, non fit sine ingenti potentia: imò enim tyranno, victo, foras electo, & resectis neruis potentiæ eius contra homines, Dominus victor nos sua gratia & potentia ad se traxit: qui suâ morte meruit vt sibi omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum. Obserua: metaphoricè crucem vocat exaltationem, non tam hoc nomine quòd in crucē corporaliter suffixus, in alto pependerit, quàm quòd crux sit vera exaltationis, & glorificationis initium coram Deo.

Quare non omnes salui fiāt.

Trahere, verbum.

Crux initium exaltationis.

[HOC autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.] Explicat Euangelista qua significatione accipienda erant verba illa. Exaltatus fuero à terra: quæ non solum insinuabant Christum in altum subleuandum, verumetiam crucifigendum, & in cruce moriturum: quæ non fuit mors alia coram Iudæis ignominiosior, vt scriptum est Deutero. cap. 21. Maledictus, id est, execrabilis à Deo est, qui pendet in ligno.

[RESPONDIT ei turba.] Hoc responsum procedit ab ignorantia, qua laborat turba, volens verbum Domini iuxta humanam rationem cognoscere. Vnde ignorat crucem esse viam ad gloriam, & exaltationis initium, nec credere potest Satanam, infernum, peccatum, & mortem vinci posse cruce. Item putat regnum Christi carnale, cuius particeps vult fieri, sine cruce, & mortificatione.

[NOS audiuimus ex lege, Quia Christus manet in æternum.] Indocta plebecula ne videatur aliquid temere dicere, adducit Scripturas, veluti in illis versata, quas ne à limine quidem salutauit, contenditque ratiocinari Iesum non esse Messiam. Quem quia audiuerant mentionem mortis fecisse, & de crucis supplicio loquutum, quo se moriturum diceret, aiunt: NOS audiuimus ex Scripturis Christum fore æternum, & regnum eius esse perpetuum: Ergo Christus neque subijcietur cruci, neque morietur. Quomodo ergo dicis te (quem pro Christo habemus) moriturum, & crucifigendum esse, nisi forte alius sit ille hominis Filius, quem toties nobis inculcas? Quòd autem Scripturæ dicant Christi regnum perpetuum: Daniel ad hunc modum scribit, Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Item Micheas Prophetа sic loquitur, Et egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Rursus 2. Regum cap. 7. Stabiliam thronum regni eius in sempiternum. Et Esaiæ cap. 9. Super solium Dauid, & super regnū eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iustitia, & iudicio à modo, & in sempiternum. Quin & Psalmorum prophetа promittit ei sacerdotium perenne: Tu es (inquit) sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quum igitur Messias venerit, nullum habitu rus est finem. Quid igitur sibi vult, quòd futurum dicis, vt Filius hominis exaltetur à terra? Quod si à terra exaltari, est mori, & quoties dicis Filium hominis, te ipsum intelligi vis, aut non morieris, aut ille Filius hominis non est Messias, si vera narrant Prophetæ. Nihil certius Scriptura, cuius sensum deprauant indocti, & instabiles: non spectat ad plebeculam, hominum genus indoctum, tractare locos sacræ Scripturæ: Prophetas, & Ecclesiastas habent, audiant illos: &, vt est in Prouerbijs, Ne sutor vltra crepidam. Cæterùm Scriptura loquitur de Christo rege spirituali, & de regno eius spirituali. Christus rex spiritualis in regno suo spirituali æternùm manet, & regnat. Interim tamen iuxta alios Scripturæ locos, oportuit ipsum subijci cruci, & morti, qua iniret suum regnū, & ad illud glorioſus eueheretur. Esaias enim ca. 11. meminit eius sepulcri, Et erit sepulcrum eius gloriosum. Rursus cap. 53. mortem eius adducit, dicens, Tanquam ouis ad occisionem

Messiæ regnū perpetuum.

Scriptura sacra ab indoctis tractari nō debet.

nem ductus est. Itē resurrectionis, quum ait, Et Dominus voluit eum purificare à plaga, & ostendere ei lumen. Itē Dauid Psalmo 15. Non relinques animam meam in inferno. Obserua: vocat LEGEM, Scripturam Sacram.

Lex.

[ET quomodo tu dicis, oportet exaltari Filium hominis? & quis est iste Filius hominis?] Voluntaria quadā malitia ignorantiam prætexentes, valde contemptim dicūt, TV. Quasi dicant, qui contra Scripturā ex aperto pronuntias, Quomodo vis dicamus te Messiam esse, & Filiū hominis: quū dicas hunc Filiū debere exaltari à terra, hoc est, mori? Caue dicas nos ista refellere, quasi verò tibi aduersarij esse velimus. Ecce nos nescimus de quo Filio hominis intellexeris. Asseuera quid voles de illo: nos interim veritatē affirmamus, quod quisquis est ille, qui exaltandus est, non sit Christus: quum apertissimè Scriptura pronuntiet neque Christum moriturum, neque regnum eius casurū, sed mansurum in æternum. Videtur profectò turba offensa fuisse appellatione Filij hominis, vt pura nomine contemptam personam significante. Iubærebat enim turba externæ personæ tantum.

[DIXIT ergo eis Iesus.] Non respondet his, quæ à turba animo malitioso dicta sunt: qui tamen respondere poterat se non solùm Filiū hominis, verùm etiam Filiū Dei, hoc est, & hominē, & Deū: atque iuxta humanā sortem se moriturum quidem, sed mox sua potentia & Patris gloria resurrecturum: nec hanc mortem regno suo & eius æternitati, quod non temporale, & mundanum, sed spirituale esset. Cæterum quum tantorum mysteriorum capaces non essent, hoc suo responso retrahebat eos ab eo, quod iuxta externam speciem considerabant Christum, ad verbum, quod vult, amplectantur: vt omissa & relicta cæcitate, oblatam occasionem Euangelij apprehendant, eámque capillatam non negligant, ne postea ipsis calua fiat: hoc est, ne lucem veritatis (quæ mox erat auferenda) à se auertant, ne quando postea volent audire Euangelij lucem, non possint ablata occasione. Eadem monitione est vsus Paulus, dum præcipit suis Ephes. capite 5. & Colossi. capite 4. vt tempus redimant, hoc est, dent operam, & diligenter obseruent ne Euangelij occasionem negligant.

Occasio amplexanda.

ADHVC

[ADHVC vt modicum lumen in vobis est.] Argumento à præsente suscipiendi Euangelij occasione petito, hortatur turbam vt oblatum suscipiat Euangelium: cui, vt infirmæ, (ne illam prorsus deterreat) tacitè, & occultè crucem, mortémque suam insinuat, & vrget. Si iuxta Augustini sententiam legatur hic textus, dicetur, Adhuc modicum lumen in vobis est. Quasi diceret, Dixi vobis nunc me in gloriam Patris, & in regnum æternum ingressurum, si fuero exaltatus, hoc est, per crucem, & mortem meam illustrabitur nomen Patris. Est quidē modicum lumen, quum dicitis Christum regnaturum æternùm: sed interim somniatis regnum quoddam carnale, & mundanum. Regnum meum, est gaudium, & vita æterna, ad quam methodus est crux: de qua quicquid dixero, risus vobis est, vt contemptus quidam, quia modico lumine adhuc donati estis, quod vestra malitia extinguitis. Magis mihi probatur Chrysostomi lectio. Adhuc pusillum temporis, siue ad breue tempus lumen vobiscum est. Ego, qui sum lumen, breui à vobis per crucem trāsferar. Hæc enim oratio, ADHVC modicum, &c. periphrasis est temporis, quod adhuc superfuit vitæ Christi in hoc mundo. Quasi dicat, Euangelium prædicabitur vobis adhuc breui tempore, & non eiu habebitis vobiscum Christum, qui est vera lux. Videtur hoc loco Christus allusisse ad translationem Euangelij ab ingratis Iudæis ad Gentes. Vnde & apud nos hæc sententia ADHVC modicū tempus, ostendit tēpus, & occasionem quancūq; reuelati Euangelij: vt si dicatur nobis, Adhuc modicum temporis lumen nobiscū est: significatur nobis, vt oblatū Euāgeliū suscipiamus, & fide perseueremus: ne nostra ingratitudine magna Deus à nobis illud auferat, & denuò sinat nos in extremas tenebras, & excæcatiōes cōijci.

[AMBVLATE dum lucem habetis, vt tenebræ vos non comprehendant.] Consultorius est hic sermo CHRISTI ad turbam, simul & exhortatorius. Dum præsens est Euāgelij suscipiendi occasio, & ego, qui sum lux, (quandiu sum apud vos, & antequam à vobis transferar) suaderem vobis, vt dum est vobis lucis copia, AMBVLARETIS in luce, hoc est, in me crederetis, suscipientes Euangelium: ne subitò sublata luce,

Ambulate in luce.

Nox. nox occupet, in qua omnis adepta erit lucis occasio. Nolite messem salutis vestræ negligere: nã qui messem negligit, in hyeme esuriet. VT NON vos tenebræ comprehendant, hoc est, ne vestra ingratitudine à vobis auferatur Euangelium, & iusto Dei iudicio excæcemini, quòd Euangelij lumen cõtempseritis. Rogabit quispiã, Quale tempus hîc dicit: Ambulate dum, siue quandiu, & c. Respondeo: Tempus dicit & ante crucem, & post crucẽ, hoc

Dies hominis.

Christus lumẽ. est, dum hîc viuitur, dicitur nobis dies, quandiu in Christum credere possumus. Vocat se lumen à natura, quia lumen est: ab effectu, quia alios illuminat. Dicitur Euan-

Ambulare. gelium lumen, quòd credentes illuminet in iustitiam, & vitam æternam. Obserua: Verbum AMBVLARE, inuinuat actionem motoriam: ergo Euangelium non pertinet ad homines otiosos. Ambulate, id est, credite & in Euangelio proficite. Habet enim fides suos gradus. Rursus obserua, allegoricè appellat se lucem. Nam quemadmodum sole occidente lux nõ omnino aufertur, sed rerum exoritur, ita mors Christi non est corruptio, sed quũ occiderit, iterum exoritur. Quò fit vt mors Christi non fit corruptio, sed decasus, & translatio, per gloriam enim Patris exurrexit. Quare nihil prohibet crux, quin æternùm regnet Christus. Lux enim est, quæ et si occidat, mox tamen exorta est.

[ET qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat.] Argu-

Ambulare in tenebris. mento à periculis petito, deterret ne occasionem oblati Euangelij negligamus. QVI ambulat in tenebris, id est, viuit in infidelitate, & à quo ablata est sua ingratitudine Euangelij occasio, NESCIT quò vadat: hoc est, ignorat viam, qua perueniat ad locum, quem intendit: ignorat Dei voluntatem, & nõ nouit viam ad vitam. In tenebris enim ambulat, nec scit quò vadat: dum enim se credit pie, rectéque facere, impingit in mortem.

[DVM lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis fitis.] Epanaphora est, & summa totius exhortationis, qua ab vtili, & commodo vrget ad suscipiendum Euan-

Lucẽ habere. gelium. DVM lucem habetis, id est, dum occasionem suscipiendi Euangelium habetis: nunc enim est messis vestra, nunc lucem inter vos radiantem, & illucescentem

Medium ad Euangelium. habetis: excipite medium, hoc est, fidẽ, qua apprehendatis Euan-

Euangeliũ. CREDITE in lucem, hoc est, in me, qui sum lux. Magnũ proculdubio cõsequemini fructum. Quemvt FILII lucis fitis, hoc est, renascamini, & ex Deo nati per viuã fidem efficiamini filij mei, cognatiõe, & propagatione spirituali. Effectus credit Euangelij est, fieri filios lucis. Dum lucis occasionem habetis, hoc peragite, ne adueniente nocte, & Iudæorum abiectione, excæcemini. Obserua: nõ ait, credite in luce, sed in lucem: vt distinguat Christus inter fidem, vt simplicẽ historiæ de Christo notitiam, & inter fidem viuã, seu salutarẽ quæ est certa fiducia, qua quis sine dubitatione statuit apud se Christum esse sibi lumen ad salutem. Nõ sufficit lucem videre, sed ex animo, & fiducia est amplexanda. Verbũ Credite, adiecit, non autem Videte: ne quis diceret, Si viderem lucem, si haberem illam iuxta lucis officium, in ea ambularem, & crederem. Hæc non offertur vt his oculis corporeis videnda, sed vt credenda, & animo amplexanda. Beati enim, qui non viderunt, & crediderunt.

Euangelij credẽtis fructus.

Fides duplex.

[HAEC loquutus est eis Iesus, & abijt, & abscõdit se ab eis.] Cognoscẽs IESVS indignationem cordium ferociũ, post hæc verba de occasione Euãgelij maturãda, abijt vt absconderetur à Iudæis, aliis volentibus ipsum capere, vt absentia, silentióque suo mitigaret illorum efferatam insaniam, & ne in crucem temere seipsum proijceret, sed expectaret horam à Patre præscriptam. Rogabis, Quò abijt? Respondent alij Euangelistæ, illum post solennem ingressum in Ierusalẽ, redijsse in Bethaniam, vbi interdiũ docebat in templo, noctu verò in montem Oliueti se recipiens, pro suo more orabat. Hoc suo exemplo Dominus obiter nos admonet, vt quoties cũ obstinatis res est, nec vlla spes est proficiendi, cedamus ad tempus, ne non solùm nihil fructus referamus, verumetiam ne alios reddamus sceleratiores.

[QVVM autem tanta signa fecisset coram eis, nõ credebant in eũ.] Quũ Dominus tam diligẽter fuisset Iudæos adhortatus de præsente occasione ad suscipiendũ Euangeliũ, & tam multis, tám que euidentibus miraculis sub oculis illorum editis, suam confirmasset doctrinam, tamen non credebant in eum, perstitentes in sua incredulitate: nimirũ inuidia, ambitione, odio, & alijs animi ne-

quissimis affectibus occupati. Signum apertissimę malitiæ, & hominum deploratissimorum, est post tanta signa (quorum pauca breuitatis gratia recensuit Euangelista) non credere in Christum. Quid, quæso, illorum Iudæorũ Christum persequentium animis deploratius? Hi re vera videntur, & vere sunt incredulitatis, & duritiei suorum parentum in deserto imitatores, tanquam hæreditario quodam morbo labefactati: quos præmonuit Prophęta, ne tot signis ob oculos factis & doctrinam Christi confirmantibus, obdurescerent animis: dicens, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me Patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea.

Vt, Particula. [VT sermo Esaiæ implereturꝰ] Particula VT, non dicit causam, vt suprà cap. 10. Ego veni vt vitam habeant: sed est euentus significatiua. Non enim discredunt Christo, quia Esaias prædixit: sed quia illi discredituri erant, ideo Esaias afflatu diuini Spiritus prædixit cap. 53. Vnde quòd non credant, sermo Esaiæ impletur. Hæc sunt per occupationẽ dicta, ne quis miraretur quare tã pauci credant doctrinæ Christi, tam insignibus miraculis confirmatæ. Non nouum videri debet, quòd tam pauci credit Euãgelio quãdo iam olim hoc futurũ prænuntiarit Esaias.

[QVEM dixit.] Quem dixit: cap. 53. Hic sermo tam de Iudæorum, quam Gentium incredulitate interpretandus est. Nam perpetuò verum est, quòd reuelato Euangelio pauci credant, siue Iudæi, siue Græcinta & Paulus, ad Rom. capite 10. eundem locum in eodem sensu citat, Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt Euangelio: Esaias enim dicit,

Euãgelistæ quare apud carnẽ. [DOMINE, quis credidit auditui nostro?] Propheta Spiritu Dei afflatus, præuidet Euangelium esse verbum crucis nudum, & omni humano auxilio, humana ratione, & mundi prudentia destitutum: atque ipsius authorem esse scandalũ sapiẽtissimis huius mũdi, & vt abiectã, & cõtemptã personã à sanctissimis, & prudẽtissimis mũdi esse morti adiudicatum. Vnde cum admiratione, & vehementi exclamatione præmunit credentes, ne terreantur,

tur, & retrocedant, quum viderint tam paucos Christo adhærentes. Eadem exclamatione vsus est Dauid Psal. 11. Saluum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum, &c. Verbo DOMINE captat benevolentiam, & vocula QVIS, exaggerat paucitatem credentium: Quis credidit? quasi dicat, Pauci credunt: maior hominum pars non credit AVDITVI nostro, hoc est, prædicationi nostræ, aut vaticinijs nostris de Euangelio, & regno Dei. Vide (si iuuat) quæ scripsimus in hunc locum à Paulo citatum, Roma. cap. 10.

[ET brachium Domini cui reuelatum est?] Tropo Scripturæ BRACHIVM Domini vocatur Christus, per quem vt omnia creata sunt, ita per ipsum recreamur, & regeneramur, vt simus filij, & restituamur in eam Spiritus imaginẽ, à qua per primum Adamũ cecidimus. Atque vt brachio potentissimã vim homines exercent, suam & virtutem ostẽdunt rita per Christum Deus potentiam suam, & virtutem mundo manifestauit. Proinde Esaias cum admiratione pronũtiat, CVI: quasi dicat, Tam pauci eis brachiũ Domini ad est, Christi, siue mysterium illud ineffabile incarnationis Christi, & vnionis illius hypostaticæ, qua Deus factus est homo, & homo est Deus, siue mysterium Euangelicum annuntiatum est, & receptũ, multis quidem prædicatum, à paucis tamen susceptum est. Sensus vaticinij Esaiæ est, Quia non est forma, neque decor in Christo apparens, qui Christum, & Messiam referat, ideo nihil quoque fuit æstimatus à Iudæis, nisi quibus BRACHIVM Domini, id est, in eo virtus diuina reuelata fuit. Id autẽ datũ fuit paucissimis. Obserua vox illa, Reuelatum est, insinuat notitiã Euangelij esse donũ Dei.

Brachium Domini. **Imago Spiritꝰ nobis p Christum restituta.**

[PROPTEREA non poterant credere.] Verbũ, Posse, **Posse, verbũ.** Non posse, hoc loco non dicit impossibilitatem, sed difficultatem animi inflexionem ad aliquid prosequendũ. Communis loquendi vsus hoc obseruat, vt quum dicitur, Non possum amare inimicum, aut obliuisci illatæ iniuriæ, aut veniam dare offensionis in me factæ, non significatur quòd voluntas simpliciter non possit id velle, sed ostenditur difficultas magna voluntatis, vt velit propter vehementem ad oppositum propensio

Universidad de Deusto
Biblioteca

pensionem. Hoc ergo quod dicitur, NON poterant credere, (ait Chrysostomus) significat, noluerant credere. Porrò quia & credere, & posse alia hærere verbo, est ex gratia, & dono Dei, consequens est, vt qui sua malitia cùm doctrinam Christi, tum miracula ipsam confirmantia, contempserint, iure optimo, meritóque priuentur dono Dei: & abiecti, ac derelicti neque credant, neq; donũ habeant, quo valeant adhærere verbo. Atq; qua significatione hic usurpatur verbi POTEST, vtimur, dicẽtes 1 Ioãnis ca. 3. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniã semen ipsius in eo manet, & non potest peccare: quoniã ex Deo natus est: eadem acceptione hic dicatur, PROPTEREA non poterant credere. Nam quemadmodũ facultas peccandi non procedit à diuino semine, & diuina illa natiuitate: vnde dicitur à Ioanne, Et non potest peccare: ita ex illa peruicaci malitia non poterat credendi facultas emanare. Quare meritò dictum est, Propterea non poterant credere: quoniam prauas cupiditates nolebant abijcere.

Derelicti non credunt.

[QVIA iterũ dixit Esaias.] Aliã rationẽ adducit ab authoritate Esaiæ, cur Iudæi nõ poterãt credere. Rursus Esaias prædixit, hoc scilicet, Quòd nõ poterãt credere: qui præuideret Dominum derelicturum illos. Iusto enim iudicio Dei factum est, vt nolentes Euangelio crederẽ, fierent, punirentúrque cęcitate, magisque, ac magis pœnã excæcarentur, vt prorsus non credant.

[EXCAECAVIT oculos eorũ, & indurauit cor eorũ: vt nõ videãt oculis, & non intelligant corde: & cõuertantur, & sanem eos.] Hæ sunt impietatis pœnæ, in quas inciderunt Iudęi, quia nõ crediderunt: Christum peruicaciter reiecerunt, inuidia, liuore, odio, & auaritia æstuantes. Proinde Deus EXCAECARE dicitur, nõ quòd obdurationem, & animi cæcitatem faciat in cordibus, sed quòd subtrahat, siue quòd non infundat gratiã. Huius subtractionis gratiæ nos causa sumus, qui priores Deum deserimus: vnde culpis nostris id exigentibus, ipse nos etiam deserit. Quantum ad partes eius attinet, paratus est omnes illuminare: illuminat enim omnem hominem venientẽ in hũc mundũ: sed quãdo pulsanti fores præcludimus, abit: abiens, deserit: desertos, relinquit excæcatos. Perinde est, atque si quis oculos auertat à Sole, & densas incur-

Incredulitatis pœnæ.

Subtractionis gratiæ causa.

incurrat tenebras, defectio luminis in oculis non est Soli, sed malitiæ auertentis se, asscribenda. Huc pertinet quod scribitur Oseæ cap. 4. Quia tu scientiam repulisti, repellã te, ne sacerdotio fungaris mihi, & oblita es legis Dei tui, & obliuiscar filiorum tuorũ. Colligamus ex his: Deo absente à nobis, cæci manemus, præsente verò, videmus. Hæc nos docent, Deũ punire peccatum peccato, doctore Paulo ad Rom. cap. 1. Propter quod (id est, quia impij erant, & blasphemi) tradidit illos Deus in desyderia cordis eorum, in immunditiam, &c. Et ibidem, Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ, &c. vt faciant ea, quæ non conueniunt, &c. Obserua: Phrasi Scripturæ dicuntur multa fieri Deo permittente, perinde atque ea Deus efficeret, quæ tamen verè dicuntur priuationes gratiæ præuenientis, aut Dei absentia: huiusmodi locutiones passim reperiuntur in Scripturis. Exodi cap. 7. Indurabo cor Pharaonis. & Rom. cap. 1. Tradidit eos in reprobũ sensum, &c. EXCAECAVIT, id est, permisit excæcari, siue subtraxit gratiam, & donũ gratuitũ, quo intellectus oblatum Euangeliũ cognouisset. ET indurauit cor eorum ad est, permisit indurari, auferendo gratiam, sine qua non potest voluntas adhærere Euangelio. VT NON videant oculis mentis. Particula, vt, non dicit causam, sed euẽtum, & effectum. Fit vt subtracta gratia, qua poterat intellectus cognoscere, sequatur priuatio potentiæ vidẽdi ET NON intelligant corde, hoc est, Fit in pœnam, vt priuentur gratia, sine qua nõ attingunt cùm doctrinam, tum Christi miracula. Est enim excæcata mens iisdem passionibus, & affectibus carnis. Sunt & aliæ pœnæ, Quia respuunt veritatem oblatã, priuãtur dono Dei gratuito, quo & conuertererentur, & sanarentur. Respondebit aliquis: Quare in has inciderunt pœnas? & cur non traxit illos, sicut & Paulus attractus est? Respondeo: indignus erãt, & se indignos reddiderunt. Sed quid hîc audio, dicet aliquis? Paulus indignus erat, vt pote qui persequutor esset Ecclesiæ. Respondeo: Noli altum sapere, sed time. Certò nouimus iudicia Dei omnia iusta esse. Sed cur ita, aut quomodo, quáve ratione hunc trahat, illum deserat, noli quærere: crede, & time, dicens cum Paulo ad Roma. cap. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei,

Peccatũ peccati pœna.

Permissio diuina.

Priuatio gratiæ.

Vt particula.

Deus pro bona sua voluntate agit.

Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?

Esaiæ visio de gloria Christi.

[HÆC dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & loquutus est de eo.] Argumento à circunstantia temporis, quando fuerunt Esaiæ reuelatæ pœnæ illæ impietatis, & visa Filij Dei gloria, petito, confirmat Euangelista vaticinium, & sententiam Esaiæ Prophetæ. Esaias afflatus arcano spiritu olim prædixit hæc, id est, has impietatis pœnas, quando vidit fumum illum, qui apparuit, Seraphim, carbones, altare, thronum: vidit, inquam, oculis propheticis ex diuina reuelatione hãc GLORIAM, hoc est, sessionem Christi Domini sedentis super solium excelsum. Aut GLORIAM eius, id est, Filij Dei, quam olim in corpore humano esset habiturus. Et quod vidit LOQVVTVS EST, id est, reuelante Spiritu vaticinatus est DE EO. id est, Christo supple ea, quæ suprà dicta sunt.

Dei gloria in Christo maxima.

Quòd excæcauit illorum oculos, & indurauit. Magna est gloria Dei in Christo, qui nũquàm magis est glorificatus, & orbi factus celebris, quàm per Christũ. Nam declaratus est misericors, pius, remissor peccatorum, & Saluator: qui licet semper talis fuerit, non tamen semper talis tam apertè mũdo est manifestatus. Proinde verba Esaiæ citata ab Euangelista explicant quàm apertè videamus euenire, vt reprobi tum maximè excæcentur, & in grauiorem indurentur: quum veritas eis quàm patentissimè prædicatur. Ex superioribus hoc verum esse docemur: quòd Christus reuelatiùs, & potentiùs doctrinam Patris cùm verbis, tum signis ob oculos reproborum obtulit, tantò cæciores facti sunt: & post Christi prædicationem ea Israeli cæcitas accidit, qua nulla antea maior. Nec mirum est: solet enim illustrior splendor oculos imbecilles, & cæcutientes obscurare.

Multi credentes. Fides.

[VERVNTAMEN multi ex principibus crediderunt in eum.] Hæc per occupationem dicta sunt. Roganti. Num istorum incredulitas aliorum salutem impediuit? respondet Euãgelista, Abfit: nam multi non solùm è plebeis, verumetiam è primoribus CREDIDERVNT in eum Christum: hoc est, certa fide statuerunt Christum esse verum Messiam, & Saluatorem mundi. Fuerunt & alij

alij (quorum fides nondum firma, perfectáque erat) quibus tamen iam tum rudimentum aliquod mentis Euangelicæ aderat. Hi bene de Christo sentiebant, licet timor, & pudor impediret, ne modica illa fides seipsam exereret: alijs liuor, alijs auaritia, alijs ambitio obstabat, quò minùs toto animo se Christo consecratos esse manifestarẽt.

Principum negligentia in re tua fidei.

[VERVM propter Pharisæos nõ confitebantur, vt de Synagoga non ejicerentur.] Euangelista seriò hæc proponit, vt ostendat quàm male audiant apud Deum principes, & qui dignitate prominent, dum negligunt præ se ferre, & constanter exercere quod credunt. Credendum est Euangelio, & creditum confitendum, cùm in nostrã, tum aliorum salutem. Ad Romanos cap. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Additur causa cur occulti essent discipuli Iesu. Istorum corda metus occupauerat: decretum enim erat à Pharisæis, vt quisquis se profiteretur discipulum Iesu, submoueretur è Synagoga velut excommunicatus. Suprà cap. 9. dictum est, Pharisæi conspirauerant, vt si quis eum confiteretur Christum, extra Synagogam fieret.

Gloria hominum diuersa à gloria Dei.

[DILEXERVNT enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei.] Causam adducit à priuata gloria, cur principes non syncerè confitererentur Euangelium. Apud homines magnificum est, locum honorationem in Synagoga habere: apud Deum autem vanum est. Eijci è Synagoga apud homines inglorium, & turpe erat, pijs vero gratissimum. Ibant enim Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Diligentes itaque GLORIAM hominum, hoc est, priuatam æstimationem, & dignitatem, quam aucupantur principes, negligunt gloriam Dei, seu Confessionem Euangelij, qua gloria Dei promulgatur. Non ergo principes erant, sed serui, extremam, vilissimámq; seruitutẽ seruientes. Hoc malum prædixerat illis Dominus (suprà cap. 5.) Quomodo (inquit) vos poteritis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis? Glorioſum duxit exeus ille Euãgelicus (suprà cap. 9.) ejici è Synagoga, vt à Christo exciperetur. Audiant isti Dauidem Psalmo 51. Dominus dissipat ossa eorũ, qui hominibus

nibus placent, & qui magistratibus prominent. Audiant Paulum ad Galatas cap. 1. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus nō essem. Luc. ca. 9. Qui erubuerit me coram hominibus, erubescā & ego eum coram Patre meo. Beatus igitur erit, qui confessus fuerit nomē Christi coram hominibus, quem verè Christus coram Patre confitebitur. Hunc non remoratur timor ille mundanus, quòd intelligat Christum dicentem, Lucæ cap. 6. Beati estis, quum vos oderint homines, & quum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum, propter Filium hominis. Gaudete, & exultate in illa die: ecce enim merces vestra multa est in cælo. Proinde humana gloria est, honestum, probum, promerentem. & magnum haberi. GLORIA Dei, est abijci, contemni, rideri, illudi, cruciari, crucifigi, & turpiter occidi. Hæc omnia pro gloria duxit Christus, qui per hæc in Patris regnum intrauit, & per illa Pater in mundo glorioſus, & celebris factus est. Quum itaque potentes mundi audiunt Euangelium secum ferre crucem, & bonorum terrenorum abnegationem, quibus graue est suam domi nandi ambitionem. ne dicam tyrannidem, abnegare: & sapientibus huius seculi stultum videatur suæ rationis sapientiam tam simplici & nudo Euangelij verbo repugnare, consequens est, & fit, vt valde pauci potentes creditum Euangelij verbum syncerè & ingenuè confitentur. Obserua: finalis causa confessionis Euangelij, est gloria Dei, & salus proximi: vt per eam glorificetur Deus, & instructus proximus saluetur. Deinde obseruandum est: Si humana gloria, quæ est diuitiæ, honor, & huiusmodi, & Dei gloria, quæ est sui abnegatio, & crux, ita proponatur, vt necessarium fuerit alteram eligere, alteram repudiare: viro pio eligēda est gloria Christi, cui gloriosa est crux, & ignominia pro Christo, vana autem hominum gloria. Hoc à Moyse factum esse docet Paulus ad Hebr. cap. 11. Fide, Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm tēporalis peccati habere iucunditatē, maiores diuitias æstimans thesauro AEgyptiorū, improperiū Christi.

Gloria Dei.

Causa finalis confessionis Euangelij.

Moysi abnegatio.

[IESVS autem clamauit, & dixit.] Quum iam furorem Iudæorum factum esse mitiorē oportuit, prodit rursus alio die in publicum Christus: qui quanquàm experrus esset magnam Iudæorum ingratitudinem, tamē non destitit à suo officio, vt si non omnes, saltem aliquos Deo Patri lucraretur, & magis, ac magis omnes hortaretur ad suscipiēdū Euāgeliū, ne vllus excusationis locus relinqueretur ijs, qui suapte malitia perirēt. Volēs itaq; auditores animare, & explicare fructum, quem credentes viua fide assequerentur, ac perniciem, quam persistentes in sua incredulitate sibi pararent, CLAMAVIT, liberē. & publicē, hoc est, vocem exaltauit, veluti nouum edictum publicaturus. Hic clamor insinuat amorem, & diligentiam Christi, ad promulgationem Euangelij, cōmendans nobis Euangelium, vt apertam, & vniuersalem pro omnibus hominibus doctrinam, clamans dixit,

Clamor.

[QVI credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me.] Hic locus fidem commendat à suo originali obiecto, quod est Deus. Vnde non dixit Christus, Qui credit mihi, sed Qui credit in me: vt significet fidē habere Deū pro obiecto. Credere alicui quispiam dicitur, quū credit ei, vt vera dicenti. Credit autem quis in quempiam, qui omnino vt in Deum credit. Ideo rectè quis credit Petro, & Paulo, at non item in Petrū & Paulū. Atq; possumus credere creaturam esse: sed non debemus credere in creaturam, sed in Deū solum: quum solus Deus sit obiectū fidei. Proinde quum in Christo sint duæ naturæ, creata, quæ est humanitas: & increata, quæ est essentia, in vna hypostasi, quæ est Filius Dei, vnitæ, fidei veritas hoc habet, vt fides credētis in Christū non terminetur in hominē vt vltimū terminū, sed in Deum. Quare quum dicit, Qui credit in me, significat Christus, se Deum esse. Videtur huius loci sensus: Gloriamini vos credere in Deum, & me interim vt cōtemptam personam, vilem habetis. At ego dico vobis, nemo potest in Deū credere, nisi & in me credat, qui sum Deus de Deo. QVI credit in me, hoc est, vt Deum amat, & excipit. AT ON credit in me, id est, non adhæret solum huic formæ serui, quam volens assumpsi, non credit in me vt hominem solum, & iuxta formam serui, SED in eum, qui misit me, hoc est, in Deum Patrē, quo cū sum Deus, eiusdem substantiæ, & summæ perfectionis: Credit in eū, qui misit me, hoc est, certa fide statuit me Deū esse, Messiam,

Credere alicui & in aliquem differunt.

In Christo duæ naturæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Dei Patris legatum. Hæc nos docent Christũ esse Deũ, Filium Dei, & verum Messiam, certam habere doctrinã, & officium certum. Quare certò in eum credendum, & fidendum est. Huc pertinet quod suprà cap. 7. dictum est, Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.

Videre Christum.

[ET qui videt me, videt eum, qui misit me.] Hic locus ostendit eandẽ esse Patris & Filij substãtiam. Hinc igitur facessant, qui Arrianorũ morbo laborãt. Hæc visio nõ est corporalis quædã intuitio, & cõspectio rei corporeis oculis obiectæ, sed visio mentalis est, & cõsideratio veri, quæ est per intellectũ, hoc est, hæc visio dicitur fides. Tanta est ũmilitudo, & in natura, & naturalibus proprietatibus Patris & Filij, adeò nihil distat inter Patrẽ & Filiũ, (est enim Filius expressa Patris imago, & character substãtiæ eius) vt qui hæc visione intellectuali, hoc est, fide, videt Iesum, videat & Patrẽ, qui misit Filiũ, quia Filius est in Patre per essentiæ vnitatẽ & idẽtitatem. Sunt enim Pater & Filius idem in natura, & omnino conformes. Num ergo qui videt lineamẽta corporis Christi, videt & Patrẽ? Nequaquã. Neq; enim Pater habet corpus: vt qui corporaliter videt Christũ, videre dicatur & Patrẽ. Sed qui fide apprehendit Filiũ, eadẽ cognoscit & Patrẽ. QVI misit me, id est, ego Patris imago, & Dei Filius sum, Dei legatus in hũc mundum missus, dum factus sum homo, vt toti orbi nũciarer esse salus. Proinde qui me audit, Deũ audit: qui me videt, Deũ videt. Qui legato Regis credit, Regi credere dicitur: qui in me credit, credit in eum, cuius ego sum legatus.

Quomodo qui videt filium, videt & Patrem.

[EGO lux in mundũ veni.] Rursus declarat Christus se Patri cõsubstantialẽ. EGO, ego, inquã, (quanquàm contepta, & humilis persona) sum meapte natura Lux intelligibilis, lux omniũ mẽtiũ, lux, à qua deriuatur oĩs creata lux, quę illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mũdum.

Lux Christus.

Esse lucẽ ad solũ Deũ spectat. 1. Io. 1. Deus lux est, & tenebræ nõ sunt in eo vllę: qui quia lucẽ habitat inaccessibilẽ. 1. ad Tim. cap. 6. & per Adamũ tenebręmundũ occupatũ, à quo omnes homines hæreditario quodã iure quasi per manus acceperũt infidelitatẽ, ignorantiã Dei, impotentiã bene operandi, cæcitatẽ, peccatũ, mortẽ, & infernũ, adeò à Patre, qui est fons omnis luminis, velut à Sole radius, VENIT Filius Dei in mundum, id est, homo factus est, apparuit

Esse lucem.

Mundi diuitię hominibus cõmunicatæ.

ruit nobis, seipsum q; notum fecit, vt discussis tenebris, & sublatis peccatis, esset lux mundi ab errore liberans, & mentales tenebras discutiens.

Oculus spiritualis.

[VT omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat.] A præmio fidei excitat auditorũ animos, vt faciliùs ad fidem commoueat. Christus non particularis, sed vniuersalis est lux: ideo quisquis lucẽ ab eo receperit, hoc est, fide viua in eum crediderit, hac fide oculos habet apertos, ne ampliùs impingat in tenebris: Deũ agnoscit, vires bene agendi recuperat, & in peccatum, mortem, & infernũ ilæsus, velut fortis armatus irrũpere potest. NON ampliùs manet in tenebris, id est, iustificatur, & Deo Patri reconciliatur ad vitã æternam. Summa huius loci: Qui Christũ recipit, à peccatis, & omni ignorantia liberatur, vt plenè tandẽ cognoscat Deũ, indéq; æternùm viuat. Huc omnis doctrina Christi refertur: huc miracula, huc quicquid fecit, facturúsve est: vt omnis (qui omnem suam fiduciã in Christum collocat) illustretur cognitione veritatis, veterem exuat Adamũ, nouũ induat, & huius lucis ductu per Euangelicam pietatem proficiat in vitam æternam. Obserua. Lucis radios vocat fructus Euangelij, quorum sit particeps omnis, qui credit in Christum. Item tenebræ in nobis sunt, quod in nobis est ante susceptum Euãgelium, & fidem in Christum, vt ignorantia, praui affectus, caro, & reliqua, quibus non illuxit hæc lux.

Christum recipientis, fructus.

Lucis radij. Tenebręin nobis.

[ET si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum.] Hæc est altera pars antitheseos: dixit, Qui credit in me, in tenebris non manet. Quòd si quis sola aure verba mea exceperit, ET NON custodierit, id est, ex animo nõ receperit, nec his obtemperauerit, huic adeo nihil profuerit audiuisse, qui ob incredulitatem grauius exitium sit habiturus: non quòd ego iudicem eum: nimirum non veni ad hoc primùm, tametsi hoc ex consequenti eueniat. Huc pertinet quod scribit Paulus ad Rom. ca. 2. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Item Iacobi cap. 1. Estote factores, & non auditores tantum.

Factores legis.

[NON enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum.] AEtiologia est, qua CHRISTVS adducit rationem cur à suo officio, adhuc mortalis, non

condemnet incredulos. Non nunc in hac cõditione mortali veni in mundum, VT IVDICEM, id est, condemnem mundum. De officio Christi præsentis in carne, non fuit iudicare, siue condemnare. Non est enim hoc, propter quod præcipuè aduenì, non huc modò prospicit meum officium, licet multi à me nihil nisi condemnationem, sed sua culpa accipiãt. Præcipua causa mei aduentus præsentis huc spectat, VT SALVIFICEM mundum, id est, vt salutem hominibus adferam, impetrato, & donato eis spiritu solidæ iustitiæ. Si enim priore suo aduẽtu venissem vt iudex, omnes condemnasset, qui eramus omnes filij iræ. Oportuit ergo aduentasse vt misericordem, & propitiatorem. Hoc propitiatoris officium fuit, dum hic mortalis egit, & durat in æternum, quia sua morte meruit nobis æternam salutem. Ad Hebræos cap. 9. Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. id est, quæ æternùm durat. Obserua. Verbum VENI, denotat primum aduentum. Item superiùs tertio capite, hanc salutem Patri attribuerat, quam nunc sibi adscribit, vt cognoscamus indiuisam intentionem, voluntatémque Patris & Filij.

Christi in carne officium.

Propitiatoris officium.

[QVI spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum.] Peruenusta est hæc occupatio, qua deterret incredulos à præmio infidelitatis, quod est iudicium, siue supplicium æternum. Respondebit aliquis, Si non venit vt iudicet mundum, increduli ergo nõ luent pœnas: non enim effugiet horrendum iudiciũ, si quis sermones meos auditos reiecerit, ac spreuerit. QVI spernit me, id est, abiectione, & humiliatione meæ personæ offenditur, & scandalizatur, vt in me non credat, ET NON accipit verba mea, id est, doctrinam meam ex animo non recipit, is non erit alienus à iudicio, & condemnatione.

Christum spernens.

[SERMO, quem loquutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.] Tametsi modò non iudicem eum, qui oblatam salutem, & doctrinam meam abijcit, habet tamen qui in futuro iudicet eum. Quis erit? Hic ipse sermo, quem nunc loquor, condemnabit, & coarguet incredulum, quòd suapte malitia perierit. Ego enim præmijs inuitaui, supplicijs deterrui, beneficijs allexi, excitaui miraculis, omnes ad me venientes benignè, & misericor-

diter

diter excipio, neminem à salute repello, omnibus aditum ad salutem patefacio. Quid igitur poterunt increduli prætexere in extremo die, qui tot beneficijs ad fidem prouocati, in sua perseuerauerunt incredulitate? Conuicti erunt in extremo die, verbum meum fuisse lucem, ac vitam, & nunc sentient cõscientiæ, verbum meum iudicem arguentem, accusantem, & damnantem eos.

Impij inexcusabiles.

[QVIA ego ex meipso non sum loquutus.] Laudem, & gloriam omnem humilitatis gratia ad Patrem refert, & humili sermone totum negotium de certitudine suæ personæ, & sui officij concludit. Ideo sermo meus erit iudex incredulorum: quia sermo, quem loquutus sum, non est ex meipso solum, sed à Patre meo, à quo originaliter sum: nunquàm enim aliquid prædicaui ab eo dissentiens. Et quia hic sermo est à Deo Patre, igitur dignus est per quem iudicetur increduli. Est certè Euangelium, verbum potens, & virtus Dei in salutem omni credenti, Ro. cap. 1.

Euangelium.

[SED qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicã, & quid loquar.] Primo capite huius Euangelistę scripsi est, Deum nemo vidit vnquã: Vnigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. & ca. 3. Quẽ enim misit Deus, verba Dei loquitur. Patet, (ait Christus,) qui est legis author, & vnde huc profectus sum, siue à quo veni factus homo, mihi præscripsit quod dicã, & quomodo dicam. Hæc si spiritali aure auscultauerimus, rectè de ipso Filio dicta esse cognoscemus. Nã quum ipse Christus sit viuum, atq; subsistens Dei Patris verbũ; necessariũ est vt quæ à Patre sunt, interpretetur, volũtatémq; Patris in lucem protrahẽs, quasi mandatũ inde se accepisse dicat. Per æternã generationẽ Filius à Patre habet quid dicat interius, & quid loquatur exterius. Etquẽadmodũ vox nostra, siue verbũ, (si veritatẽ assequeamur) profert ea, quæ suggerit mẽs: ita & verbũ Patris cogitationes interpretatur, & explicat. Aut expendatur hic locus ad hunc modum: Quemadmodum, inquit, qui mandatũ referunt, nihil diuinant præter quàm eis demandatũ: ita sanè & ego huc à Patre missus, nihil sentio, nihil ve doceo præter ea, quę Patri visa sunt. Hæc itaq; omnia de seipso vt homine loquutus, ait, Nõ sum loquutus ex meipso, sed vt Patris legatus, & à Patre missus. Huc pertinet quod in personã Christi scri-

Christum accepisse mandatũ à Patre.

Christus subsistẽs Dei Patris verbum.

Verbũ cur dicitur Filius.

pſit Dauid Pſal.39. In capite libri ſcriptũ eſt de me, vt faciã voluntatẽ tuã, Deus. Quũ igitur Chriſtus in omnibus obſequeretur Deo Patri, quomodo poterant Iudæi Patrẽ honorare, quum eius legatum Chriſtum aſpernarentur?

Mãdatum Patris, vita æterna.

[ET ſcio quia mandatũ eius, vita æterna eſt.] Si vita æterna (inquit diuus Auguſtinus) eſt ipſe filius, & vita æterna eſt mãdatũ Patris, quid aliud dictũ eſt, quàm ego ſum mãdatũ Patris? Aut interpretari poſſumus ad hunc modũ: ET IO, certiſſima ſciẽtia. QVIA MANDATVM eius, id eſt, verbũ, ſeu Euangelium, (quod ex mãdato Patris prædico) EST VITA æterna, id eſt, effectum habet ad vitam æternã, ſiue via eſt ad vitam æternã. Hoc mandatũ habet cognatã rem, vitã æternã, quæ hac methodo interpretatur. Prædicatur verbũ, ſiue Euangelium (quod nuſquam eſt ſine Chriſti ſpiritu) verbo credimus, fide viua iuſtificamur. Huius iuſtitiæ per fidẽ impetratæ, finis eſt vita æterna. Huc pertinet quod ſcriptum eſt Ioannis cap.1. Sic Deus dilexit mundũ, vt Filium ſuũ vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in eum, habeat vitam æternã.

Euangelium nunquam ſine ſpiritu.

[QVAE ergo ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.] Quæ à Patre per æternã generationem accepit, & mihi, vt ſuo legato, admãdauit dicẽda, hęc ea ipſa loquor. Ego dico me eſſe lucẽ, fontẽ viuũ, vitã & reſurrectionẽ. Hæc Pater iuſsit me prædicare. Proinde SIC loquor, id eſt, eò tẽdit mea prædicatio, vt per Euãgeliũ, & verbum, quod prædico, homines habeãt vitã æternã. Scopus, & finis meæ prædicationis eſt, vt homines per fidẽ in me, vitã cõſequãtur æternã. Infrà cap.20. Hæc autẽ ſcripta ſunt vt credatis quòd IESVS eſt Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Cæterùm qui voluerit videre, viuere, & reſurgere, Chriſtum videat, in ipſum credat, & nihil verebitur Satanę iacula, mũdi tenebras, aut mortis terrores, quantuncunque tetros.

Prædicationis Chriſti ſcopus.

CONCILIATIO.

Pugnantiã habere videtur locus Deut. cap.15. ſcriptum, OMNINO indigẽs, & mẽdicus nõ erit inter vos: cũ hoc, quòd PAVPERES ſemper habebitis vobiſcũ: & cũ illo, quòd cap. Deuter. ſcribitur, NON deerunt pauperes in terra habitationis tuæ. Reſpõdeo: In ſpeciẽ quidẽ apparet pugnãtia quædã: ſed ſi diligẽter ſummã cap.15. Deuter. exa-

cuſſerimus, nihil diſſidẽtiæ eſſe ndetuus. Dominus Deus eò diuites fecit, vt miſericordiã, & liberalitatẽ exercẽres, pijs, ac ſanctis operibus fidẽ ſuã probatã reddãt: quoſdam verò creauit, quibus res domi anguſta eſt, vt penuria exciti, patiẽtia exerceãtur, & à Deo, otium bonorũ fonte, auxiliũ ſperẽt: in quẽ qui ſperãt, nõ cõfundũtur. Quũ itaq; legiſlator Moyſes dicit, Omnino indigẽs, & mẽdicus nõ erit inter vos, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in terra, quã traditurus eſt tibi in poſſeſſionẽ: Hac lege nõ præcipit profligãdos eſſe pauperes è terra, aut iugulãdos: ſed iubet vt ãb inopia releuẽtur, & illorũ neceſsitati ſuccurratur ne mẽdicẽt. Videmus hac lege admãdatũ eſſe charitatis, & miſericordiæ exercitiũ in pauperes. Quod verò in hoc capite Ioãnis; & alio loco adducto dicitur, Pauperes nõ deſuturos: nõ ſex, ſed rei futuræ prædictio eſt. Aliud enim eſt Mandare, aliud Prædicere: illud mãdati eſt, hoc prædictio. Velut ſi ego dicerem. Cauete ab omni ſpecie mali, & ne inſermini peccato & diabolo. Itẽ. Mala vbiq; imuorabit. Hic prædicitur diabolum circũibit, & quęret quẽ de fidę illhic admãdatur ſolicitudo ãdhibẽda, ẽũ eſt. Pauperes ſemper habebitis vobiſcũ, ſed his ſuccurrẽdũ eſt iuxta præceptũ, Omnino indigẽs, &c. Cura, & ſolicitudo adhibẽda eſt, vt ſubleuẽtur pauperes, nec emẽdicato pane, ac ſtipe erogata victimare cogãtur. Nam quoties ad hoc officiũ Chriſtus in Euangelio nos inuitat?

Charitas in pauperes.

Prædicere, & Mandare, non idem.

CAPVT XIII.

ANTE diem feſtũ Paſchæ ſciẽs[a] Ieſus quia venit hora eius, vt [1] tranſeat ex hoc mundo ad Patrem: quum dilexiſſet ſuos, qui erant

[1] Tranſeat) exiret.

[a] Chriſtus lauat pedes Apoſtolorum. Matth.26.a Luc.22.a Marc.14.a

in mũdo, in finẽ dilexit eos. 2 Et cœna facta, quũ diabolus iam misisset 3 in cor, vt traderet eũ Iudas Simonis Iscariotes, 4 sciẽs quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deũ vadit, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & quũ accepisset linteũ, præcinxit se: deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum, & dixit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis modò: scies autem posteà. Dicit ei Petrus, 5 Non [b] lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus, Si nõ lauero te, 6 non habebis partem mecum. [c] Dicit ei Simon Petrus, Domine, non tantum pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei Iesus, 7 Qui lotus est, non 8 indiget nisi vt pedes 9 lauet, sed est mundus totus: & [d] vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quis nam esset, 10 qui traderet eum. Propterea dixit, Non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, & quum recubuisset, iterũ dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me

2 Et cœna) cœna igitur.
3 In corde Iudæ Simonis) subaudi filij Iscariotæ, vt traderet eum.
4 Sciens) vel quiuis sciret se esse seruatorẽ, & dominum omnium, tamẽ surrexit à mensa, & speciem serui abiectissimi induit.
5 Nõ lauabis) nunquam patiar vt mihi laues pedes.
6 Nõ habebis partẽ,) id est, cohæres meus non eris.
7 Qui lotus.) id est, qui partem superiorem totam habet, & mundũ, id est, animum.
8 Indiget) opus habet.
9 Lauet) subaudtviæ causa.
10 Qui traderet) proditurus esset.
b Petrus nõ vult sibi lauari pedes à Christo.
c Laudat Christum.
d Mundi Apostoli.

[e] Magister, [f] Dominus,
[g] Lauare pedes.
[h] Seruus. Infra. 15. c Matth. 10. c Luc. 6. f
[i] Iudas. Psal. 40. c
[k] Accipere missum à Christo. Matth. 10. c Luc. 10. c
[l] Proditorem suum Iudam indicat Christus. Matth. 26 Marc. 14. b Luc. 22. b
[m] Ioannes.

[e] Magister, & [f] Domine: & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, dominus, & magister: & vos debetis alter alterius [g] lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amen dico vobis, non est [h] seruus maior Domino suo, neq; 11 Apostolus maior eo, qui misit illũ. Si hæc scitis, beati 12 eritis, si feceritis ea. Nõ de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim, sed vt adimpleatur Scriptura: [i] Qui mãducat mecũ pãnẽ, leuauit cõtra me calcaneum suum. A modò dico vobis, priùs quàm fiat, vt quũ factũ fuerit, credatis quia 13 ego sum. Amẽ amen dico vobis, [k] qui accipit si quem misero, me accipit: qui autẽ me accipit, accipit eum, qui me misit. Quũ hæc dixisset Iesus, 14 turbatus est spiritu; & 15 protestatus est, & dixit, Amen amen dico vobis, [m] quia vnus ex vobis 16 tradet me. Aspiciebant ergo 17 adinuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. 18 Erat ergo recumbẽs [n] vnus ex discipulis 19 eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. 20 Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei, Quis est de quo dicit? Itaque quum 21 recubuisset ille supra pectus Iesu, dixit ei, Domine, quis est? Respon-

11 Apostolus) missus legatus.
12 Eritis) estis.
13 Ego sum) subaudi saluator, & is, de quo id prædictum fuerat.
14 Turbatus est) id est, animo turbato esse cœpit.
15 Protestat") testificatus.
16 Tradet) proditurus est me.
17 Adinuicẽ) se inuicem.
18 Erat ergo) erat autem.
19 Eius in, &c.) ex discipulis Iesu in sinu ipsius.
20 Innuit ergo huic, &c.) vt scisciteretur quis esset de quo loqueretur.
21 Recubuit) incubuisset.

dit Iesus: Ille est, cui ego [22] intinctum panem porrexero. Et quum intinxisset panem, dedit [23] Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post buccellam introiuit in eũ [o] Satanas: & dicit ei Iesus, [24] Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia [25] loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret. [p] Quum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuò: erat autem nox. Quum ergo exisset, dixit Iesus, Nunc [26] clarificatus est Filius hominis, & Deus clarificatus est in eo. [27] Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & continuò clarificabit eum. [q] Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. [28] Quæretis me: & sicut dixi Iudæis, quò ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modò, Mandatum nouum do vobis, [r] vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, [29] vt & vos diligatis inuicem. [s] In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Dicit ei Simon Petrus, Domine, quò vadis? Respondit Iesus, Quo ego vado, nõ potes me modò sequi: sequeris autẽ postea. Dicit ei Petrus, Quare nõ possum te sequi modo? animam meam pro te ponam. Respondit ei Iesus, Animam tuam pro me pones? [t] Amen amen dico tibi, nõ cantabit gallus, donec ter me neges.

o Satanas.

p Iudas ludit Pharisæos.

q Filioli Supra 7.d

r Ioan. 2.b Dilectio. infra 15.b

s Discipuli Christi vnde cognoscuntur.

t Petrus negaturus Christũ. Matth.26.d Marc.14.e Luc.22.e

Ante diem festum Paschæ. CAP. XIII.

QVVM Ioannes Euãgelista sermonem Domini de veritate corporis, & sanguinis Christi in Eucharistia suprà sexto capite, memorarit, hic à narratione Cœnæ (quam reliqui Euangelistæ hoc loco inserunt) supersedit: putans satisfecisse suo instituto, si quæ à cœna Christum facta sunt, recensuerit. ANTE diem festum Paschæ, id est, quartadecima luna (Exodi ca. 12.) ab æquinoctio vernali: ad vesperam: siue, vt Matthæus cap. 26. & Marc. ca. 14. prima die azymorũ, & Luc. ca. 22. Venit dies azymorũ, in qua necesse erat occidi Pascha. Et apud nos die Iouis serò: qua nocte incipiebat parasceue, id est, præparatio ad celebrandũ Pascha: cuius solennitas erat decimaquinta luna. Obserua: Nomine PASCHAE alludit ad transitũ Christi: quasi dicat, Verũ Pascha instat, ergo Christo transeũdum est, & moriendum. PASCHA, vox est Hebraica significans transitum. Primum Pascha celebrauit populus Dei, quando Pharaonem fugiens, rubrũ mare transijt. Transitus ille figura fuit in Christo secundũ veritatem impleta, dum per crucẽ ex hoc mundo ad Patrem transijt: ita & nos fide viua Christo adhærentes, transimus ex hoc mundo ad cælos cum illo, ex morte ad vitam, ex peccato ad iustificationem, ex impietate ad pietatem, efficimúrque filij Dei spiritu eius donati: vt hæredes Dei, & cohæredes Christi, æternùm fruamur Deo.

Azymorũ prima dies. Parasceue. Pascha.

[SCIENS IESVS quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.] Quum IESVS (quem diuinum Patris consilium de tempore crucis nõ poterat latere) sciret quia venit tempus, quo & ipse festi diei vocabulo respondens, transiret ex hoc mundo, & ad Patrem, vnde fuerat profectus, rediret, transferrétq; carnẽ suam

suam oculis hominum subductam, in lucem inaccessam.

[QVVM dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.] Prior nos dilexit Deus. 1. Ioan. cap. 4. In hoc est charitas, nō quasi nos dilexerimus Deū, sed quoniā ipse prior dilexit nos, & misit Filium suū propitiationem pro peccatis nostris. Hæc dilectio præcipua est causa passionis eius. SVOS, id est, Apostolos, quos vt domesticos & amicos sibi peculiariter delegerat, qui nōdum exituri erant è mundo: sed quibus ingens cum mundo habenda erat conflictatio, non deseruit, sed perpetuam, ac perfectam erga illos declarauit charitatem. Aut SVOS dixit, iuxta rationem creationis: proprij enim sunt omnes homines. Aut SVOS vocat, electos in Christo: electi enim sunt Christo à Patre traditi, quos profectò ante mundi iacta fundamenta elegit in Christo, Ephes. cap. 1. Appendicē posuit, QVI erant in mundo: quia & alij erāt sicut Abraham, & Patriarchæ, sed non in mundo: demigrauerant enim ab eo loco. Aut in genere omnes homines significauit: siquidem Christus vniuersalis pro omnibus saluator est. QVI erant in mundo, id est, mundi impietate, & cæcitate oppressi. IN FINEM, quasi dicat, non obiter dilexit, sed constanter, vehementer, & perseueranter dilexit suos, & perfectam erga illos vsq; in finem declarauit charitatem, nihil omisit, quod ad germanam spectaret dilectionem.

Passus est Christi causa.

Christus quos suos esse dixit.

[ET cœna facta.] Cœnæ circunstantias per omnes suas partes non explicat Euangelista: putans satis esse tantūm meminisse illius, propter historiæ cohærentiam, & vt commodiùs superioribus sequentia connectat. Beatus Augustinus putat hic vocem, FACTA, accipi pro cōpta, siue parata, quemadmodum in Sacris literis dicitur, Dies factus, quum exortus est Sol, non quum peractus dies. Nam posteà legitur Christus accubuisse, & buccellam proditori tradidisse. COENA ergo facta, id est, postea quam parata esset suprema illa, & mystica cœna, in qua dato corporis & sanguinis sui sacramento, pacturus erat perpetuam sui memoriam, & amicitiæ nullo vnquam tēpore intermorituræ, fœdus sancire cōstituerat.

Facta, id est, parata.

[QVVM diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Scariotis.] Actum erat in corde Iudæ per immis-

immissionem diabolicam, vt discipulus (cuius mentem iam auaritiæ pestis occuparat) proderet Dominum, quē neque magistri (curam proditoris vsque ad finem gerentis) lenitas, neque comitas à proditionis meditatione, & tam nefario scelere reuocarit. Vnde Iudæ inhumanitatē explicaturus Euangelista, apposuit, Et cœna facta: quasi diceret, Magna fuit Iudæ inhumanitas, quē neque etiam mēsæ cōmunio placauerit. Tam infandū fuit Iudę scelus, vt nō humanæ menti solùm tribuatur, sed etiā diabolo, qui vt mendacij, ita omnis peccati author, & suggestor est. Hæc ab Euangelista ideo hic memorata sunt, vt Domini summissionē, mirámque lenitatē in Christo prædicaret, quòd tā scelesto proditori suo sustinuisset lauare pedes. Cur Iudas dictus sit Iscariotes, suprà meminimus. Obserua: Quū diabolus immisisset, &c. quasi dicat, Diabolus primùm expugnat cor: quo expugnato, ac victo, posteà prodit foras malū. Est certe cor, peccati fons, & origo. Matt. ca. 15. Nā de corde exeunt cogitationes malæ,

Diabolus peccati author.

Peccati fons cor est.

[SCIENS quia omnia dedit ei Pater in manus.] Occupatio est, ne putaret quispiā Christū abiecisse animum, quòd audierit Christū ex hoc mūdo transiturū, & Satanæ suggestione proditorē in animo proditionē cōcepisse: quasi verò actū sit de Christo, qui hæc ignoret. Respondet Euāgelista, SCIT Christus, & certus est, Patrē dedisse sibi omnia in manu: Hoc est, certus est, quòd Pater sui esset studiosissimus, quódq; nihil horsū pateretur interire, quæ sibi seruanda tradidisset. Proinde ne quis existimet ipsum coacto animo, & mera impiorum potestate in crucem adactum esse, SCIT, suppleo diuina præscientia de futura sua morte. Oblatus enim est (ait Esaias) quia ipse voluit, nō autem quia Iudas, Pharisæi, & Pilatus voluerunt: quorum tela, & machinationes (quæ non ignorabat) præscius auertere poterat. Aut SCIENS, diuina scientia certus, officiū suū siue munus à Patre esse sibi cōmissum, quod est credētes per crucē saluare. Nam Pater DEDIT omnia in manus eius. id est, Pater Filio fauens, cōstituit eū dominū mortis, & vitæ: tradiditq; in manus, & in potestatem eius, vitam, iustitiam, redemptionē, peccatorum remissionē, salutē, iudiciū, resurrectionē, & reliquos omnes Dei thesauros, quos credentibus per mortē

Christus scit omnia.

Pater omnia in manus Filii dedit.

para

pararet,ac distribueret. Hæc omnia suauissimam pijs,& afflictis afferunt consolationem contra scandala crucis, dum certò apud se statuunt Christum esse dominũ mortis,& vitæ. Obserua. Quũ Deus omnia sua bona in Christi manus tradiderit,ergo extra Christũ nõ est salus. Adnerte: Quũ audis, TRADIDISSET ei Pater,&c. ne existimes hic quãdã Filij impotẽtiã declarari, sed discepotiùs reuerentiam erga Patrem, & voluntatis cõcordiam-

Datio, siue traditio. Datio enim,siue traditio insinuat cõcordiam,& cooperationem cum beneplacito Patris. Quomodo & apud Paulum, (1.Corinth.cap.15. Quum tradiderit Filius regnum Deo & Patri) verbum Tradidit,nõ denotat Patris impotentiam, sed dicit cooperationem, & cõcordiam Patris & Filij. Horum sensus est, PATER omnia dedit in manu,id est,in potestate Iesu,vt filio Dei, generando illũ ab æterno omnipotentem:eidémq; vt Filio hominis, dedit omnia IN manu,id est,in eius potestate,ab hora incarnationis, qua Filius Dei homo factus est. Habuit enim Iesus homo,potestatem super omnem creaturam, vt alibi in primum caput ad Hebræos expandimus.

[ET quia à Deo exiuit,& ad Deum vadit.] Probatio eius,quòd omnia Pater tradidit in manus Filij, petita ab approbatione personæ Christi, quæ quum à patre venerit,ad Patrem rursum abeat, Patri gratissima est. Nam

Christũ à Patre gigni,venire & redire. Christum à Deo venisse, & ad Patrem redire, est personam Christi acceptissimam esse Deo Patri, eiusque officium (quod nobis manifestauit) certissimũ esse. Obserua. AEterna generatione ex substantia Patris emanauit Filius, venit in mundum homo factus, & ad Patrem reuertitur homo cum Patre glorificandus:qui vt,quam venit,Patrem non deseruit,ita rediens ad Patrem, nos non reliquit. Ecce enim(dicebat ille) vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.

[SVRGIT à cœna.] Qui à Deo egressus est, & ad Deũ reuertitur, SVRGIT à cœna iam instructa, humilitatis exemplũ exhibiturus, quò manifestaret se suorum finem dilexisse. Humiliat se coram discipulis, alludens ad extremam suam humiliationem in cruce perficiendã. Hoc humiliationis exẽplo Christus cõmendauit no-

Proximo inseruiendum. bis charitatem, & humiliationem erga proximum, vt non

non pudeat nos ipsos inseruire proximo. Sunt enim maximæ humiliationis signa, & ferentissimæ charitatis symbola,à cœna surgere,exuere vestimenta,linteum accipere,sese præcingere,mittere aquam in peluim, ad pedes se demittere,lauare pedes,& eosdem linteo extergere. Hæc omnia officiositatis,& charitatis plena sunt,quæ nos inuitãt, vt etiam cum proprio incommodo nosipsos demittentes,proximo inseruiamus.

Officiositas Christi.

[ET ponit vestimenta sua.] Hæc est humilitatis emẽtia. Ante cœnam non lauat pedes discipulorum, sed posteaquàm omnes accubuerunt, surgit solus ipse illis recumbentibus, & deponit vestimenta, docens nos vt alacres & expediti simus ad proximo inseruiendum.

[ET quum accepisset linteum,præcinxit se.] Hoc memorabile factum Euang-lista per omnes circunstantias, more suo, quàm diligenter memorat: vtique vt à nobis quoque cum summo studio perpendatur. Positis itaque vestimentis,quò planè ministri gereret imaginem, accepit linteum,eóque sese præcinxit.

[DEINDE misit aquã in peluim.] Solus omnia gerit,spectantibus,& accũbẽtibus discipulis. Præcinctus reple peluim aqua. Obsecro,considera quàm seruile hoc ministerium,& quàm infimum fuerit,si mundi huius honorem respexeris. Propterea Paulus ad Christi imitationem nos hortatur, ad Philipp. cap.5. Hoc sentite in vobis,quod & in Christo Iesu.

[ET cœpit lauare pedes discipulorũ, & extergere linteo,quo erat præcinctus.] Abiectissimã iuxta mundum officij functionem aggressus, cœpit lauare pedes discipulorũ suorum,& linteo extergere. Quod genus officij ab Hebræis præstari solet hospitibus,& amicis,ad mitigandũ laborẽ itineris,& peregrinationis. Sed quod Christus gessit,nõ solùm absolutæ humiliationis,& modestiæ exẽplar fuit,sed etiã typus mysticæ intelligentiæ: nimirum docet,oportere eos qui prædicationis Euãgelicę munus obirent, quique mensæ Dominicæ vellent fieri participes, esse ab omni carnis affectu purissimos: quæ puritas nemini contingere potest, nisi Christo Iesu, nostræ infirmitatis sordes detergente,qui solus purus,innocens, & immaculatus,inter homines homo ita versatus est, vt

Pedum lotio.

nihil

nihil sordium nostrarum ex commercio vitæ cõtraxerit.

[VENIT ergo ad Simonem Petrum.] Existimat Chrysostomus Christum non primùm venisse ad Petrũ, sed ad Iudam,& lotionem cœpisse ab alio,quàm à Petro, propter verbum præcedens, Cœpit lauare pedes:quod verbum insinuat Christum,aliũ quempiam lauisse ante Petrum.Credibile est,proditorem impudenter ante Apostolorum principem discubuisse: nam & aliunde impudentia proditoris ostenditur,quum intingeret cum magistro,& quum reprehensus minimè compunctus est. Accedo ad diui Augustini sententiam: primùm venit Christus ad Petrum,primum in ordine Apostolorum.

Cuius pedes primo Christus lauit.

[ET dicit ei Petrus.] Ignorans Petrus propriũ Christi officium (quod est humiliari) totus perhorrescit, videns magistrum tam abiecto, & vili officio defungentem.Quis, quæso, non perhorruisset, quum Dominum omnium (qui cum patre in cælis glorificatur) seruili habitu præcinctum, nudum, peluim gestantem, ad pedes serui procumbentem videret? Iure igitur exhorruit Petrus inauditum humilitatis exemplum:quum præsertim rei causam ignorans,putaret ad quandam solam itineris mitigationem,& corporis quietem,oblatã hãc esse lotionem.Non absimile legimus exemplum,Matth. cap.xvi. tio,de Ioanne Baptista,qui sua indignitate territus,recusabat baptizare Christum.

[DOMINE, tu mihi lauas pedes?] Petrus suam agnoscens imbecillitatem,& Domini dignitatem cõsiderans cùm ex miraculis, tum ex admirabili doctrina, necdum tamen (qui nondum pleno cornu Spiritũ hauserat) plenè cognouerat eius dignitatẽ, & diuinam in illo naturam, nondum è mortuis ipsum resurrexisse, cælos ascendisse, ad dexteram Patris conscendisse,& toto orbe diuinis honoribus coli viderat. Hoc igitur animo Petrus recusat à magistro lauari: & captans benevolentiam à dignitate, & potẽtia Christi,dixit,Domine,Quid istud est rei, quod offers? Tũne mihi lauas? Oportebat, (inquit) oportebat nos,qui natura serui sumus,non te,qui Dominus omnium es,hanc functionem suscipere.Hæc valde emphaticè pronuntianda sunt: TV, tu,inquam,Dominus,ego seruus: tu creator, ego creatura:tu, qui tantus es, LAVAS, ea procum-

Petrus recusat lauari à Christo.

procumbis, & teipsum demittis, vt laues his tuis manibus,quibus cæcos illuminasti,leprosos mundasti, & mortuos suscitasti,mihi seruo,& imperito,non manus,neque aliam honestiorem partem,sed PEDES, qui extremæ omnium maximè sordidæ partes,ac ignominiosæ habentur.Noui qui sim, & noui qui sis:mihi indigno peccatori lauas pedes?

[RESPONDIT Iesus,& dixit.] Petro detrectanti aperit Dominus proprium suum officium esse humiliari.Sicut & Ioanni Matth.cap.3.recusanti baptizare se, dixit, Sine me:sic enim decet nos implere omnem iustitiã:qualiter, & te hanc meam humiliationem non recusare, & excludere,quò sic pertingamus ad iustitiam. Ego mei humiliatione omnibus credentibus paraturus sum iustitiã, tu verò obediendo,eam impetraturus.Cæterùm, vt verũ est,nos coram Deo impuros,& indignos esse (quis enim iustificabitur in conspectu Dei?) ita Christiani, & pij est animi,nostram indignitatem,oblatam per Christum gratiam, siue oblatum Christi ministeriũ recusemus, & excludamus.Nã vt priùs voluit nasci ex hominibus, vt homines ex Deo nascerentur:ità voluit priùs ministrare nobis, quàm quòd ei ministremus. Eò enim venit in hunc mundũ,vt nostræ indignitati seruiens,sordes nostras purger,adeò honorificè excipit,dum quis suas sordes abeo lauari postulat,cuius ministeriũ in se fert,& patitur. Nam nũquàm Deo purè & piè inseruies,nisi anteà ferasvt Christus tibi seruiat,ac ministret.Audi enim Christum dicentem,Si non lauero te,non habebis partem mecum.

Humiliatio nostri magnifit.

Christus prior seruiuit vt ipsũ seruiremus.

[QVOD ego facio,tu nescis modò,scies autem posteà.] Petre,sine me facere quod ego facio. Hoc meũ charitatis,& humiliationis exemplum quid tibi velit, nondum quidem intelligis,sed POSTEA,quando in die Pentecostes fueris meo Spiritu plenè donatus, cognoscès quod ego nunc ago,tibi fuisse necessarium.Rationem operum Dei caro nunquàm cognoscit:oportet donatum esse Spiritu,eum,qui volet agnoscere quæ Dei sunt,doctore Paulo 1.Corinth.cap.2.Spiritus enim omnia scrutatur,etiam profunda Dei.Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est?ita & quæ Dei

Opera Dei etiam profunda,scrutatur Spiritus.

sunt, nemo cognouit, nisi Spiritus Dei.

[DICIT ei Petrus.] Suæ indignitatis Petrus nõ oblitus, & sui præceptoris excellentiæ non immemor, nihil coërcitus est tam spiritali Christi responsõ, sed magis etiam, atque magis, tantum ministerium (quod non intelligebat) recusauit, dicens,

NON lauabis mihi pedes in æternum.] Zelo Dei motus Petrus, dixit, Nunquam patiar vt tu tantus, mihi tantillo & homuncioni laues pedes. Quasi diceret, Mea indignitas maior est, quàm vt deceat te mihi lauare pedes.

Indignitas nostra fatenda.

Ignorans Petrus, his verbis excludit gratiã propter suam indignitatem. Est proculdubio indignitas nostra cognoscenda, & eadem confitenda: ea tamen lege confitenda est, ne inde gratiam à nobis repellamus.

[RESPONDIT ei Iesus.] Rustice magis, quàm pie Petrus respondisse videtur: sed vehementem hanc recusationem ab ardenti amore proficiscentẽ veluti clauum clauo retundens, & minis cohibens, ipsum per singularem anagogen ab externa ad internam lotionem Christus erexit. Et quemadmodũ peruenusta allegoria Samaritanam ex aqua fontali ad spiritalẽ traduxit: ita nunc ex lotione externa, transfert Petrũ ad cognitionem lotionis internæ, explicans hoc dicto quid lotio pedum adumbret:

Lotio Christi necessaria.

[SI non lauero te, non habebis partem mecum.] Quid mihi reluctaris ô Petre, deiiderabas nobis cõmune tabernaculum (quum Moysi & Eliæ colloqueret) modò recusare videris. Nõ potest quisquam mecum partem habere, nisi hunc lauero: aut nisi sordes per gratiam meam lauerit, atq; absterserit, non poterit regni cælorum fieri participeps: purus sit oportet, quem admittã in meum connubium. Observa: Non dixit Christus, Si non lauero PEDES, sed, Si non lauero TE, vt mutato sermone excitaret Petrũ ad excellentiorem intelligentiam; & vt hac lotione pedum, quam exhibebat, ostenderet se venisse vt ministraret nobis, deinde vt aperiret ministeriũ, & officiũ suum, quod est purgare, & abluere peccatorum sordes. Neque enim cum Domino quisquam commune aliquid habere potest, nisi sit renatus. hoc est, Spiritu Christi lotus, id quod fit sanguinis Christi aspersione, quæ certe respiciens tiam continet: sanguis enim Christi in cor nostrum ver-

Communis habere cũ Domino.

Sanguinis Christi virtus.

bo Euan

bo Euãgelij & fide viua aspersus, & imbutus, emũdat nos ab omni peccato, ac delet chirographũ decreti, quod erat cõtrariũ nobis. (Colos. 2.) & in cõscientia nostra scriptũ. Huc pertinet, quod scribit Dauid Psal. 50. Asperges me, Domine, hyssopo, & mũdabor: lauabis me, & super niue dealbabor. Observa. Habere partẽ cũ Christo, est iustificari, saluum fieri, accipere remissionem peccatorum. Græcis legitur οὐκ ἔχεις, id est, non habes: quo verbo declaratur nõ futuræ, sed præsentis priuationis comminatio.

Habere partẽ cum Christo.

[DICIT ei Simon Petrus.] Naturã comparatum est, vt his, qui feruido tenentur amore, dura sit diuortij mentio. Vnde Petrus audiens se à Christi consortio secludi (quem vnicè amabat) subitò vehementior factus est in admittenda gratia oblata, quam anteà fuerat in recusanda, non pertinaciter contendens, sed citò sermoni Christi obediens, ostendit se dicti illius, Non lauabis mihi pedes, &c. pœnituisse.

Petri pœnitentia.

[DOMINE, non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput.] Tametsi Petrus tum allegoriam Christi nõ intelligeret, quia tamen tantam ærumnam sibi imminere vidit, nisi à Domino esset lotus, illico qui lotionem pedũ acriter repulerat, manus, & caput simul cum pedibus lanionẽ bona specie concepta, Non lauabis mihi pedes in æternum. defensasse, sed habita fide, sententiam mutasse. Cuius exemplo monemur, vt si videris aliquẽ valde pro temeritate vrgentem, ac cum iuramento dicẽtem, Nunquam faciam hoc ac deinde conditio temporis, & circunstantia boni alicuius necessarij euenerit, vnde mutandũ veniat propositum: hunc si iuramenti reuerentia in hoc, quod decreuerat, pertinacem, & ex hoc periclitantem vel in anima, vel corpore cognoueris, rectè hoc Petri exemplo illum ab ea pertinace sententia reuocabis: qui quum pertinax esset, Non lauabis in æternum, &c. vidit pertinaciam vergere in animæ detrimentum, & separationem à Christo, & illico mutauit opinionem.

In turpi voto muta decretũ.

DICIT ei Iesus.] Hoc respõso Christus carnalium opinionẽ cõfutat, docens veram, & spiritalẽ lotionẽ non pẽdere ab externa, & corporali lotione, sed ab interna, hoc est, sui abnegatione, & prauorum affectuum (qui per pedes si-

Lotio interna.

gnificantur)mortificatione. Huic concinit beatus Petrus, 1. Epistolę cap. 3. Quòd & vos (inquit) nunc similis formę saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum, per resurrectionem Iesu Christi à mortuis.

[QVI lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus.] Alia allegoria à communi hominum vsu petita, traducit sermonem à rebus corporeis ad spiritales. Quemadmodum qui loti sunt, tamen solent pedes, quos contactu terræ continuò inquinant, vel etiam quum primùm balneas egrediuntur, ablucre, & mox, & identidem: Ita ei, cui datum fuerit, per aquam illam viuam, de qua meminit Ezechiel capite 36. LAVARI, hoc est, ex Deo nasci, siue fide viua iustificari. NON INDIGET, id est, non est ei opus

Lauare pedes. NISI VT lauet pedes, id est, mortificet carnem, eandem crucifigendo cum vitijs & concupiscentijs: hoc est, non indiget nisi continua membrorum, & carnis mortificatione; SED EST mundus totus, fide cor purificante: nihil enim damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, ait Paulus ad Romanos capite octauo, & inibi, Fratres, debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Nam si secundum carnem vixeritis, moriemini: quòd si Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Ad Ephesios, capite 4. Renouamini autem Spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veri-

Pedes. tatis. Obserua: metaphorice PEDES nuncupat mentem, affectus, & cor nostrum, quod vt corpus pedibus incedit quò libet, ita anima nostra affectibus suis mente, & corde huc, atque illhuc quò vult, fertur.

[ET vos mundi estis.] Insinuarat Christus lotos discipulos, quum dixit, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet: modò aperte pronuntiat illos mundos ex verbo credito, & electione.

[SED non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit, Non estis mundi omnes.] Præcedentis sermonis correctio est, qua Dominus Iesus Iudæ Iscariotæ conscientiam mansuetissimè taxauit cuius animum, & occulta cordis, vt Deus, cognouit, non

non illico tamen puniuit: sed clementer ferens, à tam facinorosa conspiratione multis modis illum reuocare studet. Ea fuit admirabilis Christi mansuetudo, qui tametsi cognosceret eum esse, à quo Iudæis prodendus esset: tamen illum, vt alios, honorauit, eius quoque pedes lauit, & ad finem vsque dilexit, illius crimen cæteris non prodidit, nec à sacro conuiuio, nec à corporis, & sanguinis sui communione illum repulit, tantùm tangit ipsius proditoris conscientiam, quam nouerat, vt vel sic resipisceret, posteà quàm intelligeret tantum scelus Domino suo cognitum, quem destinarat prodere.

Christi mãsuetudo erga Iudam.

[POSTQVAM ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, & cùm recubuisset iterum, dixit eis.] Posteaquàm agnus typicus comestus est, cœnatúmque est iuxta ritum veteris legis, surrexit Dominus, & accumbentium pedes lauit: quibus lotis, recepit quæ exuerat vestimenta, & mensæ rursus accumbens, veram cœnam Euangelicam celebraturus, cœpit discipulis ignorantibus declarare, quod velut ænigma lotione pedum illis exhibuerat. Obserua: quum dicitur, ACCEPIT vestimenta sua, intelligito summas vestes, ne lepulis pedes.

Cœna typica cõpleta, Christus veram celebrauit.

[SCITIS quid fecerim vobis?] Quò mysterium lotionis pedum intelligerent discipuli, & ad ignorantiæ suæ cognitionem adducerentur, quæ non pellitur, nisi cognita: ac ne tantum modestiæ beneficium per obliuionem animis excideret, sed tenaciùs figeretur, interrogatione Christus vtitur: Intelligitisne (inquit) quid sibi velit, quòd vobis omnibus laui pedes? His verbis incipit præstare quod Petro promiserat, Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem posteà. Quem non solum compellat, sed & reliquos, quòd hæc doctrina sit vniuersalis, & ab omnibus honorificè, ac studiosè excipienda.

[VOS vocatis me Magister & domine.] Dignitatem suam, & gloriam Dominus priùs explicuit, vt gloriæ cupidos deprimeret. VOS vocatis: Cognoscitis, & salutatis me Magistrum, & Dominum, vnde agnoscitis vos esse meos discipulos.

Discipulorum humiliatio.

[ET bene dicitis.] Commendatur in discipulis humiliatio, qua IESVM & salutant, & agnoscunt Magistrum, & Dominum.

Christus magister & Dominus.

[SVM enim.] Argumento ab ipsa veritate petito, rationem reddit, cur discipuli bene dicant: Magister enim est CHRISTVS, respectu doctrinæ, quia docet: & Dominus, quia potens est facere, docere, & efficere doctos discipulos. Dissimulauit tamen interim hoc dominium & magisterium Christus, qui exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, vt thesauros patris per crucem, & mortem suam nobis ministraret, & nobis afflictis, & peccato obstrictis inseruiret, inseruiens purgaret, & tandem suo Spiritu donatos beatet.

Magister à discipulis imitandus.

[SI ergo ego laui pedes vestros Dominus, & Magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes.] Decorum discipulorum vrget Christus à debito, vt in omnibus sequantur discipuli magistrum: quum certum sit etiam ex propria confessione Apostolos esse discipulos, & CHRISTVM esse Dominum, & Magistrum. Honestum, & decorum est, discipulos sequi magistrum. Apostoli sunt discipuli. Ergo decet illos sequi præceptorem. Sed Dominus & Magister pedes discipulorum lauit, Ergo debent studiose imitari præceptorem: nimirum alij alijs inuicem lauare pedes debent. Obserua: SI ERGO, &c. Accommodatio est facti, & operis Christi ad discipulos. Vox ERGO, valde emphaticè pronuntiatur: ERGO, ego, inquam, qui sum Magister, & Dominus, eò me demisi, vt lauarim pedes vestros. Hac Christi humiliatione commendantur nobis omnia erga proximum humilitatis opera. In eo quod dixit, Vos quoque debetis alter alterius lauare, nequaquam pedum tantùm lotionem exegit, sed quæuis veræ dilectionis officia.

Synecdoche.

Synecdoche enim est, pars pro toto: vt ex eo, quod seruilissimum videtur, omnia humilitationis officia intelligas. Cauendum est, ne fucata sit hæc pedum lotio quam quidam præposterè Christiani exercent, dum iam lotos pedes perfundunt aqua odorifera, & deosculan

lantur. Sed vera sit, hoc est, qua verè imiteris Christum: nempe vt quamlibet sis eximius, non indignum te ducas quibusvis, & quamlibet humilibus, & pijs officijs nō modò fratres, sed & inimicos demereri. Hoc officij verè præstitit Abigail nuntijs Dauidis, 1. Reg. 25. dicens, Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei. Ad hunc modum Paulus (1. Timoth. cap. 5.) accepit Lauare pedes: quum viduam requirit, quæ lauerit pedes sanctorum, id est, quolibet ministerio illis inseruierit.

Exhortatio Christi ad humilitationē nō sui.

[EXEMPLVM enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.] Argumento ab exemplo Christi magistri sumpto, redditur ratio cur discipuli exerceant charitatis officia. Ac si diceret: Mutuis officijs inuicem inseruire debetis: nam ideò ego Dominus & Magister exemplum hoc vobis exhibui, ne vos inter pares pigeat imitari quod ego discipulis exhibui, pudeátque fratrem in fratrem, & conseruum in conseruum sumere tyrannicum supercilium, quum ego, qui iure possum hoc dignitatis nihil vindicare, memet abieci, & demisi vsque ad lauandos pedes vestros. Cauete igitur, ne ambitionis pestis obrepat in vobis: sed quò quis vestrûm maior est, hoc se magis demittat. Vestra functio neque supercilium, neque fastum, neque violentiam in defendenda authoritate Euangelica admittat: alijs enim rationibus illa continget. Christianus, fide CHRISTVM videre debet, in primis vt ministrum, deinde vt exemplar à Patre datus, factus est minister, quem hoc facto videmus deiectum ad lauandos discipulorum pedes, vt ex deiectione ostenderet, ac pollicereatur se fore ministrū in lauandis peccatorum sordibus. Ait enim ad Petrum, Nisi lauero te, non habebis partem mecum. Deinde hanc lotionem operatus exhibuit nobis exemplum, vt sicut ipse fecit, ita & nos faciamus. Sic & se mitem præstitit, & mititatis suæ nobis specimen præbuit. Deinde vt exemplar ait, Discite à me, quia mitis sum.

[AMEN, amē dico vobis, Nō est seruus maior domino suo: neq; Apostolus maior est eo, qui misit illū.] Iuramēto cōfirmat, & veluti lege stabilit qd ab omnibus obseruādū sanxit: vt qd iuramēto cōfirmatū est, absq; culpa

Seruus nō maior domino.

contemni non posit. Hoc tam commune, & apertum est, vt certè negari nō posit. Nō est seruus maior domino suo, nec qui legatus est ad negotium alienum obeundum, maior est eo, à quo legatus fuit. Vos me magistrum & dominum agnoscitis, vos verò discipulos: Ego Dominus, vestri apostolatus sum author. Indecorū igitur fuerit, & inexcusabile crimen seruorum, & discipulorum, si maiora, quàm Dominus, ipsi sapiunt. Hoc profectò arrogantiæ crimen est, maiora, quàm ferre possis, desiderare. Quum itaque legatis sufficere debeat mittentis auctoritas, turpe certe, furorisque plenum fuerit, vobis (quum serui sitis) erubescere propter ambitionem, & arrogantiam, id exercere in conseruos, quod in vos dominus vester exhibuit. Nec minùs indecorum, ac inhonestum vobis fuerit, in gregem vobis credendum, aut etiam inter vos, turgere fastu: sæuire violentiâ, quum me tam mitē, tam modestum dominū, ac magistrum sitis experti. Proinde si Dominus exinaniens seipsum, factus est seruus, vt è seruo dominum faciat: quantò magis seruus seruū agere debet, vt per dominum dominus fiat? Nam quemadmodum Christus ministerio suo in magisterium exaltatus est, & supra id omne, quod nominari potest, eleuatus, Ephes. 4. Qui enim descēdit, ipse est qui ascendit super omnes cælos. Ita Christianus quò se magis seruum in ministerio Euangelico præstiterit, & humiliorem exhibuerit, eò in maius magisterium exaltabitur.

[SI hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea.] A præmio imitationis, & operum charitatis in proximum, commouet, & excitat discipulos Christus ad Christianam pietatem, & mutuam beneficentiā. SI, id est, quia. SCITIS, id est, intelligitis hæc, BEATI eritis, si feceritis postea ita xta doctrinam meam, quam frequenter vobis iterās inculcaui, ne quà possit elabi. Obserua. SI feceritis: nam nō satis est scire imitandum esse Christum, nec satis est scire exemplo Christi, charitatis opera facienda esse, sed scita, & cognita oportet operibus implere. Non magnum est virtutem cognoscere, sed studiosè agere id maximū est. Non arduum est credere seruum non esse domino maiorem, sed exhibere se seruum, & magistri verum imitatorem, hoc difficile est factu, & maximè arduum opus. Hoc miram

Scita, & cognita opere persicienda.

miram cōsolationem pijs afferet, sed si fide & spiritu excipiatur. Tametsi Christus omniū iudex sit. (Pater enim omne iudicium dedit Filio, & Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius) nihilominus ab iniquissimis iudicibus qui sua functione Christum adumbrabant, à Pontificibus, & Sacerdotibus iudicatus, & damnatus est: atq; per hanc crucem, & humiliationem exaltatus est, & fecit nos ipsius imitatores, iudices super duodecim tribus Israel. Matth. xi cap. 19. & 1. Corinth. cap. 6. Sancti mundum iudicabunt. Quare quum Dominus, & Magister iudicatus sit ab iniquissimis, si iudicamur à mundo, æquo animo ferendum est, vt non sit seruus maior domino. Hoc non credit caro, quę iudicium tolerare non potest, sed resistit, & de suo iure nihil vnquam cedit. Rursum Christus est vita, & tamen in turpissimam mortem est coniectus: qua nobis vitā parauit, & ministrauit. Nos igitur seruos moti oportet, & paratos esse mortem, etiam ignominiosam, subire, si ita postularit Euangelij defensio, vt seruus dominum imitetur, & non sit domino maior. Sed caro nunquàm æquo animo mortem feret, quam modis omnibus abhorret. Non enim credit seruos ad hunc modum imitari debere dominum. Similiter Christus est gloria Patris, Hebr. cap. 1. qui quum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, &c. factus tamen est hominum nouissimus, Esaiæ cap. 53. qua abiectione, & ingloria, fecit nos Patris gloriam, quibus dedit potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Nos igitur serui debemus Dominū imitari, vt per abiectionem, quemadmodū Christus Dominus, in gloriam Patris ingrediamur. Sed quotusquisque est, qui hodie hāc Christi doctrinam intelligat? Pauci admodum sunt, qui credunt seruum non esse domino maiorem. Colligamus ex his, SI hæc scitis, &c. Ac si diceret, Si hæc recte intelligatis, ita vt libeat ea præstare: beati nunc estis in spe, posteà eritis ipsa fruitione, postquam hinc solueritis. Nam quò Deo euadimus similiores, eò sanè & beatiores reddimur. Iam nulla re similiores Deo euadere possumus, quàm nostri humiliatione, & perpetua in omnes beneficentia, qua plenè respondebimus bene monitis præceptoris nostri Christi, Matth. cap. 5. qui tam amicis, quàm inimicis benefacit, & Solem

suum oriri facit tam super bonos, quàm malos.

[NON de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim.] Correctio est sermonis precedētis, qua adumbratē vult proditorē ad pœnitentiā reducere. NON de omnibus vobis dico, videlicet q̄ futuri iustis beati. EGO SCIO quos elegerim, ac si dicat, Nō præter opinionē meam id accidit, quasi id non nouerim: ego ab æterno id noui, q̄ vnus vestrūm me traditurus est. Elegi quidem vos omnes ad Apostolici muneris honorē, sed nō omnes respondebunt huius muneris dignitati. Qui meo exemplo recte fungentur Apostolico munere, beati futuri sunt: sed inter vos est, qui intantum me non æmulabitur, in fratres, & cōseruos beneficentia, (quibus hactenus æquatur) vt in me etiam dominum, ac tantum magistrum erecturus sit ceruicem. Hæc sententia ademit omnē scelerato proditori excusandi ansam, & aperit quàm sit difficile profectum afferre his, qui spiritu filiorum destituti, in potestate sunt Satanæ. Respondebit quispiā: Hic locus aduersatur ei, qui suprà cap. 6. scriptus est, Nunquid ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Respōdeo de externa illhic electiōe in cœtū Apostolicū, hīc autē de interna, & æternā in numerum filiorū Dei, loquutus est.

Electio Apostolorum.

[SED VT impleatur Scriptura, Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum.] SED, id supple ferendum est, siue tolerandus proditor, VT Scriptura impleatur, quasi dicat, de quo iam olim prædixerat Psalmi 40. vaticinium, quod non curat Euangelista ad verbum adducere. Nam Hebræa sic habēt, (interprete Hieronymo,) Sed & homo pacificus meus, in quo habui fiduciam, qui manducabat panem meum, leuauit contra me plantam. Aut ad hunc modum dici possunt: Etiā amicus meus, de quo confisus eram, qui vescebatur pane meo, sustulit calcem suum contra me. Hæc de quolibet viro pio, qui à domesticis suis affligitur, dicitur: vti Dauid de se hūc Psal. 40. cecinit: sed quia nemo vnquam hoc indigniùs, & grauiùs, quàm CHRISTVS, pertulit, ideò præ alijs in CHRISTVM hæc patrocinia competit. Quum itaque ait, SED VT impleatur Scriptura, videtur ad hunc sensum extulisse, vt implerētur Scriptura, in me quoque, ac ideò plene vera ostenderentur, QVI manducat mecum panem, estque domesticus, & familiaris meus, LEVABIT contra me calcaneum suum, id est, mihi insidiabitur, & me opprimet. Tropo Scripturæ significatur oppressio, per Magnificare supplantationem, vel Leuare plantam, vel calcaneum: sumpta metaphora à certātibus, & pugilibus, qui pedes suos colluctātium pedibus subijciunt, quò illos præcipitētius: id quod Latinè dicitur Supplantare. Quos enim calcaneo truserūt, & supplantauerunt, prorsus habent prostratos, & deiectos. Similē sanè oportuit Dominum fratribus fieri (ait Paulus ad Hebræos) per omnia tentatum. Quū igitur & hoc in fratrum tentationibus (qui illius typum gesserūt) repertum sit, vt à domesticis quoque opprimerentur, idē & Dominus passus est, ac ita in Domino Scriptura impleta est. Summa huius prouerbialis sententiæ est, falsos fratres plerunque maximos esse piorum, & veritatis insectatores. Proinde sic ab initio comparatum est, vt qui maximis beneficijs à Deo affectus est, hostilissimus factus sit Dei aduersarius. Exemplo erit Satan creaturarū optimus, illico factus est pessimus Dei aduersarius. Israelitæ populus Dei electus erant, sed maiores idololatriæ, & abominationes, quàm inter Israelitas, non inueneris: vt est apud Ieremiam, cap. 2. Si hypocritarum genium agnoueris, hos maximè omnium de Deo gloriari videbis, quum tamē non sit hostilior, ac pernicioſior Dei aduersarius, hypocritā: vt est in Prouerbijs, Nihil hostilius domestico hoste. Cæterum maxima omnium est hæc Christi querimonia, quia contra falsum fratrem. Quæ enim maior esse potest querela, quàm quæ ex fraude fratris oritur? Ad hæc contemplare Pharisæos, & Sacerdotes, qui munere sacerdotij Christum adumbrabant, sed quis virulentiùs, hostilitúsve istis CHRISTVM est persequutus? Ita & Iudas tanto honore à magistro suo exceptus, & inter Apostolos non postremus, leuauit calcaneum suum aduersus Christum, magistrum suum. Docuerunt id Apostolorum tempore varia exempla, & hodie non desunt exempla: sed horribile est & Ecclesiæ Dei, & Euangelium ipsum habere suos hypocritas, & sanguinolentos Herodes, Pilatos, & Pharisæos. Assecłas Iudæ, & Christi proditores putauerim quotquot prætextū

Calcaneum leuare.
Magnificare supplantationē
Supplantare.

Hypocritæ.

textu Christi, & nomine Euangelij aduersus sacrum se-
su Christi Euangelium, Apostolorúmque doctrinam pu-
gnant, & fucata Scripturarum specie Scripturas depra-
uãt, sensum violentũ Scripturis inferentes, & ad suos af-
fectus detorquentes, nõ autem ex Scripturis sensum pere-
tes, quem suggerit Spiritus Christi, Scripturæ author.
Obserua: Particula VT, non dicit causam, sed euentum.
Nam propter Scripturam nõ coactus fuit Iudas prodere
magistrum, vt appareant veri sermones Scripturæ. Hoc
plane blasphemum est, tollens liberum arbitrium: sed vt
sciamus quòd de hoc dixerit Scriptura, quem videmus
nunc opus admisisse, & quod futurum erat in Iuda, non
tacuit: præmonuit Scriptura quia futurum erat, non au-
tem quia præmonuit, futurum erat. CALCANEVS, sive
Calcaneum, est posterior pars pedis, dolum, & insidias,
atque adeò semper malum significat.

Liberũ arbitrium.

Calcaneus.

[AMODO dico vobis priusquàm fiat, vt quum factum
fuerit, credatis quia ego sum.] Vt paratiores sint ad cru
cẽ discipuli, & ne scandalizentur à præceptore deficien-
tes, dũ viderint Christũ magistrũ pati, aut dubitauerint
de persona, aut doctrina & operibus eius, præmunit illos
his cõsolatiunculis: AMODO, id est, ex hoc tempore, di-
co vobis priusquàm fiat, hoc est, Quæmox futura sunt
vobis enarraui. Iacula enim præuisa minùs feriunt, &
lædũt. Hoc itaq; PRIVSQVAM fiat, id est, per Iudã pro-
dar, & in crucẽ conijciar, prænuntiaui vobis: ex quo non
paruam vtilitatem comparare poteritis. Dico, inquã, vo-
bis, VT quum factũ fuerit, id est, rerũ, quas cùm ego, tum
Scriptura prædixit, exitum probaueritis, CREDATIS
quia ego sum, hoc est, fides vestra in me, vt Deũ, feratur:
credatis me esse illũ, de quo vaticinata est Scriptura, qui
nihil falsi, nihil vanum, atq; inane proferre soleam. Et si
prodar à Iuda, & in crucẽ conijciar, ne scãdalizemini, aut
dubitetis de doctrina mea, & persona mea: sed certò ap-
pud vos statuatis, meam doctrinam esse certam, & quia
ego sum Filius Dei, saluator mundi.

[AMEN, amen dico vobis, qui accipit si quẽ misero, me
accipit: qui autẽ me accipit, accipit eum, qui misit me.]
Præcedens consolatio fuit cõtra scandala crucis Chri-
sti: nũc quæ sequitur cõsolatio, est cõtra scãdala crucis, &
affli

afflictionũ in Apostolis, & pijs omnibus, ne in cruce, &
afflictionibus animos despõdeant, aut dubitẽt se Deo cu-
ræ esse, & vacillare incipiant de doctrina Christiana. Nã
hæc cõsolatio, est gradatio, qua Christus pollicetur se cũ
Patre suo præstò adfuturum verbo Apostolorũ. Simúlq;
dignitatem Apostolicam affert, vt significaret quantum
honoris Iudæ contulisset, atque inde quàm ingratus, &
scelestus Iudas esset, qui in mortẽ conspirauerat tradere
eum, cuius gratia, & beneficio ad tantũ honorẽ euectus
erat: vt qui ipsum recepisset, Christũ, & Deum recepisset.
Iuramento itaque cõfirmat Christus certitudinẽ præmio
rum, quæ accipient, qui Apostolos, & pios afflictos exci-
pient, & illis facient bene. AMEN, amen dico vobis, hoc
est, veritatẽ dico, QVI accipit si quem misero (elegãs est
hæc periphrasis omniũ beneficiorũ, quæ in pios afflictos
cõferũtur,) id est, quisquis recipit eum, quẽ mitto, me reci
pit: quia piorũ afflictorum curam habeo. Alibi dicitur,
Qui vos audit, me audit. Suauissima est piorũ cõsolatio,
Q qui eos suscipit, suscipit & Deũ Patrem, & Filiũ. Et qui
pijs afflictis bene facit, Deo Patri, & Filio bene facere di
citur: qui autem me accipit, (qui à Patre missus sum)
ipsum Patrem, qui misit me, accipit. Ergo ad cõtrarium si
verteris, obseruabis proditoris contumeliam ad Patrem
ascendere: quia qui Filium inhonorat, Patrem quoq; cõ-
tumelia afficere dicitur. Concurrit enim omnino Patris
significatio, quãdo Filius nominatur. Ex his colligimus
Christum discipulos, & omnes pios suo exemplo horta-
ri, & consolari, ne dum ab impijs affligentur, territi, fidẽ
Euangelij aut non excipiãt, aut semel exceptam reijciãt.
Ego (inquit) missurus sum vos in mundum, sed, vt præ-
monui, ne scandalizemini crucẽ, qua paulò pòst afficiar:
ita vos præmoneo, ne à doctrina mea deficiatis, si pro-
pter Euangeliũ ignominiosis supplicijs afficiamini ab
impijs. Nam quemadmodum ego Patris Apostolus, &
in hunc mundum legatus sum cruce comite, ita & ego
missurus sum vos (qui mei estis Apostoli) in mundum, ad
prædicandum Euangelium. At non mittam vos dissimi-
li, sed simili habitu vestitos, nimirum ignominijs, con-
temptu, carcere, cruce, & turpi morte. Sed vt pater etiam
in medijs periculis non me dereliquit: ita & ego curam
vestri

Præmiorũ certitudo.

Patre cognito cognoscitur Filius.

Colores discipulorũ Christi.

vestri agens, vobis ad futurus sum, cũ patre, & meo Spiritu, quò abundè donabimini. Obserua: Qui Apostolos, & Ecclesiastas verbum Dei annuntiantes audit, non minùs verbum Dei audit, quàm si Christi corporalem vocem audiret. Qui nugas, somnia, vana commenta, anilesque fabellas, & delitia prædicat, non missus, sed veniens vocatur: Ioan. cap. 10. Qui mittitur, solùm de Iesu Christo Euãgelium prædicat. Deinde obserua. Hic locus causam impulsiuam habet ad benefaciendum pijs afflictis, argumento à certitudine præmiorum, & dignitate piorum afflictorum petito, qui quanquã ignominijs, & varia cruce affligantur, tamen illorũ curam habent Pater, & Filius.

Non missus, sed veniens.

[QVVM hæc dixisset Iesus.] Quia Ioannes (supra, cap. 6.) diffusiùs est loquutus de pane illo cælesti, & eius manducatione: hoc loco omittit narrare institutionem Eucharistiæ, de qua amplè tractarunt alij Euangelistæ.

Cœnæ ordo.

Ordo cœnæ ad hunc modum videtur fuisse: In primis facta est cœna agni Paschalis, deinde Christus positis vestimentis, & accepta aqua, pedes discipulorum lauit. Rursum mensæ accubuit cœnam completurus, & verba hic à Ioanne præmissa prolaturus. Subinde sacramentum Eucharistiæ instituit, & seipsum discipulis in cibũ dedit. Postremò subiunxit quæ Ioãnes de proditore modò narrat. Quum dixisset hæc de cruce sua, de fide Apostolorũ contra scandala crucis habenda, & de præmijs eorum, qui discipiunt pios, afflictionibus, & cruce oppressos.

Fremitus. Turbatio Christi.

[TVRBATVS est Spiritu.] Quemadmodũ quum suscitandus esset Lazarus, Euangelista minas Christi aduersus mortem, vocauit fremitum: ita hoc loco turbationis nomine designauit tristitiam, siue dolorẽ, & motum Christi, aduersus impietatem proditoris. At hic motus, siue turbatio longè aliter in Christo, quàm in nobis. Nã si præ oculis viderimus aduersarium, mortem, & extrema mala nobis intentantem, in quem nos contrà, omne genus beneficij collocauimus, fieri non potest, quin confestim perindè, ac lapide icti, tangamur, & turbatione afficiamur, & hic affectus carnalis est. At Christus nõ item: voluntariè enim transtulit in se hunc affectum, & hanc animi turbationem iuxta spiritus vsum, & rationem, vt vinceret, & vt in ipso affectum nostrum vinceremus.

Affectus in Christo voluntarij.

Nos

Nos vindicta hunc affectum pascere volumus, qui tamen exemplo Christi benefactis exuendus, & vincẽdus venit, non virulentijs, non execrationibus, vt mundus solet. Contemplemur hunc affectum Christi in Iudam beneficijs lenitum, pastum, & victum: nam Iudæ pedes lauit, corpus suum sub specie panis tradidit, crimen proditionis conceptum, suppressò proditoris nomine proponit, nihil non tentat, vt proditorem à tam scelesto crimine ad pœnitentiam reuocet. Hoc facto monitus, (Paulus ait ad Roma. capite decimo, Vince in bono malum) TVRBATVS est spiritu, id est, tristitia affecta est eius anima: aut dolere cœpit ex charitate, vt magis discipulos à proditoris exemplo deterreret, vtque vehementiùs vrgeret proditorem ad resipiscendum, turbatus est spiritu, velut exhorrens exitium illius, qui suapte malitia sibi mortem æternam conabatur accersere. Iure optimo moleste tulit proditoris scelus, qui tanto honore cum alijs Apostolis exceptus erat, pecuniolam amori præceptoris prætulit, qua suam animam vendidit, & innocentem, atque iustissimum sanguinem manibus tradidit impiorum.

Christi benignitas erga Iudam.

[ET protestatus est, & dixit.] Id est, seriò, & apertè de proditore loquutus est, nõ cõminando, aut excandescendo, sed velut qui veritatẽ testificatur, manifestans proditionem factam iri ab vno discipulorum. Ad hoc testimonium prodendum excitus fuit ab illa perturbatione.

Protestari.

[AMEN, amẽ dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.] Cũ solita sua asseueratione testatur vnũ esse ex accumbentibus in eadẽ mensa, & selectis discipulis, qui esset se proditurus: quasi diceret. Etiã, atq; etiam dico vobis, qui mecũ in eadẽ mensa accũbitis, quos tales, ac tantos feci, vt qui vos exceperit, me, & Patrẽ meũ exceperit. ô scelus! ô inauditam crudelitatem! vnus ex vobis, vobis, inquam, duodecim, vobis Apostolis, quos qui audierit, me, & Patrem audiuit, quibus qui benefecerit, mihi & Patri benefecit, me tradet in mortem. Quòd eadem sæpiùs repetat, charitatis est. Hæc expressissimè, & significantissimè repetens, ostendit temerariam proditoris audaciam, atque ingratitudinem, & diabolicæ malignitatis magnitudinem, quæ tantum potuit, vt etiam discipulorum vnum auerterit.

Proditionem prædicit Christus.

ASPI

[ASPICIEBANT ergo adinuicem discipuli hæsitantes de quo diceret.] CHRISTI sermo toties iteratus de proditore, excitauit animos discipulorum, alioqui mœstos ob prænuntiatam sui magistri crucem. Vnumquenque cæterorum sua conscientia consolabatur, quòd non esset proditurus Dominũ: sed perturbabat quod audierint, Vnus ex vobis huic mensæ accumbentibus. Ne vnus quidem dubitabat de sententia Domini, quin fieret quod Dominus prædixerat. Suam singuli conscientiam examinant, tamen nemo poterat de alio tantum suspicari nefas, videlicet ex suo animo cæteros omnes æstimans. Solus Iudas sibi conscius, neq; maiestatem, & lenitatem præceptoris reueritus, neq; tantam impietatem exhorrens, neque pudefactus tam sacris epulis accumbere tam impudens, & inuerecũdus potuit sui Domini oculos fere, quem sciebat non ignorare quid cũ Pharisæis, acceptа etiam pecunia, tractauerat, & quid secum in animo volueret. At cæteri discipuli solicitudine, & mœstitia affecti, mutuis vultibus sese contuentur, si tam facinorosum discipulum ex vultu agnoscere possent, quem Dominus prædicebat. Certissimum est, illico discipulos in illum acerrimè sæuituros, qui tam scelestum, & impium scelus animo concepisset.

Ioannes super Domini pectus.

[ERAT ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinũ Iesu, quem diligebat Iesus.] Ioannes, qui hoc nobis Euangelium conscripsit, modestiæ, & humiliationis gratiâ, & ne ex inflatione priuatam gloriam quæreret, de se sermonẽ faciens, suum nomen supprimit: atq; Christi philanthropiâ, & humilitatem in se explicaturus, ait se à Christo dilectũ, hoc est, præ cæteris familiariorem. Et hac familiaritatis indulgentia recubuisse in pectus Domini, vt exanimatus ob iustantẽ magistri mortẽ, consolationẽ acciperet, mœrorémq; leniret, ac veluti à secretis existẽs, sciscitaretur quisnam esset proditor, de quo dixisset. Mœsti re vera erant discipuli, non solùm animo, sed etiã vultu, quos vt cõsoletur Christus, permittit vt Ioannes supra pectus recumbat. Obserua. Quum dicitur, QVEM diligebat Iesus, non gloriatio est, sed humilitatis indicium: ac si diceret, Diligebat me, qui propter misericordiam, & miseserationem suam susceperat me.

INNVIT

[INNVIT ergo huic Simon Petrus, & dixit ei, Quis est, de quo dixit?] Quũ discipuli neq; tãti sceleris essent conscij, neque mutuis vultibus, aut vllis coniecturis id agnoscerent, per Petrum (qui omnibus præerat) interrogare maluerunt. Qui quum paulò antè increpitus esset, quòd volentem lauare prohiberet, suisque interrogationibus sæpiùs repulsam esset passus, atq; desiderij, & amoris vehementia frequenter esset repræhensus, ideo veriloqui auderet, per alium, hoc est, Ioannem (quem multa familiaritate Christo coniunctum sciret) id tentat cognoscere. Verbum INNVIT, præsentis temporis, insinuat Petrum non accubuisse mensæ proximum, & coniunctum Ioanni, qui non voce, sed signo aliquo externo significauit Ioanni, vt sciscitaretur quis esset ille tam impudens conuiua, & sceleratus proditor.

Petrus de proditore sciscitatur.

[ITAQVE quum recubuisset ille supra pectus Iesu, dixit ei.] Declinat caput suum Ioannes ad pectus Domini, & vt mœrorem ita leniat, & ex præceptore intelligãt proditorem, DICIT ei: secretò petit, quasi in aurem loquutus.

[DOMINE, quis est?] Captat benevolẽtiã à personę dignitate. Domine, quis est ille, qui tantũ audebit facinus?

[RESPONDIT Iesus.] Suo responso dignatur Dominus interrogantis animum lenire, tristitiam discipuli sopire, & proditorem non nominatim, sed signo quodam insinuare.

Panis intinctus.

[ILLE est, cui ego intinctum panem porrexero.] Clam culùm respondens Iesus, non aliud signum dedit, quàm quod Propheta prædixerat Psal. 40. Qui mãducat panem meum, magnificauit super me supplãtationem. Ille est, (inquit) cui INTINCTVM panem, id est, offulam intinctam, porrexero.

Offula Iudæ tradita.

[ET quum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Scariotis.] Quum Dominus intinxisset panem iuri, dedit offulam Iudæ Iscariotæ, vt eo modo illum deterreret, & ad resipiscentiam reuocaret: idque ex charitate. Sed infœlix proditor neque erubuit, neque sic resipuit, qui perfricta fronte, contemptáque Domini conscientia, bonitate, & longanimitate, signum amicitiæ de manu Domini ac-

cepit, quem mox ob acceptam pecuniolam erat Iudæ traditurus. Dans itaque offulam, admonet proditorem: in memoriam ei reducens, mensam, & panem, quorum particeps erat, vt ne prodat, & contra pascentem insaniat. Accipe (inquit) mi Iuda, panem, cuius mecum particeps es: memor esto communis mensæ. Respondebit quispiam: Ergone prodis Iudam, Iesu Christe? Certe non proditur Iudas, quum non maleuolentia, aut temeraria vindicta proditur, sed ex charitate ad resipiscentiam inuitatur. Ita enim porrigitur panis, vt tamen discipuli interim nõ intelligant factum Christi. At post resurrectionem reuelata est in mundum vniuersum tam scelerosa proditio, vt locupletius haberet Christus testimonium, se sua sponte in mortem abijsse, nihilq; sibi temere, aut coacte contra suam voluntatem, & præscientiam contigisse.

Deũ illabi mẽtibus nostris. Diabolus intrat in hominem.

Obsessus á dæmone.

[ET post buccellam, introiuit in eum Satanas.] Solus Deus est per virtutem, & essentiam in anima hominis, qui menti humanæ illabitur, & illam hoc modo intrare dicitur. At dæmon intrat quandoque corpus hominis, vt hominem corporaliter affligat, & is, qui afflictus est à dæmone obsessus dicitur. Huiusmodi fuerunt Alexander, & Hymenæus, quos Paulus tradidit Satanæ, 1. Timoth. 1. vt discant non blasphemare. Rursum intrat, siue illabitur animæ, & menti humanæ, non per essentiam, sed per effectum malitiæ, & affectum, quum à dæmone seductus homo, sequitur dæmonis persuasionem. Nemo putauerit buccellam fuisse causam diabolici ingressus: benedictio enim Dei erat. Sed quum tanta gratia fuisset à Domino illustratus Iudas, diuitias magistri cõtemneus, malue in malis perseuerare consilijs, nulla pœnitentia tactus, nulla Christi admonitione commotus, nullo rubore perfusus, quum audiret magistrum à proditione reuocantem, quũ sciret omnia cognoscere, imo magis, magisque in horas cupiditate patrandi sceleris ardens, dedit locum diabolo, qui Iudæ animam desolatam, destitutámq; ab omni auxilio videns, & mentem nulla custodia munitam aspiciens, ingressus est in eam, & totum illius animum occupauit, & ex impio reddidit insanabilem. Rogabis, an Iudas antea non habuit Satanam? Nónne è Satana furatus est? è Satana murmurauit aduersus effusum vnguentum? Respondeo,

Satanas in Iuda.

spondeo, illa omnia suggestione Satanę facta esse: habuerat quidem Iudas Satanã: sed nõdum tam aperte vim suã in Iuda exercuerat, atq; modõ. Nunc prodit seipsum, dum cœpit abire Iudas ad Caiphã, & fieri impiæ cohortis principium, ad comprehendendũ Christũ magistrum suum. Ad hunc modum in nobis latent peccata, quæ occasione, & tentatione ob oculos posita, erumpunt, & manifestantur. Proinde, quemadmodum homines ad pietatem sancto aguntur Spiritu, ita ad impietatẽ malo, qui est Satan. Et sicut bonum Spiritum recipere sancti dicũtur, quoties insignibus eo afflantur: ita dicuntur & mali inuadi à Satana, quoties apertiùs ab illo impelluntur ad scelera. Apostoli tum certè ante Christi resurrectionem Christo credentes Spiritum Sanctum habuerunt, sed nondum reuelatum: quem post resurrectionem cum Domini afflatu, & post ascensionem in linguis igneis leguntur plenius accepisse. Significat enim SPIRITVS. vim arcanã, & energiam, qua aguntur mentes: Si ad sancta, Spiritus sanctus, Spiritus Christi, & Dei dicitur: si ad impia, spiritus malus, Diabolus, & Satan. Obserua. Hic locus ostendit impios benefactis Dei fieri obstinatiores, & in impietate confirmatiores, tantum abest vt benefactis inuitati, resipiscant. Ad hunc modum Israelitæ diuitijs Dei saginati, recalcitrarunt. Sic Pharao, & Pharisæi multis Dei miraculis indurationes facti sunt, occasione accepta sua malitia, non autem data. Hoc scandalum pharisæorum est.

Agi spiritu.

Spiritus.

Spiritus multiplex.

Scandalum Pharisæorum.

[ET dicit ei Iesus, Quod facis, fac citiùs.] Hæc verba non sunt præcipientis, vt Iudas proditorem agat, sed exhorrentis, & admonentis eum conceptæ proditionis, vt eum deterreat. Qui enim summa iustitia est, quomodo iniqua, & impia præciperet? Non igitur præcipit, sed prædicit Dominus futuram Iudæ calamitatem. Cuius deploratam, & obstinatam malitiam condemnat. Communis est hic loquendi vsus parentum erga deploratæ, & desperatæ mentis filios: sic enim dicunt, Fili, quando neque mea, aut alterius etiam multa necessitudine coniunctissimi admonitione, neque vllis beneficijs te ab istius tuæ deploratissimæ vitæ moribus ad meliorẽ reuocare possum: quandoquidẽ quò cumulatioribus bonis te & ornare, & donare cõrendo, hòc peior

Maledictionẽ prædicere.

es, omniáque etiam sanctissima in peius vertere contendis: propterea quò voles abi, vade perditum: non inultum diu manebit quòd cùm parentum, tum amicorum beneuolentia, & exhortationibus ad impietatē abutaris. Hæc verba sunt prædicentis, non præcipientis futuram calamitatem. Ad hunc modum Christus ait ad Iudam, quem quum videret obstinato animo esse ad tantum facinus, & illius destinatam malitiam nec pudore, nec metu flecti, ablegans eum à conuitio, & patrandi facinoris copiâ permittens, ait, QVOD FACIS ad est, quod facere certò iam decreuisti, & quod apud te firmum est (licet multis beneficijs ab hoc facinore te reuocarim, & ad resipiscentiam inuitarim, FAC CITIVS, id est, age, perfice quod cœpisti. Hactenus impediui aduersarios, ne me occiderēt, quod hora nondum appetierat: modo venit hora, ecce reli qui te facere quod vis, non impedio tuam mentē, non retineo te vltrà. Prædico tibi non te impunè lacturum, quòd meam beneuolentiam (qua te toties ad bonā mentem inuitaui) excluseris. Hęc qui obseruauerit, nō præcipientis, sed exprobrantis, & irascentis verba cognoscet. Sic Ieremias cap. 25. Hæc dicit Dominus exercituū, Deus Israel, Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite: neq; surgatis à facie gladij, quem ego mittam inter vos.

[HOC autem nemo sciuit discumbentium ad quid diceret ei.] Hæc ignorantia in discipulis ostendit primò quàm difficilis, & res ardua sit cognoscere hypocritam Euangelicum: probitas enim, & sancta anima minimè fit spiciosa est: vt enim à tali impietate procul est, ita de alio non facilè quidpiam tale suspicatur: deinde sermonem Christi habuisse mysteria, quæ, nisi Spiritu reuelatore, nemo nouit. Hoc igitur dictum solus Iudas sibi cōscius intellexit, cæterorum accumbentium nemo sensit quamobrem id dixisset Dominus. Quòd autem Ioannes nō intellexit, vide Conciliationem infra.

[QVIDAM enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, eme ea, quæ sunt opus nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret.] A varia sermonis Christi interpretatione, rationem adducit Euangelista, cur discipuli non cognouerint quamobrem dixisset Iesus, Quod facis, fac citius. Dictum Christi non intellectum

lectum quidam retulerunt ad res solitas, & quæ facere consueuerat Iudas, quoniam nouerant Iudæ commissos esse loculos, putant Dominum admonuisse illum, vt emeret azymos panes, aut aliquid earum rerum, quibus ad celebrandum Pascha opus esset: aut vt pauperibus aliquid daret, quorum curam multā gerebant. Obserua. Primùm quum Domini loculos Iudas habuerit, licebit quoq; prædicatoribus, & viris Ecclesiasticis habere propria. Deinde contemplare discipulos habuisse rationem temporis, & diei festi. Ergo non vanum fuerit tēporum, feriarum ac diei festi respectū habere. Rursum obserua, cum Christū, tum discipulos fuisse pauperum studiosissimos, & operā charitatis in proximū exercuisse. Qui quoniā egenis dabant, videntur etiam bona habuisse, & ex his dedisse.

Prædicatoribus licet habere propria.

QVVM ergo accepisset ille buccellam, exiuit cōtinuò.] Dissimulato Domini dicto (Quod facis fac citiùs) & accepta buccella panis, illico Iudas morbo auaritiæ victus, & à Satana prorsus occupatus, exiuit è cōclaui, & cursim abijt ad opus diaboli, nihil melius pecunia putans. Non enim par erat, vt qui se totum Satanæ consecrasset, amplius eā sacræ mensæ accūberet, & tanto præceptori assideret. Verbum EXIVIT continuò, subindicat diabolum magnas habere vires ad imperandum eis, quos iam occupauit. Statim enim Iudā exire Satanas impulit, timens ne morādo, virtus benedictionis scintillā in animo eius accēderet, inde illuminaret, & ad meliora retrahens, locū pœnitentiæ daret, dum quasi à temulentia mentē suā rectius cogitando Iudas eriperet: hac de causa impulit Iudā. Hęc Satanæ potētia nobis terrori esse debet, & occasio ad orationem, ne potens Satan, in nos imperium accipiat.

Diaboli magnæ vires.

[ERAT autem nox.] Circunstantia temporis docet cùm Iudæ temeritatē (quem ne importunitas quidē abduxerit, vt saltem conceptum facinus prorogaret, sed nocte dolum struxerit) tum mētem illius, auaritiæ tenebris fuisse excæcatam, qui se à luce obuia subduceret, & adeò ad opus principis tenebrarum festinaret.

[QVVM ergo exijsset, dixit Iesus.] Submoto Iuda proditore, qui se indignum reddiderat tam sacro contubernio, Dominus Iesus lætissimam, ac mirè consolatoriam concionem discipulis orditur, qua commenda-

crucem suam, vt vnicam viam, & meritum ad gloriam interim admonens illos de proxima sua, & ipsorum futura morte ob Euangelij confessionem, ne propter crucis magnitudinem, & mortis turpitudinem territi, à veritate Euangelij deficiant. Stylum, & phrasim huius orationis neque capiet, neque probabit mundus. Quæ enim vt horrenda, & abominanda habet mundus (cuiusmodi sunt crucifigi, alapis cædi, flagellari, mori, & id genus) Christus hac concione optabilia proponit, probátq; quándo alia via ad glorificationem non pateat, hanc methodum ad gloriá nemo ex lege didicit: quę calumnias, alapas, crucem, & huiusmodi, vocat maledictiones, Deuter. cap. 28. Leuit. 26. Sunt tamen, Christo doctore, glorificationis, & benedictionis instrumēta. Dicebat lex, Maledictus omnis, qui pendet in ligno: Christus nō item, qui suspensionem in ligno mutauit in benedictioné, & ignominiam per suam resurrectionem fecit summam gloriá. Hæc itaque nos admonent Christum præmunisse discipulos, & quasi ad hunc modum in summa dixisse, Discipuli mei, constanter perdurate, non tam in mea, (quæ instat) quàm futura vestra cruce, vt per eam vnà glorificemur. Est profectò longè alia hæc oratio, quàm vnquá anteà quis audiuerit, quam neque caro, neque vniuersus mundus capere potest. Per ignominiam, & iniurias, hominibus honor, & gloria conciliantur.

Status occisionis Christi.

Glorificationis instrumenta.

[NVNC clarificatus est Filius hominis, & Deus clarificatus est in eo.] NVNC clarificatus est: quasi dicat, Filius hominis incipit pleniùs clarificari. Nam nunc Filius hominis est proditus, abiectus, contemptus, mors instat, condemnatio ab iniquissimis iam fores pulsat: nūc proditor, & Pharisæi impijs suis cōsilijs aduersus Filium hominis captaris, gloriam eius procurant, tantum abest vt ignominiosa cruce ipsum sint sordidaturi. Hæc omnia Filius hominis pro gloria ducit, quæ re vera sunt suæ glorificationis instrumenta, & quibus glorificari meretur. Aut sic, NVNC clarificatus est, &c. Id est, aduenit tandem tempus, vt morte mea finiam tempus humilitatis meæ & auspicer tēpus gloriæ: quo & in me glorificetur Deus per vniuersum orbē: tam enim propè accessit tēpus meæ mortis, vt quod cœptum est, iam factū cōcipiam, vt nunc

Clarificationis Christi hominis.

mihi videar Christus per vniuersum mundum adorari, quo pacto & Deus in me glorificabitur. Rogabit quispiá. Quum mirabilia faceret Christus, & tam prodigiosa miracula operaretur, nónne clarificabatur? Respondeo: Clarificatus quidem est miraculorum magnitudine adeò vt Deus à multis iam putaretur: at consummatio gloriæ est in passione, quā pro vniuerso genere humano sustinuit, cui per hāc vita, & resurrectionis modus innotuit. Mortuus est vt homo, & vitam suam pro vita omnium repetitam in seipso suscitauit. Rom. cap. 6. Christus resurgens, iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur. Quòd enim mortuus est peccato, id est, propter peccatum, mortuus est semel: quòd autē viuit, viuit Deo. Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo IESV. Resurgent certe omnes non ampliùs morituri, quanuis permultum interfit inter eos, qui resurgent in gloria, & qui in ignominia. Rogabis, qua gloria per mortem est glorificatus? Quum homo nudus ab omnibus putaretur, sic exaltatus est, vt Deus verus, & Dei veri filius esse demonstraretur, nec in nouam quandam dignitatem, vt Deus, ascendit, qui naturā Deus erat (nihil enim nouum in Filio Dei inueniri potest) sed habebat omnia naturaliter vt Deus, etiā antequàm formam serui acciperet. Quia ergo ad dignitatem pristinam cum humanitate rediisse dicitur, factus homo, clarificationem accepisse intelligitur, quam per mortem est consequutus. Est igitur sui regni initiū resurrectio, propter quam vere dicitur à Patre, Filius meus es tu, ego hodie genui te: ac si diceret, Hodie cœpit regnum tuorum, quos tibi dedi, & quorū tu es primitiæ. Si rogaueris, Quomodo Deus Pater glorificatus est in Filio? Dico nihil gloriæ Patri accessisse, (naturā enim ineffabilis his rebus nō indiget) sed quia hominibus declaratus est cuius filij Pater sit. Similiter Christus fecit Patrem suum in hoc mūdo celebrē per doctrinā suam, & multos fecit, & adduxit filios ad Patrem, quem anteà nesciebant, quibus dedit potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. Vnde per CHRISTVM nunc credentibus, Deus dicitur Pater: quē dum inuocant pro liberatione,

Christus quo modo clarificatus.

Regni Christi initium.

Deus Pater quomodo in Filio glorificatus.

ne,potéter,& glorioſe liberátur. Pſal.49. Inuoca me in die tribulationis,eruam te,& honorificabis me.

[SI Deus clarificatus eſt in eo.& Deus clarificabit eũ in ſemetipſo.] Si Filius hominis non quæſiuit priuatam gloriam, ſed Deus Pater CLARIFICATVS EST IN EO, ſupple Filio:id eſt,Filius per ſuam infirmitatem illuſtrauit Patrem,dum Pater per Chriſtum hominibus innotuit, & Filius gloriam Patris illuſtrauit: ita vicißim Deus Pater,qui eſt fons omnis veræ gloriæ, CLARIFICABIT EVM, id eſt,Filium ſuum apud homines,in ſeipſo,ſupple Filio,id eſt, per ſemetipſum Filium declarabit ipſum Filium eſſe Deum, & Deum factum hominẽ, qui,quum vita ſit,ſuſcitabit ſeipſum per gloriam Patris, dans vitam ſuo corpori afflicto, & mortuo, vt amplius non moriatur,ſed Deo æternùm viuat. Aut DEVS clarificabit eum in ſemetipſo,id eſt,diuina ſua potentia (quæ vna eadémque eſt Patris & Filij)educet eum ex cruce,& morte. Factus enim eſt obediens vſque ad mortem,mortem autẽ crucis: Propter quod Deus exaltauit illũ, & dedit illi nomen,quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur,cæleſtiũ, terreſtrium, & infernorum.Obſerua:Quum nulla ſit glorificandi Deum methodus,niſi per Chriſtum: ſi glorificauerimus Deum, glorificabimus ipſum in Chriſto, quem glorificãtes certò glorificabimur ab illo,1.Reg.capite 2. Viuo ego,dicit Dominus,quia glorificabo glorificantes me. Glorificatur autem in nobis,& per nos Deus,quando ſumus Chriſto conſecrati,cuius gratia,& ſanguine loti,vitam Chriſtiano homine dignam viuimus. Hoc enim modo ad gloriam Dei homines viuere dicuntur.

Christus, methodus glorificandi Deum.

[ET cõtinuò clarificabit eum.] Non prorogabit,nec in longum tẽpus differet Deus glorificationẽ Filij, quæ in cruce glorificabit. Morte enim ſua corporali,mortem æternã extinguet,dum pro peccatis ſatisfaciens,omnem Satanæ tyrannicã occupationem,& potentiam eneruatus eſt. Hæc mors victrix eſt mortis:hac morte clarus, & illuſtris Filius hominis factus eſt. Et iterũ poſt tres dies glorificabit illum in reſurrectione,qua apparebit viuẽs & glorioſus:& poſt quadraginta dies aſcendet ad dexteram patris,miſſurus Spiritũ Paracletũ diſcipulis, & credentibus in ipſum. Voluit ſerò Chriſtus hæc de glorificatione ſua differere,vt animos ſuorum cõfortaret,quos ſciebat ſuo ſupplicio mirè conſternandos. Teſtatum eſt itaque,ſuam crucem certam eſſe methodum ad diuinitatis gloriam.Mirabile dictu,mors eſt victoria,ignominia eſt gloria,crux, & patibulum eſt triũphus, eſt mortis extinctio,eſt inferni obſeratio. Hæc omnia carnalibus ſunt ſtultitia,& ſcandalum,ſpiritalibus autem,ſapientia, gloria,& conſolatio.

Mors extincta per Christum.

Christi glorificatio.

[FILIOLI.] Ne fortaſsis diſcipuli,qui de gloriatione ſui magiſtri tã multa audierãt,inflarẽtur, voluit Chriſtus blandientibus verbis de morte ſua illos præmonere. Proinde vt olores nunquàm dulciùs canũt, quàm quũ mors ipſis imminet:ita & Chriſtus, quũ aliàs diſcipulos ſuos humaniſsimè tractauerit,& ſuauiſsima oratiõe fuerit alloquutus,tamẽ iam morte inſtãte,multò humaniùs ipſis eſt loquutus,dicẽs, FILIOLI. Quid,quæſo,hoc nomine amœnius,quid ſuauius audire pius deſiderat?Filios vocat quaſi nuper natos,teneros,& lactis participes, quos,dum induerentur virtute ex alto,& viri fierent,dum eò ætatis Euangelicæ,doctore Spiritu peruenirent,vt orbis doctores,& principes eſſent.

Similit.

Filioli.

[ADHVC modicum vobiſcum ſum.] Dum me habetis,fruamini meipſo,tanquam mox abituro. Adhuc paulisper vobiſcũ ſum:poſt duas,aut tres horas proditor me tradet in manus aduerſariorum. Hęc prędico,ne vos eximet mea mors. Expedit vobis vt hoc corpus per crucẽ ſubducatur oculis veſtris. Hoc vt fiat, inſtat hora:ſed tametſi hæc mors videatur eſſe infirmitatis, & maximæ ignominiæ:ſit tamen vobis perſuaſum, quòd potentiſsima erit,euertens Satanæ,& mortis tyrannidem,illuſtrabitque gloriam Patris,& meã. Atque licet videatur mei abolitio,tamen & vobis,& mundo vniuerſo ſalutem adferet. Per hanc enim crucem (quæ mihi pro foribus adeſt) abiturus ſum ex hoc mundo ad Patrẽ, paraturus iuſtitiam,ſalutẽ,& vitã æternã,credentibus. Obſerua:Vox VOBISCVM SVM,inſinuat converſationem, & vitam mortalẽ,& paſsibilẽ:vnde poſt reſurrectionẽ ſimili vſus eſt ſermone,Quum adhuc vobiſcũ eſſem. Tametſi Chriſtus à nobis corpore abierit,credendum eſt tamẽ virtute

Mortis Christi virtus.

Crucis commendatio.

sua omnia, & nos gubernari, adesséq; semper omnibus qui in ipsum credunt. Vnde dicebat Matth. cap. 18. Amẽ, amen dico vobis, vbicunque sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Nam quemadmodum (ait Cyrillus) quum Christus vt homo in terra conuersabatur, tunc etiam cælos implebat, & angelorum consortia non relinquebat: eodem nunc modo, quũ sit in cælis cum carne, terram tamen replet, & cum eis est, qui eum diligunt.

Exhortatio Christi ad patientiam.

[QVAERETIS me: &, sicut dixi Iudæis, quò ego vado, vos nõ potestis venire: & vobis dico modo.] Præparat animos discipulorũ, & magna in ipsis iacit fundamenta ad patientiã: verbisq; nõ ad timorẽ, sed ad animi constãtiã, & fortitudinẽ vtitur. Præuidebat enim discipulorũ futurũ mœrorẽ, afflictiones, crucẽ, & huiusmodi, quæ soris cùm Iudæorũ, tum gentiũ, prędicantes nomẽ Saluatoris tolerarent. Dominus itaq; nũc occultiùs, & paulò post apertiùs futura discipulis aperiens pericula, ipsos fortiores, paratioréſq; ad nihil nõ subeundũ pro Euãgelio reddit. Quod enim ex insperato erũpit, vehemẽtiori semper turbatione animũ afficit: quod autẽ præmonitũ, & præuisum est, quoniã cogitatione quasi præsens fuit, mitiores apud prudẽtes homines vires habet. Vt enim apros, & crudelis bestias, si ex improuiso, & insidijs insilierit, nõ solùm perterret, sed & imparatos laniat ac deuorat: quæ si præuisa accesserit, parãtur arma, & minus, aut nihil nos læsi, præparatis, & armatis infert, imò frequẽter cedit: ita & in tẽtationibus cõtingit. Quæ dixi, inquit, vestris animis tenaciùs hæreant, oportet abitũ meum hinc fortiter feratis, doctrinã meã conseruetis, & nunquàm mei obliuiscamini: alioqui quæretis me corporaliter, seu præsentialiter in carne præsentẽ. Hoc nõ est quærere me rectèque rendus sum, hoc est, quærẽda est iustitia, salus, gloria, beatitudo, æterna vita, & omne bonũ IN ME, hoc est, in cruce mea, seu me crucifixo. Hoc vos reddet fœlices, ac beatos, potiùs quàm corporis huius mortalis aspectus. Post resurrectionem quærebant adhuc discipuli præsentiam quandã corporalẽ Domini, desiderãtes quoddam regnũ temporale, cui præesset Dominus. Act. capite 1. Igitur qui conuenerant, interrogabant eũ, dicẽtes, Domine, si in tem-

Símile.

tempore hoc restitues regnum Israel? ET sicut dixi Iudæis (suprà cap. 8.) incredulis, qui quærent ME, id est, Messiam, non in me, sed in suo carnali homine peccati, quem expectant: quibus dixi, Quò ego vado, vos non potestis venire. Nunquàm enim inuement fœlicitatem, & vitam æternam, nec voto suo vnquam satisfacient. Quia non quærunt me, id est, non quærunt suam salutem in me crucifixo per viuam fidem, sed alio tendunt. ET VOBIS dico illud, non absolutè, sed modò. Non potestis venire quò ego vado, propter vestram infirmitatem, & imperfectionem: nondum adest opportunitas, & vestrum ministerium, ad quod vocati estis, nondum consummatum est. Vos donabimini virtute ex alto, & per crucẽ, & alia id genus, quærentes me, quò ego vado, venietis. Aut, Dico vobis modò, hanc doctrinam meam, & hanc viam per crucem meam vobis stratam ad vitam, & beatitudinem, vt sequamini me, & eò, quò vado, veniatis. Hæc clausula, ET vobis dico modò, potest in hunc sensum accipi: Quia tempus imminebat, quo Christus per crucem abiturus erat ad Patrem, his verbis adornat suis discipulis vltimum vale. Abiturus hinc, hoc vobis dico, quò idipsum animis vestris indiuulsùs, ac tenaciùs retineatis, in, signum & certissimam notam, è qua cognoscatis vos esse meos discipulos. Quum præsens vobis fui, ex meo esse confortio cognoscebamini: dum autem abiero, alio fugo opus erit, nouo certe, & hactenus inaudito. Quod est? Mutuò diligatis, sicut dilexi vos. Est igitur dilectio signum, è quo omnes Christiani cognosci debent veri. Huc spectant vetus, & nouum testamentum: hinc pendent lex, & Prophetæ.

Quærere Christum.

Signum veri Christiani.

[MANDATVM nouum do vobis.] Quia lex Mosaica vmbris plenissima, neminem perfecit; prodijt secundus Moses cælestis, cuius mandatum cæleste, & nouum est. In Mosis lege, & verbis multa latuerunt mysteria, quorum cognitionem consequi iuuat. Sed Christus mandata meliora, & ad perfectum adducentia docet, NOVVM est Christi mandatũ, quod nouo more implendum venit, puro animo, & externis factis cõsentiẽtibus. Non enim fit hic sermo de dilectione oris, aut linguæ, sed de ea, quæ constat opere, & veritate. Aut NOVVM, quia

Mãdatum nõ uum.

quia noua præcepta expectabant à Christo nouo præceptore, & orbis instauratore. Non quòd anteà nõ esset in præcepto mutua dilectio: lex enim dicit, Diliges proximum tuum sicut teipsum: sed verè nouum præceptum, & ideò Christi peculiariter dicitur, quod Ioannes 2. cap. primæ suæ epistolæ scribit. Iterum mandatum nouum scribo vobis, quod verum est in Christo. Nemo enim illud plenius vnquam impleuit, quum animam suam posuerit pro nobis etiam inimicis. Tum ab ipso datur, vt & verum sit in nobis. Huius loci videtur esse hic sensus: Hactenus inimici eratis Deo, & lex operabatur iram Dei: nunc DO vobis mandatum nouum, id est, annuntio vobis Euangelium, quo reconciliabimini Deo: non iram Dei, vt Lex, sed misericordiam vobis operabitur. Hæc noua est doctrina orbi hactenus inaudita, quam vos Spiritu meo confirmati, vniuerso mundo annuntiabitis.

Doctrina orbi inaudita ante natũ Christũ.

Præceptũ nouum, & vetus.

[VT diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.] Præceptum est, VT diligatis inuicem: nõ vt vnus diligat, alter non, sed mutuò, & inuicem. Hoc quidem præceptum vetus, & nouum est: nouum est, & nouitatem illius ostensurus, addo, SICVT dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. Quemadmodum ego dilexi vos, ita & mutuò vos diligite. Hoc vnum, & nouum illud est, quod commendo vobis iam abiturus, fidem laticet, & charitatem. Nouitatem præcepti facilè cognoscemus, si diligenter contemplemur quomodo Christus nos amauit. Quod docet Paulus ad Philipp. cap. 2. Qui quũ in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se æqualem esse Deo: sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus vt homo. Ioan. cap. 1. Et verbum caro factum est. Ad Rom. cap. 5. Si enim, quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius. En vides nouum, atque inauditum dilectionis modum, quem nisi præstiteris, non es discipulus Christi. Sunt certe mores Iudæorũ, & Legis iustitia à nobis superanda, si volumus eò proficisci, quò Christus per crucem abijt. Perfectius est Euangelium Lege Mosaica: perfectiorem itaque, & nouum quẽdam modũ operandi exigit supra legem Mosaicam, id admonente magistro nostro Iesu Christo (Matthæi cap. 5.)

Euangelium lege perfectius.

5.) Amen, amen dico vobis, nisi abundauerit iustitia vestra plus, quàm Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Nouitas igitur præcepti est in hoc, SICVT dilexi vos. Vt in diligendo non habui personarum respectum, ita nolite habere respectum personarum. Non exercui tyrannidem in vos, non affectaui gloriam, nõ quæstũ, non quicquã humani commodi messui ex vobis: sed vestram salutem amaui, & amaui gratis, & vsque ad mortem ferendam amaui: imò quum adhuc inimici essetis, dilexi vos, & sanctificandos suscepi, sanctificauique. Ita & vos gratis diligite inter vos. Etiam si offenderit te frater, ne recorderis offensæ, pro cuius salute etiam omnia cùm corporis, tum fortunæ bona exponito, & abnegato. Obserua: Dilectionis præceptum, nouum Christi præceptum dicitur, quòd Christus vt in se perfectam dilectionẽ nobis exhibuit, ita donat omnibus suis, eandem synceram habere, & amplam, adeò vt cum Paulo ad Philipp. capite 3. dicant, Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam, & vt inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex Lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi Iesu, quæ ex Deo est iustitia in fide, ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionis illius configuratus morti eius. Aduerte, quum dicit, VT ET VOS diligatis inuicem, subaudiendum est, Ita præcipio vobis, vt & vos diligatis inuicem.

Nouitas præcepti.

[IN HOC cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.] Symbolum, siue signum viuum, e quo cognosci debent discipuli Christi, in cuius verba iurauerit, est dilectio. Proculdubiò Deus suapte natura dilectio, siue charitas est. Facies ergo, atque imago Christi nobis insculpta, qua sui esse cognoscimur, est dilectio, quæ omnes virtutes in se complectitur, ac omnia in se bona continet, vt docet Paulus primæ Corinth. cap. 13. Proinde qua, quæso alia corona, alio torque, atque signaculo discipulos Christi cognoscere possumus, quàm vinculo charitatis? Nam quemadmodum qui artem fabrilem didicit, ostendit se operibus suis

Signum discipulorum Christi.

Simile.

suis ab opifice ferrario didicisse artem fabrilem: ita qui charitatis officia, & mutuam inter se beneficentiam exercent, non alterius, quàm Christi (qui Charitas est, & suprema habet charitatem) se discipulos fatetur. QVOD discipuli mei estis, id est, quòd in me creditis, quòd iustificati, & sanctificati estis. Cæterorum discipuli, cultu, habitu, certisque externis ceremonijs dignoscuntur: at vna nota cognoscemini mei esse discipuli, si talem mutuam dilectionem habueritis, qualem ego vobis omnibus præstiti. Quare quum omnis virtutis numerus in dilectione contineatur, ac perficiatur, nemo inediam, atque ieiunium, nemo quia humi se prosternat, nemo cæteris virtutum exercitationibus se consequeturum aliquid magnum putet, nisi mutuam habeat dilectionem, & fratrē diligat. Omnia certè pereunt, si abfuerit charitas. Quid, quæso, aliud est, dilectionem nō habere, quàm origo belli, pacis euersio, & duplicitas animi? Quemadmodum enim vinculo pacis bona omnia conseruantur, ita per dilectionis rupturam effluunt omnia, & origo belli cōsurgit. Vnde contentiones, æmulationes, contumeliæ, detractio, ira, inuidia, & id genus mala. Quum itaque hanc nobis tam nobis præscripserit Christus, velut vnicam, aeternam, apertissimum est, eum nomē Christi, tum nos ipsos malè audire inter Ethnicos, qui quum hanc doctrinam legerint, aut certè audiuerint, conspiciunt apud Christianos, tot iam seculis, principem cum principe, regnum cum regno, ciuitatem cum ciuitate, iugibus confligari bellis, vt omittam insanissimas inter parentes, domesticos, vicinos, contribules, & huiusmodi, apud iudices litigantes, & acres omnium inter se de quantlibet frivola causa digladiationes. Ad hanc doctrinam pertinet, quod scriptum est Matthæi cap. 5. Ego autem dico vobis quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, &c. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo, &c. Hæc si omnes nos pariter cognosceremus, neque quam essent inter nos tam faciles offensæ, nō tam crebra pauperum subsidia, regnūmque Christi in totum nobis longè ampliore gloria fulgeret.

Charitatis fructus.

DICIT

[DICIT EI Simon Petrus.] Petrus flagrans amore Domini sui, quanquàm sui magistri mortem pronunciatam molesto ferret animo, tamen quia illud animū discruciabat, quòd quū Christus subduceretur ab Apostolis, negabatur sequēdi facultas. Audiuit enim, Quo ego vado, vos nō potestis modò venire. Cupiditate igitur sequēdi Christi, rogat Petrus cū suo, tū cæterorū nomine, cui ipsi, vt maiori (ait Cyrillus) hoc rogādi munus cōmissum erat. Est profectò ingēs solatium, si quem diligamus, in omnē fortunā, quoquò terrarū se verterit, sequi. Hoc magnopere desiderabāt discipuli, quibus nihil magis in votis erat, quā Domino semper adhærere, & cū illo viuere.

Signū magnæ dilectionis.

[DOMINE, quò vadis?] Quasi dicat, Domine, quò vadis, vt non liceat te consequi? Quæ est hæc via, quam ego transire non possim? Quòd & si difficillimā omnīū viam transiturus sis, te sequar.

[RESPONDIT Iesus.] Suauissima est hæc Christi philanthropia, qua etiam morti proximus, dignatur Petrum ignorantem docere, tam de persona, ad quam vadit, quàm de modo vadendi. Suauissimo hoc responso non repellit interrogantem, & discendi cupidum.

[QVO ego vado, nō potes me modò sequi.] Petre, ad huc carnalis es, multum tibi arrogas: non est situ in tuis viribus, & carnali tua potestate vt nunc ad crucem, ad quam vado, venias, & nunc mecum moriaris. Ad mortē nūc vado, & per mortē ad Patrē. Quā imbecillis, & infirma sit humana cōfidētia, adhuc nō cognoscis: cognosces posteā. Ea philāthropiā Christi, adhuc occultē mortē suā explicat, ne nimio mœrore, quos in finē vsq; amat discipulos, afficiat. Solent enim homines prudētia clari, vmbris tegere, quæ auditoribus luctum, ac mœrorē afferūt.

Christi abitus ad Patrē.

[SEQVERIS AVTEM posteà.] Quum venerit hora tuæ crucis, & vires fortiter tolerandi crucem assequutus fueris, per crucem (quæ tunc nō te perterrebit) ad gloriam venies. Huc pertinet quod vltimo capite infrà scribitur, Amen, amen dico tibi, quum esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas, quum autem senuetis extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum.

DICIT

[DICIT EI Petrus.] Petrus totus amore Christi feruens,& nondum vires suas perspectas habens, respon sat,aduersatúrque satis temerariè dicto Christi:atque nõ contentus,vrget pertinaciter oblatam spem,quam ex his conceperat.Sequeris autem posteà.

[QVARE non possum te sequi modò? Animã meam ponam pro te.] Zelum quidem Petrus habebat,sed non cum scientia,quòd plus suis viribus tribueret, quàm par esset: quòdque præsumptuosè, atque secure persuaderet sibi de quanlibet difficili via traijcienda, quouisque periculo subeundo,& constantia in cruce,& afflictionibus. Hoc zelo Petrus apprimè typum gerit eorum, in quibus vt affectus extra crucem,afflictiones,& pericula sunt vehementissimi,ita in periculis,& cruce sunt remississimi. Et sanè glorioũ Thrasones de cõstantia,& securitate sibi quàm maxima promittunt,quum ferè semper vbi ad crucem,& afflictiones ventum est,turpissimè cedunt. Domine(inquit Petrus)quem,& qualem me facis?An putas me tantis beneficiorum aceruis à te affectum, eò ingratitudinis lapsurum, vtte vel in medijs ipsis periculis derelinquam?Quid periculorum pro te recusem pati?qui ANIMAM meam, id est,vitã meã,paratus sum tibi impendere, & periculosissimum quodque periculum tuo nomine subire. Etiam si ad ferocissimas,& crudelissimas gentes abieris,illuc tecum proficiscar.Te derelinquam?non te sequar?te,inquam,magistrum,& Dominum meum?Ego seruus,& discipulus abero à meo præceptore,quem cõfessus sum vitam esse?deficiam à vita ad mortẽ? Ego electus à te in Apostolum, qui cæleste gaudium in monte Thabor gustaui,miracula tuo nomine feci, & quibus nõ beneficijs me affecisti? Quî fieri potest, à te in summo etiam vitæ discrimine desciscerem? Animam meam pro te:tuo nomine,& pro tua gloria moriar, tantã abest vt te derelinquam,& non sequar.

Thrasones gloriosi.

Petri zelus.

[RESPONDIT Iesus.] Humanitatis Christi est,nõ reijcere Petrum præsumptuosum, cuius animum tam ardentem,& de se sibi mira pollicentem,reprimit. Atque vt sensim successorem suum formaret, & humanarũ virium fiduciã retunderet,quemadmodũ antè repulsus est Petrus, quum diceret, Absit hoc à te Domine,& dehortaretur

retur Christum à perpetiẽda morte: rursum correctus quum se præcipitasset in aquam, ac mox dubitasset: & in hac cœna argutus est,quum paratum lauare pedes,prohiberet:ita nunc docetur nõ esse suarũ virium subsistere in cruce, non suæ prudentiæ credere, nec proprijs viribus fidere,sed sibi diffisus, à Christi virtute,& præsidijs pendere.

Propríjs viribus non fidendum.

ANIMAM tuam pro me pones?] Christus, qui futuros tempestatis fluctus videbat,qui Iudæorum ferociam, & atrocitatem non ignorabat,ait,Quid audio,Petre?magnifica de te pollicẽris. Tu mihi vitam impendes? Tũne Petre,pro me morieris,qui veni vt pro te moriar? Instat hora,qua perspectũ habebis, quàm verum sit quod dixi, Quò ego vado,vos non potestis venire modò. Petre,magnifica de teipso iactas: cõsidera teipsum, & vires tuas, quas neq; apprimè cognoscis,neq; de ipsis piculũ fecisti. Noli altũ sapere,sed time:& tecũ habita, vt noris quã sit tibi curta supellex. Animam quidem tuam, iuxta Patris beneplacitum, pro gloria Dei pones: sed quòd futuras te ferre posse tentationes opinaris,ignoras profecto quã magno impetu incumbent,quo certè vinceris,& me relicto fugies,& abnegabis me magistrum.

Mori pro alio

AMEN, amẽ dico tibi,nõ cãtabit gallus, donec ter me abneges.] Iurat Christus,cõfirmans nõ esse humanarum virium subsistere in cruce. Petre,potẽtiam tuã magnam esse opinaris,putásque te illa posse auertere tentationes? Certissimum illud habeto,Priusquã hac nocte gallicinium aduenerit,tu ter me negaueris:tantum aberit vt tuis viribus,imò tua vita possis meã redimere. His verbis Christus Petri magniloquentiã,licet ex amoris magnitudine proficiscentẽ cohibuit: simulq; docuit vt lapsu Petri discamus timorẽ Dei,& nostris viribus non esse fidendum, sed à Dei præsidijs pendendum. Secundò, in Petri resipiscentia discamus fidẽ viuã,qua sola in aduersis constare possumus. Obserua:Legimus pro alio mori,interdum ex carnali affectu profectũ esse: nã sæpe ciues Romani pro patria sua sese morti exposuerũt,parẽtes pro filijs,vxores pro maritis,&, vt Paulus ait ad Rom.c.5. Pro bono forsitan quis mori sustinet: at pro inimicis mori, hoc non est à carne,sed Spiritu,nemo id est expertus præter vnicum

Crucẽ sustinere, nõ est virtũ humanarum.

meipso non loquor: [8] Pater autem in me manens, ipse facit opera. Nō [g] crēditis[8] quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin, propter opera ipsa credite. Amē, amen dico vobis, qui credit in me, opera quę ego facio & ipse faciet, & maiora horū faciet, quia ego ad Patrē vado:[h] & quodcū que petieritis Patrē in nomine meo hoc faciā: vt glorificetur Pater in Filio.[9] Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciā. Si diligitis me, mādata mea seruate. Et ego rogabo Patrē, & aliū [10] Paracletū dabit vobis, vt maneat vobiscū in æternū, [11] Spiritū veritatis, quē mūdus nō potest accipere: qa nō videt eū, nec scit eū: [12] vos autē cognoscetis eū, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquā vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicū, & mūdus me iā non [13] videt. Vos autē videtis me: qa ego viuo, & vos viuetis. [14] In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. [15] [k] Qui habet mādata mea, & seruat ea, [l] ille est, q diligit me. Qui autē diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligā eū, & [16] manifestabo ei meipsum: Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes, Domine, quid factū est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & nō mundo

7 Ipse.) subaudi, mecū facte.
8 Quia ego, &c.) quod ego & Pater idem sumus.
9 Si quid petieritis me.) id est, propter me.
10 Paracletū.) consolatorem.
11 Spiritū veritatis.) id est, qui veritatem docet, & ab omni mendacio alienus est.
12 Vos autē.) cognoscetis eū quia apud vos manet.
13 Videt.) videbit.
14 In illo die.) sub cum resurrexero, vos cognoscetis qd non separer à Patre meo.
15 Qui habet.) id est, didicit mandata.
16 Manifestabo.) insinuabo, subaudi me esse Messiam.

g Opera.
h Petēdum in nomine Christi. Infra 16. Matth. 7.4
i Spiritus Sanctus consolator.
k Dilectio. l Opera.

mundo? Respondit Iesus, & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem, quem audistis, non est meus, sed eius, qui misit me, Patris. Hæc loquutus sum vobis, apud vos manens. [m] Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia & [17] suggeret vobis omnia, quæcūq; dixero vobis. [n] [18] Pacē relinquo vobis, pacem meam do vobis: nō quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neq; formidet. Audistis quia ego dixi vobis, [19] Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, [o] gauderetis vtiq;, [20] quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis prius, quàm fiat: vt, quum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. [p] Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. [21] Sed vt cognoscat mundus quia ego diligo Patrem: & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: Surgite, eamus hinc.

m Spiritus Sanctus doctor nostet.
n Pax Christi.
o Gaudiū.
p Princeps huius mūdi.

17 Et suggeret.) submonebit vos omniū quæ dixi, aut reuocabit vobis in memoriam.
18 Pacem.) id est, beneuolentiam meam, & amorem meū non auferam vobis
19 Vado, & venio.) abeo, & redibo ad vos.
20 Quia vado.) quia dixi, vado.
21 Sed vt cognoscat mundus.) id est, electi, qui in mundo sunt.

Et ait discipulis suis. CAP. XIIII.

QVVM discipuli ex verbis Domini nouam quandam, & atrocem tempestatem imminere sibi intelligerēt, qua primus eorum & omnium fortissimus Petrus adeò quateretur, vt eadem nocte ter Dominum negaturus, vnde Petri exemplo quisque sibi metueret, ne tam procellosa tempestate in eam laberetur negationem: quódque audissent Dominum (cuius amore eximio flagrabant) abiturum quò non possent abire, vehementer animo perculsi sunt. Dominus, vt est omnium clementissimus (qui solus animi vulnera etiam præuenire auxilio, & remedio suo solet) illis medetur: ipsósque perturbatos, ac mœrentes oratione blandiore solatur, & fedat cordium turbellas, dicens,

[NON turbetur cor vestrum.] Quasi dicat, Animad uerto quæ prædixi, cùm de meo abitu, tum de tentatione Petri vobis plurimum dolere: sed non est quod propterea despondeatis animos, aut perturbemini: mox melius res habebit. Sic est voluntas Patris. Ego certè meo abitu paraturus sum vobis mansiones, scilicet apud Patrem meum, & spiritum sanctum, quo Deum acclamabitis Patrem. Hic locus suauissimam piis affert in aduersis consolationem. Nam quemadmodum Christus ait non esse desperandum, quòd per crucem abeat, quū non ita abeat vt ipsos orphanos derelinquat, ac ab ipsis prorsus separetur, sed vt maiora bona illis apparet, & cumulationibus beneficiis illos afficiat: ita dum affligimur, & in aduersis sumus, videtur Deus à nobis abire, abscondendo consolationes, gaudia, & quietem, ac relinquēdo in nobis mœrorem, tribulationem, angustias, & huiusmodi: quum tamen non relinquat nos orphanos, nec pro derelictis habeat, qui adiutor est in tribulationibus, interim parans verè illa bona, quæ sub afflictionibus, & cruce abscondūtur, vt manifestum faciat abitum Christi per crucem factum, & absconsionem Christi sub cruce, non esse perpetuam nostri derelictionem, sed maiorem bonorum thecam. Obserua, hanc Apostolorum perturbationē carnalē fuisse. Caro quippe omittere nō potest, quin offendatur

Piorum cōsolatio in afflictionibus.

Afflictiones, theca bonorū Dei.

datur, si Christum crucifigi viderit, illico ab eo desciscit, nec ei credit: idque facit, dū pios, ac sanctos affligi videt: nam tum nō credit eos Deo curæ esse. Præmunit itaque Christus suos discipulos aduersus hoc offēdiculū, ac dicit,

Carnis incredulitas.

[CREDITIS in Deum, & in me credite.] Discipulos suos fortes milites instruit, ipsisq; arma largitur: quibus omnia queāt aduersa superare. Arma sunt fides viua, qua saluamur, & omnū aduersariorū tela, victores repellimus, iuxta illud Dauidis, Psal. 26. Dominus illuminatio mea & salus mea, quē timebo? Dominus protector vitæ meę, à quo trepidabo? Munit itaq; illos, & armat fide: Nā Apostolos turbatos fuisse corde, erat ipsos addubitasse de persona, & officio Christi, erat ipsos addubitasse de persona, & officio Christi per crucē ad gloriā. Vnde sicut turbatio illa signum erat incredulitatis, ita fides signum est animorum non diffidentium, nec dubitātium de persona, abitu, & officio Christi. Iubet Christus credere in Deum, adiiciens & in se credendum, vt ostendat se Deum esse: vt qui fidit in ipsum, perturbationes facilè vincerit. Nec id adiecit, ET IN mē credite, quòd aliud à vero Deo sit: sed quia (ait Cyrillus) si quis dictione solumodo NVDI, fidei rationem determinat, Iudaicæ opinionis est: ideo nomē quoque Filij, quod prædicationis est Euangelicæ, optime adiecit. Nec in Filium simpliciter, sed in me, inquit, credite. Recta enim fides in Deum Patrem est, & in Filium nō simpliciter, sed incarnatum, & in Spiritum Sanctum. Sancta enim, consubstantialisque Trinitas, nominum differentiis, id est, personarum proprietatibus distinguitur. Pater enim Pater est, & non Filius: Filius quoque Filius est, & non Pater: & Spiritus Sanctus, Spiritus sanctus est, Patris atq; Filij proprius: ea dē enim substātia deitatis est. Quare non tres, sed vnū Deū prædicamus. Oportet igitur in Deū nos credere, sed distincte, latiúsque fidem exponentes, vt vnicuiq; personæ eandem glorificationem referamus: nulla enim fidei differentia est. Non enim maior esse debet in Patrem, quàm in Filium, aut in Spiritum sanctum: sed vna & eadem ratio eius, & modus est, in tribus æquali mensura personis consistens: vt etiam hoc pacto veritatem naturæ veritate fateamur. Credamus igitur firmiter in Patrem, in Filium, in filium, inquam, etiam posteaquàm

Christianorū arma.

Turbati.

Trinitas proprietatibus distinguitur.

factus est homo, & in Spiritum sanctum. Nemo, nisi insanus, separauerit templum de virgine sumptum à Deo Verbo: vnus enim est Dominus Iesus Christus, ait Paulus primæ Corinth. cap. 9. Quod si quis Christum in duos filios diuiserit, is prorsus fidem negauit: vnus est Christus, nō duo. Quare Paulus non nudum ad fidem Vnigenitū tradidit, sed hominem factum, mortuum, & à mortuis excitatum, ad Ro. cap. 10. Si confitearis in ore tuo Dominum nostrum Iesum Christum, & in corde tuo credideris q̄ Deus illum excitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiā, ore aūt cōfessio fit ad salutē. Si ergo credimus in Filiū, qui surrexit, quomodo surrexit, si mortuus nō est? Manifestū est igitur quia & mortuus, & resurrexit secundū carnem. Nam caro illa, naturalis vitæ caro, & fuit, & est, excitatáque est, proprietatem illius exercens, qui habitauit in illa. Quare anathema fuerit, si quis inīūxerit, credamus in carnem: hoc enim esset duos filios prædicare, & in creaturam credere. Sacra scriptura docet fide firmiter tenendū credamus in crucifixū, mortuū, & à mortuis excitatū, non vt aliū à Deo Verbo (non q̄ identitas substantię sit) corpus enim corpus est, non Verbū, sed corpus Verbi: sed vnum vere Filiū Dei.

Christus vnus non duo.

Caro Christi.

Nolite, inquit Christus, perturbari de me, & abitu meo dubij: creditis in Deū, CREDITE quoq; in me, hoc est, Deo, & mihi credite. Oportet enim vnum Patri, & Filio intelligatis, credatisque esse honorem. Nolo desponeatis animos de meo abscessu, sed volo vt credatis me vnā esse cum Patre, nec quicquam huius maiestatis, quam cum Patre habeo, perire potest meo abitu per crucem. Ego hac cruce penetro ad reuelanda maiestatis meæ bona, tantum abest vt quicquam ex ipsa perditurus sim. Ad hunc sensum euarrauit Nonnus. Aut ex sententia Chrysostomi, sensus est: Timetis, & perturbamini q̄ tātas difficultates prædixerim vobis. CREDITIS in Deum, & in me credite: Id est, quam habetis in Deum fidem, habete & in IESVM Filium Dei. Hæc fides vobis abunde præstidio erit aduersus omnes persequutionum procellas. Alter: Vt hæc pertur batio vestra pereat, oportet in me credatis. Nam si quidem in Deum creditis, in me quoque credite, qui sum via ad gloriam, & pacem à vobis debitam.

Afflictionum antidotum.

ratam. Si confiditis in Deum, in me fidere debetis. Time tis mihi, & vobis propter crucem, quam vobis prædixi. Vincam certe ego per illam, & vos per me vincetis, si vestris diffisi prædidijs, in me fiduciam omnem, ac spem fixeritis. Mors ipsa non vos ab Euangelio distraher. tantum abest vt alia tentatio vos deturbet. Si vos afflictionum consortes præstiteritis, eritis & consolationis. Ego primus in arenam descendam, & certandi formam exhibebo. Per me dabitur vobis in aduersis Paracletus, robur, & gloriæ consortium. Quid supereſt, nisi in me vestram omnem fiduciam collocetis? Hoc loco, IN DEVM credere, est Dei bona quærere, sperare, & ambire. Quæ quum nō possint haberi, nisi per Christum crucifixum, commodissimè discipulos admonet, vt bono animo sint, & in ipsum credant. Qui si in Deum crediderint, & ab illo bona sperauerint, futurum est vt per Christi abitum, hoc est, per crucem, illa assequātur. q̄ CREDITIS in Deū, hoc est, bona à Deo speratis: via ad illa bona, est mea crux, & meus abitus. Sperate igitur per me, & in me credite. Vt enim nemo potest ad Patrem accedere, nisi per me, qui sum ostium, & via: ita nemo patris bona assequi potest nisi per me, & viam, quam meo sanguine sterno. Per crucem, & meum abitum reuelabo vobis bona patris, hoc est, gaudium, & beatitudinem: nō igitur tristandum est vobis adeō, vt animos despondere videamini. Credite hunc abitum meum, hoc est, mortem meam esse viam ad glorificationem tum mei, tum totius corporis mei, hoc est, omnium Christianorum, & quod hæc mors satisfaciat pro peccatis mundi. Hæc nos docent Christum velle corda nostra in aduersis formari per fidem viuam.

Credere in Deum.

Abitus Christi.

[IN domo Patris mei mansiones multæ sunt.] Argumento à certitudine beatitudinis, siue vitæ æternæ, quā consequuntur tum qui abitu, & cruce Christi nō scandalizantur, tum qui cū Christo & exemplo Christi patiuntur, pergit Christus consolari Apostolos, ne propter suum discessum adeo perturbentur, vt animos despondeant: & omnium maxima solatia affert contra scandala crucis, vt fide sciamus luctum nostrum, & afflictiones pro veritatis defensione in summum, & ineffabile

Mãsiones variæ in cælis.

gaudiũ abitura, & nostrã in gloriã corã mundo euasurã in gloriã nõ peritura. IN DOMO, id est, in vita beata, & æterna SVNT MANSIONES multæ, id est, sufficies, capax, spatiosus, & amplus est locus glorificationis, pro omnibus veris credẽtibus: siue MANSIONES, hoc est, electiones sunt paratæ ab initio. Ephesiorum capite primo, Elegit enim Deus suos ante mundi constitutionem in CHRISTO. Rogabis, Si paratæ sunt electiones ante iacta mundi fundamenta, cur igitur venit CHRISTVS? quid illo egemus? Respondeo: Electi quidem sunt antè, quàm mundi fundamenta iacerentur, sed in Christo, & per Christum. Vt enim nemo in filium est adoptatus, nisi per Christum: ita nemo est electus, nisi in Christo, & per Christum mediatorem, & intercessorem. Rogasti cur venerit CHRISTVS: hunc certò scias huc veniisse, vt mansiones anteà paratas reuelaret, vt electionis ianuam aperiret, vt sterneret viam ad vitam, vt iuberet portas cælestes reserari, dicens, Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ: vt ingrediatur in sancta non manufacta, sed in ipsum cælum, vt Deo pro nobis appareat. Non enim vt ipse appareret Deo patri, ascendit in cælos, qui & fuit, & erit, imò verè est semper cum illo: sed nunc ascendit vt Deo patri inaudito quodam pacto, quasi homo appareat. Verbum olim sine humanitate, nunc verò cum humanitate propter nos, & pro nobis Deo patri apparens, vt quum sit Filius Dei, verè homo etiam inuẽtus, audiat, Sede à dextris meis: & filiationis gloriam toti generi humano per seipsum adoptione largiatur, & credentes suo Spiritu donatos ad hanc gloriam, hoc est, ad has MANSIONES, id est, electiones adducat. Quid enim profuerit electum esse, & interim electionis ianuam aut nescire, aut nõ ingredi? Proinde multas dicit mansiones ab effectu, & fructu ipsius electionis, quòd MANSIO esse beatũ insinuet: & vox MVLTAE, adumbret multiplicẽ beatitudinis participationem, & communionem. Denarium quidem vnum omnibus, qui in vinea laborarunt, dabit paterfamilias, nõ in eo discreturus qui minus, & qui amplius laborarit, ait' Augustinus. Quo denario significatur vita æterna, vbi

Electi p Christum in Christo.

Christus cur huc venit.

Locus de denario diurno.

vbi amplius alio nemo viuit, quoniam viuẽdi non est diuersa in æternitate mensura. Sed ab effectu MVLTAE sunt, & diuersæ mansiones, hoc est, operantium fructus, & retributiones, iuxta diuersitatem bonarum operationum ex iustificatione procedentium. Christus solus nostri iustificationem meruit. Ab hac iustificatione, qua iustificamur, procedunt bonæ, & meritoriæ operationes, quibus diuersa respondent in cælis præmia, & dignitates diuersæ. Alia enim est claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Tanquam stellæ (ait Augustinus) sancti diuersas mansiones, diuersas claritates, tanquam in cælo sortiuntur in regno, sed propter vnum denarium nullus separatur à regno, omnia in omnibus, vt quoniam Deus charitas est, per charitatem fiat, vt quod habent singuli, commune sit omnibus. Sic enim quisque etiã ipse habet, quum amat in altero, quod ipse non habet. Non erit itaque aliqua inuidia imparis claritatis, quoniã regnabit in omnibus vnitas charitatis.

Operationes meritoriæ.

Mãsiones variæ in beatitudine.

[SI quo minùs, dixissem vobis, quia vado vobis parare locũ, SI quo minùs, id est, Quòd si secus esset, & nisi certò scirem iam paratas esse mãsiones, quę vos breui ex hius mundi tumultibus exemptos recipiãt in æternæ vitæ fœlicitatem, DIXISSEM vobis, quia vado parare vobis locum. Id est, præmonuissem vos, me iam abire ad parandas eas mansiones: quæ quum ante iacta mundi fundamenta multæ sint paratæ, nihil opus est nisi vt me sequamini, qui meo abitu inuium iter vobis præparẽ, viã sternam, & portas illius regni Patris aperiã. Erat quidẽ mansio, & electio facta ab initio, sed nõ erat reuelata, nec vos parati eratis ad illã electionem: propterea quòd nõ est humanarum virium, accedere ad Deum, ascendere in cælũ, iustificari, & saluari. Necessarius igitur maximè fuit Christus, in cuius manu omnia Deus dedit, qui solus per proprium sanguinem intrauit in sancta non manufacta, sed in ipsum cælum, æterna redemptione inuenta. Nemo item ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo, Sacerdos, & Pontifex noster, qui pro nobis interpellat Patrem, & facit credentes secum consedere in cælestibus. Obserua. PARARE

Mãsiones ab initio.

Humanæ virium imbecillitas.

Paratæ locũ.

locum,

locum, est auferre ea, quæ impediunt, ne nobis pateat, & conferatur locus: hoc est, fieri dominum omnium creaturarum, & in potestatem suam redigere, vincere, ac suppeditare peccatum, mortem, infernum, Satanam, & omnia aduersa, quæ præcludunt viam ad illum locum beatitudinis. Hoc Christus abundè sua morte præstitit.

Christus mortè nobis locũ parauit.

[ET si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum.] Occupatio est, ab vtilitate, & cõmodo mortis, & resurrectionis Christi petita, qua discipulorũ conscientias erigit ad solatia, ne aliquid mali suspicentur, & ex suspicione in desperationem incidant. Nolite suspicari (inquit) me ita abiturum, vt prorsus à vobis seiungar, aut sic recessurum, vt nunquàm redeam, & sic ingressurum regnum patriæ, vt mihi soli illud retineam, & tantùm mihi locum parem in vita æterna. Ego vestra causa veni, & per crucem ad regnum illud contendo. SI abiero, scilicet per crucem, ET præparauero vobis locum, hoc est, abiero non facturus mansiones, quæ paratæ sunt multæ, sed innouaturus viam, quam propter peccatum amisistis, vt per viam à me præparatam positus coniungi cælestibus, filij Dei fieri, & ad consortium angelorum cõscendere. ET SI abiero, hoc est, quòd si fecero, & præparauero VOBIS locum, id est, superiora inferioribus coniunxero, ac peruium iter ad illud regnũ cæleste construxero: iterum veniam post meam resurrectionem. Abiit enim Christus morte sua, sed ad nos rediit resurrectione, ascensione, & Spiritus sancti missione, quibus rebus se nobis proprium fecit, ac veluti distribuens, dicens, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Hæc omnia nobis abunde significauit Paulus Ephesiorum cap. 4. Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Qui descendit, ipse est & qui ascendit supra omnes cælos, vt impleret omnia. Sua plenitudine omnia replet, & nobis largitur diuitias suas, quum mittit in corda nostra Spiritum sanctum hæreditatis nostræ arrabonem, clamantem Abba pater: & testificantem quòd sumus filij Dei, quòd si filij, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Iesu Christi. Hæc verba, ITERVM venio, & accipiam vos, suauissimam afferunt consolationem à cura & tutela Christi erga nos:

Abitus & reditus Christi.

Plenitudo Christi.

Christi tutela erga nos.

ga nos; quæ ex animo, & fide diligenter omnibus pijs meditanda sunt, ne pij opinentur se relictos esse, quòd hic Christum familiariter versantem non habeãt. Certè hic locus maximè commendat perpetuum Christi officium pro sua Ecclesia, quam non deserit, sed illius agit perpetuum custodem, & defensorem. ET iterum veniam seu vĕturus sum, post meam resurrectionem: ET accipiam vos ad meipsum: In primis assumam vos credentes ad me per missionem Spiritus Sancti, quos mihi colligam, & complectar. Qui enim Spiritum Christi habent, hi sunt eius. Assumam, inquam, me vestrum, curabo pro vobis, ero rex & gubernator vester. Meus Spiritus (quo donabimini) obsignauit vos de vita æterna, & integros seruabit, vt eò perueniatis vbi ego sum. Deinde iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum, quando sedens in sede maiestatis meæ, suscitabo vos corpore & anima constantes, & vos totos in regnum Patris recipiam, nunquàm posthac à me distrahendos, vt iam vbicunque sum ego, sitis & vos. Hæc omnia rectè intelligens Paulus scribit primæ ad Thessalonicenses capite quarto, Hoc vobis dicimus in verbo Domini, Quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentum Domini, non præueniemus eos, qui dormierunt: quia ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi: deinde nos qui viuimus, qui residui sumus, simul cum eis rapiemur in nubibus obuiam Domino in aëra, & sic semper cum Domino erimus. Obserua. Hic locus docet apertè Christum sedentem ad dexteram Patris non otiosum esse, quum curet suam Ecclesiam, de cuius officio scribitur primæ Petri tertio, Romanorum octauo, & primæ Ioannis secundo. Deglutit mortem, & peccatum nostrum, interpellat pro nobis, & est aduocatus noster apud Patrem.

Officiũ Christi perpetuũ.

Christus ad dexteram Patris pro nobis.

[VT vbi sum ego, & vos sitis.] Hic locus amplissimam in afflictionibus consolationem affert: nam explicat quanta sit Christi erga suos philanthropia, qui se totum, quantus quantus est, obligauit credẽtibus, quos iam suo Spiritu assumpsit ad se, & fidei vinculo colligauit. Hac obligatione promittit eundem locum (hoc est, paternam domum) in quo ipse est. Obserua non dixit VBI ero ego,

Obligatio Christi.

ero ego, sed, VBI SVM: quia adhuc ibi cum discipulis ante crucem versatus, ipse erat in beatitudine secundum supremam animæ partem. Aut quia ipse vt Deus semper cum Patre est. Ibi enim est vt Deus, & ad Patrem vadit vt homo, quum sit vna persona Deus & homo. Hanc assumptionem in locum, vbi ego sum, præcedet prima assumptio per fidem, & Spiritus sancti reuelationē. Nam quemadmodum post resurrectionem totus Christus inuulgatus est, totúsque venit Spiritus sancti reuelatione, & venturus est in nouissimo die aperta & manifesta maiestate suarita credentes ad se assumpsit: Primum Spiritus regeneratione, deinde carnis resurrectione ipsos assumet, vt sint semper cum Domino, siue viuentes, siue morientes, siue resuscitati. Proinde horum, quæ præmittuntur, iste est germanus sensus: Quòd abeo, in bonum vestrum abeo, nimirum paraturus vobis locum, in quo mecum olim beati viuetis, indéque reuersurus sum in gloria, & maiestate Patris, & ad me vos corpore quoque corpori glorioso conformatos traducturus. Huc pertinet quod scribit Paulus ad Philippenses capite tertio, Nostra autem conuersatio in cœlis est. Vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christū, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, qua etiam possit subijcere sibi omnia.

Christus reuelatur.

Credentes à Christo assumptu.

[ET quo ego vado scitis, & viam scitis.] Ex his, quæ sæpiùs, ac sæpiùs vobis dixi, agnoscitis me ad Patrem ire, & me vnicum, esse viam ad Patrem: quem prædicatione verbi mei, voce ipsius Patris cœlitus delapsa, miraculis, glorificatione mea in monte Thabor, confessione vestra, qua confessi estis, Tu es Christus filius Dei viui, dixistis. Vos itaque QVO ego vado scitis, id est, Patrem, ad quem ego abiturus sum, nostis. ET viam scitis, hoc est, cognoscitis me, qui sum via ad Patrem: non enim per aliū quàm per me ad gloriam, & domum patris venire potestis, qui solus cœlos aperio, nec alius iter accessibile faciet. Nihil superest, nisi vt quod nostis, manifestetur, & reuelatum in vobis confirmetur. Id quod fiet, si moriar, & cruce mea peccatum, & eius tyrannidem extinxero: qua impetrabo missionem Spiritus sancti in vos, qui docebit

Christus via ad cœlum.

cebit vos omnia, & clamabit in corde vestro ad Deum, Abba pater: hoc est, declarabit manifestè Deū esse patrē vestrum, & vos factos esse per me filios Dei. Ad hanc vitā hortatur Ieremias capite sexto, State super vias, & interrogate de semitis æternis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis purificationem animabus vestris. De hac via scripsit Esaias capite tertio. Sunt qui hunc locum interpretantur de morte, & cruce Christi. VOS scitis quò ego vado, hoc est, sæpe ex me audistis quia meus abitus est ad patrem: ET viam scitis, hoc est, scitis meum abitum ad patrem esse per mortē crucis. Optabilis erat locus, quem adibat, hunc maximopere cupiebant discipuli: sed inamabile videbatur iter. Hoc discipuli nescire non poterant toties prædicatum à Domino, sed tristitia, & obliuio faciebat, vt quod sciebant, nescirent. Durum erat hanc discere lectionem, & intelligere sequendum Dominum per crucem, & crudeles afflictiones.

[DICIT ei Thomas.] Tametsi in Apostolis fides quædam esset, non tamen adhuc persuasi erant, Christū crucifigendū esse, & quòd per mortem, Christi regnum auspicandū esset. Exemplo nobis erit Thomas cum eius ignorantia, qui post tam multas cōciones Christi, adhuc ignorat crucem esse viam ad patrem, & vitam æternam. Obserua quàm profunda & naturalis sit nostra ignorātia in rebus Dei, & ad regnum Christi pertinentibus. Hæc omnia in nostri consolationem, & confirmationem literis prodita sunt, ne ilico animus nobis in pedes decidat, quū in fide aliquādo titubauerimus, nec statim nos operibus, & verbo Dei accōmodauerimus. Nimirum si magnis illis viris, qui Christianismi columnæ futuri erant, hoc contigit, nō est profectò quòd miretur aliquis, si nos interim fide deficiamus. Dei opus, & negotiū est: ille corrigere hæc poterit, quum ipsi visum fuerit.

[DOMINE.] Hac salutatione captat beneuolentiā à dignitate personæ Christi, & fidem aliquam exerit, qua fatetur ipsum esse potentē, in quo tamen adhuc satis obscurè Deum agnoscit: propterea vehementi, sed rudi sermone compellabat Dominū, vt apertiùs diceret, quōnam esset abiturus, quod omnes iandudum cupiebāt discere.

[NESCIMVS QVO vadis, & quomodo possumus viam

viam scire?] Domine, dicis nos scire & quò abeas, & viã, qua te sequamur, nos verò neutrũ scimus. Nescimus quò abeas: inde consequens est, vt & viam ignoremus, qua te sequamur. Rogabit qua ratione hæc sibi constant: Quomodo sciunt Apostoli, quod tamen fatentur se nescire? Suprà rogauit Petrus, Domine quò vadis? & Thomas nũc ait, Nescimus quò vadis. Philippus quoque ait, Ostende nobis patrem. Respondeo: Quemadmodum multa sæpe ignoranter possidemus, aut ii maximè scientes possidemus, sinè tamẽ & vsum rei possessę ignoramus: ita multa sciuntur, sed ignoranter, hoc est, quorum vsus & finis nescitur. Fidem quidem habuerunt Apostoli, quando illis dictum est, Vos mundi estis, alioquin non essent mundi. Cognouerunt igitur Christum, quòd ipse ad patrẽ iit via. Ad hunc modũ etiam cognouerunt patrẽ, quòd viderant miracula, quibus Filio testimoniũ dedit, & vocẽ patris de cælo audiuerant, Hic est filius meus, &c. Hæc omnia fidẽ in Apostolis mirè auxerũt: vtvt aũt hæc habeãt, nondum tamẽ assequuntur quid sibi agẽdum sit, & quis finis de rebus Christi sperãdus. Huius rei præfigamus nobis exemplũ in Abrahamo: Quanquàm filius in fide qui conceptus fuerat, adhuc tamen ignorabat eum esse cui redderetur: nec fides etiam sese manifestabat, quũ filius quis daretur. Ita & in Apostolis habet: Quanquàm fides præsens esset, deerat tamen adhuc ipsis probatio fidei. Nihil autem fidem melius probat, quàm crux, & persecutio. Si Abrahamo filius non offerendus fuisset, fuæ fidei tam apertum sensum non habuisset. Quum iam persecutio Apostolis immineret, tum verò fidei suæ guttum capiebant. Multa ergo possidemus, quorum neque finem, neque vsum scimus, quæ nobis Spiritu Dei sensim manifestantur. Ad hæc pueri & infantes baptismo initiati, fidei spe, & charitate donantur, & perfunduntur. Has dotes quum habeant, (alioqui si morerentur salui non essent) ignoranter tamen, & nondum reuelatè habent, quandoquidem seipsas non exerunt, donec possessores adulti tentationibus fuerint obnoxij. Verbo Christi, quo discitur Pater & Filius, credentes Apostoli, sciebant Patrem & Filium: sed obscura admodum erat hæc scientia, & vt ita dicam, Ignorans dicebatur scienti a: cuius obscuritas depulsa

Scire aliquid ignoranter.

Scientia ignorans.

depulsa est, quando missus est Spiritus sanctus. Proinde ante resurrectionem Christi, Spiritum sanctum habuerunt, sed ignorãter, & nõ reuelatè possederunt: nondum enim Spiritus erat reuelatus, nec tentatione probatus, qui apertissimis signis post Ascensionem tum die Pentecostes, tum alijs temporibus, prædicantibus, & baptizantibus Apostolis, reuelatus est.

[DICIT ei Iesus.] Hæc est Iesu Christi humanitas, qui non grassatorio vultu Thomam increpitat, non ilico eum etiam ignorantem (quæ decies, ac centies repetita audierat) abijcit, & à se repellit, non eum aut crassum asinum, aut tardum bouem appellitat, sicuti pletique infirmos tractare solent, sed Thomæ insciticm amice, & patienter ferens, ipsum ad meliora instruit, & benignè admodum ei respondens, ait,

Benignitas Christi erga Thomam.

[EGO sum via.] Quum Thomas vrgere videretur, quò Dominus apertius exprimeret suum abitum, Christus ad eam curiositatem nihil respondet, relinquens id, quod tantopere desiderabatur, opportuno tempore expendendum: sed digressione suo instituto accommoda vtitur. Instituerat enim Dominus discipulis probare se in bonum eorum ad patrem abire, vt ita æquo animo suum abitum ferrent. Confirmat itaque his verbis fructum, & vtilitatem sui abitus ad patrem. EGO SVM VIA, &c. Singulis horum nominum apponitur articulus, ὁ ἀλήθεια, ἡ ζωή. illa via, illa veritas, & illa vita!: vt intelligamus non quanlibet viã, aut veritatem, aut vitam, sed veram illam, & vnicam. Christus iuxta humanitatem via est, cuius viæ terminus est diuinitas, doctore Augustino, Ambula per hominem, & peruenies ad Deum. Verbũ enim caro factum est, vnde nobis innotuit, & reuelatus est pater. Est igitur Verbum, via ad patrem. Si rogaueris, Quid Deus? quid pater? Est summa maiestas, misericordia ineffabilis, summa bonitas, gaudium suauissimum, vera felicitas, & vita æterna. Ad hæc bona, verbum est via. Nam nemo ex impietate ad pietatẽ, ex ira ad misericordiam, ex odio ad gratiam, & fauorem Dei, ex miseria ad fœlicitatem, é tristitia ad gaudium, & ex morte ad vitam transit, & penetrat, nisi per fidem viuam, hoc est, per Verbum fide viua conceptum, & comprehensum. In hac via

Christus, via.

Verbum via ad Patrem. Deus quid est.

non corporeis pedibus, sed fide viua inceditur. Ego (inquit Dominus) sum via, per quam Pater aditur, etiam si occidar. Ego in humeris meis credentes vt oues meas in caulas patris fero, extra hãc, nulla alia via ad cælum ducit. Qui hanc viam non teret, à patre deuiabit. Summa huius est: Credens in CHRISTVM, est in via ad Patrem.

Christus veritas.

Veritas quid est.

[VERITAS.] Christus suapte natura veritas est: nam est Verbum Patris. Quid, quæso, aliud esse potest Veritas, quàm adæquatio rei ad intellectum? quod fit, quum intellectus rem, vt est, concipit. Veritas nostri intellectus (vt cum beato Thoma loquar) ad verbum nostrum pertinet, quod est conceptio eius. Verbum nostrum verum quidem est, non tamen ipsa veritas, quum non sit à seipso, sed eò verum est, quòd rei conceptæ conueniat, adæquatúrque. Quia autem verbum Dei est verum à seipso, est ipsa veritas. Non enim verbum mensuratur à rebus, sed resipsæ mensurantur, & pendent à verbo: & intantũ sunt veræ, inquantum ad similitudinem verbi accedunt. Et quia nullus potest veritatem cognoscere, nisi adhæreat veritati, operæpretium est, eum, qui volet veritatem cognoscere, huic verbo adhærere. EGO SVM VERITAS. id est, vera fidei rectitudo, atque determinatio, & rectissima regula, amusisque optima. Nam ego sum lumen, quod mundum illuminat, & germanam, verámque doctrinam ego trado, verósq; Christianos facio. Verax sum, & alios veraces facio. Ergo extra me, omnia sunt mendacia.

Vita quid est, Viuens.

[ET VITA.] Vere vita est, qui ex seipso & per se viuit. Quicquid aliquam operationem ex se habet, dicitur viuens. Quæ enim ex seipsis motum non habent, (ait Thomas) dicuntur non viuentia. Inter operationes vitæ, operationes intellectuales sunt præcipuæ, vnde & ipse intellectus dicitur viuens, & actio eius est quædam vita. In

Intellectus.

Deo autẽ idem est Intelligere & Intellectus. Vnde manifestum est quòd Filius, qui est verbum intellectus Patris, est vita sua. EGO (inquit) SVM VITA, qui omnes creo, deinde omnes credentes recreo, & renouo noua Spiritus regeneratione: reliqua sunt mors, & perditio. Hæc sententia, EGO SVM VIA, &c. totius Euãgelij caput, & summa est: ex qua veluti abstractibus accipi potest perfectissima

sima Christi descriptio. His non absimilia scripsisse videtur Paulus 1. Corinth. cap. 1. Ex ipso autẽ vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Neque aliud est quod hic dixit, quàm quæ suprà, quum se nunc panem vitæ, nunc lucem mundi, nunc ostium in ouile Dei, nunc bonum pastorem, nunc resurrectionem & vitam, & id genus alia esse testatus est. Via vtique ad Patrem est, quia hac sola aditus est ad Patrem, & vitam æternam, hoc est, per se solum Christum, iustitiam, & salutem consequi possumus. Veritas est, quia per ipsum (vt suprà cap. 1. dictum est) gratia, & veritas facta est: id est, per ipsum solum vera iustitia omnibus contingit. Vita est, quia solus est immortalitatis fons, cui quisquis inhæret, huic non est formidanda mors. Solus viuificat, vt æternùm, & beatè viuamus.

Christus via ad Patrem.

Extra Christũ sola caro.

VIA est Christus, vt homo, qui sua cruce viam aperuit: VERITAS est, & VITA, vt Deus. Est igitur Christus, Deus & homo: quem qui prædicauerit, rectam, & certam viam ad vitam æternam ostendet.

[NEMO venit ad Patrem, nisi per me.] Exegesis est illius, quod dixit, Ego sum via ad Patrẽ. Vt nemo nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, & nemo ad secretum hominis venire potest, nisi per verbũ hominis: ita neq; Patrem nouit (Matth. ca. 11.) nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare: nec ad Patris cognitionẽ accedet, nisi per verbũ Patris. Est igitur Filius via ad Patrem. Proinde extra Filium quid, quæso, offendetur quod non absterreat nos, ne ad Patrem accedamus? Extra Christum sola caro est: hæc profectò nihil commune habet cum his, quæ Dei sunt: omnino aduersatur rebus Dei. Non humana ratio, quæ quomodo ad Deũ accedamus, ignorat. Nõ Lex, quæ iram Dei operatur, & ostendit nobis Deum iratum. At quum divina maiestas excellentior, ac maior sit, quàm vt illam nostris viribus aut cognoscamus, aut assequamur, necessarium est credamus solum Christum, verbum Dei, esse vnicã viam penetrandi ad Patrẽ. PER ME, id est, per meum meritum, siue per mortẽ meam, qua merui auferre omnia scandala, & impedimenta viæ ad Patrem. Ego enim abstuli peccatũ, mortem, & tyrannidẽ Satanę, mea cruce, quæ impedimẽto erant ne ad mãsiones, quę in do-

Lex iram operatur.

Meritum Christi.

mo Patris mei sunt, accederetis. NEMO igitur accedet ad Patrem, id est, nemo diuinæ naturę particeps fiet, nisi per Christum, qui naturalis, subsistentialisque imago Dei Patris est. Si quis rogauerit, Quomodo hæc conueniunt cum his, quæ suprà, cap. 6. scripta sunt, Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum? Respondeo: Hic locus cum illo ostendit Patris & Filij æqualitatem, vnam potestatem, & vnam operationem. Si enim æquiparans Patri, manifestat se Deum, qui trahit, & agit, sicut Pater, & operatur, illa & Filius operatur, dum Pater trahit, Filius similiter trahit. Summa huius loci cum sequente est, Extra Christum neque salutem esse, neque cognitionem Dei Patris, neque viam ad Deum Patrem, & vitam æternam.

Accedere ad Patrem.

[SI cognouissetis me, & Patrem meum vtique cognouissetis.] Quanquàm Deus inaccessibilem locum inhabitet, & inuisibilis sit, qui neque oculis corporeis, neque animo iuxta suam naturam percipi potest, tamé ad illum est nobis per Christum accessus, & illius cognitionem ac visionem quodá modo in Christo habemus. Quum enim natura nostra imbecillior & fractior esset, quàm vt cum Deo loqui, & illum intueri sustineat, dedit nobis Filium suum mediatorem, in quo, & per quem cum Deo nobis agendum est. Proinde, qui Filium, vt verè filium suscipit, is ad cognitionē Patris conscendit: nūquàm enim filius esse intelligitur, non intellecto patre. Nam vt ad cognitionem filij, cognitio patris facit: sic ad cognitionem patris, filij concurrit cognitio. Hic locus primò ostendit credendam esse cognitionem Patris, non à maiestate Dei Patris, nec ab eius diuinitate, & essentia, sed à Christo, seu verbo, in quo est cùm Patris Dei imago, tum voluntatis Dei reuelatio. Suprà cap. 1. Deum nemo vidit vnquam, Filius vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit nobis. Matth. cap. 11. Nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Patris voluntas nescitur, nempe quos saluos facere velit, nisi eam in Christo videamus. Deinde hic locus prauam quorundam opinionem excludit, qui fidē Trinitatis negligentes, putant sufficere vnius Dei cognitionem, ac confessionem. Per Filium enim accedendum est ad Patrem: Filij nanque meditatione, ac

Accessus ad Patrē per Christum.

Patrem cognoscere.

speculatione Patrem cognoscimus. Nemo dubitauerit, vt si credat Filium subsistere, & ex substantia Patris verè nasci fateatur, quin in Patrem quoque verè credat. Est igitur necessaria cognitio Filij, vt ad Patris, & Trinitatis cognitionem, ac speculationem veniamus. Oritur hæc tanta maiestatis cognitio à Verbo, in quo & imago, & voluntas Dei relucet. Huc pertinet quod Christus docens (Matthæi capite 6.) suos discipulos, orare vult eos non à maiestate Dei, sed sic eos incipere, Pater noster, qui es in cœlis, &c. Hoc est, qui per Filium nobis Pater factus es. Germanus huius loci sensus, & summa est: Quemadmodum (inquit Christus) ego sum via ad Patrem, ita & cognitio sum, qua Pater cognoscitur, SI COGNOVISSETIS MEI; id est, fide me appræhēdissetis. Est fides mediū, quō & Christus, & eius totum appræhenditur officium, ac negotium.

Trinitatis cognitio vnde oritur.

[ET amodo cognoscitis eum, & vidistis eum.] Vox AMODO, non designat horam illam, qua hæc verba pronunciata sunt, sed totum illud tempus aduentus Christi, quo Patris cognitio cœpit Christi operibus, doctrina, & miraculis orbi relucere. Videntes enim Christi opera, & eius doctrinam audientes discipuli, cognouerunt, & viderunt Patrem in Filio. COGNITIO significat mentis speculationem, quam mens humana, lumine Spiritus adiuta, habere potest de natura diuina, quæ super omnia, & per omnia in omnibus est. Verbum VIDISTI, insinuat miraculorum certitudinem. Cognouerunt itaque discipuli Patrem in Filio, quem verè confessi sunt. Quomodo enim Nathanael audiens Christum dicentem (Ioannis ca. 2.) Priusquàm Philippus te vocaret, vidi te sub ficu, acclamasset, Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Israel, nisi ex verbo & cognouisset, & vidisset Patrem? Quū fieri potuit, clamassent discipuli post sedatos maris fluctus Matthæi cap. 14. Verè filius Dei tu es, nisi hoc in discipulorum animos incidisset. Quis dixerit discipulos Patrem & Filium ignorasse, quum roganti Christo, Quem dicunt homines esse Filium hominis, per sui sodalitij principem Petrum, responderunt, Tu es Christus Filius Dei viui? Viderunt Patrem in Filio, dum illum in Filio conspexerunt imperantem ventis & mari, propellentem ver

Amodo, particula.

Cognitio.

Pater visus in Filio.

bo morbos quanlibet immedicabiles, verbo euocantem mortuos ad vitam. Sed hæc mysteria nondũ assequebantur rudes adhuc, & satis imperiti Apostoli. Hęc cognitio est ænigmatica, de qua Paulus 1. Corinth. cap. 13. Videmus per speculum in ænigmate, &c. Perfecta erit quãdo videbimus eum sicuti est. 1. Ioan. cap. 3. Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam quum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Obserua. Græcis legitur γνῶσεσθε, id est, cognoscitis, suffragantibus & antiquissimis exemplaribus, & grauissimis doctoribus. Sensus huius loci est: Si me cognouissetis, mirimirum & Patrẽ cognouissetis, imò iam aliquo modo cognouistis Patrẽ, quẽ vobis ignotum creditis: nec solũ cognouistis illũ ex Legis institutione, sed etiã vidistis eũ. Videbant illum in Filio miracula operantem, vt prænotauimus.

[DICIT ei Philippus.] Quum Philippus vidisset Thomam tam amicè à Domino excipi, atque Dominum tam familiariter docuisse quomodo ad patrem veniendum sit, mirimirum per Filium, & quòd pater in Filio cognoscatur, quòdq; Patrem iam cognouisset, & vidisset, cęteris discẽdi auidior audet compellare Dominum: sed sui ingenij ruditatem, & crassitiẽ exerit, dũ fide contentus esse no vult, sed certò rẽ nosse, sentire, & cernere. Gestiens enim cũ cęteris videre Patrẽ, imaginatur sic posse conspici Patrẽ, quemadmodum conspiciebat Filiũ: quam quàm nec substantiã, nec dignitatem, ac maiestatẽ Filij viderant, qui oculis corporeis Christum aspexerant.

[DOMINE.] Voce, domine, Philippus captat benenolentiam à dignitate personæ Christi, & subindicat se aliquam de Christo concepisse fidem.

[OSTENDE nobis Patrem, & sufficit nobis.] Domine, ais nobis visum esse Patrem, imo hoc vtinam nobis concederes, & largireris, vt Patrem tuum coràm liceret conspicere: nihil amplius desideraremus: nobis enim factum esset satis. Nam licet millies dicas nobis, Si me cognouissetis, & patrem meum vtique cognouissetis: non possumus ita discere patrem. Superest igitur aspectus. Ostende nobis illũ oculis corporeis. Quasi dicat: Si nobis etiam signũ obiicias, tũ demum credemus. Audiens Philippus Prophetas cũ Deũ oculis corporalibus vidisse, tum

ipsũ familiariter fuisse colloquutos, desiderabat & ipsum oculis corporeis videre, ignorans quòd illa contigerint Prophetis per cõdescensionem. In Philippo legimus rationis humanæ genium, quæ quũ credere, & verbo (quo & pater, & volũtas eius discitur) adhærere nõ possit, vult alio modo & via quã fide, hoc est, vult omnino signis, & sensu certificari, & assecurari. Hæc docẽt quanta laboret ignorantia Philippus, qui in primis opinatur Deum patrem humanis sensibus subiici, & oculis corporeis conspici posse. Secundo absurdum est quòd excludat Christum, vt eum, in quo solo innotescit Deus pater, & voluntas eius hominibus. Tertiò, absurdum est quòd ordinatur patris cognitionem à maiestate Dei, non autem à Christo, in quo solo innotescit Deus pater, & eius volun tas. OSTENDE, inquit, nobis patrem, scilicet vt est in sua diuinitate, & maiestate. ET SVFFICIT nobis, id est, firmi erimus, & certi nos cognoscere patrẽ. Horum summa est: Philippus opinatur se multò certiorem fieri, si patrẽ videret oculis corporeis, quã si simplici, & nudo verbo crederet. Est proculdubio optimi Christiani, nudo & simplici verbo credere, & adhærere, nec aliud signum expectare: quum fides securam, ac certã reddat conscientiã. Roma. c. 5. Iustificati ex fide, pacẽ habemus ad Deũ.

Prophetæ quo modo viderẽt Deum.

Fides pacatã reddit cõscientiam.

[DIXIT ei Iesus.] Tam rudem Philippi interrogationẽ, & incredulitatẽ Dominus paulo seuerius corrigit.

[TANTO tẽpore vobiscũ sum, & nõ cognouistis me?] Inexcusabilem Philippi imperitiã ostendit, qui multo, & longo tẽpore cũ Christo docente non didicerit Christũ, in quo patris cognitio reluceat. Nam difficilia, sublimiáque theoremata & si breui tempore nequeant exquisitiùs intelligi, in longis tamẽ temporibus à studiosis percipiuntur. Quæ verò facilia cognitu sunt, ea sine labore, statim quum audimus, consequimur. Quid agis, ô Philippe inscitiam, & ruditatem tuam prodis, dum ista rogas? Quid, quæso, tibi potuit impedimento esse, quo minùs agnoscerres me, qui quũ docuerim, & prædicauerim tanto tempore, te etiam auditore, vt iam perfectã mei cognitionẽ habuisse debueris, adhuc dubitas: & hactenus tu, & condiscipuli, me, me, inquam, tandiu vobiscum versatum, & vos docentem non cognouistis? M 1, id est,

Cognoscere Christum. Philippi ignorantia.

quis sim naturâ,& vnde sum:in quo innotescit Pater, & voluntas eius,& quòd extra me,neque salus, neque Patris cognitio est:quódque nõ à maiestate Patris,sed à me oritura sit Patris cognitio,& via ad Patrem? Ego enim & doctrina,& operibus aperui me esse Filiũ Dei, Deum neminem vnquam vidisse:me solum esse, qui ostẽderim Deum,vt in me possit conspici: docui voluntatem Dei esse erga credentes bonam & suauem,hoc est, docui planè Deum patrem per me placatum iri,& per me esse patrẽ credentium,et adhuc non cognouistis me. Obserua. Particula VOBISCVM, ostẽdit Apostolos reliquos, cum Philippo in eadem ignorantia stetisse.

[PHILIPPE, qui videt me,videt & patrẽ. Quomodo tu dicis,Ostende nobis Patrem?] Philippe, post tot à me auditas conciones de cognitione Patris, & via ad Patrem,qua fronte mihi dicis,ostende nobis patrem? quasi qui viderit me,non viderit & Patrem meum? non quòd non alius sit Pater quàm ego,sed quòd inter duos, nulla sit dissimilitudo iuxta naturam similiorem. Hoc tuis oculis corporeis non est subiectũ,sed fide videndum est,hoc est,cognoscendũ, & credẽdum. Quum Deus Pater omnia sua bona, & omnem suam voluntatem in Filium Verbum suum,effuderit,non illa deferendo,sed eadem communicando,est certè Filius expressa Patris imago,& facies. QVI VIDERIT igitur, id est, agnouerit Filium,agnouit & Patrem. Hæc non subiiciuntur oculis corporeis,sed fidei. Qui itaq; credit,is videt. VIDERE, hoc loco est mẽte cognoscere,& fide appræhendere. Philippe,tu visu corporali quæris Patrem videre, putans te iam vidisse, & cognouisse me. Hoc certò scias quòd tu me vidisti,vt videre oportet:corporaliter quidem me vidisti,quia & corpus assumptũ fero,diuinam autem substantiam non vidisti,atque ita Patrem non vidisti: sed si in me credideris,audisti me loquentem, vidisti me miracula patrãtem: in his nimirum Patrem audisti, Patrem vidisti:nam quum vna sit substantia, vna quoque est scientia. Qui perfectè cognoscit Filium,perfectè cognoscet Patrem:& qui imperfectè,& obscurè Filium nouerit,im perfectè,& obscurè cognoscet patrem. Obserua. Apostoli in Domino Deum viderant,nec tamen agnoscebant in Deum

Pater alius à Filio.

Similitudo patris & Filij.

Filij imago Patris.

Videre.

Patrẽ videre.

Deum vidisse, propter cognitionis huiusce tenuitatem, & Spiritus adhuc modicitatem. Proinde qui Spiritu Dei non sunt destituti,& verba,gestáque Domini rectè considerant,Deum ipsum esse haudquaquã dubitare possunt.

[NON credis quia ego in Patre, & Pater in me est?] Rationem Christus adducit,cur is videat Patrem,qui videt Christum:Nam inseparabili naturæ, voluntatis, & virtutis consortio Filius est in Patre,& Pater in Filio. Et id est,Filium esse in Patre,& Patrem in Filio. O Philippe, non credis,quia ego Genitoris naturam, vt imago substantię suæ perfectissimè ad illam formatus,in me totam exprimo,nõ exteriotibus,aut aduentitiis dignitatibus, sed naturalibus naturæ Patris perfectionibus splendẽs? Id enim verè sum quod Pater est,ratione identitatis substantiæ.Tu rogas videre Patrem, credito me in Patre esse,& Patrem in me,& videns me,vides Patrem. Pater enim & voluntas Patris per me innotescit. Hic locus primò prorsus deprimit Sabellianos, distinctionem personarum nõ admittentes. VOX EGO, personam vnam indicat,nempe Filium:& PATER aliam explicat. Deinde docet personarum distinctionem,& consubstantialitatem. Firmiter credamus Patris & Filij vnam esse diuinitatem:& patrem velle per Filium cognosci: quia Filius in patre est,& pater in Filio.

Filius in patre Pater in Filio.

Sabellian⁹.

Fides de Trinitate.

[VERBA, quæ ego loquor vobis,à meipso non loquor.] Quasi diceret, Tanta est identitas inter me & patrem,vt voces meæ illius sint:& quæ facio, illius opera sint. Philippe,propter indiuiduã naturę,volũtatisq; societatẽ,ego semper in patre sum, & ille semper in me, per me loquens,per me miraculis suã declarans virtutẽ:nihil EX MEIPSO, hoc est,ex priuata authoritate aut loquor aut facio. Non ex me loquor quicquã, quod ille idẽ non loquatur per me. Nec ex me facio quicquã, quod ille per me nõ simul operetur. Nihil habeo quiddã propriũ quod mecũ,& separatũ sit à patre,sed omnia cõmunia. Qui fieri igitur potest,ô Philippe,vt inseparabiles separes, & altero conspecto,alterũ desideres conspicere, & altero cognito,credas alterũ ignotũ? Hic locus cõfirmatio est eius quod dixit,Qui videt me,videt & patrẽ. Verba,quæ ego loquor vobis,scilicet, QVI videt me, videt & patrem,

Patris & Filij omnia cõmunia.

A MEIPSO non loquor, hoc est, non ex priuata authoritate, sed & patris, & mea, quæ vna & eadé est. Ergo doctrina, quá vobis annuntiaui, certa est. QVI videt me, videt & patrem meum.

[PATER autem in me manens, ipse facit opera.] Ostendit Christus indiuiduã esse naturæ Patris & Filij societatem. PATER IN me manens, id est, Pater, qui mecũ vnũ est substantiã, ipse facit OPERA, quæ vobis exprimo. Dico, Lazare, veni foras: hoc quod loquor, similiter & opus, quod est Lazari excitatio, SVNT non ex meipso solo, sed PATRIS in me manentis, hoc est, sunt cum ex me, tum ex patre: quia opera patris, & mea, sunt indiuisa: atque ita etiam si ego faciam, pater facit: & si pater, ego facio.

Patris & Filij indiuidua societas.

[NON creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est?] Quasi diceret, Credite mihi, quia ego in patre, & pater in me est: id est, Credite omnia patris esse, quæ per me discuntur, aut geruntur, & nullum inter nos duos esse discrimen, quorum vna & indiuiduáque est naturæ & voluntatis societas. Atque oportet quum auditis patré & Filium, nihil aliud inquirere pro constituenda substantiali cognatione. Christum itaque in patre esse, & Patrem in Christo esse, est Filiũ, & Patrem vnà operari. Vnde Christus vult inferre hoc Enthymema, Ego & pater vnà operamur: ergo mihi credere debetis: aperte insinuans, non aliter nos credere oportere, quã ipse velit, qui veritas est.

Christũ esse in Patre, et Patrẽ in Christo.

[ALIOQVIN propter opera ipsa credite.] A verbis ad opera appellat Christus: quasi dicat, Si verbo credere non sustinetis, credite saltem signis, & operibus, quæ de verbo, & doctrina mea testantur. & quibus pater de me testatus est. Siquidem opera, & signa, verbi testimonia sunt. Opera, quę vobis ostẽdi, Deo digna, & homine maiora, debuerant vobis facere fidem, Patris esse quicquid ex me proficiscitur, me simul cũ patre operari, me Deum esse cum Deo Patre, Filium Dei, nihil à meipso loqui, & facere, eandem nobis mẽtem esse, eandem voluntatem, eandem vim & naturam. Hoc igitur credite, Hoc tenete, hoc animis vestris infixum habete.

Miracula sunt verbi testimonia.

[AMEN, amen dico vobis.] Quia gloria Dei, quæ per credentes in Christum propagatur, & vtilitas proximi postulat, Christus iurat, & præmijs suos ad fidem inescat, ac inuitat. Præmium est: omnia sunt credentibus in Christum possibilia. Non absimile tractatui Matthæi cap. 17. & Marci cap. 11. Obserua: Quemadmodum præmium fidei, est omnium rerum possibilitas, ita incredulitatis præmium, est omnium rerum impossibilitas.

Fidei præmiũ.

[QVI credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet.] Huius orationis Dominicæ ad discipulos status est, Non esse illis dolendum de discessu eius, quãdoquidem cederet illis in minus bonum: sed studiosiùs nitendum esse, vt muneri Euangelico fortiter, ac diligenter obeundo sese accingerent. QVI credit in me, hoc est, qui me excipit vt Deum, & certò statuit apud se me esse salutem mundi, viam ad Patrem, vnum cum Patre esse, & extra me neque salutem, neque Patris cognitionem esse, OPERA, quæ ego facio, & ipse faciet, id est, huic credenti in me nihil impossibile erit. OPERA vocat cum extrema miracula, tum interna: qualia sunt tranquillare Euangelio conscientias, & huiusmodi, quæ Christus communiter ad gloriam Patris operabatur, vt non intelligas opus redemptionis, quod tunc operabatur. ET maiora his faciet. Magna certe, & admirada Vnigeniti potentia, qui etiam alijs dare possit, faciãt maiora quàm ipse fecerit. Quid Christus pollicetur discipulis, quòd credentes maiora præstabunt opera, quàm ipse fecerit, an maius est Christi miraculis, vmbra corporis morbos depellere? id quod de Petro legimus Act. 5. Huic tamen æquale est quòd Christus hæmorrhoissam tactu fimbriarum sanauit, Matthæi cap. 9. & adhuc excellit mortui Lazari resuscitatio. Quæ igitur maiora? Respõdeo: Naturã nõ potuerunt maiora facere: quid enim maius potuissent quam verbo, mari & ventis imperare, morbos, & dæmones pellere, mortuos reuocare in vitam? maiora numero, & efficacia præstiterunt. sed Domini Spiritu, quoties gloria Dei postulabat miraculũ. Ampliora fecerunt, quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrarum. Plures quoq; gentes verbo Apostolico ad Euangelium, & cõfessionem Christiani nominis adductæ sunt, quàm dum Christus in paruo orbis angulo, hoc est, in Iudæa, prædicauit.

Credere in Christum.

Opera.

Miracula discipuli operati sunt maiora numero quàm Christus.

QVIA

[QVIA EGO ad Patrem vado.] Dominus rationem,& conclusionem omnium præcedentium quæstionum,& consolationum appendens,ait, QVIA vado ad Patrem: quasi dicat, Consolamini: ego abitu meo non pereo,sed in propria permanebo dignitate in cælis: ego morte mea,& resurrectione auspicabor regnum, vbi omnia impleam,dum plura,& maiora donati meo Spiritu facietis. Christus enim gloriosus regnat ad dexteram Patris residens,qui antè,quàm crucifigeretur,non debuerat adeò inclarescere, & glorificari. Vnde tantam,siue tã copiosam,& numerosam,vt ita loquar, ipse in sua carne mortali potentiam, quantam post ascensum ad Patrem in discipulis exerere non debuerat. Nam gloria Christi per Apostolos erat illustranda,& nomen eius per vniuersum orbem celebrandum: ac ita quod Christus cœperat in carne mortali,amplius, & copiosius per Apostolos opus perficiendum voluit. Marci capite vltimo, Signa eos, qui crediderint,hæc sequentur:in nomine meo dæmonia eijcient,linguis loquentur nouis,&c. Rogabis, Quid hoc est, QVIA vado ad Patrem? ânne Christus vnquàm à Patre abfuit? Nunquàm abfuit, qui cum Patre, & in Patre ab æterno est: semper æqualis Patri potentia, maiestate, & gloria. Ipsum Christum vadere ad Patrem, est Christum,vt hominem,transire à statu mortali ad immortalem,& ingredi per mortem,& resurrectionem in regnũ Patris,ad dexteram eius considere,& omnium creaturarum dominium reuelate accipere,ac vindicare: nõ quòd nõ tantum potestatis priùs habuerit,quum ab initio suæ incarnationis fuerit eiusdem authoritatis,& maiestatis. Quam authoritatem,& maiestatem tempore suæ carnis dissimulauit,& seipsum exinaniens, figurâ repertus est vt homo,affectibus corporeis,doloribus,& reliquis passionibus absq; peccato obnoxius,vt nos à morte redimeret. Itaque quod in ipso latebat, & ab initio incarnationis suæ possidebat,hoc per resurrectionem,ascensionem, ac Spiritus Sancti missionem reuelabatur. Aut dici potest, Quia vado ad Patrem,id est,quia expedit hominum saluti,vt ego ad Patrem redeam: vos suffecti eritis in officium meum,& in vices Euangelicæ functionis succedetis,vt credentes in me,eadem,quæ ego feci, imò his maiora,& ampliora faciatis. Ego in bonum vestrum vadam ad Patrem,omnia aperte,& reuelatè in manu accipiens, vt potenter super omnia,quæ in cælo, & terra sunt, regnum obtineam. Quare de abscessu meo nolite turbari, sed confidite. Ego transitu meo impetrabo etiam Gentibus salutem,& Euangelij reuelationem,quæ vestro ministerio in toto orbe fiet: fide viua state,omnia,etiã quãlibet aduersa,vincetis,non vestra,sed mea virtute.

Christum vadere ad Patrẽ.

[ET quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.] Quasi diceret, Simul atque ego ad Patrem venero,nihil est quòd solliciti sitis. Nolite putare incredibile quod vobis pollicitus sum. Bis cadẽ repeto,vt certiora vobis fiant quæ promitto: Quæcunque petieritis Patrem in nomine meo,quum opus habueritis,& rogaueritis Patrem in nomine meo, ego vobis hoc faciam. IESVS Christus his verbis non tam viam aperuit ad Patrem,quàm vires accedendi donauit,& animos ad petendum addidit,vt tutò & facilè ipsum accedere precibus nostris audeamus. Deinde subijcit orationem, vt medium, quo optatum finem consequamur. Appendit, IN nomine meo, id est,in virtute mea,& meo merito: quoniam ante Christi tempora inconsuetũ erat (paucissimis enim id contigit) quicquam à Filio peti,& per eum ad Patrem accedere. Huius mysterij,& modi orandi fundamẽta iacere voluit,vt per Apostolos & orandi modum,& consequendæ gratiæ spem ad nos transmitteret. Quum itaque ait PETIERITIS Patrẽ in nomine meo, significat nos exaudiri propter nomen eius: nam orantes in nomine Christi,credimus nos exaudiri propter Christum. Proin de potestatem suam declarans, ait, EGO faciam, eadem potentia, qua Pater: aut vt homo ego interpellabo, & apud Patrem impetrabo vt accipiatis. Obserua, Christũ pro nobis interpellare apud Patrem,1. Ioannis 2. Roma. cap.8. Nunquàm Christus frustrà intercedit, ac interpellat,sed cũ effectu impetrat, vt petita accipiamus. Et hac de causa hæc omnia facit, vt clarificetur Pater in Filio. Quum audis IN nomine meo, aut nos per Christum donatos esse aliquo beneficio, & per ipsum nos exaudiri, caue credas seorsum quicquam à Patre dari, & seorsum à Filio: vna enim, eadémque gratia est, quæ à Patre, & Filio

Petendũ Christi nomine.

Nomen pro merito.

Orantes in nomine Christi.

Universidad de Deusto Biblioteca

Filio proficiscitur. Gratiarum quippe distributio, sicuti cætera omnia (ait Cyrillus) ex Patre per Filium est: per Filium autem vt non ministrum, sed vt per coauthorem (vt ita dicam) & verè collargitorem. Vna enim deitatis natura est, quæ in Patre, & Filio, & Spiritu sancto verè, atque catholicè ita creditur esse, vt nullam omnino diuisionem, nullam (vt sic dicam) dilacerationem patiatur. Quúmque nemo veniat ad patrem, nisi per Christum, (vt ipse ait) ianua, & via reconciliationis hominum ad patrem Filius factus est, dum homo factus est, & gratiam vnà cum patre ipse distribuit. Ab vna enim natura, & ab vno principio hæc fluunt: quod quidem principium in persona patris, & Filij, & spiritus sancti esse intelligimus. Quare Filius [illegible] potuit hominibus homo factus, vt credamus eum [illegible]m ad Patrem, esse salutem mundi, & in nomine eius patrem esse rogandum, apud quem interpellàs pro nobis, vt homo semper exauditus est pro sua reuerètia. Hæc tam sancta mysteria ipsi Apostoli docuerunt, à quibus ad hæc vsque tempora, & finem seculi deriuatur, & fluit tam salutaris doctrina, vertbo, & fide amplexanda.

Glorificare Patrem in Filio.

[VT glorificetur Pater in Filio.] Quia vna, eadémque est patris, & Filij gloria, omnia, quæ nomine meo facietis, cedent in patris gloriam. Glorificabitur tum demum pater per Filium, missione Spiritus sancti, qui solus cognoscens quid gloriam Dei promoueat, excitabit credentes vt glorificent patrem in me, quando hunc titulum, & hanc gloriam dabunt patri, quòd precantium exauditor est per me: quos quantliber longa oratione orantes, nisi intercessor fuero, non exaudiet. Christi itaque Spiritu per Christum donati, omnem gloriam non nobis, sed Deo Patri dabimus, transscribemúsque, qui proprium Filium suum pro salute nostra, non ex meritis nostris, aut nostra iustitia, sed ex sua ineffabili misericordia tradidit. Hæc dum cognoscimus, & gratias agimus, glorificamus Patrem per Filium: & quum glorificamus tam potentem, & liberalem in nos Filium, glorificamus & qui eum genuit Filium.

[SI quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.] Hæc toties repetita alacres nos reddunt, & obfirmãt aduersus

uersus inferorum portas. Quum dicit, SI QVID petieritis me, ostendit se Deum esse, sicut suprà, Creditis in Deum, & in me credite. Si quid petieritis me Deum, IN nomine meo, id est, credentes in me, & certò apud vos stantes vos exaudiri per me Christum verum Deum & hominem, mediatorem Dei & hominum: HOC faciam, id est, effectum reddam. Hæc verba sunt promissio exauditionis. Ergo exauditio propter promissionem Christi certa est: & audenti animo, & firmo orandum est. Obserua: quum dicit SI QVID petieritis me, ostendit se idem cum Patre esse, vnam & æqualem potentiam habere. Atque confirmans sermonem suum, secundò dixit, HOC faciam: vt ostendat quòd ipse id authoritatis & potentiæ habeat, vt faciat: & non indigeat subintroducta, & aduentitia virtute. Hæc omnia dixit discipulis, ne quum audiũt ipsum abiturũ ad Patrẽ, turbẽtur putantes ipsum morte sua obscurari, & perire, sed meliora sperẽt, dum abiés clarior fiet, & fidis ad maiora opera faciẽdavires sic daturus.

Probatur Christus esse Deus.

Exauditionis promissio.

[SI diligitis me, mandata mea seruate.] Signũ vulgaris, & ciuilis amoris in me exhibetis, quũ videamini propter meum hinc abscessum tanto mœrore affici: sed si ardentis, & nunquàm perituri amoris argumentum præstare vultis, (vt meritò & iure optimo debetis) certiores de persona, & doctrina mea facti, ipsa re declarate charitatem erga me: declarabitis autem, si studiosè seruaueritis nõ Legem, quã mox sum abrogaturus, sed MANDATA mea, hoc est, præcepta, quæ dedi vobis, scilicet vt in me credatis, in nomine meo oretis Patrẽ, & inuicẽ diligatis, sicut dilexi vos. Non putauerim hoc esse diligere me, si licet tristari, & mœsto vultu esse, sed verè credere his, quæ vobis annũtiaui iuxta Patris præscriptũ. Monui vos ne terreamini ab his, qui occidũt corpus. Quare si me diligitis, obseruate hoc, & nolite ob mortẽ meã corporalẽ breui duraturã eo mœrore affici, quo videamini animos desponde re. Rogabit quispiam: Quis verus amandi modus, & quibus rebus verus conflatur amor? Respondeo: Quemadmodũ nec virtutis vires nudis verbis consistũt, nec vera pietas solo verbo confirmatur, sed bonis operibus, & animo probè affecto cognoscitur: ita mandatorũ Dei obseruatio, index est germanæ charitatis erga Deũ.

Amor nõ vulgaris Apostolorũ in Christum.

Charitatis nõ ficiæ signum.

Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc apertè docuit Christus (Matthæi cap. 7.) dicens, Nõ omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei. Colligamus ex his: absolutus fidei terminus, & dilectionis Dei manifestatio, est mandatorum Euangelicorum custodia, & obseruatio: quæ mandata & Patris voluntatẽ, ac sermonem Christus non vt Prophetarum aliquis, & homo simplex, ac minister, sed vt consubstantialis, & idẽ naturà cum Patre, sicut Filius à substantia patris natus, sicut verbum, & substantia, & consilium patris, verba nobis patris, & sua loquutus est.

[ET ego rogabo Patrem.] Occupatio est, ne respondent Apostoli, dicentes, Quis non mœrore afficeretur, ac tristitia, dum audiret se multo priuatum iri solatio, & refocillatione, quam ex sui Domini præsentia accipit? Respondet Dominus, Non priuabimini consolatione. Expedit quidem totius orbis saluti, vt hanc meam præsentiam à vobis subducam, nec tamen abiens destituam vos desolatos: nam postea quàm ad patrem abiero, rogabo illum. Rogat Christus, vt homo, mediator noster, & Pontifex apud patrem. 1. Ioan. 2.

Christꝰ vt homo rogat.

[ET alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum.] Ego subductus à vobis, impetrabo à Patre, qui mihi nihil negat, vt ille mittat vobis ALIVM Paracletum, id est, consolatorem, tutorem ac gubernatorem. VT maneat vobiscum in æternum: hoc est, qui semel missus nunquàm abeat à vobis, sicut ego nunc per crucem ex hoc mundo auferor. Donatio, siue missio Spiritus Sancti, est effectus abitionis Christi ad patrem, seu mortis, & resurrectionis Christi. Ad Ephes. capite 4. Ascẽdens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus: hoc est, Christus sua morte, & resurrectione meruit nobis missionẽ Spiritus Sancti, qui nostras infirmitates iuuat, vt credamus, & oremus quomodo oportet. Nósque ex carnalibus reddit spirituales, sugerens credenti omnia, quæ sunt ad salutem. Obserua: Spiritus sanctus manere in nobis dicitur per sua dona: quorum alia sunt necessaria ad salutẽ, vt fides viua, spes & charitas, quæ nõ excidit, sed permanet. primæ Corinth. ca. 13. Alia sunt ad manifestationem Spiritus. 1. Corinth. ca. 12.

Paracletus.

Spiritus Sãcti missio, est effectus abitionis Christi ad Patrem.

Spiritus Sãctꝰ per dõa sua in nobis manet.

Dona spiritus Sãcti duplicia.

ca. 15. Vbicunq; datur manifestatio Spiritus, &c. ALIVM Paracletum Spiritum Sanctum appellat, non quia patri, & Filio consubstantialis non sit, sed quia in propria persona, & subsistentia esse intelligitur. Spiritus enim neq; Pater est, neq; Filius, sed Patris & Filij Spiritus est, ab vtroq; veluti ab vno principio procedẽs. Alius Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus. Neq; est aliud à Patre & Filio, quibus est consubstanitalis: neq; minor, neq; maior, sed per omnia æqualis. Facessat hinc Sabellius dicens, vnam personam patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Ecce, audit Aliũ Paracletum dabo. Confundatur Macedonius, qui dicit alterius substantiæ esse Spiritum, & minorem Filio. Ecce, audit Spiritũ esse personam, sicut & Filium: Ergo quum Spiritus sit diuina persona, oportet Spiritum consubstantialem esse Filio, sicut & Filius consubstantialis est Patri. Catholica fides constanter confitetur trium personarum in diuinis vnam esse diuinitatem, æqualem gloriam, & coæternam maiestatẽ. Obserua: PARACLETVS per e, scribendum in penultima, eáque producenda, quum Græcis παράκλητος per vocalem η, quæ mutatur in e longam, scribatur. Latine dicitur Consolator, Aduocatus.

Spiritus sanctus persona Trinitatis.

Sabellij confusio.

Macedonij cõfutatio.

Paracletus.

[SPIRITVM veritatis.] Expendit, quis sit Spiritus, & quæ sint eius officia in Ecclesia Dei. SPIRITVS hoc loco spiritualem substantiam sonat. VERITATIS dicitur, quia suapte naturà veritas est, & à veritate diuina procedit. Est & ab effectu Spiritus veritatis: est enim afflatus, quo Deus inducit nos in omnem veritatem, & aspirat corda nostra, & accendit ea ad sancta, pia, & iusta, recta, & diuina. Patris Spiritus est: Filij Spiritus est: quem Pater similiter & Filius dat non vt alienum, & aduentitium de foris, sed vt proprium, & sibi consubstantialem largitur. Ioannis capite vicesimo, dicebat Christus, Accipite Spiritum Sanctum, & quorum remiseritis peccata, &c. Aut SPIRITVM veritatis dixit, hoc est, Spiritum non veteris Testamenti (vmbram enim, & figuram patres in eo reperant) sed noui Testamenti, hoc est, Euangelij, quod est veritas. Quasi dicat: habebant quidem in Lege Spiritum, sed in figura, & vmbrosum: nunc autem reuelatè habebitis, qui vobis arcanis afflatibus suggeret omnium veritatem, quæ nunc veluti per somnium, ac nebulam in-

Spiritus officia.

Spiritus quis dictus.

Spiritus veritatis.

telligitis. Erit que vobis pignus mei peculiare, & arrabo certificans vos, & quotquot in me credituri sunt, quòd per me sitis Filij Dei, secundæ Corinth. primo, Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos, Deus, qui signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Proinde hic Spiritus in nobis non manet otiosus: nam quum nos reperiat adhuc infirmos, carnales, & affectibus carnalibus obnoxios, ipse subinde infirmitatem expurgat, & affectibus carnalibus dominatur, ac in locum affectuum carnalium suos fructus reponit: quos Paulus ad Galatas capite quinto, enumerat: Fructus autem Spiritus, est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, cõtinentia, castitas. Quòd si Spiritu (ait Paulus inilla) facta carnis mortificaueritis, viuetis. Ná quicunq; Spiritu Dei ducuntur, ij sunt Filij Dei. Nonne Apostoli priùs habuerunt Spiritum Sanctum? an & Patriarchę Spiritu nõ fuerunt donati? Respondeo, Patriarchæ, & Prophetæ, & quotquot fuerunt pij, ante Legem & in Lege, Spiritũ sanctum paracletum habuerunt, qui ipsos docuit, & in omnibus aduersis est consolatus: sed quia signis externis non erat reuelatus spiritus, nondum dicebatur esse, qui tamen est ab æterno. Die Pentecostes missus, hoc est, reuelatus est spiritus perpetuus piorum credentium consolator: sicut scribitur Actorum capite secundo, Vt in Christum credentes, Spiritu Dei sancto confirmentur, intus doceantur, & adornati adoptione filiorum Dei, omnium bonorum participes fiant. Obserua: Quum spiritus sanctus sit spiritus veritatis, deducens nos in omnẽ veritatem, consequens est vt omnis doctrina, quæ à spiritu Dei non est, prorsus vana sit.

Spiritus quare dicebatur ante Christi aduentum non esse.

[QVEM mundus non potest accipere.] Christus suos amplius consolaturus, præstantiam sancti Spiritus explicat, simul & eximium patris in ipsos amorem, & incomparabilem dignationem: vt qui daturus sit discipulis spiritum, QVEM MVNDVS non potest accipere: hoc est, eius spiritus, mundus, siue homines terrenis ac fallis bonis inhiantes, non sint capaces.

Mundus non est capax Spiritus.

[QVIA non videt eum, nec scit eum.] AEtiologia est. Ratione reddit cur mundus non sit huius spiritus capax: Quia

Quia quum spiritus ille, cælestis sit, & mundus habeat oculos crassos, qui nõ nisi crasis, ac terrenis delectantur, neq; videt, neq; nouit illum: non habet oculos contemperatos, ob id non videt. Qui quum cæcus sit, & ignorans, nec videt fide, nec nouit, id est, nec credit in eum. Non habet mundus inuisibiles oculos, quibus inuisibiliter videtur Spiritus sanctus: qui tacitus arcanis animi sensibus illabitur, sicubi sedem congruam repererit. Obserua: His verbis VIDET, & SCIT, contemplationem, & visionem significat. Quicquid nostrum est, ex se neq; videre, neque cognoscere potest Spiritũ: quum, si velimus hunc habere Spiritum sequentes Christũ, oporteat abnegare nosmetipsos. Qui enim vult me sequi, (inquit Christus) abneget semetipsum, & sequatur me. Ergo qui huius mundi sunt sapientissimi, sanctissimi, ditissimi, & potentissimi (quos mundus suspicit, ac miratur) neque vident, neque cognoscunt Spiritum Dei: nã sibi placent: &, vt est in Psalmo, Oculos suos statuerunt declinare in terrã: suas sycophantias noctes, ac dies exercent, solam laruam, & speciẽ externam suspiciunt, ac colunt. Quæ quum spiritus Dei arguat, illum respuunt, non admittunt, illius capaces non sunt. 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus. At quos mundus abijcit vt viles, & stultos, ac purgamenta mundi, hi sunt Spiritus Dei capaces, & apud Deum sapientes.

Mundus excus.

Oculus inuisibilis.

Quare mundi sapientes non sunt capaces spiritus.

[VOS autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.] Quia ex Deo nati estis per fidem in me, vos quidem cognoscitis Spiritum nondum reuelatè: sed si, spretis huius mundi præstigijs, doctrinam meam, & vera bona sectemini, reuelatè, & manifestè cognoscetis eum: quoniam non solùm veniet ad vos, quemadmodum ego veni visibilis, sed etiam (vt iam vobis promisi) permanebit apud vos: nec ita morabitur apud vos, quemadmodum patronus apud clientẽ: sed in vobis erit, hoc est, illabetur animis vestris, quibus adhærebit, reddens testimonium spiritui vestro, quòd estis Filij Dei: erit que vnus spiritus in omnibus, qui vos per omnia comitabitur: & illo doctore cognoscetis quę à Deo vobis donata sunt. 1. Corinth. 2. Nos autem (inquit Paulus) non spiritũ huius mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est,

Illabi animis nostris dicitur Spiritus.

vt sciamus quę à Deo donata sunt nobis, quę & loquimur nõ in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualib⁹ spiritualia cõparãtes. Quare, filioli mei, (quos vtcũq; verbo cęlesti genui licet adhuc rudes, donec adolescatis ad robur Euangelicum) nolite animos despõdere, quia non erit longum interuallum quum hic Spiritus consolator ad vos venturus est. Obserua. Permanebit. & erit in vobis spiritus, Ergo credentes sunt rẽplum Spiritus sancti, vt docet Paulus 1. Corinth. cap. 6.

Credentes sunt rẽplũ Spiritus.

[NON relinquam vos orphanos, veniam ad vos.] Tertia ratio est, qua Christus volens discipulis eximere de suo abitu mœrorem, promittit ostẽsurum se rediuiuum illis à resurrectione, non autem mundo. Alluditque cum ad morituros, qui hæredibus prospicientes, designant tutores, tum ad visitationem Apostolorum suo aduẽtu post resurrectionem factam. Quanquàm (inquit) ad tempus abeo, nec amplius mortalis cum mortalibus victurus sum: ego tamen intereà non relinquam vos orphanos, & mei solatio destitutos. Rursus post triduum veniam ad vos. Turbamini quòd audieritis dicentem me missurum alium paraclerum, quasi verò me vltrà non sitis visuri. Ego priusquàm ad Patrem post hunc mortalem meum discessum remigrem, VENIAM AD VOS, hoc est, exhibebo me immortalem, & conspicuum vestris oculis. Proinde mundus existimabit vos orphanos, qui neque videt, neque agnoscit vestrum Patrem, neque amicos vestros, quos, sicut & me, odit: sed statim à resurrectione non solùm me vestris oculis obijciam, verumetiam veniam, scilicet Spiritu consolatore, tutore, & gubernatore, è quo vt maximè coram mundo videamini Patre & amicis destituti, vos tamen Deum, vt patrem acclamabitis, qui non relinquet vos, sed præsto erit, & paterno affectu in omnibus, quanlibet duris, vos adiuuabit. Magna est hæc piorum consolatio, quum audiunt Christum non relicturum suam Ecclesiam, cuius Spiritus Sanctus est & rector, & pater. Totus hic locus versatur in compendio, & vtilitate, seu fructu, quem nobis produxit abitus Christi ad Patrem. Obserua. Vox ORPHANVS media breui, sonat orbum parentibus, ac destitutum præsidijs amicorum.

Spiritus Sanctus promissus discipulis & credentibus.

Orphanus.

ADHVC

[ADHVC modicum, & iam me mũdus non videt.] Post suauissimas cõsolationes, repetit crucem suam: rem profectò discipulorum palato non congruam: sed consulò amara dulcibus commiscet, vt faciliùs calicem hauriant, & calicis vberrimum consequantur fructum. Subducam me paulò pòst per mortem ab oculis mundi, vt tum sim inuisibilis mũdo, hoc est, his, qui tẽporalia æternis, & terrena cælestibus anteponunt. Obserua, Non sit tibi molestum in hoc contextu quòd verbis præsentis temporis pro futuris, & futuris pro præsentibus vsus sit interpres. Hebræis sanè hoc solenne est, temporibus, præsenti, præterito, & futuro, inuicem commutatis vti.

Mundus.

Hebraismus de vsu temporũ.

[VOS autem videbitis me: quia ego viuo, & vos viuetis.] Rursus dulcia miscet amaris, vt faciliùs abitũ suum (quem vt sibi amarum, & durum sentiebant) ferrent. Huius sermonis sensus est: Quum ego eam vitam vinã, quæ nulla potest morte extingui, certò apud vos statuite, quòd licet mors, & sepulcrum me subtrahat ab oculis, & conspectu mundi, videárque insipientium oculis mori, ego tamen semper viuo, etiam in media morte, reuisámque vos, & me rediuiuum corpore vobis exhibebo: ET VOS VIVETIS, id est, non solùm ego viuam, sed vos quoque in me credentes viuetis, etiam morientes. Moriemini quidem corpore, non autem Spiritu, quo semper mecum viuetis. Et quemadmodum mors mea facta est ad vitam, ità etiam si vos moriamini, imò si daretur millies occidi, viuetis. Cur ita? Quia ego viuo, sumque ego vita, mortem extinguens: ergo vos mihi (qui sum vita) insiti, & fide adhærentes viuetis, & vita non priuabimini, vt vt mũdus vobis aduersetur, & vos interimat. Obserua. Postquam hinc abijt Christus, inuisibilis factus est terrena sapientibus: visibilis autem viris pijs, & sanctis, hoc est, credentibus in ipsum. Diuinũ enim, & intellectualem fulgorẽ, & cognitionẽ congruam in animos eorũ Spiritus inserit, & oculos cordis mirum in modum illũminat. Beati mundo corde, (dicebat ille) quoniam ipsi Deum videbunt. Inuisibilia ipsi mundo, fide videntur. Piorum, & credentium oculus, est fides, qua vsque ad Christum sedentem in dextera Patris & videre, & penetrare possunt.

Etiã morientes viuimus.

Oculus piorũ.

[IN illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo.]

meo.] Iam quarta ratione cum discipulis agit, ab vtilitate, ne ob abitum suũ ad Patrem tanto mœrore premantur, quo putarent de Christo actum esse. IN ILLO DIE, id est, die Pentecostes, quo ego reuelatè mittam Spiritũ Sanctum, VOS COGNOSCETIS, supple ex reuelatione Spiritus Sãcti (qui animis vestris illapsus, docebit vos) QVIA EGO SVM in Patre, id est, quòd sum naturaliter in Patre, ex ipso natus: quòd Pater omnia sua bona ab æterno effuderit in me, non illa deserendo, sed eadem communicãdo: quòd sum expressa Patris imago: & quòd me tanquam legatum in hunc mundũ miserit: quòd sum eiusdem essentiæ, substantiæ, naturæ, voluntatis & operationis cum Patre, Deus verus cum Patre Deo, Filius Dei, & salus mundi. Aut scitis QVOD EGO IN PATRE, id est, quòd à Patre non sum separatus substãtia, & essentia, sed idem sum secundum substantiam, seu essentiam.

Doctrina Spiritus.

Spiritus reuelatus nos esse in Christo.

[ET vos in me, & ego in vobis.] Spiritus ille vobis reuelabit quòd VOS IN ME estis, per susceptionem fidei viuæ, & meorum sacramentorum, ac per dilectionem, & obseruantiam Euangelij. ET EGO IN VOBIS, ea ratione, qua homo factus sum, hoc docebit vos perfectos esse Filios Dei adoptione, & diuinæ naturæ participes. ac mea me bona vobiscum communia habere. Proculdubio Christus in nobis per Spiritum Sanctum corruptibilitatem nostram cum incorruptibilitate permutat, & restitutum hominẽ singulari, & planè diuina metamorphoßi in nouam creaturam transformat, quum opera Spiritus sancti veterem Adamum exuimus, & nouum induti, noua sumus creatura in Christo Iesu. Ideo Paulus dixit ad Rom. cap. 8. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic nõ est eius: si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò viuit propter iustificationem. Quòd si spiritus eius, qui suscitauit IESVM à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. Rursum ad Colosſ. cap. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum, qui renouatur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius, qui creauit illum. & 2. Corinth. cap. 5. Si ergo in Christo noua

Piorum consolatio.

Metamorphoßis spiritualis.

Noua creatura in Christo.

nõua creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua. Quòd autem per spiritum in nouam creaturam, & vitam æternam reformati sumus, testatur Dauid, clamans ad Deum, Psal. 103. Aperiente te manum tuam, omnia replebuntur bonitate: auertente autem te faciem, turbabũtur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulueres suum reuertentur. Emitte Spiritum tuum, & creabũtur, & renouabis faciem terræ. Contemplãre hoc loco quomodo ablatio Spiritus propter peccatum ad interitum nos reduxit: quando autem misit Deus Spiritũ suum, ac nos naturæ suę participes effecit, facies terrę per Spiritum renouata est. In nouam enim vitam reformati sumus, abijcientes longè corruptionem propter peccatum acceptam, & nouam creaturam induti, vitam æternam gratia Domini nostri IESV Christi adipiscimur. Hic locus nobis aperit mysterum vnitatis Ecclesiasticæ secundum vnionem Spiritus interni, inter caput & mẽbra, quæ est propter Filium Dei incarnatum. IESVM enim esse in nobis, est nos esse membra IESV, esse, & pendere ab eo per spiritualem vnionem, quam Paulus Rom. capite 12. aperte explicat, dicens, Multi vnum corpus sumus in Christo. & ad Ephes. capite 5. Membra sumus corporis Christi, de carne eius, & de ossibus eius. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo, & Ecclesia. Est profectò Christus veluti persona horum membrorum, hoc est, filiorum per adoptionem, seu cui membra vniuntur, & ipse nobis est vt persona in mẽbris suis, & nos sumus in illo, vt membra in persona. Magnum, & admirabile est hoc Sacramentum, fide, & spirituali studio contemplandum.

Spiritus ablatio, interitus est.

Facies terræ renouata.

Iesum esse in nobis.

[QVI habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me.] Elegãti hac gradatione Christus redit ad exhortationem, qua hortatur discipulos, potiùs obseruantiæ mandatorum Dei, quàm mœrori de suo abscessu sint amenti, vt se germanos, ac veros Christi discipulos ostendant, dum germana dilectione erga suum dominum flagrabunt. QVI HABET mandata mea, id est, qui eadem suscepit, & tenaci memoria candidam Euangelicorum præceptorum cognitionem retinet: qualia sunt, de sui abnegatione, de contẽnenda vita præsente, & ponẽda

Mandata habere.

Euāgelica mādata.

anima pro Christo, de ferendis iniurijs, de tollenda cruce. Hæc, & huiusmodi qui ex animo suscepit, & diligēti custodia (ne diabolus tātum furetur thesaurum) SERVAT EA, id est, secundum ea viuit, ILLE EST, qui me diligit, id est, is verè probat se mei studiosissimum. Est re vera perfectus pietatis alumnus, qui fide, atque operatione in Christo sanctè viuere cognoscitur.

Dilectionis Christi præmium.

[QVI autem diligit me, diligetur à Patre meo.] Ad sui amorem inuitat Christus, arguméto à præmio: QVI DILIGIT me, id est, qui credit in me, & qui singulari amore in me exardet, copiosum cōsequetur fructū. Quale præmiū inuenietis profectò diligetur à Patre meo, & ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum. Hunc Deus Pater, & nec minùs Filius amabit. Sunt enim Pater, & Filius modis omnibus vnius substantiæ, vnius voluntatis, & vnius intentionis. Obserua: Necessarium est Deum diligere nos, antequam possimus Deum diligere. 1. Ioan. cap. 4. Non quasi dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Quare, hoc præmium, scilicet diligi à Patre (si dilexerimus Christum) denotat effectum, vt puta plenitudinem gratiæ, donum perseuerantiæ, & huiusmodi bona, quæ in præmium dilectionis, qua diligimus, siue in Christum credimus, donantur. Ad hunc modum priùs diligimus Deum, quàm ipse nos, id est, priùs operæpretium est diligamus, & in Christum credamus, quàm quòd diligamur à Patre, id est, quàm præmia habeamus. Amorem tamen, & fidem in Christum nō habemus, nisi fauore suo priùs nos afflauerit, & amarit.

Deus prior nos dilexit.

[ET ego diligam eum.] En præmium dilectionis nostræ erga Christum, quo inuitat nos ad suā dilectionem exercendam. Quia amor patris non est sine amore Filij, quum idem sit amor vtriusque: eiusdem enim sunt voluntatis: & quæcunque facit pater, hæc & Filius similiter facit. Quia ergo diligens Christum, diligitur à Patre, similiter & à Filio diligitur.

Manifestatio Christi a Spiritu.

[ET manifestabo ei meipsum.] Hoc tertium præmium dilectionis nostræ erga Christum. Qui Christum vnice diligit, huic Christus sui reditus participem faciet: quandoquidem suo afflatu in animos suorum sese exeret, & insinuabit, vt in afflictionibus, & pressuris sentiant se non

non destitutos: vt qui consolationem experturi sint, & in media etiam morte vitam præsentem sensuri. Quòd si rogaueris: Quid est, Deum nobis seipsum aperire? Est sensis consolationem, & in morte vitam. In his solet se Deus ipsum reuelare. Aduerte, dixit MANIFESTABO: quia post resurrectionem manifestaturus erat seipsum discipulis cum diuiniore corpore, ne putarent ipsum esse aliquod spectrum, aut phantasma esse. Hoc voluit illos prę monere, ne posteà discrederent, sed resurrectionē, & quæ illis credenda, & facienda admandauerat, tenaciore memoria tenerent, & ea obseruarēt. Obserua: Viris sanctis, & pijs summum præmiū est manifestatio, seu visio Dei: in quibus Christus per Spiritum fulgebit, singula illuminans, & ineffabili splendore mentes eorum ad suam cognitionem erigens. Quòd autem Christus per suum Spiritum in nobis loquatur, audi Paulum 2. Corinth. cap. 13. An experimentū quæritis eius, qui in me loquitur, Christus? Hoc certe futurum præcinebat Dauid, Psal. 48. dicens, Audiam quid loquatur in me Dominus. Rogabis: Quid Dominus in sanctis loquitur per Spiritum? dico: Loquitur reuelando mysteria: & quæ rectè intellexerūt, iure optimo prædicant. Huc pertinet quod Paulus ait, 1. Corinth. cap. 7. Puto quòd & ego Spiritum Dei habeam. 1. Corinth. 2. Nos autem sensum Christi habemus. Aut, vt legit Cyrillus, nos verò Christi mentē habemus. Mentem Christi, Spiritum appellant. Ad hæc facit quod scribitur 1. Ioannis cap. 5. Et scimus quoniam Dominus IESVS venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus verū Deum, & simus in vero Filio eius. Obserua: ET manifestabo meipsum: Græcis legitur ἐμφανίσω, quod magis significat clam indicare. Vnde & ἔμφασις, Emphasis dicta, q̄ tacitam habeat vim: idque magis congruit cum afflatu, quo se Deus insinuat in animos suorum.

Præmiū piorum.

Christus per suum Spiritū nobis loquitur.

Christus quæ in suis loquitur.

Mens Christi.

Emphasis.

[DICIT ei Iudas, non ille Iscariotes.] Quum Dominus promisisset sanctis præcipuam quandam cognitionem, qua expressior fulgeret mysteriorum notitia, alijs verò non item, qui non eò probitatis peruenerunt, vt dono Spiritus, cognitionem rerum supernaturalium consequi possent: aut quum indicasset quòd non solùm redi-

uiuus à morte amicis suis frequenter sese contuendum præberet,sed etiam quòd totum sese in animos discipulorum per suum Spiritum exerceret,& postremò venturus esset in maiestate Patris omnibus conspicuus, hunc sermonem non satis intelligens, rudis adhuc discipulus Iudas,non ille Iscariotes proditor, sed frater Iacobi Alphæi,Lebbæus cognomento,discendi gratia,& ex charitate interrogat Christum,non sine mœrore,meruq; perturbatus. Vnde non magis appositè hic Iudas Lebbæus, quàm suprà Thomas,& Philippus,interroganit,

Lemures.

[DOMINE, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?] Mœrore perturbatus Iudas, opinabatur, Dominum sic appariturum amicis, quemadmodum lemures, & spectra nocturnis tenebris aliquando sese offerunt, aut quemadmodum in somnio visa quædam occurrunt,ad terrorem verius,quàm ad solatium. DOMINE,captat benevolentiam,QVID factum est?quid accidit noui?quid ex eo audio, quòd qui nunc omnibus conspicuus es,posteaquàm abieris ad Patrem,& redieris ad nos,tunc non sis apparituris MVNDO,id est, hominibus,qui in mundo sunt, sed nobis duntaxat? An non & nos in mundo sumus? an non & nos mundi pars sumus? Quî fieri potest,nobis sis visibilis,si cæteris mundum incolentibus fueris invisibilis? Profectò si te nobis manifestaueris,eris & mundo manifestus, aut non assequimur quod nobis narras. Præ multa admiratione,ac stupore hæc loquebatur Iudas Thaddæus, cuius etiã epistola est,quæ inscribitur Iudæ. Obserua: Hæc sententia,

Paræmia de re subita.

QVID factum est siue Quid accidit, est sermo prouerbialis de re noua,subitáque.

[RESPONDIT Iesus,& dixit ei.] Dominus IESVS sciens suos nõdum esse capaces mysterij resurrectionis, quomodo idem corpus sepulturæ mandatum, & mortuum resurgat immortale,& incorruptibile,non respondet aperte ad id,quod rogabat Iudas:sed enarrat ea,quæ oportebat magis infixa esse animis illorum. Addens notulas,& signa,quæ argumento sunt, quibus Filius Dei manifestetur. Notulæ sunt,Dilectio, & obseruantia mãdatorum Dei.

Manifestationis Christi notulæ.

[SI quis diligit me,sermonem meũ seruabit.] Apertiùs

tiùs pergit Christus declarare quid illud sit, quod dixit se manifestandum fore discipulis,non mundo: quasi dicat, Non passim omnibus conceditur huius gratiæ virtus,hoc est,hæc mei manifestatio: sed eis tantummodo, qui sic me diligunt,vt mandata mea seruent. Ideo nõ manifestabo me mundo, quia veram charitatem nõ induit: quam manifestat obseruatio mandatorum:neque me diligit mundus,neque mandata mea seruat:sed si quis diligit me non ficte, sed ex animo, germanum illum amorem exhibebit,non mœrore,sed obseruatione mandatorum meorum. Huic verè apparebo,& meipsum manifestabo. Obserua: Hæc duo coniungit Christus, Diligere, & Seruare sermonem:vt is verè credere dicatur, qui putè,& ex animo verbum Dei excipit,& id curat. Si quidem hypocritæ Christum in speciem diligunt. Non enim ex animo diligit, qui Domini sui iussa negligit. Nec satis est accepisse præcepta Christi, nisi meminerit: nec satis est meminisse,nisi illa seruet. Hæc qui præstiterit, verè diligit Christum. Si quis rogauerit: Quis est verbi Dei fidelissimus custos? Respondeo: Non caro,non humana ratio,sed fides viua. SERVAT sermonem Domini,qui credit ipsum verum,& salutiferum esse,eique toto corde studet,vt impleat.

Diligere, & Seruare sermonem.

Dilectio germana.

Sermõis Christi custos.

[ET Pater meus diliget eum.] Qui diligit Christum,& mandata eius seruat,honorat Patrem, ex quo Filius naturaliter est. Ex his rebus,hoc est, dilectione Christi,& obseruatione mandatorum, certus erit,se quoque diligi à Patre,certóque statuet sibi placatum esse Patrem: ac si diceret, PATER meus diliget eum,id est,is me diligens,& mandata mea seruans, sentiet sese mecũ in idem regnum,in eandem hæreditatem collocatum esse,ac per me,& mecum ad Patrem plena consolatione fiduciæ, dicet,Abba Pater,ex toto pectore amo te.

[ET AD eum veniemus.] Deus ad nos VENIRE dicitur, non gressu corporeo, sed donis internis sui Spiritus. Non localiter mouetur, qui ne moueri quidem loco potest:sed venit,quũ ad eũ mouemur,& accedimus. Verbũ VENIEMVS, non solùm tres personas diuinitatis insinuat, verumetiam donorum copiam, ac multitudinem. Obseruat Augustinus varios veniendi modos,

Deum venire ad nos.

Venire ad nos Deus dicitur variis modis.

dos,quibus Deus ad nos venit,& ipsi eisdem ad eum accedimus. In primis venit, quũ nos suis donis, & gratia replet,quibus nos ad eum accedimus. Ecclesiastici cap.24. Transite ad me omnes,qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini. Deinde venit, quum nos illuminat,ad quem illuminati accedimus contemplatione. Psal.33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Tertiò venit,quum nos vocat, & adiuuat,ad quem obedientia, & fide viua approximamus. Non solùm(inquit)diligam,& Pater meus diliget obseruatorem præceptorum meorum,verumetiam ego & Pater meus, per communem Spiritum veniemus ad eum: nec tantùm veniemus mox abituri, sed etiam mansionem apud eum faciemus,nunquàm ab eo digressuri.

[ET mansionem apud eum faciemus.] Ad multos quidem venit Dominus, apud quos non manet. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Manet Dominus in nobis per sua dona, quibus illi adhæremus, & manere cum eo dicimur. Cor nostrum humiliatum, & verbo adhærens,humilis est Dei habitatio, Esaiæ cap.57. & 66.

Trinitatis vnitas.

Tres sumus,Pater,Filius,& Spiritus Sanctus:sed ita coniuncti, vt qui vnum diligit, omnes oportet diligat: qui vnum habet, omnes habeat: sed modo inuisibili venimus,& in templo,ac domo hac spirituali, cuius primus lapis,& fundamentum ego sum,manemus, dummodo adsit charitas, & seruetur fœdus, quod vobiscum paciscor, quod est,Diligatis me & mea iussa seruetis. Hoc pactum fac vos conglutinabit nobis,vt nec vita,nec morte positis à nobis distrahi, fierique mansio hæc non transitoria, sed æterna. Summa verborum est:Qui diligit me,& mãdata mea seruat,& meum, & Patris templum erit. Hæc trium personarum mãsio in corde Christiano adumbrata est(Genes.cap.18.)quum tres Angeli hospitio excepti sunt ab Abraham,qui tres vidit,sed vnum adorauit. Hius mansionis meminit Paulus,2. Corinth.6. Vos enim estis templum Dei viui,sicut dicit Deus: quoniã inhabitabo in illis,& inambulabo inter eos, & ero illorũ Deus, & ipsi erunt mihi populus. Ad hunc modum dictum est Ezechielis cap.43.Fili hominis, locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum,vbi habito in medio filiorum

Fœdus Domini nobiscum.

Personarũ Trinitatis mansio in credente.

Templũ Dei viui.

rum Israel. Proinde hoc fœdere tam pio & sancto nixi, præparemus nos ad Spiritum Sanctum suscipiendum,totámque Trinitatem: vt audiamus Paulum vere de nobis pronuntiantẽ, 1.Corinth.cap.3. Tẽplum Dei sanctũ est, quod estis vos. Proinde non est silentio prætereundum quòd tametsi Pater,& Filius habitent,& maneant in corde credentis,& fidelis hominis, non tamen pius semper ipsorũ præsentiã sentit. At non est propterea quòd pius animũ demittat, & abijciat, si afflictus mox nõn sentit præsentem consolationem. Nã & si illã præsentẽ nõ sentiat,id certo argumento esse non debet, quòd absit consolator,& consolatio. Hac enim ratione nec infans diceretur viuere,nec vitã possidere,quũ vitam neque sentiat, neque vitæ præsentiam intelligat: nec dormiens diceretur viuere,propterea quòd dormiendo ne minimũ quidẽ vitæ sentit. Quare quemadmodũ infanti expectandũ est donec adoleuerit, & dormienti donec experrectus, & à somno excitatus fuerit, vt sentiant, & cognoscant se viuere:ita oportet afflictum,& pressuris expositum, ac morientem,expectare tempus reuelationis, quãquàm interim bona Dei possideat. In silentio enim,(ait Esaias cap. 30.)& in spe erit fortitudo vestra. Obscurè nunc, & ex parte cognoscis, habens verè,ac possidens bona Dei tibi satis incognita. At vbi euaseris in virum perfectum ætatis plenitudinis Christi,tunc reuelatè videbis,quæ tibi nunc veluti infanti, & obdormienti, beneficio Iesu Christi tradita sunt.

Spiritus quanuis pio præsens,non tamẽ semper à pio sentitur.

[QVI non diligit me,sermones meos non seruat.] Posteaquàm verè diligentes definijt, & eorũ præmia aperuit,peruenusta antithesi transit ad explicandam notam,qua impij, & non diligentes Christum secernuntur à pijs. Signum non diligendi,est mandata paruipendere, & præcepta,quasi iniuriam inferant,contemnere. Quẽadmodum obseruatio mandatorum Christi, est verè Christum diligere,cui correspondent præmia,diligi scilicet à Patre & Filio,& habere Patrem,& Filium, & Spiritum Sanctũ in se manentes: ita neglecta mandatorum Christi obseruatio,est signũ,quo is odit Christũ,& nõ est templũ Dei. Proinde quũ naturâ comparatũ sit vt libentius cohabitent mutuò consentientes, & idem volentes, imò

Mandatorum contemptus.

imò simile sibi omne animal diligit, (vt scribitur Eccle. cap. 13.) multò magis de Deo hæc dici possunt: qui quum bonus naturà, & fons, atque origo virtutis sit, virtutis amatores amplectitur, & in peccatis sordescentes depellit. Qui autem non obseruat Christi mandata, vere impurus, & sordidus est: quum peccatum à contemptu mandatorum originem habeat.

Peccati origo.

[ET sermonẽ, quẽ vos audistis, non est meus, sed eius, qui misit me.] Occupatio est, qua, ne offendantur discipuli (quòd ludæi Christum vt abiectam habebant personam, vnde contempta erat eius doctrina) commendat suam doctrinã, & authoritatẽ suo sermoni asserit à causa efficiente, quæ est Deus. Quasi verò appellet ad Patrem, si doctrina Euangelica nõ excipiatur vera, & planè diuina, vt & sæpe aliàs fecit. Sensus verborũ est: Qui mãdata mea seruat, honorat Patrẽ meũ: nam nihil dico, quod non sit gratũ, & acceptũ Deo. Patris enim, & nõ alterius, est hæc Euangelica prædicatio. Ego sum verbũ Patris viuũ, exprimens voluntatẽ Patris: propterea magni cõsilij Angelus appellor, (Esaiæ ca. 9.) eõq; misit me, id est, factus sum homo, vt vobis hanc doctrinã prædicarẽ, & vos omnino ad Patrẽ perducerẽ. Hæc nos docẽt quàm honorificè, ac diligẽter obseruare debemus doctrinã Euãgelicã, quum nõ humanitus, sed diuinitus tradita sit. Obserua: NON est meus, sed eius, qui misit me, id est, Patris: dictũ est per tapinosim, id est, humiliationẽ Christi, per carnis assumptionẽ humiliati, vt hæc doctrina attribuatur Deo. Aut dixit inquantũ Deus, ad hunc sensum, NON EST meus, id est, nõ est priuatæ, & particularis meæ personæ, quin sit etiam Patris, & Spiritus Sancti. Trium enim personarum vna est voluntas, æqualis potentia, & vna essentia.

Doctrina Euãgelij diuinitus tradita.

[HAEC loquutus sum vobis, apud vos manens.] HAEC loquutus sum vobis: quasi dicat, Hactenus vobiscũ in carne versatus, enarraui verbũ, & sermonẽ, quo meipsum, & Patrem manifesto, nihil ex me ante meum abscessum aliud & quærere, & expectare debetis, quod nõ facit mundus, expectans per me regnum carnale, & carnis licentiam, pompam, & ventris saturitatem. Vos, HAEC, valde emphaticè pronuntianda est: Hæc verba, hanc doctrinam de dilectione erga me, vt seruetis sermonem

Carnale regnum.

monem meum, sum vobis loquutus: quæ sunt præcipua capita in regno Patris mei, é quibus facilè agnoscetis vos & à Patre diligi, & habere Patrem placatum. Præter hãc doctrinam, quam pro vestro captu loquutus sum vobis mortalis adhuc, versans apud mortales, nolite aliam expectare, nisi ipsius reuelationẽ, id est, Spiritum Sanctum, qui reuelat, & confirmat verbum meum, & meam doctrinam in cordibus credentium. Atque ex hac doctrina vobis reuelata omnes alias iudicate. Obserua. Hic sermo (APVD vos manens) explicatiorem humanitatis Christi significationem habet: ac si dicat, Præsens in carne, & mortalis, hactenus vos hæc docui.

[PARACLETVS autem Spiritus Sanctus.] Quum rudes adhuc essent discipuli, & quædã Christi verba obscurè caperent, alia nõ intelligerent, & de alijs dubitarent: ne rursus interrogarent Dominũ, præoccupantur, Non me latet, inquit Dominus, quòd quę loquor, ac mox à morte, ante abitum meũ ad cælos, loquuturus sum, nõ ad plenũ satis intellecturi, imbecilliorésque vos esse intelligo, quàm vt in fide sub aduersis constanter perduretis: & verbum humilius est, quàm vt vos in tentationibus afficiat. Idcirco est vobis opus Spiritu Sancto Paracleto, qui verbum cordi vestro tenaciùs imprimat, & auxilietur in infirmitatibus vestris. Hæc Spiritus Sancti officia copiosè declarat Paulus ad Roma. capite 8. Obserua. Dominus cognominauit Spiritum sanctum παράκλητον, id est, Paracletum, non tam consolatorem, quàm exhortatorem, & impulsorem. Nam missurum se illum pollicebatur, vt Apostolos omnia doceret. 2. Corinthio. 1. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Vnde hoc loco meminit Paracleti Dominus, propter continuas ipsorum afflictiones, bono, fortique animo illos esse faciens, quòd à Paracleto refocillandi essent. Spiritus sanctus nomen ex duobus conflatum, quo tertia persona diuinitatis nominatur. Matthæi capite vltimo, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Similiter & hoc loco, vnica dictio est. Si rogaueris, Quid est SPIRITVS Sãctus? Respõdit: Nihil aliud est, quã Patris, & Filij amor, persona est alia à persona Patris, & persona Filij. Est re vera virtus Dei, omniũ viuificatrix, altrix,

Apostoli insitmi indigebant Paracleto.

Spiritus Sanctus tertia persona diuinitatis.

Spiritus Sanctus quid est.

altrix,fotrix, & conſummatrix. Cuius ſolius afflatu ſit vt Deum & cognoſcamus,& amemus,ſimiléſque illi tandem euadamus. Qui Spiritus eſt arrabo, & pignus gratiæ,2.Corinth.1.& reddit teſtimoniũ cordi noſtro, quòd ſumus Filij Dei,dum clamamus Abba Pater,Rom.cap.8. & 2.Corin.cap.6.Interdũ vocatur à donis ſuis: nam Spiritus aliquando naturam ſignificat:vt quum dicitur,Spiritus Domini requieſcet, ſignatur natura Spiritus. Rurſus ſpiritus Dei vocatur ſpiritus Patris,ſpiritus Filij. ſpiritus vitæ,ſpiritus veritatis,ſpiritus ſanctificationis, ſegregationis,promiſsionis,conſilij,fortitudinis,id eſt, ſpiritus,qui adoptat,ſanctificat,ſegregat.Idem eſt dicere, Spiritus Dei, ſpiritus Chriſti, & ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis. Dicitur ſpiritus ſanctus vnctio, quòd ſicut per vnctionem olim ſacerdotes, & Reges ad officia ſua deputabantur,& toti idonei declarabantur:ita ad viuendum, & glorificandum Deum, electi per ſpiritum Dei inſtituuntur,& idonei non tam declarantur, quàm efficiuntur.1.Ioan.2.Et non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos:ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus. Et eodem capite,Sed vos vnctionem habetis à ſancto,& nostis omnia. SPIRITVS ſignificat vim arcanam,& energiam,qua aguntur mentes:ſi ad ſancta,ſpiritus ſanctus, ſpiritus Chriſti,& Dei dicitur:ſi ad impia, vocatur ſpiritus malus,diabolus,ſatan. Legito Chryſoſtomum de Spiritu ſancto,de eius nominibus, & quomodo ſpiritus ſit multiplex.parte quinta.

Vnctio.

Spiritus nomine quid intelligimus.

[QVEM mittet Pater in nomine meo.] Non ſecundum deitatem Spiritus ſanctus mittitur:immobilis enim eſt,vbiq; eſt:ſed hæ voces,Mitti,Legari,Deſcẽdere,& huiuſmodi,operationem inſinuant, donum ipſius ſpiritus, non autem ipſe Spiritus mittitur, vt docet nos locus ille Actorũ cap.1.Manete in Ieruſalem,donec induamini virtute ex alto,& accipietis virtutem Spiritus ſancti in vos. Alia eſt virtus,quæ cõceditur, & alius eſt ipſe Spiritus ſanctus,qui concedit diuidẽs ſingulis prout vult, 1.Corinth. 12.Ratione doni,& ſpeciei viſibilis mitti dicitur viſibiliter:quum autem donis ſuis illabitur mentibus hominũ, inuiſibiliter mittitur.Patri quidẽ MITTERE attribuitur non proprietate, quum etiam Filius mittere dicatur

Spiritum mitti quid eſt.

Virtus ſpiritus.

Miſsio viſibilis.

Mittere attribuitur Patri, non proprietate.

Spiritum ſanctum:infrà ca.15.Quum venerit Paracletus, quem ego mittam,imò & ipſe Spiritus ſanctus mittet ſeipſum, hoc eſt,donũ. (vt docent doctores Theologi) ſed quadã appropriatione Filio nõ diſcordi,Pater mittere dicitur.Addidit IN Nomine meo,id eſt,propter me, & me ſimul mittente.Emeruit nobis proculdubio Chriſtus Spiritum ſanctum,vt efficeremur adoptione filij Dei,& gratiam abundè acciperemus. Vnde ſuprà 1. capite dictum, De plenitudine Chriſti nos omnes accepimus,& gratiam pro gratia. Aut NOMINE meo veniet Paracletus, hoc eſt,pro externa,& viſibili mea præſentia mittetur, manifeſtabit nomen meum,& in totum orbem promulgabit meum aduentum,& Euangelium. Aut IN Nomine meo, id eſt, ad mei nominis inuocationem dabitur vobis Spiritus ſanctus. Aut IN nomine meo dictum eſt,quemadmodum Filius venit in nomine Patris,non quòd eſſet Pater, ſed quòd eſſet Filius Patris, & à Patre,vt ſuprà cap.5.ſcriptum eſt,Ego veni in nomine Patris mei. Ita & Spiritus ſanctus mittitur,& venit in nomine Filij, non quòd diceretur Filius,ſed quòd eſſet ſpiritus Filij. Rom. 8. Si quis ſpiritum Chriſti non habet,hic non eſt eius.ad Galar. 4. Miſit Deus Spiritum Filij ſui in corda veſtra clamantem Abba Pater. Et hæc quidem ita narrantur propter conſubſtantialitatem Filij ad Patrem, & Spiritus Sancti ad Filium.Proinde quemadmodum Filius veniens in nomine Patris,electos.& fideles Patri ſubiecit, & conciliauit, (Apoc.cap.5.Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes:)ita Spiritus Sanctus nomine Filij,qui hoc meruit,cõfiguratos nos Filio, dum in Filio nos adoptat. Ad Rom. cap.8.Accepiſtis Spiritũ adoptionis filiorũ Dei,in quo clamamus,Abba Pater. Obſerua. Hic locus, QVEM Pater mittet in nomine meo, expendit cum tres perſonas diſtinctas,tum Spiritũ Sanctum procedere à Patre,& Filio. Prima perſona eſt Pater mittens:ſecunda eſt Filius, in cuius nomine,& propter quẽ mittitur Spiritus Sanctus: tertia perſona eſt Spiritus Sanctus,qui mittitur. Spiritum Sanctum mitter Pater in nomine meo,id eſt,Spiritus Sãctus, qui meus, & Patris eſt, qui à me, & Patre meo procedit, (vtriuſque enim amor eſt) mittetur ad vos adhuc rudes, & parum capaces meæ doctrinæ.

Spiritũ nomine Chriſti vocat.

Locus experimens treis perſonas Trinitatis.

[ILLE vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.] Quæ docuerat Christus, sed obscuriùs, & tacuerat quod portare illi rudes adhuc, & parum capaces non poterant, Spiritus Sanctus docuit Apostolos. Dicebat enim Dominus, Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modò, & vobis obliuiosis SVGGERET, id est, in memoriam reducet quæcunque & dixi, & feci. Quasi dicat: Cruda, & rudia

Apostolorum pectora rudia.

sunt adhuc vobis pectora, necdum intelligere potestis, quæ hactenus vobis de libertate, de regno, de gaudio, & de iustitia dixi vobis: at vbi Paracletus venerit, qui est Spiritus Sanctus, is tam plana vobis omnia faciet, vt & sentiatis illa esse, quæ antea vobis prædixerim. Quæ priùs non intellexeratis, efficiet vt intelligatis, neque quicquam vos patietur obliuisci, neque quicquam sinet vos ignorare quod ad salutem pertineat. Vos profectò in alios viros transformabit, dum ex obliuiosis memores reddet, ex terrestribus cælestes, ex ignauis dociles, é somnolentis vigiles, ex mœstis alacres: tantùm date operá vt præcepta mea obseruetis, & in charitate perseueretis. Hic locus aperit quàm imperfecti, ac indocti fuerint rerum spiritualium Apostoli ante aduentum Paracleti, qui tam longo tempore in classe, & auditorio Domini versati, adhuc nihil verè admodum scire videbãtur, tanta erat illorum tarditas. Quum itaq; res ita habeat, fatendũ est,

Mortua omnia in nobis ante regenerationem. Docetp.

omnia in nobis mortua esse, & imperfecta antè, quàm regeneremur, & Spiritum Sanctum accipiamus. Obseruas DOCERE, non solùm est nouam doctrinam proponere, sed etiam obscurè dictam detegere, auditam interpretari, ad spiritualem intellectũ enarrare. Verba (QVAECVNQVE dixi vobis) ostendunt doctorem Spiritum Sanctum nihil suggessisse, aut docuisse Apostolos, aliud à doctrina

Spiritus officium.

Christi. Huc enim Spiritus Sancti officium spectat, vt doctrinam Christi spiritualiter interpretetur, nósque ducat ad rerum spiritualium intellectum, quem nostris viribus assequi non possumus. Et regeneret nos, reddátque nos idoneos ad expediendam Christi doctrinam, cum obseruatione mandatorum eius. Ad hæc, dictum est, OMNIA quæcunque, vt intelligamus nihil peritu-

rum exciderunt, refricabit, & in memoriam reducet. Hæc nos docent. Apostolos post receptum Spiritum sanctum, in nullum potuisse errorem labi circa doctrinam IESV CHRISTI, nec scribendo, nec docendo, aut approbando.

[PACEM relinquo vobis, pacem meam do vobis.] Quemadmodum Latini in more habent, quum discedunt, dicere, Bene vale, aut Bene viuenta Hebræis familiare est, quum recedunt, dicere, Pax tibi. Christus itaque ex hoc mundo ad Patrem abiturus, quum recessus hora instaret, ac proxima esset, dixit, Video quidem vos mœstos, & non paruo dolore affectos ob meum discessum, abeundum est mihi, valete, pax vobis sit, quam vobis relinquo, non eam, quæ mundi est, sed meam, quæ sola dignæ est nomine pacis. Non igitur vos exanimet huius mundi tumultus, quem in me mox exoriri, & olim in vos cooriturũ videbitis. Ego vos frequẽter monui, non relinquam vos, dũ abeo. Ego VOBIS vt hæredibus meis (qui habetis verbum meum, qui seruatis mandata mea, qui creditis in me) testamento lego, & relinquo PACEM meam, id est, prosperitatẽ, fœlicitatẽ, & conscientiæ tranquillitatem. Rom. cap. 5. Iustificati ex fide, pacem habemus ad Deum. Huius pacis meæ custos est fides viua, quã qui habet, nulla mundi tempestate subuerti potest. Hæc pax fructus est dilectionis nostræ erga Christum, & obseruationis mandatorum eius. Ingẽs est hæreditas, quam Christus post se reliquit credentibus. Vnde in Scriptura, Regnum Christi, Regnũ pacis dicitur. Esa. ca. 9. Princeps pacis, & pacis non erit finis. Per expolitionem rhetoricam idem repetit, Pacem meam do vobis, vbi vox MEAM, emphasim habet: & verbum, DO, liberalitatem Christi insinuat. Quasi diceret: Liberali animo, non ex fideicommisso auorum, do vobis pacem conscientiæ, & æternam, quæ sine me non esset. Ego sum pax veradans & alijs pacem. Pacem ergo non simpliciter, neque quamlibet, inquit, sed meam. Quid est, hanc PACEM dare? Respondeo: Nihil aliud est, quàm Spiritum eis dare, & per eum in eis habitare. PAX Christi, Spiritus eius est. Nam quum liquidum sit, Filium Dei esse pacem, profectò & Spiritus eius pax erit. Optat suis Paulus

Hebræorũ salutandi mos.

Testamentum Christi. Hæreditas Christi.

Pacis Christianæ custos.

Pacem dare.

Pax Christi.

(ad Philippen. cap. 4.) pacem, quæ exuperat omnem sensum. Hæc pax, quæ dominationes, principatus, intelligentias, & sensus omnes superat, Christi Spiritus est, in quo Deo Patri vniuersa Filius reconciliauit: qui nihil aliud vult, nihil aliud intelligit, nihil aliud operatur, nisi quæ Filius. Hac de causa, quia Spiritus pax est, & Spiritus est Christi, ideo Christus iure dixit, PACEM meam, id est, Spiritum meum do vobis. Hæc pax scopus erat prædicationis Apostolicæ. Vnde Act. cap. 10. scribitur, Aperiens Petrus os suum, dixit, Verbum misit Deus filijs Israel, annuntians pacem per Iesum Christum, &c. Proinde ex hac vna consolatione à pace conscientiæ discere possumus, cum reliquas omnes in Regno Christi consolationes, tum qualis Rex sit Christus, & quale regnũ habeat. Qui quum pacem conscientiæ conferat. Rex pacis est, & regnum pacis habet. Prætereà discamus ex hoc loco aduenientium, aut recedentium dicendi formulas, (quibus bene precantur, & bene dicunt) non esse aliquid vanum. Huiusmodi enim optationes, & benedictiones sunt Verbum Dei, quod fide exceptum, non potest non vsui esse. Hoc testatur Dominus, Matth. cap. 10. Intrantes in domum, salutate eam, dicentes, Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. Si igitur quispiam aduentarit, & salutationem tibi oblatam, Vale fœlix, Saluus sis, Bonus dies, aut Bonus vesper, fide, & ex animo receperis, nemo nisi insanus dixerit infructuosam tibi hanc salutationem: quæ proculdubio tibi non perit, sed iuxta Christi promissionem, super te requiescet. En vides Christum abeuntem suis optare pacem, vt & hoc modo inuicem pacem optemus, inuicem salutemus, vale dicamus, idque faciamus ex animo, & fide, iuxta Christi verbum.

Prædicationis Apostolicę scopus.

Salutatio mutua salutaris.

[NON quomodo mundus dat, ego do vobis.] Pax mundi est securitas carnis, impiorum, & veritatis hostium, concordia, gaudium temporale, fructus voluptatis, deliciæ seculi: quam pacem habuit ille, qui dixit (Lucæ cap. 12.) Anima mea, habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, gaude. Aut ille puratus diues (Luc. ca. 16.) qui quotidie epulabatur splendide.

Pax mundi.

dide. Mundus ista pace gaudet, sed revera non est pax, quę mistam habet amaritudinem, & tot curas, vbi plus aloes, quàm mellis, adest, ærumnis, quibus abundat mundus, refertissima est. Infida est, & hypocritica, panem vna manu ostentans, & altera lapidem ferens. Externa est, ad breue tempus durans. Christi pacē mũdus ignorat, quia aliam pro vera pace constituit. Proponit enim sibi externam pacem, vt certissimum diuini fauoris & amoris signum, sed fallitur. Nam qui veram pacem habet, odit animã suam, patrem, matrem, fratres, sorores, & parentes, aduersus quos præliatur, pro vera pace, quam in animo habet. Hæ inuicem pugnant, pax mundi, & pax Christi: hæc interna est, illa externa: hæc in periculis, & afflictionibus, imò & in media morte frequenter versatur, illa in tranquillitate, & securitate rerum externarum constat: hæc tranquillat conscientiam, illa nihil virium habet in pacandis animis: hæc gloriatur in afflictionibus, vt in medijs malis videatur sibi paradisum inambulare, illa nihil tale gustauit, nedum nouit. Caro enim semper concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, Galat. 5. Ismael semper persequitur Isaacum: Esau, Iacob: & Cain, Abelum. Non est consortium iustitiæ cum iniustitia, aut conuentio Christi cum Belial, 2. Corinth. 6. Vnde Dominus ait (Luc. cap. 12.) Non veni pacem mittere, sed gladium: id est, separationem piorum ab impijs. Pijs pacem affert, impijs turbationem. Hi enim ad sola temporalia respiciũt, sed impatientes sunt veritatis, nolunt ferre iudicium Spiritus, vt sua damnentur, vnde excæcati seditiones commouent ad opprimendum Christum, concitant alios aduersus veritatem, ne victrice veritate ipsi confundantur. Fremunt, insaniunt, cædem conspirant, tragœdias excitant, & persequuntur pios, sed nihil promouent. Omnia, quæ loquitur populus iste, coniuratio est. Esaiæ cap. 8. Non est prudentia, & consilium contra Dominum. Prouerb. cap. 21. Dominus dissipat cogitationes eorum, quoniam vanæ sunt. Mundus externam pacem cum vicino, & alijs affert, turbatam relinquens conscientiam: at Christus internam pacem confert, relinquens extrinsecus turbam, hoc est, afflictiones, & turbationes: de quibus dixit, Non veni mittere pacem, sed gladium:

Pax verā.

& alio loco. In mundo habebitis pressuram, in me verò pacem. At non durant pressuræ, sed citò euanescunt.

Simile. Quemadmodum enim non diu perdurabit, sed mox exarescet arbor, vtvt patuli sint florentes rami, si radicem abscideris: ita in pio, & fideli externæ afflictiones, & pressuræ breui tempore manebunt, propterea quòd afflictionum radix per fidem viuam abscisa, & amputata est. Tranquillus est animus eius, vtvt bello, pressuris, & mundi machinis corpus impetitur, conscientia eius munita est verbo Domini aduersus mortem, & Satanam: scit omnia sibi coadiumento esse in bonum (Rom. cap. 8.) nihil damnationis esse his, qui insiti sunt Christo: habere Patrem in cœlis benevolum, & propitium, cui curæ est, à quo fouetur, é cuius manu non possit eripi. Vnde pacem amat, ferit iniuriam, non conuiciatur, non excitat seditiones, ad patientiam hortatur. Rogabit quispiam, Quum vere pax, etiam in medijs afflictionibus cõsistat, quomodo id fit, vt in afflictionibus quis gaudeat? Respõdeo. Vbi afflictionibus infixus fueris, sic te Christus inde auerrit, & animum eiusmodi tribuit, vt videaris in rosa to sedere: Sic in media morte, vita est, & in media discordia, pax, & gaudium. Quare talis pax (testante Paulo ad Philipp. capite 4.) est, quæ exuperat omnem sensum, & intellectum: quam viam nemo sua ratione consequi, aut sensu suo percipere potest. Vnde solus Christus agit, qui te ad hunc modũ cõpellat: Age, veritatis Athleta, medijs mortem ingredere, & potiùs mórere, quàm succumbas. Tum Paracletus Spiritus Sanctus aduenit, qui sic te animatum, ac confidentem faciet, vt morrem non sentias, imò vt dulcis tibi fiat. Hoc ex eo promanat, quòd Spiritus Sanctus immensam tum benignitatem, tum gratiam Christi agnoscere, & sentire docet, vt eos, qui in eũ credunt, constituat dominos peccati, & mortis, adeoque rerum omnium. Quare quisquis hanc doctrinam ex animo susceperit, lætus, alacrisque aget tam in euo fortunio, quàm infortunio, siue dulci, siue acerbo. Est tamen in hac Christi schola alius alio instructior. Neque enim omnes, dum hic viuimus, perfecti sumus: imò nemo vnquam tam absolutus fuerit, quin aliquid interdum trepidationis persentiscat: quod tamen Spiritus Paracleti officio

Animi trãquillitas.

Pax vera quomodo in medijs afflictionibus cõsistat.

Gaudium quomodo in afflictionibus.

Credẽtes sunt domini.

officio facilè euanescet. Vnde posteà quàm Christi gratiam cognoueris, continuo exercitio contemptus mortis teipsum exercites operæ pretium fuerit: vt ita mortem contemnere incipias, ac deinde studiosè pergas, & mortem contemnere perseueres, vt semper minùs minúsque timeas tibi à morte. Quòd si semper tribulationem paci immistam viderit, caue animum despondeas: Paracletus enim pro suo officio saux virium tibi suppeditabit, dum hic viues, quibus victor euadas. Hoc vnum sit tibi persuasum, quòd si nulla tibi esset perturbatio, neque teipsum consolari posset. Age igitur fortiter, & constanter, in afflictionibus dura: non enim sines te Christus (in quem credis) tentari supra id, quod potes. Credito, crucem, & afflictiones esse diuini fauoris signum, rem gloriosam, & viam ad gloriam.

Fauoris diuini signum.

[NON turbetur cor vestrum, neque formidet.] Quasi dicat: Quoniam ad Spiritum spectat omnem animi, & mentis formidinem, atque turbationem sedare, cur animo pauido vos esse, & ob ignauiam refugere, ac detrectare periculum video? quum pacem meam, id est, Spiritum meum & dem, & relinquam vobis, qua omnem timorem, formidinem, ac tristitiam excutietis? Observa. NON TVRBARI, & non formidare, sunt effectus pacis à Christo relictę, & datæ. Si rogaueris, Quid est NON turbari, & non formidare corde? Respondeo: Est etiam in aduerso verbi euentu credere, & certò apud se statuere verbum esse certum, esse virtutem, & potentiam Dei ad salutem omni credenti, Rom. cap. 1. Est igitur animi vere Christiani in afflictionibus gaudere, & ducere crucem pro gloria, & methodo ad gloriam.

Pacis fructus, non timere.

Methodus ad gloriam.

[AVDISTIS quia ego dixi vobis, Vado, & venio ad vos.] Singulari epanaphora, seu repetitione, tãquã filiorum studiosissimus, & amãtissimus pater discipulorũ animos in trãquillitatem reducit. Auditis quidé, nõ ab alio quàm à meipso, & adhuc audius me abiturũ: nolo tamen vt propterea perturbemini, q audiatis me vadere per crucẽ ad Patrẽ quia mox vbi Patrẽ repetiuero, rursus adero per Spiritũ consolatorẽ, per quem vobis aderit & Pater, nec vnquã à vobis diuellemur, donec nobiscũ omnes sitis in regno cælorũ. Ego quidem corpore abeo, præsens

tamen semper Spiritu: venióq; ad vos per dona mei Spiritus, imò vestri causa discedo: vt quum rediero, vos eò maiore gaudio perfundamini, ac lætiore animo esse possitis. Sed neque hæc intelligunt, donec posteà illis Spiritus Sanctus suggeret. Hic locus aperit, Dominum vidisse Apostolos non plenè resurrectionem suam speransse, neque plenè sciuisse, quid esset: vnde valde mœsti erant. Obserua. Videtur nobis Christus abire, dum consolationem sub afflictione, & vitam sub morte abscondit: adest tamen semper, & præstò est, qui nunquàm verè credentibus abest.

Mœstitudinis fomentum.

Christum præsentem abesse.

[SI diligeretis me, gauderetis vtique.] Signum diffidentiæ, est timor, & formido, quæ foras mittit ipsa charitas. 1. Ioan. cap. 4. Diffidentes enim discipuli Christum rediturum, timent, ac formidant iuxta carnem: à qua eruditi, ad hunc modum argumentari videbantur: Christus per crucem abit ad Patrem, ergo actum est de eo, & amplius non reuertetur. Hoc genus argumenti euertit Christus, docens quòd quũ effectus dilectionis, seu ipsius charitatis res cognatæ sint gaudium, & lætitia, si verè ipsum diligerent, omnem timorem excuterent, & abũdè gauderent. SI DILIGERETIS ME, id est, si in me eideretis, & ex animo meam personam, & meam doctrinam excideretis, non scandalizati, quòd vt abiectam personam me Iudæi abijciunt, sed credentes quæ vobis dixi de regno meo, & iustitia, quòdque sum Filius Dei æqualis Patri, qui meo recessu, hoc est, morte mea, domiturus sum mortem, Satanam, & totam eius tyrannidem amoliturus, GAVDERETIS vtique, intelligentes commoda, & fructus, quæ ex mea cruce sequentur, & vobis merebor: qualia sunt euersio regni Satanæ, redemptio mundi, liberatio à tyrannide diaboli, donatio vitæ æternæ, & missio Spiritus Sancti Paracleti.

Diffidentiæ signum.

Dilectio, & gaudium, res cognatæ.

Meritũ Christi.

[QVIA vado ad Patrem.] Rationem gaudij reddés, adfert crucem. Christum enim VADERE ad Patrem, est Christum per crucem ire ad Patrem. Crux Christi, propter fructus, quos produxit, est causa gaudij, lætitiæ, gloriam, & vitam afferens. Doleo quidem propter meũ peccatum, causam crucis Christi: Gaudeo propter meam liberationem, ac redemptionem. Hunc abitum non intelligit

Crux causa gaudij.

telligit mundus, & caro fugit, quę delicijs delicias, & trãquillitate gaudium quærit. At non item spiritualis homo, qui certò statuit apud se, per varias tribulationes, ac pericula ingrediendum esse in cælum. Emphasim habẽt hæc verba: Lætiores esse deberetis, quia (supple dixi vobis) vado ad Patrem, regnum nouum auspicaturus, mundum redempturus, & Spiritum Sanctum missurus.

[QVIA Pater maior me est.] Aliam rationẽ adduxit, cur discipulis gaudẽdum sit de suo ad Patrem transitu. Quasi dicat: Si ex animo, & spiritu me diligeretis, magno perfunderemini gaudio, quòd dixerim me ad Patrẽ abiturũ, QVIA PATER maior me est, id est, ego meo recessu per mortem, in Patris regnum ingredior, accepturus longè excellentius ministerium, & gloriam maiorem intraturus, scilicet in gloriam, & imperiũ Patris: nõ illhic otiosè victurus, quandoquidem ministerio meo donabitur vobis Spiritus Sanctus. Ego quidẽ nunc meo ministerio multa vobis dico, quæ nõ intelligitis, sed verbum meum in auribus vestris permanens, cor vestrum non subit. Vbi verò ad Patrem (qui me Filio hominis inferiore maior est) venero, eóq; in summa fœlicitate apud eum futurus sum (quum hîc miserè, ac calamitosè agam) ego à Patre meipso Filio hominis maiore, regnum accipiens, & ad dexteram eius sedens, excellentiore meo ministerio mittam Spiritum Sanctum in corda vestra, per quem intelligetis quæ dixi vobis. Ego nunc officium meum administrans, loquor vobis verbum, vt à Patre mihi demandatum est: Quum autem in regnum Patris introgressus fuero, ego excellentius exequar ministeriũ, quo verba auribus audita, cordibus per Spiritum Sanctum imprimam. Insinuatigitur hic locus duplex Christi officium: alterum, quo hic in carne agens prædicauit, & auribus nuntiauit: alterum, quo postquam per mortẽ in regnum Patris ingressus est, prædicat cordibus, & auditum verbum animis per Spiritũ Sanctum imprimit. Primo officio prædicauit ore: secundo Spiritu Sancto. Primum suum officium statim à resurrectione Apostolis, & Euangelistis commendauit: secundum verò sibi soli reseruauit. Vnde percommodè refert Gregorius. Nisi idem spiritus cordi adsit audientis, otiosus est sermo doctoris,

Christi officiũ.

Prædicatio Christi duplex.

Spiritu absente, vanus prædicator.

ctoris, nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Quo fit vt multi audientes eundem Ecclesiasten, non æqualem fructū referāt. Internus enim doctor quosdam specialiùs docet, alios nō item. Proinde si è spiritu me diligeretis, gauderetis vtique quòd abeam incœpturus ministerium excellentius: quia Pater me homine maior est, ad quem ingressus, præclarius exercebo ministerium. Excellens quidem est præsens hæc mea functio, qua quæ mihi mandauit Pater nuntio, Euangelium prædico: sed longè excellentius erit, quo post reditum ad Patrem, fungar. Ego enim absoluam, & perficiam post discessum meum quod ego hic cœpi. Gaudete itaq;, quia ingredior ad Patrem me homine maiorem. Ego vestra causa huc veni, aliquantisper dissimulans diuinam formam, dum meipsum exinaniui, formam serui accipiens, vt abiens ad Patrem, vos mecum in Patris regnum collocem. Ex hoc loco Arrius sua perfidia venenū hausit, quo ferè vniuersum mūdū tinxit. Hic error latissimè serpit, profundissimas radices agēs, & in primoribus Ecclesiæ diutissime durās. In primis hęc hæresis, qua Arrius asseruit Christū Filium Dei, non esse Deū verum, quū dicat Patrem seipso Filio maiorem, sed summam tantùm creaturam Dei. Orta est hæc hæresis in Alexandria Aegypti, quæ totā statim inuasit Aphricam, infecit Græciam, Italiam, Galliam, Hispaniā. Aduersus hanc impudentissimā hæresim fortiter restitit Ecclesia catholica, nō sine multorum sanguinis effusione, pro fidei veritate. Inter quos prodijt fortissimus patriarcha Alexandriæ Athanasius, qui post diras afflictiones apud Treuerim, vbi Maximus episcopus sanctitate clarus agebat, exilium passus, edidit symbolum illud fidei, Quicunque vult saluus esse, &c. Quod multis confirmatum concilijs, damnauit Arrium cum pestilentissima sua hæresi. Hunc itaque locum Athanasius, & sacri scriptores ita interpretātur: Christus æqualis est Patri secundum diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem. Quam interpretationem, huius loci contextus confirmat, declarans quo sensu Pater maior est, dum recessum ad Patrem pro ratione adducat, cur discipulis gaudendum sit. Hic ascensus, siue discessus ad Patrem, non est iuxta diuinam naturam, secundū quam non

Arrius.

Arrij error vbi coepit, & quā latè vagatus.

Ascensus Christi.

non vadit ad Patrem: sed ratione humanæ naturæ exiuit à Patre in mundum, & redit ad Patrem. Colligamus ex his: Pater maior est Christo, respectu humanitatis, officij, & legationis: non autem respectu essentiæ, & diuinitatis.

Pater maior Filio.

[ET NVNC dixi vobis priusquam fiat, vt, quum factum fuerit, credatis.] Futurorum prædictione Christus suam diuinitatem discipulis ostendens, & se breui resurrecturum insinuans (quum solius Dei sit prædicere futura) declarat se plusquàm Prophetam esse, quum nullus Prophetarum resurrexerit. ET nunc dixi vobis. Quid dixit? Se abiturum ad Patrem: omnia, quæ de Paracleto paulò antè promisit: rursus de vera fœlicitate, quam per Paracletum habituri erant, & de incredibili virtute, qua maiora facturi erant, quàm Dominus ipse fecerat. Hæc omnia dixi vobis (inquit) VT QVVM factum fuerit, id est, quum ad Patrem abiero, & vbi quod dixi, rerum exitus comprobarit, credatis, & reliqua omnia fore vera, quæ post euentura prædixi, eóque in fide fortiùs confirmemini. Hunc sermonem Dominus post resurrectionem discipulis repetijt. Luc. capite vltimo. Hæc sunt verba, quæ loquutus sum ad vos, quum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est omnia impleri, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.

[IAM non multa loquar vobiscum.] Posthac mortalis, & in carne existens, non multa loquar cum mortalibus. Instat enim hora, in qua distrahar à vobis corpore. Breuitas temporis non sinit pluribus vobiscum agam.

[VENIT enim princeps mūdi huius.] Horā suæ mortis repetit, vt discipulos ad crucem præparet, sed recte, ne infirmos deterreat. Rationē cur nō sit multa dicturus discipulis, adducit: nā imminet (inquit) hora passionis meæ. PRINCEPS MVNDI, id est, diabolus, venit: & potestas Satanæ, ac mundi, veritatem persequentis, & tenebrarum omnium, omnem nunc mouet lapidem, vt nihil non malum in me faciat: nunc Princeps Sacerdotum, & summi Pontifices, veluti Satanæ ministri, conueniunt in vnum aduersum me: nunc impia cohors astu, dolis, & inuidia diaboli concitata, exit Ierosolyma.

Princeps mundi.

vt me

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt me comprahendat in crucem tradat, prorsus deijciat, & extinguat. Hoc malũ mihi volet, & curabit Satanas, sed non satis illi artis aderit: ego enim deuincam eum, & id iure meo faciam. Obserua: PRINCEPS mundi dicitur diabolus, non quia verè sit dominus mundi, sed quia tyrannicè decepit, & rapuit eos, qui sui nõ erant, quos peccatis sibi subiecit, & violẽtia ab ouili diuino distractos retinet. Mũdo enim, & carni imperat diabolus. VOX PRINCEPS, potẽtiam diaboli exaggerat: quasi diceret, Non solus est diabolus, vt qui multos habeat ministros, & subditos: nam princeps est.

Diabolus quare dictus princeps mundi.

[ET in me non habet quicquã.] Terrorẽ, & horrorem incutit audire principem mundi cum omni sua impietate venire. Rursum cõsolationis verbum est, principẽ mũdi nihil habere in Christũ. Hæc verba, ET IN me non habet quicquam, plena sunt fiduciæ, qua Christus certam victoriã aduersus diabolum, & tyrannidẽ eius sibi promittit. Quasi dicat, Magna quidem aduersus me Satanas per impios ministros suos molitur, & conatur: sed nihil est ab eo periculi, quum nihil iuris in me habeat: & dũ se maximè victorem esse confidet, se victum, prostratúmq; eõperiet. Conatur me occidere, sed ego resurgam. Molitur, & eò omnes suos neruos tendit, vt me crucifixione maledictum reddat: sed maledictione mea vertã crucẽ in benedictionem. Putat me detinere in inferno: sed Dominus non derelinquet animam meã in inferno, nec dabit Sanctum suũ videre corruptionem. Ius Satanæ est in obnoxios peccato: agit enim in incredulis, Ephes. capite 2. Quoniã autem mundus vitijs obstrictus est, Satan in mũdi cultores tyrannidẽ habet. Quũ ergo Dominus omnis peccati purus esset (1. Petr. 2. Qui peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius:) nihil habuit in eum iuris Satan. Quæsiuit quidem peccatum, & causam mortis aduersus Christum, sed nõ inuenit. Quod verũ esse ex historia passionis cognoscimus. Ego enim (dicebat Pilatus Ioan. 19.) nullam inuenio in eo causam. Matthæus innocentiam Christi adeò miratum fuisse Pilatum ostendit, vt coram Iudæis lauerit manus, ac dixerit, Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Et quum ad Pontifices fuit delatus, Pontifices (inquit Matthæus cap. 26.) & omne concilium

Diabolus nõ habet quicquã in Christo.

Maledictio in benedictionẽ.

Satanæ ius.

Christi innocẽtia.

concilium quærebant aduersus Christum falsum testimonium, vt eum morti traderent, & non inuenerunt. Eu vides diabolum hominum ministerio vsum ad quærendum falsum testimonium aduersus Iesum: sed diabolus nihil de suo in Christo inuenit. Quemadmodum igitur Satan nihil iuris, aut iustæ accusationis in Christum habet: ita nec quicquam habet in totũ Christi corpus, quod est Ecclesia, quæ sub vmbra Christi protegitur.

Satan in Ecclesia Christi nihil suum habet.

[SED vt cognoscat mundus quia diligo Patrem.] Rogabit quispiam: Si nihil iuris habet in Christum Satanas: si non satis artis habet vt Christum extinguat: si Christus illo fortior est, & Satanas Christum nõ vincit: Cur ergo venit princeps mũdi? quomodo princeps ille Christum in mortem crucis coniecit, & illum interemit? Respõdet Christus: Ideo potestati Satanæ cedo, & mortem oppeto, non quia in manu Satanæ situm sit mihi inuito per suos administros mortem inferre, qui voluntarius animam meam pono, & iterum sumo eam: sed vt Patri satis fiat, qui vult peccatum litatione mei corporis, & mei sanguinis effusione, extingui: SED ideo moriar, vt cognoscat mũdus: Quasi dicat, si homines ex morte mea hunc consequentur fructum, quo cognoscant me diligere Patrem, dum eius voluntatem facio, & mandatum seruo: qui tradidit me, non vt iudicem, sed saluificem mũdum. Qui cognoscit Filium diligere Patrem, cognoscit Patrẽ omnia dedisse Filio in manu, quia Pater diligit Filium, in quo sibi complacitum est. Ergo mors Christi eò tendit, vt qui habet hanc cognitionem, saluus fiat. Hæc autem cognitio ea est, quam definit Ioannes (1. Ioan. cap. 2.) Et in hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est. Huc pertinet quod scribitur 1. Ioan. cap. 5. Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius. Proinde quanquàm res stulta, ac ridicula coram mundo sit, quærere gloriam Patris, & hominum salutem per crucem, ego tamen subibo crucem, vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, &c. ac quicquid mihi iniunxerit Pater, faciam. Patris per hoc honorem quæro, qui vult vt huiusmodi perficiam, idque totum in salutem, &

Satisfactio pro genere humano.

Voluntas Patris vt Filius immoletur.

Cognitio vita.

tem,& cómodum vestrum. Quare estote bono, & forti animo,& ne pturbemini de mea morte & abitu, ex quo ingentē consequimini fructū, ac lætitiā inenarrabilem.

Dilectionis probatio.

[ET sicut mandatū dedit mihi Pater,sic facio.] Mundus cognoscet quàm vehementi amore diligam Patrem, quum per crucem abiero. Est re vera mandatorum obseruatio,dilectionis probatio. Pleniſsimam meam obedientiam cognoscet, dum me adimplentem mandatum Patris mundus viderit. ET sicut,id est, quomodo mandauit mihi Pater de ferenda cruce, SIC facio: hoc est, sic crucem fero,Patri obediens vsque ad mortem,mortem autem crucis. Moriar quidem, sed tantum abest, vt Satanæ me vincat,vt potiùs mors mea ipsum vincat,& tyrannidem eius extinguat. Ille solùm propter peccatum in homines tyrannidem exercet, & ipsis tyrānicè dominatur, mors mea,peccatum expiabit, ergo morte mea vincetur Satanas. Huius sententiæ sensus eò tendit, vt intelligamus Christum se voluntariè tradidisse principi mundi, solùm in gratiam Patris,cui ad mortem vsque obediuit: & ob nullum suum peccatum mortem oppetijsse, qui purus,innocens,& immaculatus est inuentus.

[SURGITE,eamus hinc.] Quasi dicat: Vt totus mundus cognoscat quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, vt pro salute mundi mortem oppetam: qui accumbitis, & quorum animis sesio torporem addere videtur,vt intelligatis me non coacte,sed voluntariè ad mortem ire. SURGITE vel sic excusso torpore, reddamini alacriores. Eamus obuiàm satellitibus principis mundi, ne quisquam inter impios habeat quo me,tanquā inuoluntarie morientem,calumnietur. Verbo, EAMVS hinc, insinuat tum suam proximam, tum ipsorum olim futuram mortem. Eamus: ego primus vadam,vos sequimini. Eamus à morte ad vitam,à corruptibilitate ad incorruptibilitatem. Tempus adest vt animos erigatis ab affectibus terrenis,ad ea,quæ cælestia, siue à corporalibus ad spiritualia, à mortalibus ad immortalia,à temporarijs ad æterna. Eamus, vt mei supplicij, & eorū,quæ vobis dixi,testes,ac spectatores sitis. Exurgit à loco in quo erat,vt perturbationibus discipulorum fessis,traderet eis dogmata magis mystica.

CAPVT

CAPVT XV.

[a] Vitis. [b] Agricola. [c] Palmes.

EGO sum[a] vitis vera,& [b] Pater meus agricola est. Omnē [c] palmitē in me non ferentem fructū,[1] tollet eum, [d] & omnem qui fert fructum,[2] purgabit eum,[3] vt fructum plus afferat. [e] Iam vos mundi estis, propter sermonem, quem loquutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: [f] quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & [4] arescet, & [5] colligent eum, & in ignem [6] mittent, & ardet. Si mānseritis in me, & verba mea in vobis manserint, [g] quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis. In hoc [7] clarificatus est Pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego pcepta patris mei seruaui,& maneo in eius dilectione.

[d] Opera à Deo.

[e] Sermo purgat. Supra 13. b

[f] Opera nulla sine fide.

[g] Petendū in nomine Christi. Matth. 21.c 1.Ioan.3.d

1 Tollet) tollit.
2 Purgabit) purgat.
3 Vt fructum, plus) copiosiorem fructum.
4 Arescet) arescit
5 Colligent) colligunt eos. sub.palm.ter.
6 Mittēt.) mittūt, & ardent.
7 Clarificat⁹) glorificatus.

Hæc

Hæc loquutus sum vobis, [h] vt gaudium meum in vobis sit, & gaudiũ vestrum impleatur. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. [i] Maiorẽ hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. [k] Vos amici mei estis, si feceritis quę ego præcipio vobis. [8] Iam non dicam vos seruos: quia [l] seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed [m] ego elegi vos: & posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: vt quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit, [o] scitote quia me [9] priorẽ vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: quia verò de mundo nõ estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quẽ ego dixi vobis, Nõ est seruus maior domino suo. Si me persequuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciũt eum,

h Gaudium. Supra 15. d. Ephes. 5. a. 1. Thessal. 4. b. c.

i Dilectio. 1. Ioan. 3. c. d. 4. d.

k Amici Christi.

l Seruus.

8 Iã) posthac.

m Electio.

n Petere.

o Afflictiones propter Christum. 1. Ioan. 3. b. d. 4. d.

9 Priorem vobis) prius quã vos.

Supra 13. b. Matth. 10. c. Matth. 24. a.

eum, qui misit me. Si non venissem, [10] & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem [11] excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit: & Patrem meum odit. Si opera non fecissem [12] in eis, quæ nemo alius fecit, peccatũ non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meũ. Sed vt adimpleatur sermo, qui in lege eorũ scriptus est, Quia odio habuerũt me gratis. Quum autẽ venerit [p] Paracletus (quem ego mittã vobis à Patre) Spiritus veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: & vos testimoniũ perhibebitis: quia ab initio mecum estis.

10 Et loquutus) & subaudi, non loquutus, &c.

11 Excusationem) prætextum.

12 In eis) inter eos.

Pſal. 24. Luc. 24.

p Spiritus Sanctus.

Ego sum vitis vera. CAP. XV.

QVia non sufficit, aut nihil nobis profuerit audiuisse Christũ recẽsere sua bona, & thesauros cælestes, se victorem mortis, & inferni, nisi & intellexerimus methodum, qua illorum participes fumus: Christus hoc capite per elegantem allegoriã docet, thesauros (quos à Patre habet) non sibi soli retinere, sed credentibus, & sibi, vt viti, adhærentibus cõmunicare: manifestans quantum oporteat nos sibi inhærere, & totos ab eo solo Saluatore pendere: extra se non esse salutem, sed se solum salutis collatorem, redemptorem, & iustificatorem nostrum. Hæc vt persuadeat, adducit similitudinem rusticã quidem, sed percommodam, & apprimè huic negotio congruam. [1] 00, quanquàm abiecta,

iecta,& contempta persona in oculis Iudęorum & carnis, cui etiam nunc abeundum est in crucem, sum tamen vitis vera,vos palmites è vite,seu stirpe prognati. Vnius naturæ sunt vitis & palmites. Propter quod quũ esset Deus (cuius naturæ non sumus) factus est homo,vt in illo esset vitis humana natura,vnde nos homines, palmites illius esse possemus. PALMITES dicimur, dum in Christum credimus,cui participatione Spiritus (per quem Christo coniungimur) naturæ suæ cõmunicamus. Et quemadmodum vitis,lignum tortuosum,asperũ,& abiectum habere videtur,sed maximè bonum, ac odoriferum succum in ramos trãsfundit:ita oculis quidem carnis erat Christus vilis,aspera,& abiecta persona: sed vtvt caro cum suis affectis iudicauerit,Christus omnia bona in credentes effundit:quandoquidem Christus mediator Dei & hominum est,per quem gratia,& veritas omnibus electis contingit de cuius plenitudine omnes accipiunt. Adhæret, conuinuũq; est viti palmes.Cõglutinatio accedentiũ ad Christum,voluntaria est, & fit per fidem viuam, qua fiunt de genere Christi, dignitatem adoptionis filiorum Dei ab eo consequentes. Fiuntque vnum cum Christo, testante Paulo,1.Corinth.cap.6. Qui Domino adhæret,vnus spiritus est cum eo. Quemadmodum Prophetæ Christum basim,& fundamentum dixerunt,quòd per ipsum in ipso superædificamur,lapides viui, & spirituales efficimur ad habitaculum Dei, siue vt simus templum Dei in spiritu: Ita appellatur vitis,vt mater,& nutrix palmitũ. Ex Christo enim,cui inserimur, regenerati sumus in Spiritu, vt fructum feramus vitæ,non veteris, & antiquæ, sed nouæ huius,quę est per fidem,& charitatem erga ipsum. In hoc statu Christiano conseruamur,mandatorum Christi obseruatione.1.Ioan.cap.2.Qui mãdata eius seruat, in ipso manet,& ipse in eo.Obserua. Vox, VERA, insinuat puram, non fictam, simulatam,aut corruptam, & falsam, qualis fuit illa, de qua scribit Ieremias, cap. 2. & Esaias cap. 5. quæ non vuas, sed labruscas dedit. Fuit & mala vitis Adam, ex quo prodierunt mala concupiscentia infecti palmites. Ad hunc modum dicimus aurum verum, id est, purum, ad differentiam auri alchumistici, sophistici,& adulterini.

Vitis Christus.

Credentes palmites.

Christus.

ET pat

[ET pater meus agricola est.] Quia vitem,& palmites nominauit,cõmodissimè facienda erat cultoris mentio,vt ostenderet nos ad virtutem Dei adduci,ac continuari curà,prouidentia, & gubernatione Dei. Credimus Filium in Patre, & Patrem in Filio naturaliter esse, & ex ipsis omnia esse in Spiritu,vt ab vna deitate nec Pater ab alẽdis nobis separabitur,nec Filius à cultura erit alienus. Et id iure optimo fit:nam vbi summa naturæ est identitas,ibi quamuis multis, variisque modis fieri nonnulla videantur, vna tamen est operatio nullo modo distincta. Quia ergo in Patre,Filio,& Spiritu Sancto vna est natura,quicquid diuinitus fit, opus vnius deitatis esse catholicè creditur. Est ergo Pater agricola, similiter & Christus vt Deus,similiter & spiritus sanctus. His verbis, ET Pater meus,&c.refert Christus gloriam ad Patrem,vt ad illum, velut ad fontem,redeat totius beneficij gratia: qui quicquid Ecclesiæ largitur per Filium, & Spiritum Sanctum, palmitibus largitur. Succus vitis, qui palmitibus dat vitam,ac fructificandi vim,spiritus est,Patri, & Filio communis. Qui spiritus,vt Filiũ Patri cõiungit, ita nos quoq; palmites Filio copulat. Vitis,id est,Christi hominis, & vinex Domini exercituum (Esa.ca.5.) id est,Ecclesiæ electorum, seu palmitum cultor, & agricola est Pater, qui vitem plantauit,dum verbum suum carnem, seu hominem fecit, vt idem esset Deus verus, & homo verus: cui certè qui insitus est, vt viuit vitam Dei, ita pro sua vocatione fructum afferat necesse est, & salutarem. Verè agricola est Pater: quia omnis plantatio, quam non plantauerit Pater meus, (dicebat Christus) eradicabitur. Et suprà capite 6. Nemo potest venire ad me,nisi Pater meus, qui misit me,traxerit eum.

Regula theolog.

Agricola Deus.

Succus vitis

[OMNEM palmitem in me non ferentẽ fructum,tollet eum.] Patris agricolę partes,& officia describit:quę sunt, tollere sterilem ramusculum, & purgare palmitem ferentem fructum vt plus fructus afferat. Rogabis: Quomodo potest esse in Christo palmes, qui non fert fructum, vt tollatur? Si omnia in Christo fructificant, quomodo est palmes in Christo, qui non affert fructum? Respondeo: Hic loquitur de eo, qui nomine tenus est Christianus, qui secundum externam speciẽ videtur palmes,

Agricolę officium.

Christianus hypocrita.

mes, non autẽ ex viua fide est: is est sicut zizania in regno Dei, hoc est, in Ecclesia, (Matth. ca. 13.) & putres pisces in reti Euangelico: & carens veste nuptiali in nuptijs Christi, Matth. cap. 22. Huiusmodi tolluntur tandem, & velut resecti, arefactiq; palmites, gehennæ addicuntur. Qui igitur per fidem Christo solummodo iungitur, sola illi confessione inhærens, nec charitatis vimine se colligãs, hunc falce sua seuerissimè Pater agricola amputabit à vite, velut onerosum, ac inutile membrum. Frustrà enim in vite est arefactus palmes, aut qui fructum non habet, sed folia tãtum, iure optimo excidetur, ne frustrà terram occupet: vt de ficu per parabolam dicitur Lucæ cap. 13. Hoc ipsum apertissimè docuit Ezechiel cap. 15. dicens, Fili hominis, quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis nemorũ, quæ sunt inter ligna syluarum? Nũquid tolletur de ea lignũ, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunq; vas? Ecce igni datum est in escam. Nunquid vtile erit ad opus? Etiam quum esset integrum, non erat aptum ad opus, quãtò magis quum illud ignis deuorauerit, & combusserit, nihil ex eo fiet operis. Profectò sermel decisum lignum, sarmentũ est, ad nullã rem penitus conferre potest, nisi forte ad ignem. Obserua. Dixit, IN ME non ferentem fructum, quasi dicat, quẽ ego non vegeto, rigo, & fœcundo, IN S non fert fructum, id est, incredulus est, nihil agit, quod Deo Patri agricolæ gratum esse, aut corã illo subsistere possit. Huc pertinet quod scribit Paulus, Rom. cap. 14. Quod non est ex fide, peccatum est.

Sarmentum.

Fructum non ferre.

Otiosi.

Quum dicit NON ferentẽ fructum, non solum intelligit eum, qui malum facit, sed etiam qui bona facere contemnit, & otiosè viuit, abscondens talentum sibi creditum à Domino (Matth. cap. 25.) quod fructum facienti dabitur. Sensus est, Quemadmodum ab eo, qui abscondit, auferetur talentum, sic à palmite humor, quo alebatur, auferetur. Aufertur, inquam, ab illo humor, id est, Spiritus Domini, quo in Christo alebatur, antequam igni tradatur. Hoc profectò in negotijs huius seculi obseruatum videmus: nam vt qui magistratu insignitus crimen læsæ maiestatis commisit, non priùs punitur, quàm magistratum deposuerit: ita nec infructuosa anima priùs igni tradetur, quàm à gratia Spiritus deciderit.

ET omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.) Singulari, & peruenusta vtitur antithesi, vt omnia clariùs innotescant. Cuius sensus est: Quisquis palmes Christo adhærens, ciúsque humore, ac succo, hoc est, Spiritu viuens, fructum stirpe dignum attulerit, hoc est, qui, quàm maximè potest, virtuti studet, & obseruandis mandatis Christi diligentissimam dat operam, adhuc tamẽ indiget vt ab agricola curetur, hunc Pater agricola repurgabit, & per Spiritus gratiã, quasi per falcem, modò superuacuas cupiditates, modò voluptates, modò alias turbationes animi (quibus mens à statu suo verè Christiano deturbatur, ac deijcitur) incidet, & amputabit, quo fructũ afferat copiosiorẽ & generosiorem. Omnium Christianorum est vt AFFERANT fructum, id est, vt sibi, & alijs ad salutem inseruiant. Quod cõmodissime facient, si viua fide Christo adhæreant. Adhærebunt autẽ Domino, dum in ipsorũ animis sculpta erunt verba eius, ad quæ in omnibus ex animo respiciãt. Obserua. Ne adhuc rudes, & infirmos discipulos Dominus perturbaret, volẽs ostẽdere quantũ commodi ex afflictionibus, & cruce, cùm sibi, tũ alijs olim afferrent, noluit illos nis voce adhortari. Hac allegoria Dominus significat, quemadmodũ palmites in vite per putationẽ fortiores, ac fœcũdiores fiunt: ita & qui Christo adhæret, hoc est, verè Christiani sunt, per afflictiones, & variã crucẽ fiunt fortiores, & fertiliores. Nam quod palmitibus est putatio, hoc viris pijs est afflictio. Non repurgat Dominus vt perdat, sed vt saluet. Quemadmodũ recisio pampinorũ, & palmitum putatio non fit vt in totũ abscindat, sed vt purget ad copiosiorẽ fructum afferendũ, alioqui enim creseeret in eam altitudinem palmes, propter quam non putatus, nullũ ferret fructũ: ita si caro pro sua cupidine etiam in viris sanctis ferretur, & nullo cohiberetur fræno, mox tanto ebulliret fastu, vt Deũ è solio suæ maiestatis deturbare conaretur. Quod fecisse regẽ Babel audimus (Esa. ca. 14.) In cælũ, inquit, ascendã, super astra Dei exaltabo solium meũ, similis ero Altissimo. Nõ absimile rex Tyri (Ezech. 28.) narrat, dicens, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi. En vides genium carnis, quæ beneficijs saginata, & inte-

Purgationis modus.

Falx Spiritus.

Fructũ afferre.

Christo adhærere.

Afflictiones nos robustiores reddunt.

rim afflictionibus, & cruce non putata, mox turgescit. Quare Pater agricola, PALMITEM, id est, credentem putat, seu repurgat, inutiles pampinos recidens: deinde renouat cor credentis, ac pedes affectuum lauat, carnis reliquias mortificando. Hæc est spiritalis purgatio, quæ & si dolorem ad tempus afferat, breui tamen cedet dolor, & maius sequetur gaudium. Iere. cap. 16. In tribulatione parua Domine, disciplina tua nobis. Parua enim purgatoria est tribulatio, testante Dauide Psal. 93. Beatus homo, quem tu erudieris, siue corripueris Domine, & de lege tua docueris eum, vt mitiges eum à diebus malis. Dies profectò mali, nefasti, ac praui decisis palmitibus illi sunt, in quibus in ignem mittuntur æternum. Quandiu enim quis viuit, licet exciderit, tamen nõ absolutè est damnatus, cui non est præclusa via vt palmes fiat. Credat in Christum, & palmes erit. Aduerte: Vt non putatur palmes nisi in vite, vt fructificet: sic nec pius purgatur, nisi in Christo vt fructum afferat. Ergo afflictiones extra Christum non veræ, & fructuosæ dicuntur putationes, siue purgationes. Facienda enim est in vite putatio. Dictum est, VT FRVCTVM plus afferat, pro, Vt plus fructus afferat, id est, vt auctior eius fides fiat, & plenius, ac copiosius operetur bona opera.

Purgatio Spiritalis.

Palmitẽ fieri.

Putatio solũ in vite.

Afflictiones extra Christũ non veræ.

[IAM vos mũdi estis propter sermonẽ, quem locutus sum vobis.] Quia vna est potẽtia, vna natura, & vna voluntas Patris, & Filij, vna certè erit operatio. Ostẽdit Patrẽ agricolã, & putatorẽ: nũc manifestat se idẽ operatũ esse, quũ discipulos verbo, & sermone mũdauerit. Quare certiores faciẽs discipulos artis purgatiuę, ait, IAM VOS quidẽ mũdi estis propter sermonẽ quẽ loquutus sum vobis, id est, propter Euãgelicã doctrinã, quã excepistis, eidẽq; credidistis. Ea enim doctrina, seu verbo renati erãt, & in eã recepti sortẽ, vt adoptiõis filij essent, & cõtinuis profectibus, seu auctibus Spiritus, quos Pater donat, prout suis olim mũdi, & viri ætatis plenitudinis Christi euadere posset. 1. Per. 1. Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbũ Dei viui, & permanentis in æternũ. Quũ itaq; Christus hęc operatus fuerit, quis tã amẽs est, q nõ videat facilè, manũ & brachiũ Patris agricolę colẽtis agrũ, Christũ Dominũ nostrũ esse? Quãuis enim cultura

Sermo purgatiuus.

ura vitis Patri attribuatur, sunt tamen omnia ex Patre per Filiũ, vt p virtutẽ eius. Ipse enim (vt Paulus ait Hebr. cap. 4.) est viuũ, & efficax eius verbum: viuusq; est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingẽs vsq; ad diuisiõnẽ animæ, ac spiritus, cõpagum quoq;, ac medullarũ, & discretor cogitationũ, & intẽtionum cordis. Nã quũm ad intima vsq; nostri cordis penetret, facilè acutã Spiritus falcẽ immittit, vanas cogitationes nostras, & studia amputans bonas autẽ & studiosas actiones (quæ ad virtutẽ tẽdunt) multiplicãs, & ad ferẽdũ vsq; fructũ corroborãs. Rogat Augustinus: Quare nõ dixit, Mũdi estis propter baptismũ, quo loti estis: sed ait, propter verbũ quod loquutus sum vobis, nisi quia & in aqua verbũ mundat? Detrahe verbũ, & quid est nisi aqua? Accedit verbũ ad elemẽtũ, & fit sacramẽtũ, etiã ipsum tãquã visibile verbũ. Vnde ista tãta virtus aquæ, vt corpus tingat, & cor abluat, nisi faciẽte verbo? Nõ quia dicitur, sed qa creditur: & in ipso verbo aliud est sonus transiẽs, aliud virtus manens. Hoc est verbũ fidei, quod prædicamus, ait Apostolus Rom. ca. 10. Quia si cõfessus fueris in ore tuo qa Dominus est Iesus, & credideris in corde tuo qa Deus eũ suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiã, ore autẽ confessio fit ad salutẽ. Vnde Act. cap. 15. Fide purificãs corda eorũ. 1. Petri 3. Sic & vos baptisma saluos facit, nõ carnis depositio sordiũ, sed cõscientiæ bonę interrogatio in Deũ, per resurrectionẽ Iesu Christi à mortuis. Ephes. cap. 5. Christus dilexit Ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea, vt illã sanctificaret, mũdãs eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Tanta est igitur vis verbi fidei in ecclesia, vt per ipsum credentẽ, offerentẽ, benedicentẽ, tingentẽ etiam tantillum, mũdet infantẽ, quãuis nondũ valentẽ corde credere ad iustitiã, & ore cõfiteri ad salutẽ. Colligamus ex superioribus quod constãter confitendũ est: Tota Trinitas agricola est, Pater, Filius, & Spiritus Sãctus. Purgat Pater, purgat Filius, purgat Spiritus sanctus: Purgat verbũ, purgat fides viua, purgat sacramẽtũ. Pater per Filiũ, & in Filio purgat suo Spiritu: purgat similiter & Filius, & Spiritus Sãctus: quorũ triũ vna est operatio, & vis purgãdi. Est igit Pater agricola, Filius agricola, & Spiritus sanctus agricola, & author purgatiõis: Chri-

Purgatio animorum.

Verbum fidei.

Trinitas agricola.

Humanitas Christi canalis omnium bonorum in nos.

Sacramentum purgat.

stus purgat vt manus,& potentia,éstque Christi humanitas omnũ beneficiorũ Dei in nos tanquam canalis,& instrumentum,per quod ad nos Dei bona,& Spiritus sancti dona fluũt. Sacramentũ purgat vt instrumentũ, similiter & fides, ac verbũ prædicatũ, vt suprà diximus ex Petro,& cap. 15. Actorũ. Proinde sensus verborũ IAM VOS MVNDI ESTIS,est: Ego quidem vt Deus sum agricola,& vt homo sum vitis,vos palmites,hactenus iam purgati,& mundi per doctrinam meã à vobis receptam. Iam vt palmes nõ fert fructũ,nisi purgetur putatione,ita vos iam mundi & purgati, posthac magis purgãdi estis, quò copiosiorẽ fructũ feratis. Nũc satis est,vos insitos esse stirpi,vnde per viuam fidem hauriatis vitã, supereſt cõstantes sitis,dum putandi tempus venerit,vt fœcundiores sitis. Mundi itaque sunt,qui Euangelium recipiunt, & credunt: purgantur tamen, vt fructum copiosiorem afferant. Quia in fide viua (qua filij Dei facti sunt) dono Patris proficiũt:in qua quãto plus profecerint,tãtò magis vt Deo similes,ita & frugiferi redduntur cùm sibi, tũ alijs.

[MANETE in me,& ego in vobis.] Occupatione diluit quorundã errorẽ,qui putant nequaquã se posse (si semel mundi,& donati Spiritu Christi fuerint) excidere, & ad peiora delabi. Ego quidẽ,ait Christus, vos purgani per sermonẽ meum,& doctrinam meã,nihil eorũ omnũ, quæ per me faciẽda erãt,vt palmites mei esſetis. Nõ satis est,vos palmites insitos esse stirpi,ẽ qua vitã hauriatis,dãda est opera ne euellamini,& qui putat se stare,videat ne cadat. Mille nanq; pericula (nisi vigilanter studeatis manere in me) etiã stantibus imminẽt. Quare nauate operam vt maneatis in me, & ego vicissim agã in vobis et me pendẽtibus. Ego vos iuuabo,nihil vobis in me manẽtibus deerit. MANEMVS in Christo per fidẽ viuã,& charitatẽ. 1. Ioan. cap. 1. Qui manet in charitate, in Deo manet,& Deus in eo. Et ipse manet in nobis per verbũ suũ, & dona sui Spiritus. Oseę cap. 2. Et sponsabo te mihi in fide,& scies quia ego Dominus. MANET & in nobis, cùm sacram Eucharistiã vere & ex fide viua recipimus. Ioan. cap. 6. Qui mãducat meã carnẽ,& bibit meũ sanguinẽ in me manet,& ego in illo. Maneut palmites, hoc est, sancti in vite, seu Christo, vt vitam accipiant: Christus autem in

Manere in Christo.

Deum manere in nobis.

in ipsis manet,non vt vitam accipiat,sed vt vitam,& alimentum palmitibus,seu fidelibus ministret.

[SICVT palmes non potest ferre fructum à semetipso nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis.]

Argumento ab incommodo,quod incurrunt qui excidunt. hortatur discipulos Christus, vt diligenter studeãt manere in vite, atque peruenusta similitudine illustrat, & exponit,qd sit,Christũ manere in nobis,nimirũ nos vegetare, fœcũdare,irrigare, viuificare,& saluare. Hoc simile cõmendat Christũ,verã vitẽ,ab effectibus,& officijs eius erga nos,exponitq; vtilitatẽ,& fructũ,quẽ cõsequimur,si in vite mãserimus. Quemadmodũ palmes decisus à vite nõ potest ex se fructũ facere,q; quicquid habet succi,trahat e stirpe: sic nec nos decisi à Christo,veravite,nũquam secundũ virtutẽ germinabimus,nisi Christo per fidẽ,ac dilectionẽ adhæserimus. vnde nobis proficiscatur oporter,quicquid ad verã,æternámque salutem facit. Christus enim est,qui nos per gratiã Spiritus, quasi per aquam irrigat,vegetat,& nutrit,vt possimus pietatis fructus edere. Suprà cap. 7. Si quis sitit,veniat ad me,& bibat. Quod nobis interpretatus Euangelista, ait, Hoc autẽ dixit de Spiritu,quem acceperuri erãt fideles. Ideo Dauid (Psal. 35.) ad Deũ Patrẽ clamabat,Quoniã apud te est fons vitę. Est profectò ipse Filius deliciarũ torrẽs,& limpidissimus fons, qui gratia Spiritus per charitatẽ animas nostras irrigat.

Christum manere in nobis.

[EGO sum vitis,vos palmites.] Quia neq; Moyses, neque vllus Prophetarum vera vitis est, sed solus Christus illa est vnica vitis,cui inhærendum est,qui fructum salutis ferre volet: ideo per expolitionẽ eadem repetens, & clariùs exponens,idque amplificãdi gratia, dicit, Ego ego ipse,& non alius,sum illa vitis vera,& vos illius estis palmites: cui gratis insiti,& gratis purgati estis: sed vnde potestis euelli,nõ alia,quàm vestra culpa. Quare in hoc toti esse debetis,vt in me maneatis,& mihi perpetuò iungamini. Porrò credentes in Christum sunt palmites, omnia sua bona ẽ Christo accipientes: vnde & aliàs vnum corpus cum Christo dicũtur,& membra eius: Rom. cap. 12. 1. Corinth. 12. Ephes. cap. 4.

Christus solus vitis vera.

[QVI manet in me,& ego in eo,hic fert fructũ multum.] Christi veræ vitis diuitiæ,& fœcunditas commẽ-

dantur, promittuntúrque his, qui in charitate, & mãdatorum obseruatione perstiterint. Quasi dicat: Curate diligenter mihi perpetuò adhærere: nam quisquis mihi fide viua adhæret, me sibi vicissim coniunctum habet, ac meo Spiritu viuit. Hic Patre fauente, & aspirante, operibus pietatis fœcundum est, ac copiosum fructum profert: magis enim, ac magis excrescit in fide, magis, ac magis experitur bona ac diuitias Christi, quibus fœcundatur, & viuificatur, sibi salutẽ æternã lucrifaciens, & Deo (cuius gratia omnia fiunt) gloriã apud homines cõciliãs.

Christi auxilium necessarium. Pelagiani.

[QVIA sine me nihil potestis facere.] Ratione addu cit, cur neque paruum, neque multũ fructũ ferre possint, qui sibi vt veræ viti non adhærent, QVIA sine me nihil potestis facere. Facessant hinc Pelagiani, qui aiunt se citra Dei adiutorium ex propris viribus posse virtutem, & studiosas operationes in obseruanda lege operari. Audiant Dominũ hic dicentem, sine ipso neque magna, neque minima, imò nihil prorsus posse facere. Suprà cap. 7. Sine ipso factũ est nihil. Id profectò iure optimo dictum est: sunt enim opera nostra aut ex virtute naturæ, aut ex gratia diuina. Si virtute naturæ (quũ omnes motus naturæ sint ab ipso verbo Dei) nulla natura ad aliquid faciẽdum moueri potest sine ipso. Si autem ex gratia, & fauore gratuito (quum Christus sit huiusmodi fauoris author: Gratia enim & veritas per IESVM Christum facta est, vt scriptum est suprà capite 1.) sequitur nullum opus, siue studiosum, siue meritorium, siue gratuitum factum esse sine Christo. Huc pertinet quod Paulus scribit 2. Corinth. capite 3. Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum, nõ quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Sine igitur Christi fauore, neque vere videre Deo, neque vere timere Deum, neque vere diligere Deum, neque assequi iustitiam, neque bene operari, neque fœcundi esse possumus. Hæc gnome non aufert liberum arbitrium: tametsi enim non possum credere, nisi gratia, & fauore Christi præueniente, id tamen constanter pronuntio, talem fauorem non necessitare, (vt ita loquar) siue cogere voluntatẽ meam, quæ libera manet, præsente etiã illo

Opera nostra vnde sunt.

Sufficientia ex Deo.

Fauor Christi agentibus necessarius.

Liberum arbitrium.

illo fauore, quo Dominus pulsat fores meas, superest huic aperiã si volo, hoc est, pulsanti acquiescam. Quòd quum nõ semper acquiescamus, signũ est, liberam nobis manere volũtatẽ: alioqui non vitio nobis daretur, quòd inuitanti nõ adhæreamus. Matth. 23. Ierusalẽ, quoties volui cõgregare te, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti. En contemplãre verbum Noluisti, quod subindicat liberum ipsis fuisse vocanti adhærere. Sed de his suprà, 5. & 6. capitibus copiosiùs disseruimus.

[SI quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescit, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.] Quæ hactenus dixit Dominus, singulari illustrat antitheſi. Si quis palmes non me authore, sed suo vitio sese à me vite auulserit, & resilierit, vel quia in obseruatione mandati defecerit, is non aliter, atque abscissus à vite palmes inutilis, qui soli asseruatur igni. Quemadmodum enim palmes inutilis falce amputatus exaresci t, móxque in fascem cum reliquis sarmẽtis excẽtis collectus, in ignem conijcitur, vt ardeat, & cõburatur, ita qui meo humore, & succo, id est, Spiritu meo, & meo fauore est destitutus, falce mortis, & Satanæ amputatus, iuxta mentẽ emoritur, licet animali, & corporali adhuc vita viuat. Et post hanc vitã irrecuperabiliter à vite separatus, æterno igni mãdatur, perpetuò ad suũ supplicium arsurus, qp in vite permanere recusarit. Proinde nobis exemplo est Iudas anaritiæ seruus, qui à vite decisus, eiectus est, & abijt foras vẽditurus magistrũ suũ, & cũ funibus, ac reliquis sarmẽtis collectus, laqueo vitã finiuit, & sese in ignẽ perpetuum præcipitẽ dedit. Reliqui verò discipuli, quia manserunt in Christo, nec vlla vi Satanæ abeo diuelli potuerunt, gloriam, & laudẽ cælestẽ cõsequuti, fructũ sui Apostolatus, & virtutis suæ, cõuersionem orbis ad Euangeliũ attulerũt. Vnde immarcescibili coronã apud Deum insignitos esse non dubitamus. Ex præcedentibus colligamus Christum dupliciter nos inuitasse ad manendum secum, partim gloria, quam (qui in vite mãserint) palmites cõsequẽtur, partim pœna ignis & supplicij æterni, in quod conijciẽtur palmites à vite abscissi. Huius supplicij grauitatem, grauissimúmq; hypocritarũ interitũ cum periphrasi iudicij in hypocritas, cõtinent hæc

illo fauore

Christi humor.

Christus nos inuitat dupliciter ad manẽdum in se.

Interitus hypocritarum.

hæc verba ARESCET,& colligent,&c. Est profectò hic locus vocũ incrementũ. Graue est arescere,grauius colligi,& in ignẽ mitti,grauissimũ ardere. Hanc incitionem Paulus diligẽter docuit Ro.cap.11. Vide ergo bonitatẽ, & seueritatẽ Dei:in eos quidem,qui ceciderũt, seueritatem:in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate,alioqui & tu excidẽris:sed & illi,si nõ permanserint in incredulitate, inserentur. Potens est enim Deus iterũ inserere illos. Obserua:quod his verbis, colligent, & in ignem mittent,expenditur,idem de paleis Matthæi cap. 3.& de zizanijs capite 13.dicitur.

[SI MANSERITIS in me,& verba mea in vobis mãserint.] Hæc oratio animos addit, vt Christo indiuulsè adhæreamus. Est enim ingens promissio, qua Christus sese totũ viuam fidẽ habenti donat, imò verè seipsum obligat, tãta est eius philãthropia. Nihil enim non facit, vt nos ad sui amorem pelliciat. SI MANSERITIS in me,id est,si verba mea,seu mãdata mea mãserint in vobis. Quasi dicat, Ne in ignem conijciamini perpetuò arsuri, manete in me. Manebitis autem in me,SI verba mea manserint in vobis,id est,si quæ creditis,tenueritis: si quæ tenetis, factis exequamini. Manere in Christo, est in Christum credere, verbo eius adhærere, mandata eius obseruare. Volens enim placere Deo, volũtate sua per dilectionem, & mandatorũ obseruationem Deo vnitur,& Spiritu adhæret: sicut qui mãdatis inobediẽs est, spõte à Domino alienatur. Proinde his verbis,& VERBA mea, &c. vrget Christus necessarium esse fide retinere verbum Dei,sine quo viua fides neque durare,neque subsistere potest. Verbum enim est causa,& fides est effectus verbi. Fides, ait Paulus,ex auditu est,auditus autem per verbũ. Et quemadmodũ ignis ligno nutritur,ita & fides verbo. Colligamus ex his:Qui in Christum credit,in Christo manet,& eius verba in corde cõseruat, dicens cũ Dauide Psal.118. In corde meo abscõdi eloquia tua,vt nõ peccẽ tibi. Nam quemadmodum qui ignẽ in æreum vas recondit, caliditate ignis nõ caret,ita qui verbum Dei in animo suo excepit,& illud facto exequi conatũr,charitatis semper seruet amore. Scriptum est enim Psal.118. Ignitum est eloquium tuum vehementer,& seruus tuus dilexit illud.

Christus quibus se promittit,& totũ cõtradit.

Manere in Christo.

Verba Christi in nobis manere.

Verbũ sine quo fides non subsistit.

Simile.

QVOP

QVODCVNQVE volueritis, petetis, & fiet vobis.] Suauissimam credentibus hæc afferunt cõsolationem, & simul nos ad orandũ inuitant, quum audimus omnia nobis per orationem fide viua ornatã contingere posse. Hic nobis verbi crediti, & custoditi effectus, scilicet omnia petita accipere,expanditur. Huius orationis sensus est,Quicũque promissionis diuinæ verbum habuerit, & in fide viua,seu in illius verbi fide orauerit,certò statuat apud se,quòd hac oratione impetrabit quodcunque, siue magnum,siue paruum,siue multum,siue parum, siue impossibile(coram ratione humana,& carnis)sine possibile,voluerit. Et fiet vobis,id est, quàm primũ ex fide viua oraueris,impetras,differtur tamen nonnũquam aliquãtisper impetrationis reuelatio, vt orãtis fides dignè probetur. Cæterùm hoc loco rationem reddit eius,quod dixerat,palmites (qui in ipso manerent) fructus edituros, hoc est,multis Euangelium persuasuros. Nam si omnia, quæ vellent,impetraturi erant,facilè potuerunt Euangelio facere quiduis. Obserua: Vocula, QVODCVNQVE, nobis Dei omnipotentiam cõmendat, qui omnia petita dare omnipotens est. Rursus hic locus subinsinuat,obseruãdum esse duo in oratione petitoria,vt exaudiamur: fidem viuam,& verbum. Non enim sufficit fides historica:nam & dæmones illam habent,authore Iacobo cap.2. &,vt Matth.cap.7. Saluator ait,Non omnis, qui dicit mihi domine,domine, introibit in regnũ cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est. Necessaria igitur est ad salutẽ fides viua. Porrò huic sententiæ nõ absimile est quod alias Christus Matthæi cap. 21. ait, Et omnia,quæcũq; petieritis in oratione credẽtes, accipietis. Mar.cap.11. Propterea dico vobis,omnia quæcũque orantes petitis,credite quia accipietis,& euenient vobis. Luc. cap.11. Omnis,qui petit,accipit:& qui quærit,inuenit, & pulsanti aperietur. Animaduertendum est: Quum oramus, præsens est caro, præsens est & spiritus. Vnde caro iuxta suum captum, & affectum interpretatur orationẽ, spiritus autẽ pro suo,id est,spirituali, & diuino ingenio. At Deus exaudit solum spiritus affectum,nõ carnis. Hæc à Paulo diligenter explicantur Roma.capite 8. Similiter autẽ & Spiritus adiuuat infirmitatẽ nostram. Nam quid oremus

Orationis & dei virtus.

Omnipotẽtia Dei.

Orationis petitoriæ vt exaudiamur, partes.

Fides historica.

Fides viua necessaria ad salutem.

Orãtibus adsunt spiritus & caro.

Spiritus affectus exaudit.

oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus (id est, nouit quis sit sensus spiritus) quia secundũ Deum postulat pro sanctis. Vnde quũ legimus Moysen pro suo populo orasse, aut dimitteret populo noxam, aut quòd de libro vitæ deleretur, (Exodi cap. 32.) similiter & Paulũ ter rogasse vt auferretur angelus Satanæ, (2. Corinth. ca. 12.) & hos non exauditos à Deo: dicendum est. Deum quidem illos exaudiuisse iuxta spiritualem orationis affectum, hoc est, iuxta interpretationem spiritus: non autem secundum carnalem interpretationem, quum nunquàm nouerit caro quid, aut quomodo orandum sit.

Caro orare non nouit.

[IN hoc clarificatus est Pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.] Argumẽto à finali vsu fructificantium palmitum (qui est gloria Patris) adhortatur Christus fideles ad fidem in se, ad amplectendam doctrinã Euangelicã, ad dignã Euãgelij conuersationẽ, & ad iustitiã eius desiderandam. IN hoc clarificatus est Pater meus: id est, hæc est gloria Patris mei, VT fructũ plurimũ afferatis. Quasi dicat: Fructuosus vester labor, & Apostolatus, est ad Patris gloriã, cui fructũ affertis, ex hoc quòd mei estis discipuli. Eò rursus discipuli estis, vt opus, quod cœpi, proferatis, & regno Patris quàm plurimos adducatis. Finalis igitur vsus vocationis palmitum, hoc est, piorũ est, vt dũ multũ, & copiosum fructum afferunt: dũ discipuli Christi, id est, veri palmites, fœcundi, & iusti fiunt: dum ex fide viua orantes Patrẽ, exaudiũtur, glorificetur Deus. Si igitur pij pro Euãgelio certant ad gloriã Patris, proculdubiò Pater gloriam suam non conteˊner, sed Euangelizantibus, & syncerè laborantibus cooperabitur, vt plus fructuũ afferãt, quò magis glorificetur. Pater in discipulo suo fructuoso, & fœcundo gloriatur, id est, gaudet, & gloriã suã existimat. Respondebit quispiam: Quum Pater naturâ sua sit glorificatus, imò ipsa sit gloria, cui nihil gloriæ adijci potest, quid igitur gloriæ per nos illi conferri potest? Respondeo: Est Pater suapte naturâ, & gloria ipsa, & gloriosus ab æterno: sed cuius gloria non semper reuelatè, & manifestè apparet. Erat ante mundum conditum sapientissimus, & sanctissimus,

Apostolatus optimi signũ & vsus.

Patrem glorificari.

mus, non tamen vlli, quàm sibi, cõspicuus: sed à creatione mundi visa, manifestáq; fuit eius potentia, & liberalitas. Similiter ab æterno semper glorioſus est, cuius gloria reuelatur, quũ palmites viuificat, electos sanctificat. Quum quis in Christũ credit, & eius discipulus fit, id est, fit adoptione Filius Dei, & efficit vt pij FRVCTVM ferant, hoc est, vt credant, & diligant, quis nõ viderit & gloriam, & opus Dei esse, quum Gentes Euangelio obediũt, quum fide viua franguntur omnes Satanæ doli, euertuntur omnes mũdi machinæ, & peccata delentur? Proinde qui volet Patrẽ gloria afficere, credat in Christum, maneat in verbo Filij Dei, & diligat proximum, is verè fructum proferet, Christi discipulus erit, & Patrem glorificabit. Obserua. Idem est dicere, VT fructum plurimum afferatis, & Efficiamini mei discipuli. Cæterùm non essemus discipuli eius, nisi Pater per suam misericordiam esset clarificatus, qui voluit proprium Filium propter nos, hominem fieri, tradiditque eum pro nobis, id est, placuit ei, vt Christus pro nobis moreretur.

Pios fructus ferre.

Gloria & opus Dei.

Glorificare Patrem.

[SICVT dilexit me Pater, & ego dilexi vos.] Docuit Christus Apostolos vnde accepturi essent vt fructum afferrent, fieréntq; discipuli eius: nunc hortatur illos vt libeat suo exemplo fructum afferre, & proximis seruire. Particula SICVT, non æqualitatẽ naturæ ostendit nostræ, & suæ, sicut est Patris, & ipsius, (ait Augustinus) sed gratiam, qua mediator Dei & hominum est homo. Christus Iesus. Mediator quippe monstratur, quum dicit, Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos: nam Pater vtique diligit & nos, sed in ipso: quia in hoc glorificatur Pater, vt fructum afferamus in vite, hoc est, in Christo, & efficiamur eius discipuli. Proinde sensus verborũ est: sicut Pater dilexit me vitem, hoc est, hominem: ita & ego homo factus, dilexi vos palmites. Rogabis, Quomodo Pater dilexit Filium? Respõdeo: Pater diligit quidem Filiũ, quòd velit illũ esse Deum æqualem sibi, dum generationis communicat, & transfundit in Filium omnia, quæ habet, nõ illa deserendo, sed eandem numero naturam, quam habet, communicando: vúltque illum Deum & hominem esse, sed ad nihil horum dilexit Filius discipulos. Neq; enim voluit aliquem illorũ Deũ esse per naturam, neque

Mediator Christus.

Pater quomodo diligit Filium.

neque in persona vnitum iri: sed iuxta quandam huius dilectionis similitudinem illos dilexit. Ad Rom. cap. 8. Quos præscivit, & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui, 2. Petr. 1. Per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donauit: vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Atque quemadmodum Pater adeò dilexit Filium, vt omnia bona sua illi communicauerit, in persequutionibus, & sub cruce sustentauerit, de morte ad vitam excitauerit, cui non dedit videre corruptionem, sed animam eius ex inferno liberauit: sic & Christus credentes in se ita diligit, vt seipsum illis communicet, suorum omnium bonorum participes faciat, afflictos, & sub cruce existentes sustentet, ac consoletur, de morte ad vitam reuocet, & ex inferno, ac Satanæ tyrannide liberet. Obserua: Particula SICVT, insinuat vehementiam, & perfectionem dilectionis Christi erga credentes. Est enim Patris dilectio erga Filiũ vehementissima, & perfectissima.

Christus quomodo diligit suos.

Sicut particula.

[MANETE in dilectione mea.] Quum tanto Patris & meo beneficio donatos intelligatis, nimirum vos à me diligi, sicut Pater diligit me, excutientes timorem omnẽ & diffidentiam (quæ vera charitas non admittit) perseuerate, & diligentem nauate operam vt nõ excidatis à mei dilectione, sed MANEATIS in ea, hoc est, credite in me, ac fidite vos mihi curæ esse: perdurate in fide: sic enim fiet vt ego vos diligam, sicut diligit me Pater. Obserua. Verbum MANETE, insinuat liberum nobis esse manere. Vade Chrysostomus hunc locum interpretatus, ait, MANETE in dilectione mea, hoc in vestra est potestate.

Liberũ est manere in dilectione Dei.

[SI præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea.] Occupatio est: Ne quis responsaret, rogans, Quomodo manendũ est in dilectione Christi? Christus addit signum, quo quis cognoscere potest se manere in ipsius dilectione. Quod est signum? Obseruatio mandatorũ Christi. Præcipua mãdata dicũtur, Fides in Christũ, Amplecti Euangeliũ, Diligere inuicem, sicut Christus dilexit nos. Obseruatio mandatorũ est effectus diuinæ dilectionis, non solùm eius, qua nos diligimus, sed etiã eius, qua ipse diligit nos. Nã ex eo quòd nos diligit, mouet, & adiuuat nos ad seruandum mandata eius, quæ nullis nostris viribus impleri possunt, nisi adsit præueniens eius gratia

Signum dilectionis diuinæ.

Mãdata Euãgelij præcipua.

gratia. 1. Ioan. cap. 4. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos.

[SICVT & ego præcepta Patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione.] A suo exemplo probat Christus obseruationem mandatorum, certum esse signum dilectionis suæ erga nos. Magna profectò Christi philanthropia, qui nostram paupertatem non est aspernatus, vt nobiscum conuersatus, inauditæ vitæ se nobis ducem præberet. Sicut ipse præcepta Patris seruans MANET in dilectione Patris, id est, certus est, certóque cognoscit se diligi à Patre, & se esse curæ Deo Patri: ita & nos mandata eius seruantes, manemus in eius dilectione, id est, obseruantes mandata, certi sumus quòd nos diligit: ipse verbum Patris profunda Dei scrutatur, & omnia, quæ Patri videntur, peragit. Hoc loco, Mandata, vt homo appellat Iesus, & de se secundum humanam naturam loquitur. Quid Pater mandauit? Sui consilij consummationem. Admandatũ est vt descendat Filius, & genus humanum, quod propter præuaricationis crimẽ Deus oderat, ad dilectionem ipsius reduceret, & recõciliaret, hoc est, vt moreretur pro salute nostra: hoc perfectè consummauit. Vnde iure dicit, SICVT & ego præcepta Patris mei seruaui, hoc est, descendi de cælo, assumpta serui forma, & factus sum Patri obediens vsq; ad mortem, mortẽ autem crucis. Hęc copiosè Paulus ad Philipp. cap. 2. explanat, Qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo: sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiẽs, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit seipsum factus obediens vsq; ad mortem. Propterea Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Rursus Psalmo 39. Tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei. Audisne ex his Christum eò humilitatis se demisisse, vt Patris voluntatem, & mandata faceret, dum ad mortem vsque factus est Patri obediens? Nam quum genus hominum Deus Pater salutare decreuisset, & quum nulla esset creatura, quæ id beneficij præstare posset, ipse Filius (qui voluntatem Patris opportunè nouit) huiusmodi dispensationem suscepit, &

Patris mandatum.

Dilectio qua pater diligit Christum vt hominem gratuita.

factus homo, sic Patri obediuit, vt genus humanum Patri reconciliarit. Ideo manet in dilectione Patris, qua Pater diligit illum vt hominem. Atque hæc dilectio est gratia: quia ad personam Vnigeniti Filij Dei per gratiam pertinet natura humana, & tantam gratiam, ait Augustinus, vt nulla sit maior, nulla prorsus æqualis: neque enim illam susceptionem hominis vlla merita præcesserunt, sed ab illa susceptione merita eius cuncta cœperunt. Quid est ille homo, nisi quòd Deus susceptor est eius? Deus enim erat Verbum vnigenitus, gignenti coæternus: sed

Mediator dei & hominum Christus.

vt mediator daretur nobis, per ineffabilem gratiam, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quum igitur dicitur, Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos, gratia Mediatoris ostenditur: nam Mediator Dei & hominum, non inquantum Deus, sed inquantum homo, est Christus Iesus. Obserua Christi erga nos humanitatem: Ne duram nobis impositam putaremus sarcinam, quum audiremus obseruationem mandatorum Dei, signum esse quòd in Deo manemus, seipsum pro exemplo proposuit. Nam si necessarium fuerit, Filium obseruasse mandata

Cõsolatio cõtra rigorẽ mãdatorum.

proprij Patris, quanto magis operæ pretium fuerit, filios adoptionis, & seruos obsecundare mandatis Dei Patris?

Epilogus eorum, quæ narrauit Christus.

[HAEC loquutus sum vobis.] Rogabis. Quæ sunt illa, quæ enarrauit? Respondeo: De vite, & palmitibus: se lucem esse mundi: se idem esse cum Patre: se fontem, & panem viuum, ostium, pastorem, viam, veritatem, & resurrectionem: se nos diligere sicut Pater ipsum diligit: se nihil imminutum, sed exaltatum, propterea quòd Pater permisit vt pateretur pro mundo: & sicut non est minuta dilectio Patris, propterea quòd Filius passus est: ita neque minus diligentur pij ab eo, etiam si in varias inciderint afflictiones. Rursus enarrauit de suo ex hoc mundo ad Patrem abitu: de exemplo vitis & palmitum: de palmitis abscisione, & illius in ignem coniectione. Hæc quum audirentur, discipulis non mediocrem incusserunt timorem. Nam hoc contingere multis solet, maximè his, qui futurum malum aliquod audiunt, præsertim si dicentis authoritas apud auditores valet, & non aliter futurum persuadet, vt vehementer conturbentur. Nam quemadmodum qui procellosum nauigaturus est mare, quamuis nullis agitetur procellis, dum meditatur, & in mente veniunt procellæ, torus horrescit: ita non aliter discipulos Christi fuisse affectos arbitror. Quare optimus præceptor Iesus Christus (quem nihil latere potest) suos consolatur discipulos, euocans illos à mœrore ad gaudium.

[VT gaudium meum in vobis sit, & gaudiũ vestrum impleatur.] Hæc quæ dixi, tametsi admistam habeant molestiã, ego tamen ideo illa prædico, & adhortor, vt quemadmodum ego non quæsiui gaudium huius mundi (quod est sine afflictione omnia pro animi sententia, dum hic viuitur, habere) sed in hoc gaudeo quòd Paternis mandatis obediens, diligor à Patre: ita nolite mundi gaudio gaudere, cauete à mundo solatia petere: id est, nihil vos morentur tribulationes mundi, quin potiùs inter ipsissimas

Gaudium mundi quid est.

mundi afflictiones lætemini, & GAVDIVM meum in vobis sit, id est, in vobis maneat: hoc est, illis solummodo lætari rebus velitis, quibus ego gaudeo. Hoc enim meo gaudio accepto, fortes ad certamina eritis, & spe saluandorũ hominum, pericula libenter subibitis: illúdque gaudium semper animis vestris, etiam in media morte, adhæreat, semper augescens in maius, meliúsque, donec gaudium vestrum, quo gaudetis, quòd de vestro profectu gaudeam, quódq; certi sitis me bonã de vobis spem induisse,

Piorũ gaudia quale esse debeat.

me quoq; vos diligere, & curam de vobis habere, promoueat in perpetuam immortalis vitæ fœlicitatem. Huc pertinet quod scribit Paulus Rom. cap. 4. Glorianur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem: spes autem non confundit. Et illud, quod idem scribit ad Rom. cap. 8. Quis ergo nos separabit à charitate Christi, &c. Aut optat illis suum gaudium Christus, quo alacriter sustinuit, quæ Iudæorum peruicacia excogitare potuit: nec vnquam verbis derisus, alapis, ac verberibus cæsus, & cruci affixus, vllo mœrore, hoc est, animi perturbatione affectus fuit. Exultauit enim spiritu, instante iam cruciatu, qui & obuiam inimicis abijt plenus gaudio: quoniam voluntatem Patris cõsummari videbat, & homines hinc salutẽ habituros nõ ignorabat. Hortatur itaq; discipulos, vt hoc suo gaudio gaudeãt, quo nihil nõ periculi, pro Euã

Gaudiũ Christi discipulis optatum.

Gaudij nomine quid intelligendum.

gelij defensione alacres subeant. Obserua: nomine GAVDII intelligimus omnes consolationes, omnes certitudines, & confirmationes nostras, quas de dilectione Christi, & eius erga nos cura, habemus.

Præceptū Christi præcipuū.

[HOC est præceptum meum, vt diligatis inuicem.] Pergit Christus suos consolari, & à suo exemplo hortari ad mutuam dilectionem, vt vel vno verbo aperiat à se solo petendam esse veram dilectionis formam. Abiturus hinc, vnius solius dilectionis, ac charitatis meminit, illámque arctissimè commendauit, ac præcepit, quòd illa sit omnium præceptorum radix, & finis, (1. Timoth. 1.) ac summa, qua Deo coniungimur, & vnum cum illo fumus: adeò vt dicatur 1. Ioan. cap. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Rom. cap. 13. Qui diligit proximum, legem implenit. Præclare de hac sentit Gregorius, dicens, Vt multi rami ex vna radice prodeūt, sic multæ virtutes ex vna radice generantur: nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. HOC est præceptum meum, id est, hoc vnum est, quod abiens vobis commendo, & à vobis diligenter fieri contendo, non meà, sed vestra causa: nimirū vt inter vos mutuam habeatis consolationē. Solet enim mutua charitas, etiā in medijs malis, magno esse solatio. Variæ sunt Pharisæorum præceptiunculæ, & Moysi sunt plusquam sexcenta præcepta: sed hoc vnum est, quod omnia, quæ loquor, complectitur, quòdq; omnia, quæ tristia incurrerint, conculcabit. MEVM dico, nō Moysi, quòd huius mandati author sim, & vt verè fiat, largior. Respōdebit quispiā: Quum Matth. cap. 22. dicatur, quòd ex dilectione Dei & proximi pendeat lex & prophetæ: quare hic solam de proximi dilectione mentionem fecit? Respondeo: alterum

Dilectio proximi nō sine dei dilectione.

alteram includit. Dilectio Dei, & dilectio proximi mutuam habent cohærentiam. Nam qui diligit Deum, necesse est vt proximum, & ea quæ Dei sunt, diligat. Et qui diligit proximum propter Deum, necessariò Deum diligit. Sunt quidem harum dilectionum obiecta diuersa, tamen actus ipsi iuxta mutuā consequentiam sunt vnum.

Dilectio vera.

[SICVT dilexi vos.] Nolo huius mei mandati frigidam, ac hypocriticam esse obseruationē. Non est hæc dilectio Mosaica, cui coram Republica satisfaciebat, qui ex-

terno facto diligebat. Diligite inuicem, SICVT dilexi vos, opere, verbo, & animo. Obserua particulam SICVT, subindicare formam veræ dilectionis, quæ à Christo discenda est. Quod suprà cap. 13. dixit, Mandatum nouum do vobis, hoc loco repetit, dicens, Hoc est præceptum meum. Sub nouo testamento non satisfit præcepto Christi lingua, verbo, aut hypocrisi, sed opere, veritate, & animo consentiente simul. 1. Timoth. cap. 1. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide nō ficta. Vnde additur,

Dilectio qualis in præcepto.

[MAIOREM hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.] Hortatus sum vos, & iussi, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Nolo frigidum, & remissum esse vestrum amorem erga proximum. Vehemens sit vestra dilectio, vt etiam non dubitetis vrgente sic necessitate, quæuis pericula pro salute proximi subire, quum vera charitas ad mortem vsq; perueniat. Amorem meum vestræ dilectionis archetypum, non dictis tantum, sed factis etiam testor, nec eum vulgarem, sed eximium, sed hactenus inauditum. Nemo enim maius eximiæ charitatis signum præbere potest, quàm si quis PONAT animam suam, hoc est, vitam impendat pro amicis suis, siue hi te diligant, (sic enim & pro amicis, sed solius nominis, & propriæ gloriæ gratia impulsos legimus Curtium, Decios, Codrum, Philenios fratres, & similes se in certam mortem obtulisse) siue quos tu dilexeris, etiam si inimici fuerint. Hoc beneficij pro inimicorum salute mortem subire, nemo hactenus præstitit. Hoc meum mandatum est, vt proximi etiam inimici necessitate spirituali vrgente, mors obeunda veniat, licet sua cuique vita charissima sit. Hoc ego præsto, qui pro inimicis etiam vitam impendo, modò mea morte fiant amici. Iam in procinctu sum, iam itineri ad mortem pro inimicis sum accinctus. Obserua. Quum Christus ait, PRO amicis suis, non intelligit quòd aliqui prius illum dilexerint: nemo enim prior Christum dilexit (1. Ioan. capite 4.) qui prius nos dilexit, vt ipsum diligeremus: sed de ijs loquitur, quos ipse adhuc inimicos existentes prior dilexit, & morte sua amicos effecit. Rom. ca. 5. Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commen-

Dilectionis ardentissimæ signum.

Amici Christi.

dat autem charitatem suã Deus in nobis, quoniam si quũ adhuc peccatores essemus, secundũ tẽpus Christus pro nobis mortuus est, sequitur, &c. Si enim quũ inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, &c. Proinde piorũ, & credentium animos his verbis excitat tum ad eximiam fortitudinem, tum ad mirabilem charitatem talẽsq; formare studet, vt nullo, quãlibet magno, periculo Euangelium deserant. Talem se Paulus militẽ professus est. Philipp. cap. 1. Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum. Rom. capite 8. Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? En vides Paulum paratum esse nihil non subire pro Euangelij, & veritatis defensione. Cæterùm horum omnium summa est: Præcipit Christus discipulis, orbi absq; formidine prædicare Euãgeliũ. Quod vt efficerent, iugi oratione rogabant (Act. cap. 4.) dicentes, Et nunc Domine, respice in minas eorum, & da seruis tuis, cũ omni fiducia loqui verbũ tuum.

[VOS amici mei estis, si feceritis quę præcipio vobis.]

Hactenus monuit quàm studiosi debeamus esse mutuæ charitatis: nunc animos à præmio (quod est, esse amicos, & domesticos Christi) excitat, & præcipit vt credamus in se, & huius fidei viuæ fructus per charitatis opera, & mandatorum obseruationẽ manifestemus: sursum deorsumque versans charitatis doctrinam, vt hac verborũ copia ostendat hoc charitatis mãdatum maioris esse momenti, & diligentiùs, accuratiùsque obseruandum quàm alia: necnon illud esse certissimum signum, quo agnoscere possumus nos esse amicos, & cohæredes Christi. Quare hic locus sic venit interpretandus: VOS AMICI mei estis, id est, in hoc cognoscetis vos esse amicos meos, si quemadmodum ego obtempero iussis paternis, ita vos alacres, ac lubentes peregeritis quę præcipio vobis. Obserua: Mandatorum obseruatio causa quidem est, qua in Dei dilectione, & conseruamur, & perseueramus, non autem causa, qua Deus nos prior dilexit, Rom. cap. 11. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? 1. Ioannis cap. 4. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Ephes. cap. 1. Gratificauit nos in dilecto Filio suo. Rogabis: Quæ sunt illa, quæ præcepit? Credamus in Christũ, & dilig

Dilectionis qua diligimur à Deo, argumentum.

& diligamus inuicem. Hæc sunt omnibus pijs signa certissima, quòd sunt amici Dei, qui priùs erant serui, & inimici. Hæc est libertas Christiana, qua asserit nos Christus amicos, dum liberat nos ex seruitute legali, ex tyrãnide Satanæ, mortis, peccati, & inferni. Aduerte: Quòd hic Christus dicit NOS AMICOS esse, Paulus (ad Rom. cap. 4.) vocat, Sub gratia esse.

Libertas Christiana.

Sub gratia esse.

[IAM non dicam vos seruos.] Postquam asseruit impios esse Dei amicos, aperit quid sit vera libertas Christiana (quæ per fidem, & amicitiam Dei consistit) qua pij & amici Dei donantur. Tametsi vos meo iure seruos appellare possem, ego tamen amicos honoris gratia voco. Et IAM, id est, posthac, accepto scilicet Spiritu Sancto, NON dicam vos seruos: Vbi enim Spiritus Domini est, ibi libertas, non seruitus est. Rom. cap. 8. Nõ enim accepistis iterũ Spiritum seruitutis in timore, sed Spiritum adoptionis filiorum Dei. & Ioã. cap. 8. Si ergo vos Filius liberauerit, vere liberi eritis. Obserua: Vocula IAM, id est, Posthac, declarat cũ Apostolos, tum pios omnes, non semper fuisse amicos & liberos: quibus, quum Euangelium exceperunt, Christus dicit, Iam non dicam vos seruos. SERVOS vocat cultores legis, quoniam ex præscriptis varijs pendẽt, ac meru potiùs, quàm ex animo, quod præscriptum est, faciunt. Propterea quos vocauerat Christus ad libertatem Euangelicam, appellat non seruos, sed amicos, vt quos non coactio, aut necessitas, sed vera charitas sibi coniunxerat. Latissima significatione, qua & filius dici posset seruus patris, id est, obediens, & subiectus patri, Paulus (Rom. cap. 1.) se seruum Christi vocauit: sed hic Seruum nuncupat, vt distinguat à nomine filij liberi, aut amici. Ad hunc modum SERVVS vocatur, qui opere duntaxat, & non ex animo, sed coactè, & necessitate seruit, qui non est hæres, sicut filius: qui non manet in domo, sed ad tempus operatur, deinde præmio accepto abit, seruili, & non liberali animo omnia faciens. Huiusmodi serui sunt hypocritæ: at pij, & credentes, accepto Spiritu Sancto, sunt Filij, & amici. Quòd si filij, & hæredes quidem Dei, cohæredes autem Iesu CHRISTI, manentes in domo in æternum.

Christiana libertas quibus constitit.

Serui, cultores legis.

Amici.

Seruus.

Filij & amici.

[QVIA seruus nescit quid faciat Dominus eius.]

Seruí & Filíj differentia.

Aetiologia est cur Apostoli,& pij omnes,nõ serui, sed amici Dei sint.Non nouit seruus quod est Domini consilium,tantum quod iussus est facere, facit, nihil magnũ suis operis consequuturum sperans,magno malo plectẽdus,si iussa neglexerit. Cuius iste est genius, vt singulis officijs singula necesse sit præscripta respondere. Surge, abi,vade,fac hoc,agedum,accelera, fuge illud, & huiusmodi.Nam herus sua consilia seruo non credit,ideò non est seruus bonæ fidei: magis enim ex metu, & timore, quàm amore operatur:vnde semper responsat, indignatur,conqueritur,nihil pro animi sententia succedit.Apostolos autẽ,& pios,dicit amicos Dominus, quòd illis cõmunicauerit sua consilia,& planè aperuit animum,ac Patris voluntatem.Vnde additur,

[VOS autem dixi amicos,quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.] Ex antitheſi seruorum facilè cognoscitur quis sit amicus:vos autẽ (inquit) ideirco dixi amicos,quia omnia,quæcunque audiui à Patre meo,nota feci vobis. Quasi dicat;amicorum est,consilia,& voluntates suas inter se conferre. Iam quum semel OMNIA,quæcunq; à Patre audiui: id est, quicquid Pater vos per me scire voluit. NOTA FECI vobis,id est, tanquam fidis amicis impartij.Filium vt Deum AVDIRE à Patre,est scientiam à patre accipere.Scientia autem Filij,est eius essentia.Quare FILIVM audire à patre,est Filium accipere essentiam patris à patre. Trãsfert enim pater omnia,quæ habet,Filio, non illa deferendo, sed eadem communicando. Aut verbo AVDIVI, non autem verbo Noui,aut Vidi,vsus est, vt insinuaret quod non de omnibus sibi notis, sed quæ tanquam legatus à patre audierat,loquitur.Hæc verba certitudinem doctrinæ Christi præ se ferunt,quum ex his nihil aliud innuat: quam quòd nihil alienum à Patre loquutus sit, quòdque id,scilicet arcana patris cum eis & communicasse, & dixisse,sit maximi amoris indicium. Testatur ergo hic locus verbum reuelatum.Quod est?Nos esse amicos Dei. Si itaque Dominus dederit tibi verbum suum,reuelarit-que Euãgelium,& illud ex animo exceperis,certò scias, Dominum tibi fauere:quòd si verbum abieceris, & credere nolueris,non ex amicus.Aut OMNIA dicit,nõ simplici

Filium audire à Patre.

Scientia Filij.

Fauoris diuini argumentũ.

pliciter: nam vt infrà capite 16. dicetur, Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modò: sed omnia(inquit)quæ scilicet vos audire,& cognoscere oportebat.Hæc oratio OMNIA quæcunque, &c. elegans est periphrasis omnium bonorum Christi,quæ conscientiæ sentiunt sub fauore,& gratia Christi. Nam pij nouerũt Dei voluntatem esse,remittere peccatum, iustificare vere credentem,sub cruce,& afflictionibus cõsolari,& benedicere, sub morte viuificare, & sub inferno saluare. Ideo gaudio Christi gaudent etiam afflicti,& mundi machinis impetiti.Impij autem non sic, qui in cruce dum non nouerunt Dei voluntatem,impatientissimi sunt, insaniunt,indignantur,fremunt,blasphemant, & aduersus iudicium Dei debacchantur. Porrò necessarium est pijs omnibus cognoscere voluntatem Dei, non vt quæras,& scias quid post decem aut viginti annos in hoc mũdo futurum est:hoc enim donum est Prophetię,nihil ad iustificationem pertinens:sed ad omnes pios spectat scire Christum,& in cruce,ac morte ex fide, Dei voluntatem agnoscere: hoc enim pios efficit,& conseruat veros Dei amicos.

Volũtatẽ Dei per Christum qualem esse pij senserunt.

Impij aduersus volũtatem Dei.

Quatẽ Dei voluntatẽ debemus agnoscere.

[NON vos me elegistis,sed ego elegi vos.] Argumento à dilectionis causa hoc est,ab electione gratuita, confirmat non solùm Apostolos,sed & omnes credẽtes esse amicos Dei. Vt intelligatis (inquit Christus) quanto honore sum vos dignatus,neque vos me vt populus regem, aut milites ducem, aut discipuli præceptorem elegistis: neq; vestris officijs me ad amicitiam prouocastis, vt debiti sit,redamare: neque vltrò venistis ad amicitiam, vt humanitatis sit amantes redamare: sed ego ex gratuita gratia & misericordia, (quum adhuc essetis serui seruitutem seruientes, imò inimici,& ab amicitia Dei prorsus alieni) volẽs & vltrò vos nihil adhuc prómeritos, selegi ab omnibus electione tum æterna,tum tẽporali. Elegit enim nos Deus in Christo ante cõstitutionẽ mundi, vocãdo nos ad fidem ex tẽpore.Proinde quũ audimus, NON VOS me elegistis,audimus quia mali eramus,& electi sumus,vt boni,per gratiã nos eligẽtis,essemus.Nõ ergo electi sumus quia boni eramus,qui boni nõ essemus nisi electi essemus:alioqui gratia nõ esset gratia,de qua loqui-

Credẽtes amici Dei.

Electio duplex.

tur Paulus Rom.cap.11. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ per electionẽ gratię Dei saluę factę sunt. Inde subscribit, Si autẽ ex gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam nõ est gratia. Diuus Augustinus libr.1. de prædestinatione sanctorũ cap.10. Prædestinatio Dei, quæ in bono est, inquit, est gratię præparatio: gratia verò est iam ipsa donatio, siue est ipsius prædestinationis effectus. Idẽ alibi ait, Prædestinatio est diuinæ voluntatis per gratiã electio. Horum summa est: Causa nostræ dilectionis, est electio: prior enim nos elegit quàm ipsum eligeremus, alioquin iam electos elegisset. Ephes.cap.1. Elegit nos in Christo Deus ante mundi cõstitutionem, vt essemus sancti: non ergo elegit nos sanctos: quòd ti sancti fuissemus, & electi fuissemus ante illius electionem. Est ergo hæc electio gratuita, vt per Christum, & in Christo ad vitam perueniamus æternam.

Prædestinatio.

Electio, qua elegit nos Deus gratuita.

[ET POSUI vos.] Causam omnium bonorum in nobis explicat, quæ est, nos palmites esse insitos Christo, viti, per charitatem: quam erga ipsum non haberemus, nisi prior ipse dilexisset nos. ET POSVI VOS, id est, plantaui, & vos inserui, aptósque feci, & ordinaui ex gratia, & misericordia, non ex vestris meritis, & operibus præcedentibus. Obserua, verbum POSVI, indicare causam bonorum in nobis. Ad hunc modum fides viua, timor Dei, obeditio, mandatorum obseruatio, prædicatio, conuersio hominum per nostram prædicationem, & huiusmodi bona sunt in nobis, quia illa Christus in nobis posuit. Hanc sententiam Paulus his extulit verbis (1.Corinth. cap.3.) Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

Insitio Christiana.

Bona per Christum in nobis.

[VT eatis, & fructum afferatis.] Fructum insitionis explicãs, hortatur illos vt vocationi suæ summa cũ diligentia, & cũ summo studio, hoc est, vt Paulus loqui solet, cũ timore, & tremore incũberent. Eodẽ certe argumẽto, ad ambulandũ dignè Deo, Paulus suos (vt testantur eius epistolæ) vbique hortatus est. Vnde factũ est, vt Apostolus de virtute, & successu Apostolatus sui in omnibus Gentibus tam multis gloriatur. VT EATIS (inquit Dominus) id est, vt crescatis, et expãdamini, ac extẽdamini in mundũ vniuersum, vt credatis in me, sitis amici mei, conuertatis homines vestra prędicatione, & bene operemini.

Apostolatus fructus.

Eatis ad prædicandum, & prædicatione vestra FRVCTVM afferatis, conuersionem scilicet animarum ad Euangelium. Quemadmodum solet palmes succo vitis semper ali, latiùs sese propagine spargens: ita vos quoque per omnes orbis regiones extendamini, copiosum Euangelij fructum proferentes. Imus igitur vt afferamus, & ipse Christus est via, qua imus, & in qua nos posuit vt eamus.

Simile.

[ET FRVCTVS vester maneat.] A præmio rursus ad sui dilectionem Christus inuitat. Eatis, inquit, & abundantem proferatis fructum, atque ita alijs profitis. En præmium vestrum, vt fructus vester vobis quoque maneat incolumis. Quemadmodum enim vulgaris vitis alijs fructum edit, eúmque mox periturum: & ideo temporarium fructum palmites eius proferunt, quòd viti perituræ adhærent: ita vos viti nunquàm perituræ adhærentes, fructum vobis incolumem in vitam æternam edetis. Manet profectò Apostolorum fructus, quia prædicarunt Euangelium, quod est verbum in æternum constans. Mansit hactenus ipsorum fructus, & manebit vsq; ad consummationem seculi, quia ita promisit Christus: semperque electi erunt, qui in doctrina Apostolorum viuent. Multis, proh dolor, in nationibus fructus Apostolorum admodũ obscuratus, & labefactatus est, nũquam tamen quamlibet magnis hæreticorũ tenebris prorsus extinguetur. Est enim Ecclesia Dei viui colũna, & firmamẽtum veritatis, 1.Timoth.ca.3. Ad hæc Christus dedit (ait Paulus Ephes.cap.4.) quosdã quidẽ Apostolos, quosdam autem Propheras, &c. subditur, in ædificationẽ corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionis Filij Dei, &c. Obserua, donum Christi esse constanter verbo Dei adhærere, & in eo manere, constanter bene operari, & fructificare prædicatione Euãgelij. Rursus aduerte: Si fructus æternùm manet, proculdubio longè magis palmites fructificantes, & immortali stirpi adhærentes, æternùm manebunt.

Ecclesiæ fundationes vsque ad cõsummationem seculi.

Verbo cõstanter adhærere donum Dei.

[VT quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.] Hæc oratio superiori verbo, Ego elegi vos, coniungenda est: quia Apostoli in hoc delecti fuerant, vt primi vniuerso orbi Euangelium annuntiarent:

ope

operæpretium fuit vt plurima,& maxima miracula ederent, & exorarent, ac impetrarent quicquid pro gloria Christi orassent. Dat igitur Christus, ac præscribit illis modum,quo vel maximè ardua adoriátur opera,ad quæ patranda delecti sunt.Oratione enim Christi nomine nihil non impetrabunt, vt sine arduis operibus per orbem extendatur,& promoueat Euangelium.Idem & alijs sanctis pro sua vocatione datum quidem est,at hoc loco Dominus de miris operibus & prodigijs loquitur, ad quæ destinati sunt Apostoli, vt totus hic sermo, ad eos habitus, demonstrat. Potest & hic locus ad hunc sensum per occupationem accipi:Dicetis fortasse,Ingens est labor,do cere Gentes,mundum obire,perperi malorum odia, tyrannidi exponi,sanguinem profundere: & interim quid salarij & mercedis,quid auxilij nobis decernitur? Nihil vos terreat breuis hic labor,(inquit Dominus) facessant omnia mundi præsidia,& salaria:sit vobis hoc omnium præmiorum,ac præsidiorum loco,Quòd quicquid petieritis Patrem nomine meo,dabit vobis.Quid est,quod ille non possit dare?quid est,quod ille nomine meo,meique causa recusare velit,quum me vnicè amet,& in cuius manu omnia dedit?Obserua: hic locus aperit quòd quando plantati,siue inſiti viti fructum afferimus,tunc quæcunque petiuerimus, dabit nobis. Si autem non afferimus fructum,non recipimus:quia non afferens fructum, neque animæ vtilia petit, neque ex fide, & spiritu orat, sed solùm petit inutilia,ideò nō accipit.Quæritis enim, & non accipitis, (inquit Iacobus) eò quod malè petatis. ORARE nomine Christi,est rogare credendo nos exaudiri propter promissionem, & misericordiam Dei, hoc est,propter Christum:Christus enim est verbum,promissio, & misericordia Dei. Tametsi ad tres personas vnum Deum Patrem nostrum, orationem dirigamus, nos tamen vt Trinitatis personas,& hypostases confiteamur,& distinctionem in personis,non autem in essentia, constanter credamus, illarum meminimus, & vni attribuimus, quod tamen reliquis æqualiter conuenit. Pater persona est, ad quam nostram dirigimus orationē. Christus persona est, propter quam, & in cuius nomine exaudimur. Spiritus sanctus persona est,sanctificans nostram orationem,

Christi nomine omnia impetrantur.

Præmiū Apostolatus & piorum.

Orare nomine Christi quid est.

Personarū distinctio confitenda.

nem, iuuans, ac docens nos verè orare vt exaudiamur. Rom.cap.8. Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus Obserua:Impetratio, seu exauditio, est effectus orationis in nomine Christi ad Patrem factæ. Impetratio.

[HAEC mando vobis,vt diligatis inuicem.] Breuis, & commoda est eorum,quæ hactenus de dilectione narrauit,summa. Quasi diceret: Omnium, quæ dixi vobis, summa continetur in mutua dilectione, illa, quæ vobis mando,non sunt grauia, & dura iussa. Quid enim dulcius,quàm mutuùm amare? Qui tam debiles,& infirmi, quos non fortes reddat mutua dilectio?quid tam durum, quod non condulcet mutuus amor?Quid tam mœstum, quod non exhilaret,& cōsoletur mutua charitas? HAEC mando,hoc est mandatum meum,quod mandando repeto, vt toties repetitum tenaciùs adhæreat animis vestris: nec solùm mando, sed etiam vires subministro ad implēdum illud.VOBIS,inquit,ac si diceret: Vobis, qui verbū meum excepistis, qui mihi creditis, qui quia & verbum meum habetis,& in me creditis,facile, & verè inuicem diligetis. INVICEM dicit, non vt vnus diligat, & alter odio habeat. Diligendi forma præscripta est à Paulo 1.ad Timoth.cap.1. Finis præcepti est charitas ex puro corde, & conscientia bona, & fide non ficta. Archetypus veræ dilectionis,est solus Christus.Obserua:Verbo DILIGATIS, intellige omnia charitatis, & misericordiæ opera in proximum. Mādatū Christi suaue. Diligendi forma. Dilectionis archetypus.

[SI mundus vos odit, scitote quia priorem me vobis odio habuit.] Dignum admiratione, ac planè diuinum in confirmandis,firmandisque Apostolorum animis hoc loco Christi artificium legimus: Nam vt solent peritissimi medici varijs antidotis, & remediorum præparatione,cùm proximè imminentes,tum futuros auertere morbos,ita & Dominus cùm Apostolorum, tum credētium, ac piorum animos non à præsenti ægritudine solùm,verùm etiā à futuris malis,doctrina, & mandatis suis præseruat. Quos vt cōtra crucis scandala muniat (quoniam nō vnius solùm ciuitatis,aut regionis,sed totius orbis doctores futuri erant ad nouam religionem, hoc est,vitam

Euange

Euangelicam homines traducentes: quos item, omnes vbique quasi Euangelij legē, ac regulam imitaturi erāt) hortatur, & admoner, necessarium esse cum mundo diſſidium, ac simultatem habere, imò hoc ipsum debere esse magno solatio, quum nos oderit mundus, quandoquidem hoc argumento cognoscemus nos esse veros Christi discipulos, & amicos, nimirum alienos à mundo, qui totus in maligno positus est, quū pij cælo destinati sint: idque facit à suo exemplo. Solétque hoc consolationis genus omnium præsentissimum, & gratissimum esse, quod à magnis hominibus petitur, quos scimus in ijsdē periculis aliquando conflictasse, & periculum fecisse. Vade suo exemplo Christus ad hunc modū dicere videtur, si mundus vos odit (sicut certò faciet) propter causas sequentes, persequetur vos annuntiantes veritatem, & Euangelium. SCITOTE, id est, perpendite, & diligēter considerate, vt inde solatium habeatis, quia ME primum vestrum, id est, principem odio habuerit: hoc est, accipite consolationem à meo exemplo, & consolamini vos fortuna vestri præceptoris. Nam Euangelij veritas ex alio mundo per Christum allata est in hunc mundum, vnde & Christus, & quotquot Christo adhærent, veluti peregrini ad hunc mundum diuerterunt. Quare quum peregrinus inter alienos non facilè reperiat amicum, non est mirum si multos osores in mundo cùm Christus, tum Christo adhærētes, habeāt. Ad hæc, Quid cōmune habet mundus, nihil aliud habens, quàm cōcupiscentiā carnis, cōcupiscētiam oculorū, & fastū vitæ, cū Euangelio, quod est virtus Dei, omnem concupiscentiam oculorū, carnis, & vitæ eneruans, in salutem omni credenti? His adde, quòd omnes mundi ornatus, & tituli, vt sunt iustitia, sapientia, & potentia carnalis, sunt mera mendacia. Quærentes enim propriam statuere iustitiam, non se submittunt iustitiæ Dei. Est ergo ipsorum iustitia, iniustitia: sapientia, insipientia: & potentia (qualis fuit exercitus Pharaonis) impotentia. Iam quum Christus arguat mundum de peccato, & omnes vires eius eneruet, docens ipsum in maligno positum, & quæ mundanis affectibus non congruunt, mundus ipse, id est, mundanis carnalibus addicti homines, oderunt Christum, persequuntur Euangelium, fre-

Odium cum mūdo pijs necessarium.

Consolatio afflictorum, é exlo allata.

Mundi ornatus sunt mendacia.

fremúntque aduersus verbum. Proinde quo persequuti sunt odio Christum, eodem persequentur verbi & Euangelij prædicatores, & veritatis amatores. Semper huiusmodi fuit mundi genius, etiam apud Ethnicos, vt quò magis quis Reipublicæ commodis consuluit, eò pertinaciore odio à mundo est tractatus. Romulus Romanæ vrbis conditor, qui vitam, vnum diuitias, pro salute vrbis lubens fudisset, à Senatu in curia dilaceratus est, vt quorundam est sententia. Camillus Reipubli. Romanæ defensor eximius, in exilium actus est. Scipio Aphricæ domitor, exul obijt, sepulcro inscribens, Ingrata patria, ne ossa quidem mea habes. Cicero Romanæ eloquentiæ parens, iussu Antonij à populo interemptus est. Atque hi, quum Romanū imperium alius eloquentia, alius armis, alius potentia, alius prudentia propagauerint, varijs tamen contumelijs, & probris affecti sunt, quum interim alij Rempub. deuastātes, maximo honore habiti fuerint. Eadem Lycurgus à patria sua Lacedæmone, eadem Themistocles ab Athenienſibus, experti sunt. Nolo hæc profana veluti sacra referre, sed eò retuli, vt intelligamus vbiuis eundem esse mundi genium, qui semper bene cōsulentem auersatur, & persequitur, nec cuiquam obsequi potest, nisi carnalibus affectibus. Quare non vsqueadeo mirandum fuerit, etiam si eadem Apostolis, & viris pijs euenerint: qui vt Christo plures lacrifacerent, vitæ suæ non pepercerunt. Obserua: Quanuis suauissimam viris pijs adferat consolationem, scire magnos Apostolos, & magnos viros eadem pericula fuisse perpessos, tamen longè plus consolationis adfert, scire eosdem ex periculis ad summam gloriam ascendisse. Consolationem adfert, audire Christum cruce sua me redemisse: at magis consolatorium est, Christum è cruce ad gloriam non periturum abijsse, & ad dexteram Patris ascendisse. Similiter consolatorium est, audire principes illos Petrum, & Paulum pro Euangelio occubuisse: at magis consolatorium est, audire ipsos per crucem ad Christum, vitam beatam, abijsse. Obserua: QVIA ME priorem odio habuerunt: quasi dicat, Sit hoc vobis magnæ consolationi, quòd commune hoc mecum habetis, vt oderit vos Mundus, id est, mali homines. Grandis profectò est hæc conso

Mundus semper aduersatur consilijs.

Mundus ingratus.

Consolatio piorum.

consolatio membris, id est, pijs ex capite Christo. Ad hūc modum Paulus (ad Rom. cap. 8.) suos consolatur, ab exemplo eorum, qui præsunt Ecclesiæ, & plura dona in Ecclesia habent. Non solùm autem illa creatura, (inquit) sed & nosipsi primitias Spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Similiter & beatus Petrus (1. Epistolæ cap. 5.) consolatur suos ab omnium sanctorum communi periculo, Scientes eandem passionem et, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. Idem 1. Epist. cap. 3. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.

Odij aduersus pios causæ.

[31 de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret.] Causas adducit, quibus mundus commouetur ad odium, & persequutionem piorum, simúlque aperit iocundum esse, quod natura sui molestissimum est. Quid, quæso, molestius, & plerunque damnosius, quàm inter homines versari, & ab illis odio haberi? id tamen suaue, & iocundū efficitur propter Deum. Atq; dum religionis, veritatisque gratia odium accidit, id re vera argumento est, eum, qui odio habetur, non inhiare rebus caducis, sed cælestibus, & planè diuinis. Hoc qui patiuntur, dilectioni Dei nihil præferunt, malentes odio haberi ab hominibus, quàm à Deo. Vnde Paulus ad Galat. cap. 1. Non quæro (inquit) hominibus placere: si hominibus placerem, Christi seruus nō essem. Quum itaque nemo possit duobus dominis seruire, qui prauitatem eligunt, Deo placere non possunt. Quare qui Deo seruire vult, mūdum per occasionem offendat necesse est, eò maxime quòd seruiēs Deo, mūdi discipulos reuocat, & distrahit à mūdo, vt ab eo deficientes, ad Christum concedant. Proinde vt corporum, ita & morum cognatio quædam est, quorum tamē similitudo longè vrgentior est cognatione sanguinis. Naturà enim comparatum est, vt omne animal sibi simile diligat: (Eccl. cap. 13.) & simili sibi homini homo adhæreat. Hoc experiri licebit, si duos, quos nūquàm antea videris, pila ludētes videris, plus alteri naturā fauebis, quòd similior, & huic, quàm illi, tuis moribus sit accommodatior. Vnde sanctus cum sancto, & peruersus cum peruerso iocundè conuersantur. Quare quum vir pius improbitatem

Corporum & morum cognatio.

tatem mundi cùm vitæ sanctimonia, tum sancta exhortatione denudet, necesse est vt à vitiosis sibi prorsus dissimilibus odio habeatur: cui non dolendū, sed potius gaudendū est, quòd amicus Dei alienus est ab amicitia mundi, qui nouit suæ factionis homines, eósque complectitur, & euehit, vt Similis amat similem, & mala scabies amat commodè scalpentem. Dolendum igitur est his, quibus mundus blanditur, & est amicus, quum sola Dei amicitia fœlices reddat homines. 31 de mundo fuissetis, id est, si ad mundum pertineretis, & ea, quæ magnifacit, cum ipso communia haberetis, si diligeretis ea, quæ sunt mundi, si affectibus humanis seruiretis, & quæ cupiditatibus congruunt, doceretis: si cum mundo viueretis, probantes iustitiam, & religionem eius, MVNDVS diligeret quod suum erat, id est, mundus neque odio vos haberet, neque persequeretur, sed vos agnosceret, ac veluti suos amaret: sed quia non probatis mundi improbitatem, agitis Democritos, ridetis mundi prudentiam, iustitiam, potentiā, & mores, imò, vt Paulus ait, mundus est vobis crucifixus, & vos mundo, pronuntiantes syncerum Dei studium: ideo princeps mundi vetustus Dei hostis Satanas, impios agit, vt solùm sua quærant, & nihil adeò detestentur, ac intolerabile ducant, quàm Euangelium, & eos, qui religioni Christianæ sunt consecrati. Hic locus videtur integer syllogismus: Mundus quod suum est diligit, vos non estis de mundo, ergo vos non diligit. Huc pertinet quod Paulus 2. ad Timoth. cap. 3. scribit, Omnes, qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persequutionem patiētur: mali autem homines, & seductores, proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes.

De mūdo esse.

[QVIA verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.] Exponit Christus quid sit non esse de mundo: nimirum est esse Christi, & sese totum Christo consecrare. Quia (inquit) vos non sectamini ea, quæ sunt carnis, sed quæ sunt Spiritus, & tori inhiatis rebus cælestibus, ideo vos odit, & persequitur mundus: non quòd iure id possit in vos, sed quia mundo dissimiles estis. Anteà dum illi applauderetis, & rebus vanis, ac carnalibus tantùm intenti essetis, ipse vehementi vos amore prosequebatur: sed posteaquam Ego

Mūdus quare pios odit.

vos elegi,id est,vos ab ista factione ad doctrinam, & libertatem Euangelicam gratis seuocaui, mihique, vel uti palmites,insciui stirpi,propterea odit vos mundus. Hæc est conclusio necessario ex præmissis illata: Vos electi à me, contrarij estis mundo,& nihil commune cum illo habentes, alio subducitis discipulos eius: ergo vos odit mundus,non ob aliud,nisi quòd estis mei:at non alio nomine beati eritis,nisi quòd in caulis meis versamini,& ex meis estis ouibus.Obserua, dicit,elegi vos de mundo, ne quis in suis glorietur meritis:sed qui gloriatur, in Domino glorietur.1.Corinth.cap.1.

[MEMENTOTE sermonis mei,quem ego dixi vobis, Non est seruus maior domino suo.] Amplificat Christus præmissa,simúlque à decoro,& debito hortatur ad ferendam crucem,& reuocat suos discipulos ad exemplum, & verbum,suprà ca.13.dictũ.Non est seruus maior domino suo,neq; apostolus maior est eo,qui misit illum:quod est præsentissimum in afflictionibus remedium. Quod est Exemplo Christi Apostolis,& pijs omnibus pro veritate patiendum est.Obserua:Hoc loco seruus dicitur, non is, qui ex timore(quem charitas non patitur) Domino seruit,sed qui sanctum habet timorem,& permanet in seculum seculi,in quo est initium sapientiæ.

Seruus in quo sapientiæ initium.

[SI me persecuti sunt,& vos persequentur.] Argumentatur à maiore ad minus. Nolite mirari si vestra innocentia vos non tueatur ab odio,& persequutione mundi.Nam non solet serui conditio potior esse,quàm domini:sed mea innocentia,quæ vestra maior est, non me defendit ab iniurijs, & odio mundi, qui neque meam doctrinam veritus est aspernari, neque meis tam magnis beneficijs pacari,& à crudelibus cœptis reuocari potuit. Ergo quod ausus est mundus in me Dominum vestrum, multò magis audebit in vos.Si enim tum verbis,tum variijs insidijs,ac dolis vsq; ad mortem longè probrosissimã me Dominũ persequuti sunt:si toties me technis, & cauicijs incessiuerunt infræni oratione vocantes me dæmoniacum,temulentum,Samaritanum,seductorem, & impostorem:idẽ ab illis & vos discipuli mei expectate. Sed vt nunquàm ego vices reddidi,nec salubri illos sermone alloqui desiui: ita nec vobis aliter in persequutionibus faciendum est.His verbis Christus non solùm iocundas Apostolis facit persequutiones recordantibus non aliter Dominum suum persequutionibus exagitatum fuisse,verùm etiam Apostolorum mentes,& animos euehit,vt vestigia sua sequentes, dilectionem fratrum non deserant, & semper errantes reducere studeant.

Christus suo exemplo piorum afflictiones leuiat.

[SI sermonem meum seruauerunt,& vestrũ seruabũt.] Horratur, æquo animo, & patienter ferendum, quando sermo docentis contemnitur, ne quis arbitretur prædicationis laborem perditum esse, si auditoribus non persuasit.Is labor non est sine fructu,& præmio.Qui enim verbum Dei prædicat,probè,& sanctè consulit, nec consulere desinit,facit quod potest,nec præmio carebit. Credere enim,aut nõ credere(ait Cyrillus)non in ipso, sed in audientium voluntate positum est. Non ergo in seminando verbo Dei desperare debemus, sed quæ nobis possibilia non sunt,diuinæ maiestati relinquẽda sunt.Quemadmodum enim qui agrum colunt, terrã aratro scindũt,semina terræ mandant,nihil eorũ, quę ad vberẽ sationem faciunt,omittẽtes,sed Deo sic apparatũ & dispositũ agrũ committentes, vt eius gratia ager fructũ producat copiosissimum:Sic & Ecclesiastis,& verbũ Dei diligenter prædicantibus, eo animo faciendum est, vt syncerè verbum prędicent,& Euangelium annuntient: verum autem fructus sequatur nécne (id quod tamen ex animo petendũ, ac optandum est) Deo relinquendum est,qui solus rebus incrementum dat,& longè fœlicius his,quàm terræ cultoribus,cõtingit. Agricola sterilitate agri oleum & operam perdit: at non item Ecclesiastes,& verbi Dei prædicator, qui laboris, & sancti propositi mercedem non est amissurus. SI sermonem meum seruauerunt, vt in eo carperent, & calumniarentur. ET VESTRVM seruabunt, id est,idem vobis fiet: quasi diceret, Mea prædicatio ingrata fuit mũdo,ergo & vestra ingrata erit. Obserua,personas prædicantes vnà cum doctrina prędicata, ingratas esse mundo, & persequutionibus subiectas esse. Obserua rursus, mundum persequi Christum in suis discipulis, iuxta illud Actorum capite 9. Saule Saule, quid me persequeris? Huc pertinet quod dicebat Dominus Matth.cap.23. Ecce mitto ad vos Sapientes & Scribas,

Prędicantẽ sequitur fructus, etiam ingratis auditoribus.

Prædicationis fructus Deo cõmittendus.

bas,& ex illis occideris,&c. Aduerte: Hic locus subindicat discipulorum doctrinam,esse Christi. 2. Corinth. cap. vltimo. An experimẽtum quæritis eius, qui in me loquitur, Christus? Matth. cap. 10. Non enim vos estis, qui loquimini,sed Spiritus Patris vestri,qui loquitur in vobis. Luc. cap. 10. Qui vos audit,me audit.

Doctrina Euãgelij,est Christi.

[SED hæc omnia facient vobis,propter nomẽ meum.] Vnicam causam ad persequendũ Apostolos,& pios, futuram impijs Christus adducit,nimirũ nomen suũ. Est profectò nomen Christi impijs omnibus exosum. SED hæc omnia,id est, quicquid contumeliarum, & afflictionum facturi sunt vobis,odio nominis mei facient: mihi conuiciabuntur,& maledicẽt,quãdo vobis maledixerint: me in vobis reijcient,quando vos reijcient. Quicquid enim in membra committitur,hoc ad capitis cõtumeliam pertinet. Hoc nomen Christi pijs crimini datur ab impijs,in quo tamen maximè gloriandum est,sed id fortiter tolerandũ cum spe retributionis non incerta. Vnde quum à Iudæis cæsi essent Apostoli,(vt scribitur Actor. ca. 5.) exibant gaudentes à conspectu concilij,quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. 1. Petr. cap. 4. Communicantes Christi passionibus gaudete,vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis,exultãtes. Si exprobramini in nomine Christi,beati eritis: quoniam quod est honoris,gloriæ,& virtutis Dei,& qui est eius Spiritus,super vos requiescet. Nemo autẽ vestrum patiatur quasi homicida,aut fur,aut maledicus,aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus,non erubescat,glorificet autem Deum in isto nomine. Rogabis: Cur nomen Christi impijs odiosissimũ est? Respondeo: NOMEN Christi est iustitia,& remissio peccatorum,quam non quærit mundus, qui vitijs deliciatur, & suam volens statuere iustitiam,non vult esse subiectus Deo. Rursus NOMEN Christi est sapientia,quã prudentes huius mundi tolerare nequeunt. Christi enim prudẽtia demonstrat ipsorum prudentiam esse stultitiam. Item NOMEN Christi,est potentia,quã tyranni, & potestates huius mundi auersantur,dum illa impotentes, & infirmi fiũt. Obserua. Hoc loco nomẽ Christi significat quicquid de Christo dici potest. Rursus aduerte: hæc verba propter nomen meum,excludũt crucẽ iustam, quam homines demerito

Nomẽ Christi impijs exosum.

Afflictiones pro nomine Christi gloriosæ.

Christi nomẽ.

Nomẽ Christi.

merito patiuntur: de qua paulò antè diximus ex 1. Epistola Petri cap. 4. Similiter & crucem impositã,, & voluntariam,quam ipsi nobis ex indiscretione imponimus.

[QVIA nescitũ eum,qui me misit.] Mundi cæcitatem adducit,vt causam, qua pios impij persequuntur, & nomen Christi exosum habent. Et me, & vos persequentur, QVIA nesciunt eum,qui me misit,id est, non pernouerunt,ita vt amare possent. Alioqui audierũt isti ea verba, viderunt ea opera Patris in Domino,vt nihil sit illis relictũ,quod peccato suo prætexerẽt. Vtiq; quia satis virtutẽ & potentiam diuinam in ipso perspexerãt,gloriãtur quidem de Deo,& iactant se Dei cultores esse,putãtes se Deo obsequium præstare,dum pios persequuntur: sed non nouerunt eum,qui verbum misit,id est,nũ nouerũt Patrem, ad cuius cognitionem non peruenitur nisi per verbum. NESCIVNT eum,qui me misit,id est,ignorãt me verbũ, ideò ignorant Deum: ignorãt me esse Filium Dei, meam personam gratam esse Deo,ideò nomen meum ignorantes,persequuntur omnes nominis mei amatores. Summa verborum est, Persequutores in Filium delinquunt, quia Patrem ignorant,contemnentes itaq;,& persequentes Filium,contemnunt,& persequuntur Patrem, qui misit Filium: & huic missioni,& omnibus mysterijs per illam generi humano dispensatis sese opponunt, grauiore peccato seipsos contaminantes: missionis enim, siue incarnationis mysterium contemnunt.

Cæcitas impiorũ, causa persequutionis piorum.

Patris cognitio per verbũ conceditur.

Filio contempto contemnitur Pater.

[SI non venissem,& loquutus eis fuissem,peccatũ non haberent.] Elegãs est hæc prædicati Euangelij periphrasis,nuntiantis Christũ venisse,simul & detegentis impietatẽ,ac ignorantiã mũdi. Vnde his nõ contentus mundus, semper in sua classe fouet, & amat osores Dei,incredulos verbo Dei,mendaces,& verbi Dei obscuratores: ne mendacium,odiũ Dei,& incredulitas appareat,sed frustrà obscurare nititur. Nam Ro. ca. 1. Reuelatur enim ira Dei de cælo,scilicet prædicatione Euangelij,super omnẽ impietatẽ,& iniustitiam hominum eorũ, qui veritatem Dei in iniustitia detinẽt: quia quod notũ est Dei,manifestũ est illis: Deus enim illis reuelauit. Hoc sermone Christus non solùm aperit mediũ,quod detegit,& reuelat mundo suam ignorantiam, quia argui non vult, statim se accingit ad

Ira Dei reuelata.

Mundus quærit pios persequitur.

persequutionē cōtra Euangelij prædicatores,& cōfessores,sed etiā præmunit discipulos, illorūmq; mœrorē lenit,dū incredulorū,& veritatē persequentū pœnas subindicat:vnde pij sub afflictionibus facilius iniurias nōnunquā perferūt,quādo certiores sunt nō impunē iniuriātes euasuros. Nesciūt quidē Deū,qui misit me,inquit,licet se nosse gloriētur,quos tamē in die vindictæ, ignorātia nō excusabit:qui ideò nesciūt, quia audire,& discere nolūt, malētes mūdi,quā Dei gloriā. Meus aduentus detegit ipsorū ignorantiam,& pernicaciā,qua quod Pater fecit in ipsorū salutē,in æternæ dānationis cumulū verterūt. Si enim EGO ipse Filius Dei (quo maior mitti nō poterat) NON veniſſem,hoc est,nō fuissem factus homo,& nō fuissem loquutus EIS, supple Israelitis iactātibus suū Moysen,aut quibūsvis alijs mea prædicatione,& Spiritus mei interna inspiratione: si meliora, perfectioráque (quàm Mosaica sint) non docuissem:si multis tam signis,quàm verbis non ostendissem tempus iam esse, vt figuræ transeāt & veritas rutilerū hæc omnia Moysis authoritate nō cōfirmassem cui si credidissent,mihi quoq; credidissent, de quo ille scripsit:si Prophetarū testimonijs doctrinā,& aduētū meū nō approbassem:& (vt in summa dicā) si nō feciſſem ea,quę vel saxea corda poterāt ad credendū impellere.NON HABERENT peccatū,supple impietatis, qua & me,& vos persequūtur,& infidelitatis, qua nō credūt in me,hoc peccatū nō illis imputaretur:nō q; alijs nō laborarēt peccatis,mēdacio,odio proximi,aut alio id genus,sed leuius perirēt,nimirū ab hoc incredulitatis crimine liberi,cui° accessio magnā sarcinā addet eorū exitio.

Impij nesciūt Patrē Deum.

Filium Dei vocātes.

Iudæi inexcusabiles.

[NVNC autem excusationem non habent de peccato suo.] NVNC AVTEM:Quasi dicat, Postquam prædicatum est Euangelium,& nihil relictum, omissumque est à me,sed omnia dicta,factáque sunt, quibus moueri debeant quū ipsi pertinacibus odijs pugnarint aduersus eum,qui salutem gratuitam offert, nulla sibi tam manifesti peccati relinquitur excusatio:non habent quò effugiant,imò in die vindictæ, & iudicio Dei non habebunt quo se excusent,& quòd suæ incredulitati prætexere possint:ipsis adempta erit omnis tergiuersatio.Obserua rem cùm visu tum auditu indignam,mundum vertere candida in nigra,& salutem in sui perniciem,& damnationē, dum ex cognatione suorum peccatorū per prædicationem Euangelij accipit occasionē persequendi Euangelium,& nō potiùs atripit ansam deficiēdi à peccatis. Aduerte,dictum est, SVO, vt significetur, peccatū esse effectus propriæ voluntatis hominis.Vnde homo seipsum,& non alium,& vt peccati authorem,accusare debet.

Res visu audītu sūve mirabilis.

Iudæi nigra in candida vertēt.

[QVI me odit,& Patrem meum odit.] Ne quis excusationē præteXeret,quasi coram Deo non sit peccatū non recipere Euangelium,& nō credere in Christū:hæc veluti per occupationē Christus dixit,qua tanquā à causa efficiente,quæ est Deus Pater,cōfirmatur cùm persona, tum doctrina Christi,quasi diceret: Vtcunque ignoscendum esset,si quis odio prosequeretur ignotum, & quem nunquàm viderit: sed & viderunt. & audierunt me benefacientem, & docentem,quæ Deo digna sunt: tamen oderunt ob ea,propter quæ amare debuerant. Porrò quisquis ODIT MEAD est,& personam,& doctrinam meam non potest non odisse Patrem meum,sine quo non operor,cuius authoritate hæc omnia doceo, & loquor, cuius virtute facio, quicquid facio. Proinde quæ identitate naturæ vniuntur, eadem laude, aut vituperatione afficiuntur:sed ego & Pater vnum naturā sumus, ergo qui me odit, odit & Patrem meum. Quemadmodum enim qui Solis radios vilipendit, Solem ipsum omnino floccifacit:& qui odorem floris aspernatur, florem ipsum contemnit: ita qui vnigenitum cōtemnit,genitorem eius non suscipit. Obserua:in primis peccantes in Christum, nec eum adorantes,in personam patris peccare,qui nullo modo patitur Filium suum secum non adorari. Deinde non solùm qui CHRISTVM contemnit, verumetiam qui Euangelij prędicatores negligit, Deum contemptisse dicitur. Hoc ipsum quum fecerunt impij, neque verbis,neque factis CHRISTI credentes, illud aggrauabit damnationis malum, quòd obuia Dei bonitate,tam pertinaciter sunt abusi.

Doctrinæ Christi confirmatio à Patris authoritate.

Regula theologa.

Peccantes in Christū, & in Patrē peccāt. Prædicatores cōtēnens, Deū contemnit.

Exitij impiorum aggrauatio.

[SI opera non feciſſem in illis, quæ nemo alius fecit, peccatū nō haberēt.] Argumēto ab operibus diuinitatis cōfirmat Christus se æqualē Deū cū Patre:& eū peccare in patrē,q oderit Filiū. Quid excusatiōis prętexere possūt

impij aduersus & personam,& doctrinam Christi?quum inter ipsos ediderit Christus miracula, quæ nemo Propherarum ante ipsum prodidit: quibus agnoscere poterant,imò conuincebantur credere ipsum esse Deum,& à Deo missum, atque doctrinã eius à Deo esse. Quum itaque doctrinam Patris per Filium eis propositam non exceperint,& miraculis,quæ non ab alio,quàm à Deo,fieri poterant,aperte detraxerint,nónne aduersus naturam Dei fecisse conuincuntur? Obserua:verba, QVAE nemo alius, &c. ostendunt æqualitatem Filij cum patre:& eum in vtrunque & patrem,& Filium peccare,qui in alterum peccat.PECCATVM non haberent,id est, hoc peccato infidelitatis longè grauissimo non tenerentur. Qui ergo Christi prædicationem spernunt, & præclara opera, quæ à Patre per filium geruntur,non admirantur,& cum summo honore non excipiunt,magno ingratitudinis crimine laborantes,pœnas luent nunquàm interituras.

[NVNC autẽ & viderunt,& oderũt & me,& Patrem meũ.] Tametsi Moysen,& Prophetas neq; viderũt,neq; audierũt,illos tamẽ suspiciunt,& admirantur. Nunc autẽ quæ ab illis prænuntiata sunt,viderunt:nam audiebant me loquentem,& testimonium legis adducentẽ ad meæ personæ,& doctrinæ confirmationem,sed quem experti sunt tot modis beneficum, auersantur:nec hoc contenti, iam accincti sunt viæ vt me apprehendant, & apprehensum morti tradant: interim prætexentes pietate in Deũ Patrem:quum qui verè Patrem amet, non possit odisse Filiũ. Obserua:valde emphaticè hæc pronuntianda sunt: Oderunt ME, missum à Patre,& Deum cum, Patre Deo: oderunt,inquam,Patrem meum,qui misit me,& qui personæ meæ,& doctrinæ, & operum meorum author est.

Patrem amãs, nõ odit Filiũ. Christus ex Patre.

[SED vt adimpleatur sermo,qui in lege eorum scriptus est,Quia odio habuerunt me gratis.] Authoritate Scripturæ Christus probat non fortuitò aut temere accidisse, quòd mundus ipsum oderit & contemnat. Item,docet.mundum non habere sui odij, & contemptus iustas causas. Hoc tam pertinax odium non accidit fortuitò: quandoquidem hoc quod isti faciunt,id est, quod SERMO, qui in lege eorũ scriptus est,hoc est, vaticinia Psalmorum,quæ tenent, ac legunt, futurum olim prædixerunt:

Mundus non habet iustas causas odij in Christum.

runt:videlicet,QVIA odio habuerunt me gratis, id est, mundus sine vlla iusta causa. vel accusatione Christum persequitur,non poterant quicquam mali aduersus Christum causari, qui nihil odio dignum fecit. Tolerabile est,si quis prouocatus oderit aliquem, vtcunque potest ignoscí,si quis ignotum oderit: sed omnibus se beneficum,& notum vltrò exhibuit,à morte eripuit,à diaboli tyrannide liberauit,peccati vires extinxit, Satanam ligauit,portas inferorum clausit,à seruitute humanum genus ad adoptionem filiorum Dei adduxit, bonorum cælestium homines participes effecit,& cælum hominibus in domicilium gratis donauit. Quæ causa odij in his legi potest? Mundus ergo sine vlla offensione,sine vlla iniuria,sine vlla data occasione odij,Christum,& Euangelium odit. Hoc odium,& contemptum Iudæorũ in Christum exaggerat locus Psalmi adductus. Huc pertinet quod scribitur Ieremiæ capite 2. Quid iniquitatis inuenerunt in me patres vestri? Obserua: vt impleatur, &c. Non id futurum erat,quia Scriptura prædixit: sed scriptura prædixit,quia futurum præuidit. Sensus est: Dauid Spiritu præmonitus,prædixit qualis futura esset malitia Iudæorum,qui vt maligni, dictum à Propheta impleuerunt,& prophetiam veram esse comprobauerunt.

Christi amandi causæ.

Prophetis nõ infert liberum arbitrium.

[QVVM autem venerit Paracletus.] Posteaquàm docuit mundũ,id est, homines maleuolos habere odio & te,& Patrem Deum: nunc de Spiritu sancto mentionem facit,vt & personarum Trinitatem explicet, & Spiritus vnà cũ patre & Filio,ab impietate Iudæorum odio gratis haberi cognoscatur. Et ne animos despõderent discipuli,qp audissent se persequutionẽ passuros,& mundũ sermone ipsorũ nõ seruaturum,vnde fortassis dicerent, Nihil fidei adhibebit nobis mundus,quis ad nos attẽtus erit?quis persuadebitur?quis suggeret nobis doctrinã,& persuationis modũ? Piscandi artẽ didicimus,nullius oratoris ab ineũte ætate lectionẽ,& interpretationẽ audiuimus,quid sapientibus,& magnis illis mũdi philosophis respõdebimus? Hæc omnia tollit Dominus adducés,& explicãs Spiritus sancti partes,ac officia,animósq; discipulis addit,dum promittit se missurum Spiritum veritatis, qui neq; fallit, neq; fallere nouit. Nomen PARACLE-

Ratio humana in Apostolis philosopha tur.

Spiritus Apostolis promissus. Paracletus.

TVS est à verbo παρακαλῶ, quod aduoco, & adhortor magis, quàm consolor, significat. Voluit certè hoc loco Dominus discipulis multò plura, quàm consolationem insinuare, dum expressiùs diuersa spiritus officia declarat: qui patronus, dux, adhortator, & consolator piorum est. Verbo VENIT, explicatur maiestas diuinitatis Spiritus sancti, qui non caret facultate veniendi, id est, dandi, infundendi, & operandi dona in nobis prout vult, vt ait Paulus, 1. Corinth. cap. 12.

Spiritus Sanctus quomodo venire dicitur.

Spiritus sanctus à Patre et Filio procedens.

[QVEM EGO mittam vobis à Patre.] Hic locus multorum confutat errores in primis quorundam Græcorum in sanctam eneruat. Nam aperte pronuntiat Spiritum sanctum procedere à patre & Filio. EGO. demonstrat Iesum secundum diuinam naturam: Filius mittit Spiritum à patre ea ratione, qua à Patre & Filio Spiritus procedit, naturaliter in vtroque manens. Nam, vt ait Cyrillus, sicut Filij Spiritus est naturaliter in ipso manens, & per ipsum procedens: sic certè patris quoque Spiritus est. Quibus autem Spiritus communis est, ij profectò substantialiter diseparari non possunt. Quum audis, & per ipsum procedens, caue credas spiritum patris per Filium, vt ministrum mitti ad creaturas, velut quidam impij affirmarunt. Præpositio PER, non dicit aliquam imminutionem Filij, sed personarum distinctionem, sicut suprà capite 1. docuimus. Omnia per ipsum facta sunt: significatque Spiritus sanctus à patre & Filio. Sunt enim Pater & Filius principium Spiritus sancti, qui proprius est Filij, sicut & Patris. Vnde rectè dicitur à Filio mitti, ad discipulorum corda confirmanda. Est & missio temporalis: mittique dicitur spiritus, non quòd mutet locum, quum ipse vbique sit, & impleat orbem terrarum. Sapientiæ capite primo. Sed dicitur mitti ratione suorum donorum, & quia nouo modo per gratiam incipit habitare in pijs, quos templum Dei facit, 1. Corinth. capite 3. Templum Dei sanctum est, quod estis vos, & Spiritus sanctus Dei habitat in vobis. Aequali ac eadem virtute mittitur Spiritus sanctus à Patre & Filio. Deinde hic locus aperte docet nos, Spiritū sanctum Deū esse. & tertiam in diuinitate, ac Trinitate personā. Qui enim mittitur procedens à patre & Filio,

Per, particula.

Principiū Spiritus Sancti, Pater & Filius.

Spiritus Sancti missio temporalis.

Spiritus Sanctus vna persona clic probatur.

& Filio, illum esse Deum necesse est: siquidem à Deo non nisi Deus procedit. Errant igitur Arriani, profitētes Spiritum sanctū Patre & Filio inferiorē. Tertiò hic locus prorsus euertit Sabellianorū hæresim, asserentium vnicā personam in diuinitate. Eo vides hic expressas tres in vna diuinitate personas. Alia est enim persona, quæ à Filio mittitur, & à patre procedit: alia est persona, quæ est Filius, à patre mittens Spiritū: alia persona patris, quæ neq; Filius neq; Spiritus sanctus est. Quæ personæ quū sint vna substantia, & vna diuinitas, nihil in his aut prius, aut posterius, nihil maius aut minus, nihil superius aut inferius (si orthodoxam sequuti fuerimus sententiam, & dogmata Ecclesiæ sanctæ susceperimus) legi, cernive potest. Obseruaquū dicitur, A PATRE, quasi dicat, qui est vnà cum patre, eiusdémque substantiæ, & naturæ cum patre, Deus cum patre Deo. Est ergo Spiritus sanctus Deus cū patre. Quū mittatur Spiritus à Filio vt donū, & Dei donū dicatur, profectò ad Spiritum sanctū erit nobis aliquis gradus. In primis audiendū est Euangeliū quod reuelat Spiritus Sanctus. Verbo credendū est fide, quā suggerit Spiritus, & apprehenditur Christus ad iustitiam. hoc est, credens verbo fide viua iustificatur: deinde Christus mittit, & donat iustificatis Spiritū Sanctū, vt rectorē, tutorē, cōseruatorē, cōfirmatorē, & obsignatorē, vt nō credam⁹ Satanæ. 2. Cor. c. 1. Obsignauit nos, & dedit arrā Spiritus in cordibus nostris. Adueniens ille Paracletus, cor meū tangit, ac dicit, Agedū, animi, & corporis, robore sumpto, tē audacter aggredere, abnega temetipsum, adhære verbo. Tum nobis cōfidentiam inspirat, leniter, ac benignè per consolationem nos alloquitur, vt ne ab hoste paueſiamus, sed læti subeamus quamlibet dura, ac diuersa (etiam si dena nobis colla forent) pro veritatis, & verbi Dei defensione. Rursus obserua, quum dicitur, QVEM ego mittam, ostenditur æqualitas Patris & Filij. Nam quum alio loco dicatur, Quem Pater mitter, & hoc loco, Quem ego mittam, proculdubio Patris, & Filij æqualitas demonstratur. Nam ipse quidem mittam. sed A PATRE, hoc est, approbante Patre, & simul mittente.

Arianorū error. Sabellianī. Personæ diuinitatis nes.

Gradus nostri ad Spiritū sanctum.

Christus quale nobis dōat Spiritum.

Spiritus sanctus in corde nostro qd & loquitur, & agit.

Spiritus à Filio missus.

Patris & Filij æqualitas.

[SPIRITVM veritatis.] Neputarent Apostoli Spiritum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritus officiū, docere nos veritatem.

ritum in ipſis otiantē, expreſsit ipſius Spiritus aliud officium: quod eſt, homines (qui mēdaces naſcuntur omnes, eſt enim omnis homo mēdax) docere veritatē, & in eam illos inducere, ac vetaces efficere. Vocatur Spiritus veritatis non ſolū ab officio deſcripto, ſed etiā à natura ipſa: quia Spiritus ipſe veritas eſt. Aut Spiritus veritatis, id eſt, Filij, qui veritas eſt, ſicut ſuprà dictū eſt, Ego ſum via, veritas, & vita. Proinde Spiritum illū veritatis nominat, q̄ quò ille peruenerit, ibi ipſiſsima penitus veritas ſit, ibi nullus fucus, nulla adulatio & aſſentatio: vbi verò Spiritus non fuerit, ibi mendacium, & mera tantummodo aſſentatio, hoc eſt, Spiritus erroris, & mendacij erit, de quo ſcribitur 3. Reg. ca. vlt. Ero Spiritus mēdax in ore prophetarū eius. Hic Spiritus veritatis, eſt prædicatorū fiducia, & anchora: eſt & verbi ductor, impreſſor, & interpres.

Spiritus veritatis.

Spiritus erroris & mendacij.

Prædicatorū anchora.

[QVI à Patre procedit.] Hic Spiritus veritatis, id eſt, Filij, eſt etiam Patris: à Patre enim, & Filio non more humano, ſed modo inenarrabili procedit. Quum audis, QVI procedit, caue intelligas hac proceſsione intelligi quandā egreſsionem, qualis emittuntur adminiſtratorij Spiritus, propter eos, qui hæreditabūt ſalutē: ſed hæc proceſsio naturalis eſt ſubſiſtentia Spiritus. Cæterūm hoc loco, Procedere, eſt ſingulariter quædā, & ſeparata proprietas, vni proprio Spiritui attributa. Quare hoc loco per proceſsionem non eſt intelligenda ſimplex emiſsio, ſed naturalis Spiritus ſubſiſtentia. Obſerua: Nulla quis ratione moueri poteſt, vt ex hac affirmatiua (QVI à Patre procedit,) inferat negatiuam, ergo à Filio non procedit: quin potiùs, quia indiuiſa ſunt opera Patris & Filij in omnibus, vbi nō obuiat relationis oppoſitio, vt præclarè cōcluſum eſt ſub Eugenio quarto, in Concilio Latinorū, & Græcorū: fatendū eſt quòd in hoc quod dicitur (QVI à Patre procedit) includitur quòd etiā à Filio procedit. Nā Pater, & Filius in omni operatione ſunt vnum: in qua non obuiat relationis oppoſitio. Et quia in hoc, quod eſt, Spiritū ſanctū procedere à Patre, nulla admiſcetur relationis oppoſitio inter Patrem & Filium, ideò Pater & Filius ſunt vnū principiū Spiritus ſancti, & catholicè concludi, ac inferri poteſt, Spiritū ſanctum à Filio procedere, ex hoc quòd Spiritus procedit à Patre. Similiter intelligendum

Spiritus ſancti proceſsio.

Regula theologa.

eſt à Patre Spiritum procedere, ex hoc quòd Spiritus auditur à Filio procedere. Spiritus procedit à Patre & Filio Deus, per omnia Patri, ac Filio æqualis, & vtriuſque amor.

Spiritus ſanctus procedēs.

[ILLE teſtimoniū perhibebit de me.] Ille Spiritus veritatis, vbi in corde veſtro fuerit, docebit vos nihil in me factum, quod nō antè prædictū ſit in libris Iudæorū, quos legunt, nec intelligunt. Vos quoq; certos reddet & de perſona, & doctrina mea. Per vos itē loquetur. Matth. cap. 10. Nō enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Atq; auditoribus dabit vim audiendi, ac recipiēdi verbū, quod per vos loquetur. Heb. ca. 2. Cōteſtante Deo ſignis, & portētis, & varijs virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributiōibus, ſecundū ſuā voluntatē. Deinde cōfirmabit, & cōſeruabit vos cōtra crucis ſcādala, ne dubitetis de mea perſona, & doctrina: teſtificans q̄ ego ſum miſſus à Patre, & naturalis Filius Patris æterni. Quòdq; ſum ſalus mundi, via & acceſſus ad Patrē. Hæc omnia manifeſtāt nos nō poſſe fieri certos de perſona, doctrina, & officio Chriſti, ſine Spiritu ſancto.

Spiritus teſtimoniū in nobis.

Spiritus quàm ſit nobis neceſſarius.

[ET vos teſtimoniū perhibebitis.] Vos, qui nūc eſtis imbecilles, quū receperitis Spiritū Sanctū, quē ego mittam, tūc mei Spiritus afflatu cōfirmatiores, teſtificabimini apud omnes de me. Actorū cap. 1. Accipietis virtutem Spiritus Sancti in vos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalē, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſq; ad vltimū terræ. Proinde quum explicuit Chriſtus Spiritū teſtari de perſona, & doctrina ſua, ne contemneremus prædicationē externā, addidit, ET vos teſtimoniū perhibebitis de me. Duo ergo ſunt neceſſaria de perſona, & doctrina Chriſti teſtimonia: alterū Spiritus ſancti: alterum prædicatorū. Nec prius aufert poſterius, quū poſterioris ſit robur, & virtus. Hoc duplex teſtimoniū declarauerūt Petrus & Apoſtoli, Actorū cap. 5. dicentes, Et nos ſumus teſtes horū verborū, & Spiritus ſanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus ſibi. Obſerua: Hic locus authoritatem Apoſtolorū confirmat: nā tametſi impotentes adhuc carne illos eſſe permittat Spiritus ſanctus (id quod fit in ipſorū commodū, & vtilitatem, ne extollantur, & alta ſapiant: vt de ſe teſtatur Paulus, 2. Corinth. ca. 12. Et ne magnitudo reuelatio

Fructus recepti Spiritus.

uelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me collaphizet, &c.) tamen facit eos potentes doctrina, vt verbum ipsorũ sit nõ humanũ, sed diuinũ: ti quidem verbũ Christi prædicant: & robustiores, ac fortiores reddit aduersus omnes Satanæ insidias, & mũdi machinationes. Rursus obserua hoc loco, magnã esse prædicatorũ verbi dignitatẽ, quãdoquidem testes Christi sunt, & testimoniũ perhibent de persona, & doctrina Christi. De persona quidem, quòd Christus est, naturalis Filius Dei, & saluator mundi: de doctrina verò quòd certa sit, & virtus, & potentia Dei ad salutem omni credenti. Hanc prædicatorum descriptionem ferè obseruat Paulus, 1. Corinthiorum capite 4.

Apostoli carne infirmi potentissimi Spiritu & doctrina.

Prædicatorũ dignitas.

[QVIA ab initio mecũ estis.] AEtiologia est. Redditur enim ratio à circũstantia & temporis, & loci familiaris, seu domestici, cur Apostoli idonei sint testes de persona, & doctrina Christi. Vos testificari poteritis de me, & mea doctrina: quia à Ioãnis baptismate, omniũ eorũ, quæ gessi, estis oculatissimi testes: ab initio, quo cœpi prædicare, præsentes fuistis. Fidele erit vestrũ testimonium de me, propterea quòd ordine vidistis quę gesserim, audistis quæ dixerim. Quẽadmodũ quæ certa audiui à Patre, vobis retuli: nec incerta vobis suggeret spiritus, nimirum & ipse à Patre procedens: ita & vos certissima de me orbi prædicabitis, nimirũ quæ vobis compertissima sunt. Scio nõ defuturos plerosque, qui vestram doctrinam aduersabuntur, nihilq; fidei dictis vestris adhibebunt: sed nõ propter eos, qui suapte malitia pereunt, deserenda est aliorum salus. De hoc testimonio posteà cõcionati sunt Apostoli. 1. Ioannis cap. 1. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ. Actorũ cap. 1. Oportet ex his viris, qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore, quo intranit, & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis, vsq; in diem, qua assumptus est à nobis, &c. Obserua, nõ parum esse hoc testimonium, ab initio simul fuisse, cõuersatum esse, & familiariter loquutum esse cum Christo.

Apostoli testes idonei de persona & doctrina Christi.

Apostolorum testimoniũ de Christo.

CONCILIATIO.

Quid hoc loco (SICVT & ego Patris mei præcepta seruaui,) sibi ipsum solum pro vitę exemplo proponit, quum & viri pij sint, proponantúrque exemplavitæ: vt Paulus, 1. Corinthio. capite 11. Imitatores mei estote. & ad Hebr. capite 6. Vt non segnes efficiamini, verùm imitatores eorum, qui fide, & patientia hæreditabunt promissiones? Respondeo: solus Christus absolutum est vitæ sanctissimæ exemplar: non autem pij exempla sunt vitæ, nisi in Christo. Vnde Paulus loco producto addidit, sicut & ego Christi. Operæpretium est, exemplar, vnde vita formanda est, prorsus, & omni ex parte esse absolutum. Nusquam potest exemplar vitæ absolutius reperiri, quàm in Christo, qui purus, & innocens natus, nulli vnquam peccato obnoxius, non solùm exemplo præit, & verbo docet, verumetiam suo spiritu quæ docet, cordi imprimit, efficitque virtute sua in nobis per fidem, vt exemplum suum sequamur, alioqui impotentissimi etiam ad quæuis minima bona essemus. Viri autem pij suo exemplo, & probata sua vita, quam à CHRISTO habent, nos ad vitæ puritatem inuitant, quam neque largiuntur, neque suppeditant vires sequendi vestigia CHRISTI, nisi quatenus sunt ministri CHRISTI, & spiritus viuificantis dispensatores. 2. Corinthio. capite 3. & 1. Corinthio. capite 4. Optimo igitur iure Christus se solum pro vitæ exemplo proponit.

Christus vitæ exemplar absolutũ proponitur.

Exemplar vitæ quale debeat esse.

CAPVT XVI.

HAEC loquutus sum vobis, vt non scandalizemini. [1] Absque synagogis faciẽt vos: sed [2] venit hora, vt [3] omnis qui [3] interficit vos, arbitretur,

1 Absque synagogis. Id est, alienos à synagoga, id est, synagogis suis interdicẽt vobis, excõmunicabunt vos.

2 Venit.) venturа est hora.

3 Interficit) interfecerit.

1 Afflictiones Euangelicarum.

tur [4] obsequium se præstare Deo. Et hæc facient vobis, quia non nouerũt Patrem, neque me: sed hęc loquutus sum vobis, vt quum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi: quia vobiscum eram: [5] & nunc vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis? [b] Sed quia hæc loquutus sum vobis, [6] tristitia impleuit cor vestrũ. Sed ego veritatẽ dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, [7] Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittã eum ad vos. [c] Et quum venerit ille, [8] arguet mundum de peccato, & [9] de iustitia, & de iudicio: de peccato quidẽ, quia non crediderunt in me: de iustitia verò, quia ad Patrẽ vado, & iam nõ videbitis me: de iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modò. [d] Quũ autem venerit ille Spiritus veritatis, [10] docebit vos omnẽ veritatem: non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque [11] audiet, loquetur, & quæ ventura sunt, annuntiabit vobis. Ille me [12] clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt.

4 Obsequiũ.) cultum se exhibere.

5 Et nũc.) Nũc autem.

b Tristitia.

6 Tristitia.) mœstitudo.

7 Paracletus.) consolator.

8 Arguet.) convincet.

9 De iustitia.) subaudi spretæ.

c Spiritus sanctus.

10 Docebit vos.) ducet vos in.

11 Audiet.) audierit.

d Spiritus sanctus deus.

12 Clarificabit.) glorificabit.

Prop

Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Modicum, & [13] iam nõ videbitis me: et iterũ modicũ, & videbitis me, quia vado ad Patrem. Dixerunt [14] ergo ex discipulis eius adinuicẽ, Quid est hoc, quod dicit nobis, Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem? Dicebãt ergo, [e] Quid est hoc, quod dicit, Modicum? nescimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus quia volebant eum interrogare: & dixit eis, De hoc quæritis inter vos quia dixi, Modicum, & non videbitis me: & iterum modicũ, & videbitis me. [f] Amen, amen dico vobis quia plorabitis, & [15] flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. [g] Mulier quum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: quum autẽ pepererit puerum, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Et in illo die me non interrogabitis quicquã. Amen, amen dico vobis, [h] [16] si quid petieritis Patrem in

13 Iam.) amplius.

14 Ergo.) autem.

e De ascensione sua ad Patrem post resurrectionẽ Christus loquitur Apostolis.

f Afflictiones in prædicando Euangelio.

15 Flebitis.) lamẽtabimini.

g Mulier patiens.

h Petendum in nomine Christi.

16 Si quid.) quæcunque.

mm nomi

nomine meo, dabit vobis. Vsque modò non petistis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Hæc in prouerbiis loquutus sum vobis: venit hora quum iam non in prouerbiis loquar vobis, sed palam de Patre meo annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrē de vobis: ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui. [i] Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli eius, Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullū dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi vt quis te interroget. In hoc credimus quòd à Deo existi. Respondit eis Iesus, Modò creditis? [17] Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisque [18] in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est. [k] Hæc loquutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. [l] In mundo [19] pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

Suprà 14. h. Mat. 7. 2. 21. c. Marc. 11. c. Luc. 11 b. Iacobi. 1. a.

i Ascensus ad Patrē Christus.

Matth. 26. d Marci 14. c

k Pax in Christo.

l Afflictiones.

17 Ecce venit.) instat tempus.

18 In propria.) id est, in sua, id est, in locū, in quo se tutum fore quisque existimabit.

19 Pressuram habebitis.) id est, ab hominibus affligemini.

Hæc

Hæc loquutus sum vobis. CAP. XVI.

HActenus consolatus est Christus Apostolos promissione Spiritus sancti: nunc ipsorum animos præparat aduersus ingruentes mundi, & crucis procellas, ne à veritate Euangelica desciscant. HAEC loquutus sum vobis: quasi dicat, nō excidat animis vestris verbum, quod vobis de consolatione sum loquutus, quia non est præsentius remedium contra scandala crucis, quàm ipsum verbum, quod promittit liberationem è cruce & afflictionibus.

Remedium aduersus scandalum crucis.

[VT non scandalizemini.] Cauete vllis periculis, vllisve machinis (quibus mundus vos oppugnabit) à professione veritatis terreri. Quemadmodum videtis mundum moliri in me ob professionem veritatis Paternæ: ita vos paratos esse oportet ad non absimilia perpetienda. Hæc ideò denuntiat Christus Apostolis euentura, ne putarent delicatam esse professionem Euāgelicam: ac ne tum animos desponderent, quum ista sibi præter expectationem accidissent. Nam quod non expectatur, & præter opinionem subitò irruit, magnos etiam plerunque animos turbat: quæ autē præuidemus mala, ad quæ obfirmauerimus animos antè, quàm eueniant, minùs offendunt. VT non scandalizemini, supple quum vobis veritatem professi bus mala euenerint: hoc est, ne doctrina mea, & persona mea sit vobis scandalo, siue vt ne cum iudicio rationis argumentemini, dicentes, Si hæc doctrina vera esset, nō haberet tot osores, & persequutores: si huius doctrinæ author esset Filius Dei, & Deo acceptus, nō impeteretur tot malis, & afflictionibus. Aduersus igitur hanc argumentationem, & scandalum, Christus suos præmuniens, dicit, Omnes, qui pie volent viuere, omnes, qui credent Euangelio, & verbum fide excipient, persequutionem patientur, proscribentur, excommunicabuntur, occidentur, ne posteà cum stultis loquentes dicant, Non putabam talia Euangelium professoribus obuentura. Quare maximopere cauendum ne carni adhærentes, ratiocinemur cum prudentia eius. Christus cruci affixus, mortuus est, ergo de CHRISTO actum est. Doctrina

Euāgelica professio non est delicata.

Rationis humanæ iudicia in rebus Spiritus, vanum.

Christi subijcitur afflictionibus, & à mundo contemnitur, ergo non est vera, ac certa Dei doctrina. Ad hæc, pij, & Euangelio credentes, persequutionibus obruuntur, ergo non sunt curæ Deo: & Deus illos pro derelictis habet. Euertendæ, & propulsandæ sunt huiusmodi rationes, & amplexandum verbum promissionis Christi, qui nouit suos à malis tempore opportuno eripere, cognoscendúsque est mundi genius, qui semper verbum veritatis persequitur, & omnibus malis afficit verbi prædicatores. Vt enim ante aduentum Christi persequutus est Prophetas, ita quum non adhuc veterem pellem exuerit vsque ad nouissimum electorum, pios omnes, & veritatis amatores persequetur. Obserua Christi philáthropiam, posteaquam confortauit discipulos suos, nunc admoneteos futuræ suæ passionis, vt æquo animo ferant. Is enim optimus amicus est, qui præmonet, & multo tolerabilius est malum, si eo se quisquam instruxerit. Aduersus hoc scandalum nisi Spiritu sancto, & præsidio verbi consolantis munirentur pij, statim desperationis laqueo irretirentur. Quare firmiter credendum est, etsi verbum Dei mundum vniuersum aduersarium habeat, tamen est doctrina Deo grata, virtus, & potentia Dei, nihil cum mundo commune habens. Ideo non mirandum est, si mundus verbum, & verbi prædicatores oderit.

Carnis argumentationes verbo promissionis soluuntur.

Mũdi innata vis persequendi pios.

Verbum Dei.

[ABSQVE Synagogis facient vos.] In genere aduersus crucis scandalum discipulos Dominus præmunierat, nunc in specie aperit quibus malis tentabuntur, & à mundo afficiẽtur, vt cruce assuefiant, & ad præsentem crucem minùs concutiantur. Vobis (inquit) Apostolis meis Euangelicam prædicationẽ auspicantibus, hoc in primis continget, Qui primas in concilijs habere videntur, & legis cognitionẽ se ad vnguem scire contendunt, Facient vos ablq; synagogis, id est, vos, vt impios, & execrabiles, submouebunt è Synagogis suis, excõmunicabunt vos, (quod apud istos est probrosissimum) interdicent vobis igni, & aqua, & proscribent vos, ac vestra bona. Iam enim, vt supra, cap. 9. scriptum est,) conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur ipsum esse Christum, extra Synagogam fieret. Adeóque valuit hoc edictum, vt scriptum sit suprà, cap. 12. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum:

Facere absque synagogis.

Excommunicatio apud Iudæos.

in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è Synagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei.

[SED venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.] Afflictionum, & crucis gradatione vti videtur. Magna est afflictio excommunicatio, bonorum proscriptio, & in exilium relegatio, sed his grauius, & molestius erit, quòd isti non contenti alienos à Synagogis vos fecisse, venietur ad carceres, deinde ad flagra, tandem res eò procedet, vt quisquis vos interfecerit, existimet se bene agere, & cultum, ac victimam immolare Deo. Idque facient, prætexentes suæ impietati, pietatis imaginem, ac verè pios, impietatis reos peragent. Hæc ita semper pijs contigerunt: nam trucidabantur Prophetæ, tanquam malorum authores, & accusabatur Christus, quòd Galilææ seditionis causa fuerit. Apostoli occidebantur, tanquam malefici, atque adeò per Italiam Christiani ad bestias condemnabantur, erátque vox familiaris vulgi, quoties Christianus compræhensus esset, Ad bestias, ad bestias, tolle sacrilegos tolle, vt author est Tertullianus, & testantur historiæ Ecclesiasticæ. Ex his vides, mundum persequi, & interficere pios, iniusta, sed secundum suam rationem, & iudicium, iustissima causa, & vt impios, & maleficos peperit. Cur ita? Mundus verè hypocrita, sibi prudens est, non vult videri quòd impiè agat, dum pios, & Euangelistas persequitur. Nam dicit se velle verbi Dei amatores fouere, id tantum abest, vt persequi velit. Non vult tamen ferre nescio quos rerum nouatores, sapientiæ, & prudẽtiæ humanæ contẽptores, pacis mundanæ disturbatores, quos nõ credit habere verbũ Dei, sed cõmentum ad tollendas omnes mũdi delicias, & honestates. Itaq; mundus pios, & pro iudicio maleficos, & impios persequitur, & occidit, putãs se gratissimam immolare Deo victimam. Obserua, Græcis legitur δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ θεῷ. id est, videatur cultum exhibere Deo, & sacrificiũ offerre. Nam impiorum occisio, victima Domini est. Esa. cap. 34. Victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom: Ieremiæ cap. 46. Victima enim Domini exercituum in terra Aquilonis iuxta flumen Euphratem. Iam quia pij pro

Gradatio afflictionum.

Impiorũ clamores aduersus pios.

Victima Domini impiorũ occasio.

iudicio mundi, iudicantur impij, ideo iudicantur à prudentibus seculi tanquam impijssimi & à Domino abiectissimi: videtur illorum occisio, victima Deo gratissima. Licet obsequium aliud sonare videatur, tamen apud Paulum (Rom. cap. 9.) pro cultu, siue religione ponitur. Venit hora, hoc est, instat tempus, supple à passione mea: tunc enim incipient vos persequi amatores seculi.

[ET hæc facient vobis, quia nō nouerunt Patrem, neque me.] Paulus (Rom. cap. 10.) docet Iudæos zelum quidem habuisse, sed non per cognitionem: sine discretione enim, & iudicio, ductabantur: quam non syncerè iudicabant, putantes Deum oblectari Mosaicæ literæ defensione: quòd Deus legis author esset. Vnde suo indiscreto zelo ducti, prædicatores Euangelij persequebantur, & interficiebant, nescientes, Deum Patrem offendi neglecto Filio, quem Deo Patri æqualem, ipsumque Deū esse ex miraculis, & prædicatione Christi non attendebāt. Vnde Christus hoc loco afflictionum, seu crucis (quā exercet mundus contra pios) causam impulsiuam adducit, quæ est ignorantia Patris & Filij: QVIA NON nouerunt Patrem, hoc est, Deum vt Patrem, quod est, ignorare mysterium Trinitatis. NEQVE ME, verum Deum, & verum hominem, quod est, ignorare mysterium incarnationis pro salute mundi, quam palàm Christus verbo, & opere docuit. Noluerunt cognoscere Patrem, neque me, id est, noluerunt per verbum, quod est Filius Dei, cognoscere Deum vt Deum. Suprà cap. 8. Si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. Et hæc facient vobis, id est, indubitatò persequutiones, & crux vobis obuenient, quia impij non habent notitiam Euangelij, & veri cultus Dei, nesciunt, & scire nolunt, personam, & doctrinam meam à Deo esse.

Implorum cæcitas.

[SED hæc loquutus sum vobis, vt quum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.] Præmonitionis conclusio est, qua reuocat Apostolos suos Christus ad verbum, præsentissimum in afflictionibus remedium: vt animos accipiant præsente persequutione contra crucis scandala. Video vos mœstos (inquit) propter hæc, quæ vos cōtra scandalū crucis præmonui, & propter meū hic ad Patrem discessum, nec mœror mœrori addendus

dus erat, sed operæpretium erat vos, de his præmoneri: non vt vigor vestræ mentis eneruetur, & ante, quàm pericula eueniant, formidetis: verùm vt quum venerit hora, id est, quū inciderint vobis hęc mala, fortiter, & infractis animis perferatis, & EORVM reminiscamini qa ego dixi vobis, hoc est, in afflictionibus veniat vobis in mentem, quòd hæc omnia prædixerim euentura. Horum meminisse, consolationi erit, quòd non est discipulus supra magistrum, neq; seruus maior domino suo, quòd exēplo meo, quòd ab impijs, quòd ab ignorantibus veritatem, quòd mea, Patrisq; mei causa patiamini. Existimate vos beatos quū in varias incideritis afflictiones. Matth. cap. 5. Beati estis, quum maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mētiētes propter me: sed hęc persequutio significabit vestra nomina scripta esse in cęlo. Hęc, quę loquor vobis molesta, prænūtio, vt quū euenisse illa videritis, credatis & de reliqs, qualia fuerint, siue iucūda, & lęta, siue tristia.

[HAEC autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscū eram.] Quanquàm scirem hæc omnia mala vos in hoc mundo propter Euangelium manere, ego tamen ab initio (quum vos mihi coniungerem) de his tibi, & oratione tam seria crucem vobis futuram non inculcaui, tum quia nondum erat tempus, (nec enim omnia cuiuis tempori conueniunt,) tum quòd me habebatis præsentem consolatorem. Mei enim corporis præsentia pro tempore vestram fouit imbecillitatem: quasi dicat, Sufficiebat præsentia mea ab omni tētatione vos eripere, totus persequutionis impetus in me solum vertebatur, vobis interim licebat lętè viuere. Non enim possunt sponsi amici lugere, quandiu cum ipsis sponsus est, securè viuentes, & omnem certaminis difficultatem reijcientes.

Corporis Christi præsentia discipulos defendebat.

[ET nunc vado ad eum, qui me misit.] Quò propiùs aduētabat tempus crucis, eò apertiùs de cruce Christus loquebatur. Quia, inquit Christus, nunc præscriptum tempus à Patre instat, & postulat vt à conspectibus vestris me subducam, necessarium fuit palàm vos præmonere, quid istis perpessuri, vt sensim assuescatis corporalis præsentiæ solatio carere, & (depositis viribus humanis) fiduciam in me sumatis, & magis, ac magis masculum

Christus discipulis animos addit aduersus pericula & crucis scandala.

robur accipiatis. Relinquende sunt nuces, cauete imitari puellos ab vberibus matrum pendentes: qui mox exanimati sunt, si ab vbere, aut gremio materno abfuerint. Exhibete vos viros, hactenus imbecillitati vestræ multa cõdonaui, & quod oportuit, feci, ac consului, egique pro tẽpore consolatorem. Nunc vero vado ad Patrem, qui me misit, abeo ad Patrem, nouum, & spirituale regnum auspicaturus. Nunc tempus postulat vt vobis multa differam de persequutione, ne si insperatò acciderit, oscitantes opprimat, ac ne existimetis me vobis imposuisse, &

Christo insiti

vana spe vos lactasse, prænuntiaui etiam molesta, quæ vobis euenient. Mihi ex animo, & fide adhærentes insiti eritis, sed velut iniusti opprimemini. Promisi vobis in media cruce gaudium meum, sed ecce tristitia vos impetet. Pollicitus sum vobis vitam æternam, sed velut impotentissimi, & abiectissimi probrosa morte afficiemini. Hæc nunc vobis prædico futura, vt apparetis animos vestros ad quamlibet dura fortiter perpetienda propter nomẽ meum. Hæc alta mente reponenda sunt, vt non offendamini, quum illa euenerint. Hæc vobis solatio esse debẽt, quando ita placitum est Patri: vt quemadmodum Filius

Crux via ad Patrem.

per crucem intrauit in suum regnum, ita oportet omnes pios & credentes, per multas, & varias tribulationes intrare cum Filio in gloriam Patris. Obserua: VADO, supple per crucem ad Patrem: quasi dicat, Crux est via ad Patrem. Item mœstum est audire Christum abire ad mortem: at consolatorium est audire hunc abitum esse salutẽ nostram. Rursus aduerte, finis crucis, est venire ad Patrẽ, & ad gloriam, quæ est apud Patrem.

[ET nemo ex vos interrogat me, quò vadis?] Hæc cũ admiratione pronuntiãtur: Quasi diceret, Quum antea toties me interrogaueritis, quò abiturus sim, qui fit vt nemo ex vobis nũc interroget me, quò vadis? Vnde interrogando consolationes haberetis, & acciperetis. Sed putauerim id fieri, q̃ sermo meus vos exanimauerit, quo vobis expressi vos interficiendos à mundo, tanquam rabidos canes, & insensatos, ac impios in Deum homines. Hoc vos discruciat, vt video, ac terret: vos, inquam, attonitos, & consternatos reddit. O egregios milites! antequam ad pugnam ventum sit, animos despondent, tantáque

tẽque animi angustia tenentur, vt prorsus obmutescant! Quid video, audiove? Si nuda verba tantum vos terruerint, quantum terrebunt certamina sensibiliter ob oculos posita? Si solo verbo tanta mœstitudine affecti estis, quid fiet quum tyrannos, minacia, & furibunda verba cum verborum executione in teterrimo carcere pronuntiãtes audieritis? Adeò res magna, & difficilis est cognoscere crucem esse viam ad gloriam, & in cruce posse admittere cõsolationes, vt verisimile sit, magnos illos Apostolos non intellexisse conciones Christi de cruce, & consolationibus contra scandala crucis: alioqui interrogassent Christum, quò abiret. Obserua verborum emphasim, ET NEMO ex vobis, quasi dicat, nemo vestrũm rogat quod de regno meo, & futura gloria prædico, nihil vos mouet, nihil de eo soliciti estis, nihil rogatis. Vnũ id considẽratis, quòd sum vos carne deserturus, mundus verò etiam vos persequuturus: vnde corda vestra mœrore opplentur, quæ contra consolationem acciperent, & erigerentur, si potiùs rogaretis quò abeo. hoc est, si rogaretis de gloria, atque potentia, quam ad Patrem abiens, accepturus sum, propter quam gauderetis, nihil omniũ tyrannorum machinas, & persequutiones veriti. Obserua, Christus secũdum humanitatem ibat ad Deum, apud quem ab æterno erat secundum diuinitatem.

Crucẽ esse viã ad glorĩ difficillimum cognitu.

[SED quia hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit corvestrũ.] Causam adducit cur discipuli tristitia, & mœstitudine affecti fuerint. SED QVIA hæc loquutus sum vobis, &c. id est, causa, propter quam tristamini, est sermo meus contra scandala crucis. Hæc tristitia indicat, Apostolos hæsisse regno Christi vt externo, gloriã Christi in hoc mundo expectasse, ac nõ verè intellexisse quale erat Christi regnum. Vnde putauerim Christum his verbis reprehendisse Apostolos dubitationis, & diffidentiæ: quòd tanta tristitia in Apostolis videatur dissidentiã de persona, & doctrina Christi subindicare. Nam si de persona, & doctrina Christi fuissent certi, & certò illi adhæsissent, proculdubiò tantam tristitiæ copiam, & plenitudinem nõ habuissent. Vnde spiritalem nondum interiùs habentes consolationem, quam per Spiritum Sanctum habituri erant, id quod exteriùs in Christo videbant,

Mœstitia in Apostolis de abitu Domini vnde.

bant,amittere metuebant.

[SED ego veritatē dico vobis.] Tametsi tristes, ignorantes,& dubitantes essent Apostoli,pro singulari tamē sua benignitate Christus illos non reijcit,sed pacificē ad meliora instruit: quos à cōsideratione discessus sui,ad cogitandam indicibilem fœlicitatem regni cælestis reuocat,dicens, SED EGO veritatem dico vobis, hoc est, dico vt res se habet cum regno,& gloria mea.

[EXPEDIT vobis vt ego vadam.] Ab vtilitate suæ crucis cōsolatur Christus suos Apostolos. Ne futuræ crucis,& afflictionum metu contabescatis,aut desperatione emoriamini,veritatem vobis aperiam: EXPEDIT VOBIS, hoc est,commodum vobis fuerit,si idonei esse velitis ad perpetiendas & vincendas persequutiones, vt ego vadam,& per mortem subductus ab oculis vestris, penetrem in regnū Patris mei spirituale, vt amor diuinitatis tenaciùs animis vestris hæreat, vt per hoc maiore desiderio illud suspiretis. Ego enim abiens, mundum cælo componam,& mundi huius vitam,cælesti commutabo.

Christi discessus ad Patrem mundum cælo coniungit.

[SI enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos:] Antithesis est, qua à contrario, Christi abeuntis per crucem,ostenduntur commoda & pericula. Necessarius est meus hinc recessus. Nisi enim submoto carnis meæ conspectu cœperitis esse spirituales, PARACLETVS, id est, consolator ille, qui vos fortes, & inuictos reddet. NON VENIET ad vos: Si quidem ego illi vos præparauero. Ille perficiet, quòd à nobis cœptum est in vobis. Non sic abiit Christus, vt plane non sit nobiscum, sed subduxit se ab oculis nostris, ad dexteram,& potestatem Patris: vt omnia adimpleat,& ampliùs,ac præsentiùs nobiscum sit, quàm si semper visibiliter ob oculos carnales esset positus. Nam ante suam resurrectionem, carne sua tantum paucis in Iudæa præsens fuerat vbi in altum conscendit, ita omnia impleuit, vt cum omnibus verè credentibus verè sit, & viuat. SI NON ABIERO, id est, nisi morte mea in regnum spirituale ingrediar, non reuelabitur vobis Spiritus consolator. Nam Christus multa ante resurrectionem de iustitia, vita, & regno est concionatus, quæ non sunt ab Apostolis iuxta spiritualem intelligentiam cognita, ante missionem, & acceptionem Spiritus

Necessarius ascensus Christi ad cælum. Paracletus.

Christus post ascessum ad Patrem, mundo præsentius adest.

tus Paracleti. NON veniet ad vos, id est, nūquàm verè intelligetis regnū meū. Obserua: Commoda abitus Christi per crucem sunt, aduentus regni Dei, missio Spiritus sancti, remissio peccatorū, iustitia, vita æterna,& omnia bona, quæ cognata sunt & Spiritui sancto, & regno Dei. Si rogaueritis, Cur si Iesus nō iuisset, Paracletus non venisset? Respondeo: Quia ita placitū est sanctæ Trinitati, vt nō duo essent cōsolatores, alter humana cōuersatione,& alter spirituali eleuatione: Non venerat huc Christus vt semper nobiscum carne ageret in terris, sed ideo formā serui accepit, vt nos eueheret in cælum,& ne rectore, ac consolatore destitueremur, misit suum Spiritum in corda nostra, vt vnum agnoscamus Patrem Deum, cuius filij sumus hoc abitu suo per crucem ad Patrem.

Ascessus Christi per crucē, fructus.

Quare spiritus nō venisset nisi Iesus ascendisset.

[SI AVTEM abiero, mittam eum ad vos.] Quia Spiritus sanctus glorificaturus erat CHRISTVM,& reuelaturus cùm personam, tum doctrinam eius per vniuersum orbem, non aduenit nisi Domino antè mortuo, & ita in gloriam Patris exaltato. Mittam, supple in die Pentecostes: aut verbo mittam, significatur processio Spiritus sancti à Filio, vt paulò ante diximus. Obserua: CHRISTVS mittit Spiritum sanctum, ergo Christus est Deus, ergo Spiritus à Patre & Filio simul procedit. Necessarius erat Spiritus sancti aduentus, vt illum habentes, liberè clamemus Abba Pater: & ad virtutem reducti, fortiores reddamur tam aduersus Satanam, quàm impios. Obserua: præsentia Spiritus transformantur ad nouam vitā omnes, in quibus habitat, 1. Reg. 10. Samuel ait ad Saulem, Et insiliet in te spiritus Domini, & conuerteris in aliū virū. & Paulus 2. Cor. ca. 3. Nos verò (inquit) omnes reuelata facie gloriā Domini speculātes, in eandē imaginē transformamur à claritate in claritatē, tanquā à Domini spiritu. Vides quia ad aliam, sicuti vult Spiritus, imaginem, nos reformat? Necessarius igitur fuit Domini recessus, vt imago illa spiritus, quam à nobis primus Adam abstulit, per secundum Adamum restitueretur. Quod & factum est recessu Christi ad Patrem.

Spiritus sancti aduentus necessarius.

Transformatio ad nouā vitā.

Spiritus non in alios vtros transformat.

[ET quū venerit ille.] Posteaquam Christus docuit adesse tempus sui reditus ad Patrem, & aduentus Spiritus sancti, atq; hoc modo discipulorum mœrorē leuisset:

breui

breuibus pergit aperire Spiritus sancti efficaciã. Et ne crederent ipsum à Christo omissum, otiosum esse, enumerat. & latiùs exponit officia eius. Spiritus (inquit) ille, quem ego mittam in corda vestra, non erit otiosus & inefficax: qui quum venerit, plus efficiet per vos, quàm ego nunc præsto. Non quòd non sit eadem potentia, sed ita placitum est Trinitati, partiri partes negotij in tempora, prout saluti generis humani expedit.

[ARGVET mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio.] Non mirum est, quòd mundus Christum non ferat, & pios persequatur. Nam missione Spiritus sancti reuelatur Euangelium, quo quæ mundo placent, & bona videntur, arguuntur, & reprehenduntur: mundus verò non vult argui, aut reprehendi. Hinc fit vt persequatur Euangelij prædicatores, & confessores. ARGVET, id est, siue interna inspiratione, siue externa prædicatione palàm conuincet, hoc enim sonat verbum ἐλέγξει. Arguet autem eum DE peccato, & de iustitia, & de iudicio, id est, de omni impietate, & iniustitia mundi. Tria hæc præcipua mundi enumerat vitia, pro omni impietate, & iniustitia mundi. Quod hoc loco tribuitur Spiritui sancto, tribuitur Euãgelio (per quod operatur Spiritus sanctus) ad Rom. cap. 1 Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatẽ Dei in iniustitia detinent. Obserua: Quia promittitur hoc loco Spiritus sanctus argutor, & reprehensor mundi propter infidelitatem, iniustitiã, & iudicium; sequitur, mundum in maligno totum esse confectum, qui nec fidem rectam, nec iustitiam veram, nec iudicium rectum aut habere, aut intelligere conuincitur. Proinde ego argui mundum, at Spiritus ille plenius, & euidentius idem efficiet: nam sic conuincet mundũ, vt nisi reluerit credens Euãgelio, nullus erit prorsus excusationi locus. Vt enim ex huius meæ carnis infirmitate offendiculum accipit, ita aliquid ex ea videtur suæ incredulitati prætexere. Viderunt quidem multi cultores melassum, esurientem, sitientem, humilem, contemptum, afflictum, & mox captum, cæsum, & morientẽ videbunt. At vbi omnia (quæ ad carnis dispensationem pertinent) cõsummata erunt, viderintque me rediuiuum, in cælos subleuatum,

Fides mundũ conuincit.

Spiritus argutor mundi.

Mũdus in maligno.

leuatum, missionem Spiritus sancti, & vos subitò in alios viros transformatos, hoc est, infractos, & intrepidos mei nominis præcones, nomine meo signa, & prodigia facta esse, dæmones virtute nominis mei expelli, obsessos liberari, claudos restitui, ægrotos sanari, mortuos reuiuiscere, & omnia, quæ de me in lege, & Prophetis scripta sunt, euenisse: proculdubiò nihil excusationis relinquetur impijs, & incredulis, qui inexcusabiliter triplici nomine tũ conuincentur, de peccato, de iustitia, & de iudicio. Hæc sunt tria obstacula, quibus impeditur mundus à regno Christi: adeoque reuelanda sunt illa, vt cognoscat mũdus: & per Spiritum sanctum reuelata, auferenda sunt.

[DE peccato quidem, quia non crediderunt in me.] Singulari antonomasia vnica incredulitas in Christum, vocatur peccatum, veluti fons, & origo omnium peccatorum. Rom. cap. 14. Quod non est ex fide, peccatum est. Et Hebræo. cap. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Vbicunque enim fuerit incredulitas, ibi est lerna malorum, & sentina peccatorũ, ibi sunt adulteria, ibi fornicationes, ibi ira, ibi inuidia, ibi homicidia, & quid non malorum? Quæ si extrinsecùs non apparent, manẽt tamen intrinsecùs in carne latentia, & iudicio Dei obnoxia. Hanc incredulitatem exponit, dicens, QVIA nõ crediderunt in me. Non vult mundus agnoscere hanc infidelitatem esse peccatum, quod tamen omnium maximum, & grauissimum est, propterea odit Christum, & Christi cultores: sed à Spiritu conuincetur. Nam quum mundus viderit oracula Prophetarum cum euentis consentire, quum expertus fuerit tot hominum millia profiteri nomen Christi, quum credentes Spiritu sancto repletos viderit, varijs linguis loquentes, miracula operãtes, à lege Mosaica ad Euangelium deficientes, morum & vitæ sanctimonia Deum Patrem colentes, terrena commoda contemnentes, & totos ad cælestia raptos, quid tum causari poterit mundus, quod suæ obstinatæ infidelitati prætexere possit? Si nihil eorum, quæ ad hominum salutem faciunt, Pater, qui misit Christum, omisit: si Christus missus omnia, quæ placita sunt Patri, fecit: si nihil omissum à spiritu sancto, quem Pater, & Filius miserunt, mundus viderit: si Apostoli (quibus vt organis suis vsus est Spi

Peccatũ antonomasicè dicitur mei dulitas. Incredulitas.

Apostoli organa spiritus.

est Spiritus sanctus) bene, & sanctè functionē suam compleuerint? Hæc quū viderit, & agnouerit mūdus, reuelatore Spiritu: quid superest, quàm quòd maneat cōuictus prædicatione reuelati Euangelij, & intelligat se totū in maligno positum, peccato pessimo obrutū, æternæ dānationi (propter infidelitatem) obnoxiū: & se incredulitatis suæ perire vitio? Atq; dū obstinati Iudæi viderint prophanas (quas dicunt) gentes, per simplicis aquæ tinctionē, & nominis Christi professionē ab omnibus peccatis ablui, & imagine Spiritus donari: manifestū erit ipsos Iudæos velle manere in suis sordibus, & peccatum peccato addere: vt verè de ipsis dicatur, Qui sordet, sordescat adhuc. Summa huius sententiæ est: Præcipuū reuelati Euāgelij munus est, vt doceat infidelitatē esse omniū malorū originem, & mūdū sub incredulitate cōclusum, ac propterea sub æternā damnationē. Vnde aduersus hanc infidelitatē Dominus terribiliter pronūtiauit, Qui autē nō credit, iam iudicatus est, quia nō credit in nomine Vnigeniti Filij Dei. Obserua: CREDERE in Christum, non est simpliciter credere quòd Deus sit, aut quòd cū Deo in cælis æqualiter dominetur: hoc enim & dæmones, & multi impij credūt: hæc fides historica est: nō est fides in Christū. Sed crędo in Christū, quando ipsum mihi propitium esse Deū ex animo volo, & firmiter apud me statuo, ac nihil addubito, ipsum peccata mea super se tulisse, méque Deo Patri reconciliasse litatione sui corporis, vt peccata mea eius sint, & iustitia eius, mea: vt abnegato vetere Adamo ipsi Christo totus sim consecratus, & fiat cōmissio, & permutatio quædam spiritualis, vt sim noua creatura in ipso Christo, qui inter me & Patrem, med iatorē agat. Hæc est illa viua fides, quæ verè iustificat, & omnia peccata absorbet, ac delet. Roma. cap. 8. Nihil ergo dānationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Quicquid ergo ex hac viua fide fit, totū bonū, purū, ac Deo gratū est. Vnde suprà cap. 6. rogantibus quid facerent vt operarētur opus Dei, respōdet Christus, Hoc est opus Dei, vt credatis in eū, quem misit ille.

Iudæorū conuictio.

Euāgelij reuelati officium.

Infidelitatis exitium.

Credere in Christum.

Viua fides.

Opus Dei.

[DE IVSTITIA verò, quia vado ad Patrem. Spiritus Sanctus arguet, id est, palàm conuincet mundum de iustitia. Totus mundus iustitiam inquisierat: alij sese

sese iustificatos voluerunt lege, alij philosophia, & humana ratione, alij suis & proprijs operibus, ac meritis, alij iustitia ciuili. Sed hanc iustitiam ipse Spiritus vt falsam & hypocriticam, per veram iustitiam arguet. Quæ est illa iustitia? Ea (inquit Christus) quòd vado ad Patrem. Et Paulus (Roma. capite 1.) respondet, Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege, & Prophetis. Iustitia autem Dei per fidem IESV Christi, in omnes, & super omnes, qui credunt in eum. Hęc iustitia est, IESVM ire ad Patrem, hoc est, Iesum suo discessu ad Patrem, siue morte sua, satisfacere pro peccato generis humani. Traditus est enim (ait Paulus Roma. capite 4.) propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Hanc satisfactionem (quæ est actus iustitiæ, imò iustitia) qui fide viua, & ex animo acceperit, hunc Christus vt iure iustificatum defendet. Non est ergo nobis iustitia, nisi per fidem viuam. Talia non intelliget mundus: vnde opus est aduentare Spiritum Sanctum, vt illum corripiat, & doceat veram iustitiam, & aperiat ipsum prorsus nudum esse iustitia. Hic transitus ad Patrem designat non solùm ipsius Christi mortem, & satisfactionem pro peccatis: sed & resurrectionem vitam nostram, quæ nobis dies, & noctes curæ esse debet, Ideo resurrexit à mortuis, & cælum conscendit, vt spirituale auspicaretur regnum, in quo nos gubernaret per iustitiam & veritatem. Pudefactus, & conuictus est mundus de iustitia, quando Spiritu reuelante vidit vim admirabilem ipsius Spiritus non contigisse ijs, qui ex lege, & suis Sabbatis, ac alijs cæremonijs iustitiam vindicant, sed his, qui professi sunt nomen CHRISTI. Qui fieri potest de iustitia mundus apud homines glorietur, quando reiecit eum, per quē vnū vera cōtingit iustitia? Mundi iniustitia palàm reprehensa est, quando eum, quē cruci affixerat, occiderat, & sepelierat, redituruū, & ad Patrem (à quo venerat) redijsse, ac apud illum viuere, intellexit: imò verè pudefit, & conuincitur, quum, velit, nolit, cognoscat ipsum iam inuisibilem, ac sublatum ab oculis hominum, maiora per verbi prædicatores Spiritu ipsius afflatos præstare, quàm præsens in terris præstiterit. Horū summa est: Iniustitiæ coarguuntur, qui

Iustitia hypocritica.

Iustitia vera.

Christi transitus ad Patrē, fructus.

Mūdus de iustitia quando conuictus.

Iniustitiæ arguti.

tur, qui alibi sibi iustitiæ, siue iustificationis spem posuerunt, quàm in Christum. Obserua: Christũ vadere ad Patrem, est Christum per mortem, & resurrectionem transire ad Patrem pro vera iustitia, & satisfactione peccatorũ generis humani. Vera enim iustitia, est mors, & resurrectio Christi, quæ tibi nihil profuerit, nisi credideris, & per fidem viuam illam compræhenderis, ac senseris.

Christũ vadere ad patrem.

Iustitia vera quæ & quibus prodest.

[ET iam non videbitis me.] AEternam suam apud Patrem conuersationem adducens, subinsinuat retributionem habitationis cælestis, hoc est, fructum ex illa iustitia, & satisfactione pro genere humano. ET iam, id est, posthac, NON videbitis me, scilicet in carne præsentem, vt vltetiùs hic in mundo agam, sicut hactenus egi. Vos tamen sentietis me viuum, ac potentem, & omnia præstantem, quæ sum vobis pollicitus. Locus hic venit intelligendus de ista visibili, atque passibili specie, qua nunc Christus erat. Postea verò quoties visus est, immortalis, & impassibilis apparuit, non quomodo iudicatus est, sed in ea forma, qua iudicaturus est viuos & mortuos.

Iudicium mũdi in rebus spiritalibus.

[DE iudicio autem.] Spiritus sanctus arguet mundum DE IVDICIO, id est, de corrupto intellectu, quem habet de regno Christi, & rebus omnibus ad illud regnũ pertinentibus, hoc est, q̃ nesciat quid rectum, quid æquũ sit. Vt enim arrogat sibi veram iustitiam (quam nullam habet, vt paulò antè docuimus) ita arrogat sibi veri rationis iudiciũ, verã sapientiã, & prudentiã, quũ tamen sapiẽtia eius sit stultitia, imò insania, propterea q̃ probat Satanæ doctrinam, & tyrannidi eius cedit, suo se gladio interimens. Verum iudicium, quod Spiritus per Euangelium reuelat, siue vera prudentia, & sapientia est, quòd quis cognoscat, & intelligat principem huius mũdi (hoc est, diabolum, qui est rex super omnes filios superbiæ, Iob cap. 41.) victum, & condemnatum esse, quòd quis depræhendat astus, technas, & dolos Satanæ: & quòd Satan, adeóque totum eius regnum, sint reprobanda. Iudicium, & sapientia mundi, intelligit viuam fidem esse scilicet historiam, aut promissionem dictis, & factis seruandam. Rursus sibi persuadet iustificationem, siue veram iustitiam esse, quæ proprijs meritis, & operibus paratur: regnum Christi esse carnale regnum, odio habendos esse inimi

Iudicium mũdi quale est.

Intellectus mũdi de regno Christi.

Iudiciũ verũ.

inimicos, non benefaciendum ijs, qui recompensare non possunt. Hunc intellectum, siue iudicium mũdi de regno Christi, & rebus ad ipsum pertinentibus, Spiritus Sãctus per Euangeliũ palãm conuincit esse corruptum, falsum, carnale, & prorsus contrariũ verò iudicio, & sapientiæ cælesti. Mundus probat opes, cõmendat gloriam, aspirat ad imperia: adhæc, peccatis cedit, rebus seculi obuolutus deliciatur, morti, & inferno se captiuum tradens: At Spiritus Sanctus per Euãgelium reuelat veram sapientiam, quòd quis intelligit opes, voluptates, gloriam, & imperia huius mundi, esse meram mendacia, vanitatẽ, & retia, ac laqueos, quibus captiuos sese morti, & inferno homines tradunt. Mũdus iudicat verã fidem esse corã Deo, quæ in dictis, & factis constantia est: at Spiritus Sanctus per Euangelium conuincens mundũ, reuelat verã fidem coram Deo esse, credere in Christũ. Mundus iudicat verã iustitiã, siue iustificationem esse, quæ operibus proprijs & multo sudore paratur. Accedit Spiritus Sãctus docens, & apertè mũdum conuincens de tali falso iudicio, veram esse corã Deo iustitiam, quæ fide in Christum & per meritum gratuitò contingit. Mundus iudicat regnum Christi carnale esse, & non aliter se habere atq; regnum ciuile. Accedit Spiritus sanctus reuelans regnum Christi spiritale esse, & longè aliter se habere atq; regnum ciuile. Mundus iudicat delicijs pascendam carnem, Spiritus crucifigendam cum vitijs & concupiscentijs declarat. Quos mundus odio habendos esse docet, Spiritus diligendos reuelat. In summa iudicium & genius Spiritus sancti prorsus aduersatur iudicio mundi: Spiritus iudicat quòd quicquid caro & ratio humana probat, coram Deo nullius põderis est: quicquid homini agnatum, nec nuper regeneratum, extinguendũ, occidendumque est, vt nemo de eo (quia carnale est) glorietur, eóve confidat: & quicquid mundus sapientiam dixerit, id pro insipientia, & stultitia coram Deo habeatur: & breuiter quicquid mũdus facit, inutile, cõdemnatumq; est, nisi à Domino Christo scaturiat, eiusq; cùm verbum, tum Spiritus existat. Omne enim quod à Christo & Spiritu eius non est, cæcum, & falsum est, quòd à sapientia non sit. Est igitur vetus Adam Spiritu CHRISTI reformandus.

Collatio iudiciorũ Spiritus & mundi.

Princeps mundi damnatus morte Christi.

[QVIA princeps huius mundi iam iudicatus est.] Damnatus est PRINCEPS huius mũdi, id est, diabolus, morte Christi, qua satisfaciens pro totius mũdi peccato, ademit diabolo omnem vim, & potentiam, imo tyrannidem, quam propter peccatum (quod eius est dominandi virtus) ademit, & ligauit illum per annos mille, & misit illum in abyssum, & clausit, & signauit super eum vt non seducat amplius gentes, Apocal. cap. 20. Si hoc solo iure quod peccauerit homo, dominũ in homines habuerit Satanas, nihil est quòd amplius queri possit, quando ablatũ est peccatum, & pro eo satisfecit Christus, appendens chirographum cruci. Damnatione, qua Christũ iniustè damnauit, & occidit Satanas, iustè damnatus, & iudicatus est. Nam morte Christi homines redempt, & à Satana liberati sunt. Nisi damnasset Christum Satanas, semper mundi princeps fuisset, semper mundo dominatus esset: sed volens extinguere mundi Saluatorem, extinctus est, & suo gladio vires, ac potentiam sibi ademit. Hæc non cognouit mundus, donec Spiritus Sanctus per Euangelium coarguens mundum de iudicio, reuelauit principẽ mundi victum, & damnatum esse, quando cognouit & vidit homines ab idololatria ad cultum veri Dei desiccre, hominesque suis orationibus, & inuocatione nominis Christi dæmones abijcere, à peccatis ad innocentiam vitæ, audito verbo Euangelij, resipiscere, à crassis Mosaicæ legis cæremonijs, ad Euangelicam pietatem se conferre, dæmonum, & simulacrorum cultus abijcere: nunc palàm apparuit princeps mundi conuictus, qui hactenus per peccatum exercuerat tyrannidem. Iam se suis ipsius armis, victum, eiectum, condemnatumque esse cognouit, vtvt mortẽ Christi prouocauerit, per quam homines ab eius tyrannide liberantur, peccata mundi tolluntur, innocentia conseruatur, libertas Euangelica donatur, & immortalitas conceditur. Tunc reuelante spiritu per Euangelium (quod ignominia videbatur) apparuit triumphus: & quod exitium putabatur, apparuit victoria. Quum enim solo crucis signo liberarẽtur corpora à dæmone obsessa, nónne palam visum est Satanam esse cõdemnatum? nónne & pro indubitato habendum est, illos quoque damnatos, damnandósve, qui damnatum illum, & victum sequi ma-

Satanæ imperium.

Satanas cõuictus.

Mortis Christi fructus.

qui maluerunt, quàm Christum vitæ, & innocentiæ authorem, & largitorem? Obserua: quum dicit principem mundi iudicatum, compræhendit sub hoc præcipuo effectu Euangelij, reliquos effectus, vt victoriam de peccato, de morte, de inferno, de damnatione, &c. quæ omnia per Christum expugnata esse non potest credere mundus, antequàm reueleret Spiritus Christi: quo reuelatore facilè conuincitur mundus, & vires Satanæ eneruantur. Necessarius igitur fuit Spiritus sancti aduentus ad discipulos, vt hoc confirmati & docti, arguerent, & miraculis conuincerent mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio. Eò enim solum tendit scopus prædicationis Apostolicæ, nimirum arguere, hoc est, ostendere mundum omni iustitia & cognitione veri nudum, & peccato exitiali esse oppressum: id quod nemo faciet, nisi Spiritu Paracleto reuelatore, & authore.

Prædicationis Euãgelicæ scopus.

[ADHVC multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modò.] Quum Dominus videret suos alcius adhuc carneo intellectui infixos esse, quàm vt multa ardua mysteria capere possent, distulit dicenda, & ea reuelatori Spiritui venturo reseruauit. Nam quando Apostoli à Spiritu in alios viros euaserunt, & reformati sunt, quando legales figuras illius patrocinio aspernati sunt, quando spiritualis cultus pulchritudinem illius auxilio, vmbris antepositam cognouerunt, tunc, tunc, inquam, mysterij de Christo vim omnem cognouerunt. QVAE multa dicenda, interpretandáve erant? Inter alia, putauerim, quòd conceptus esset de Spiritu sancto, & natus ex Maria Virgine, quòd descensurus erat ad inferos, quòd Patris è limbo ad cælos subuecturus erat, quòd lex antiquanda foret. Ignorabant Christi regnum spirituale esse, nesciebant spargendum esse Euangelium in gentes: latebat illos, crucem esse viam ad gloriam, & sapientiam huius mũdi esse veram stultitiam. Hæc quum non ad vnguem intelligerent, & nihil tale de his considerarent, postea à Spiritu docti illa cognouerunt. Hic locus nobis subindicat auditores verbi nunquàm ita fieri perfectos, quin semper adhuc opus habeat multis, de quibus ad sensum moueantur. Habet profectò Dei, & rerum spiritualium cognitio, suos gradus: vnde prædicatoribus petẽda est ratio quædam

Apostoli à Spiritu ducti.

Pij vtvt docti, semper promouẽt in Euãgelio.

Euangelij docendi gradus & ratio.

tractandi, instituendique infirmas conscientias, quibus
lac primùm præbendum est, donec habiles fiant ad cibos
solidiores. Hoc enim facere solet optimus quisq; præce-
ptor, qui pro captu discipulorum eos docet: huic subtilio-
ra, isti rudiora quædam præscribens. Quod se fecisse te-
statur Paulus, ad Hebr. cap. 5. De quo nobis (inquit) gran
dis sermo & ininterpretabilis ad dicendum, quoniam
imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim quum debe-
retis magistri esse propter tempus, rursum indigetis vt
vos doceamini quæ sunt elementa exordij sermonum
Dei, & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Et
1. Corinth. cap. 3. Fratres (inquit) non potui vobis loqui
quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruu-
lis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum
enim poteratis, sed neque nunc quidem potestis, adhuc
enim carnales estis. Ita & Christus multa reliquit magi-
sterio Spiritus sancti, vt hoc suo exemplo doceat prædi-
catores, ne omnia, quamlibet ardua, vno tempore do-
ceant, sed iuxta captum auditorum ad ædificationem au-
dientium, & emendationem vitæ illorum. Non commen
dantur prædicatores, qui auram populare venantes, trac-
tant de prædestinatione, & multis alijs mysterijs, quæ
simplices tantùm suspicientes, frequenter sibi desperatio
nis laqueum injiciunt, aut tantum mysterium respuunt,
contemnunt, & temere tractat. Refert Origenes Iudæos
non admisisse quempiam ad legenda Cantica canticorũ,
nisi quadragesimum suæ ætatis annum attigisset.

Prædicatoris partes.

Cantica ante quadragesimũ annum non le gebantur.

[QVVM autem venerit ille Spiritus veritatis.] Eã-
dem repetit de Spiritu, vt subinde illos adhuc infirmos
soletur. Vbi (inquit) ille Spiritus, iuxta meam promissio-
nem, venerit. Vocat illum SPIRITVM veritatis, id est,
suum, qui est Veritas. Non enim Spiritus sanctus est alie-
nus à substãtia Filij, sed ex ea naturaliter procedit, natura
omnino idẽ: in persona verò propria subsistens. Hic Spi-
ritus veritatis est doctor ad omnem veritatem, interpres
doctrinæ Christi, reuelator mysteriorum Christi, & cla-
rificator personæ Christi. Hic Spiritus suapte natura ve-
rax est: oportet enim illum veracem esse, qui homines ve
races esse facit. Obserua: quum Spiritus sanctus sit verax,
& nihil non verum doceat, nullam hypocrisim, nullas

Spiritus veritatis.

Spiritus sancti officia.

nugas, technas nullas, ad cultum regni Christi admitte-
re potest. Obserua: vocat SPIRITVM veritatis, ad dif-
ferẽtiam spirituum malignorum, mendacium, aëriorum,
tenebrarũ, & huiusmodi cum carne & mundo solatiũ ha
bentiũ. Rursus aduerte: verba QVVM autẽ venerit, &c. in
sinuãt paucos admodum ante solennem ipsius Spiritus
effusionem, afflatos fuisse, sed statim à die Pentecostes,
propter Christum glorificatũ, ille afflauit innumeros per
vniuersum orbem, & in vnũ corpus Christi coadunauit.

[DOCEBIT vos omnem veritatem.] Promittitur Spi-
ritus Sanctus doctor omnis veritatis Christianæ fidei.
DOCEBIT, id est, deducet vos ad omnem veritatem. Per
fecta enim mortis, resurrectionis, & ascensionis Christi
dispensatione, capaciores, & magis idonei erant Aposto-
li ad intelligenda etiam grauissima fidei mysteria: quæ
quoniam exactè nouit Spiritus ille, multáq; supermanse
rant adhuc reuelanda Ecclesiæ, omnem fidei veritatem
non ex parte, sed integrè reuelabit. Nam etsi ex parte in
hac vita cognoscimus (vt ait Paulus 1. Corinth. cap. 13.)
non manca tamen, sed integra veritas, in hac parua co-
gnitione nobis refulsit. Aut veritatem opponit vmbris, &
figuris, quarum veritatem cognouerũt discipuli recepto
Spiritu Sancto. Aut veritatem opponit mendacio, hypo-
crisi, & fictitio, quæ in regno antichristi dominãtur. Ob-
serua: Consolatorium est ex hoc loco cognoscere, & fide
audire quicquid hic promissum est Apostolis, promissum
esse toti Ecclesiæ, quòd Spiritus Sanctus omnem nos do-
cturus sit veritatem iuxta exigentiam temporis, & neces-
sitatis. Nam non vnoquoque tempore omnia reuela-
ta sunt. Sciebat Petrus die Pẽtecostes prædicare, varijs lin-
guis loqui, & coapostolos scripturis defendere: veritа-
tem tamen illam adhuc ignorabat, quòd & Gẽtes gra-
tiæ Christi participes essent: quod tamen aliquanto pòst
tempore Spiritus per vilum lintei, & omnis generis ani-
malium immundorum docuit, Act. cap. 10.

Spiritus Sanctus doctor omnis veritatis Christianæ.

Veritas.

Cõsolatio pio rum.

Non omnia Vno tempore reuelata à Spi ritu.

[NON enim loquetur à semetipso.] Occupatio est cũ
ætiologia. Ne putarent aliqui Spiritum illum (quòd do-
ceret quæ Christus apertè non docuerat) Christo maio-
rem esse, néve crederent ipsum Spiritum doctorem, pri-
uata docturum, aliena à doctrina Christi, ait, NON enim

loquetur à semetipso. Qui à semetipso non est, à semetipso non loquitur. Quinimo sicut Spiritus ille à Patre & Filio est, ita etiam quod loquitur, habet ab illis, vnde vera esse oportebit quæcunque dixerit. Quum ille loquitur, non aere moto ferit aures corporis, sed taciturnis, & arcanis flatibus loquitur, occulta vi mouens intima mentium. Obserua: non vere docet, qui à semetipso, & ex proprio loquitur, is mendax est. Vnde suprà, cap. 8. dicebat Dominus, In veritate non stetit, quia non est veritas in eo: quum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est. Hic locus docet Spiritum Sanctum nihil doctorum Christi) doctrinæ contrarium, nec alias leges feret: sed quum quasi mens Christi sit, ea, quæ Christi sunt, reuelabit.

Spiritū loqui nobis.

Mendax.

Quæ docuit spiritus.

[SED quæcunque audiet, loquetur.] Spiritus veritatis nō loquetur incerta: sed quemadmodū Filius nihil loquutus est quod non audierit apud Patrem suum, ita Spiritus nihil suggeret, nisi quod acceperit à Patre & Filio. Obserua quod hic dicitur AVDIRE Spiritum sanctum: nam Filius Dei verbum est æternum à Patre exiens, ipsum deinde verbū audit Spiritus sanctus, dum ab vtroque illo Spiritu spiratur. Ab æterno enim accepit à Patre & Filio scientiam, sicut & essentiam. AVDIET, videlicet per vnitatem substantiæ, & proprietatem scientiæ. Ab ipso audiet à quo procedit, quia non est à seipso, sed illo, à quo procedit. A quo est illi intelligentia, ab illo vtiq; est scientia: ab illo igitur audiētia: quòd nihil aliud quàm scientia, loquetur vi occulta, interpretando, atque clarius exponendo Christi doctrinam, cuius sensum, & intellectum verum reuelabit. Hæc re vera significant quòd Spiritus nihil docturus sit extra ea, quæ Christus docuit. Et quemadmodum Dominus ipse dicens de se. Quæcunque audiui à Patre meo loquor, non se vt discentem, & puerum introducit, sed quòd nihil vel sciat, vel doceat, quā quæ paterita & de spiritu dicendū est: neq; spiritus ille opus habet doctore, testante Paulo 1. Corinth. cap. 2. Quemadmodum nullus nouit quæ hominis sunt, nisi spiritus qui est in eo: ita & quæ Dei sunt, nullus nouit, nisi Spiritus Dei. Hic videmus quòd ipse Spiritus est sui ipsius doctor, qui suapte natura est omniscius. Obser-

Spiritum sanctum audire à Filio Verbo.

ua: Verbo AVDIET, vsus est. Quia quorū de quibus hic agitur) notitia habet, futura sunt. Aut quia æternitas includit omne tēpus, ideo Spūs sanctus, q ab æterno audit, dici potest audire, siue in præsenti, siue præterito, siue futuro.

[ET quæ ventura sunt annuntiabit vobis.] Ex his discere possumus Spiritus Sancti diuinitatem. Quasi dicat: Quia maxime Dei est futura cognoscere, id signum vobis erit, illum Spiritum ex mea esse substantia, quia futura (vt ego) vobis prædicet, id quod facere non posset, nisi in me esset: & qui ex me procedat eiusdem mecum substantiæ est. His verbis multū consolatur discipulos, quibus (sicut & cuiuis homini) nihil aliud ita desiderabile est, quàm futurorum cognitio. Tantum fructus vobis afferet Spiritus meus, vt & futurorum præscientiam (quæ maxima omnium videtur) daturus sit. Proinde quia aduersus tentationes vos instructos esse oportet, ille vos præparabit ad futura pericula, ne tanquam ignari, & nescij illis absque cautione irretiamini, & in illa incidatis. Quasi diceret: Quoties res postulabit, reuelabit vobis si quas machinatur mundus Euangelio molestias, vt sciatis vobis cauere, & alios præmonere, vt in postremis temporibus sibi caueant. Ad hunc modum no ster Euāgelista Ioannes suā ætate cognouit antichristos, quos sic suis ad viuū depinxit coloribus: similiter & Paulus, & Iudas Thaddæus, vt de illorum aduētu circa nouissima tēpora præmonētes, illo cognoscere, & cautē vitare possimus. Obserua. Nō dixit, Omnia quę vētura sunt, sed indefinitē, Quę vētura sunt. Omnia, ei nō impartitur pro ut vult. Humanæ præsumptionis esse videtur disputare quę futura annūtiabit, & quę nō. Annūtiabit profectō quę vsui Ecclesiæ esse viderit, & quoties reuelatio expedierit. Aut vere dici potest q vētura annūtiabit: etiam omnibus prijs & credētibus, quādo gaudia patriæ cælestis ad memoriam reuocat, & de illis spem inserit, quando nos à delectatione præsentium abstrahens, promissum in cælis regnum confirmat, & eius desiderio cor nostrum inflammat. Huc pertinet quod scribitur Iohelis cap. 2. Effundā de Spiritu meo super omnem carnem. &c.

Spiritus Sancti diuinitas.

Hæreticorum notæ.

[ILLE me clarificabit.] Quum Spiritus faciet expressam mysteri) Christi cognitionem in mente homi-

Christi claritas cano in cordibus nostris.

num charitatem in cordibus nostris diffundit,& æternæ patriæ amorẽ inspirat,obsignátq;,ac certificat conscientias hominũ de Christi beneficio erga homines, dicitur illustrare,& glorificare,cùm personam, tum doctrinam Christi. Et quemadmodũ Christus per mortem,ac resurrectionem suam illustrat gloriam Patris, imò quicquid ab eo geritur,proficit in gloriam Patris: ita Spiritus ille per Apostolos illustrat gloriam nominis Christi: & quicquid per ipsos gerit,in gloriã Christi proficit. Nam prædicatione, & miraculorum testimonijs (quæ nomine Christi sunt operati) declarata est gloriæ maiestas, & diuinitas IPSIVS Christi. Hoc vt facerent Apostoli, Spiritus animos illis addidit,audacia prædicationis ipsos illuminauit,& virtutem edendi miracula dedit. Vnde per totum orbem glorificatus est Christus non in sua essentia,sed quia nomẽ Christi per vniuersum orbem creuit, & à mundo Christus cognitus est summa gloria dignus. In maximam enim nominis Christi gloriam cessit,quãdo Apostoli in vniuerso orbe terrarum nuntiauerunt Euangelium,& victoriam Christi gloriosam super mundum,peccatum,crucem,mortem,Satanam,& infernum. Huc pertinet quod Marci cap. vltimo scribitur. In nomine meo dæmonia ejcient, linguis loquentur nouis, &c. Illi autem profecti,prædicauerunt vbique, Domino cooperante,& sermonem confirmante,sequentibus signis.

Christus per orbem glorificatus.

[QVIA de meo accipiet, & annuntiabit vobis.]

Christus rationem reddit, cur suus Spiritus sit illam clarificaturus. Hoc verbum VTVT minimum videatur, est tamen veluti summa,& caput fidei nostræ de sancta Trinitate,quòd ibi tres sint personæ in vna essentia: tertia enim in diuinis persona est Spiritus Sanctus. Vnde cognoscitur Spiritus Sanctus esse persona? Quia de Filio accepit. Sed quid accepit? Respondeo: diuinitatem, diuinam hãc,quam habet,essentiam ex illa æterna processione: qua dum processit, à Patre, & Filio diuinitatem accepit. Vnde re vera ipse est tertia persona in diuinis æqualis modis omnibus Deo Patri, & Filio. Et quia Spiritus consubstantialis est Filio (ait Cyrillus) procedit-

Spiritus Sanctus per se subsistit.

que per eum,omnẽ eius habens virtutem: ideo ait QVIA de meo accipiet. Subsistere namque per se Spiritum credimus,

dimus,id est,qui essentiam à Patre & Filio accipit. Facessant hinc,qui dicunt Spiritum à solo Patre procedere, aut audiant Filium dicentem DE meo accipiet: & confiteantur sicut est in Symbolo,Qui à Patre Filióque procedit. Spiritus clarificabit Christum,quia de essentia Christi accepit. Et clarificabit ipsum,quando annũtiabit Apostolis omnia, & eosdem illuminaturus est in omni necessaria eis veritate,sicut ille dixit suprà cap. 14. Paracletus Spiritus Sanctus,quem mittet Pater in nomine meo, docebit vos omnia,& suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Obserua. Verbum ACCIPIET, non eo modo est vsurpandum, quo & quum de creaturis loquimur. In creaturis aliud est accipiens,& aliud acceptum: & accipiens,eo,quod accipit,priùs carebat. At non sic est in diuinis, quum personæ diuinæ simplices sint, nec in eis sit aliud & aliud,imò à quocũque accipit Spiritus Sanctus,accipit totam substantiam illius: non quod is,à quo substantiã accipit, perdat,aut deserat illam: sed quod illã accipienti totam & eandem infundat,& communicet: & quod accipit,nunquàm eo caruit. Vnde quemadmodum Filius ab æterno est, habens quod accipit à Patre: ita & Spiritus Sanctus ab æterno habet quod à Patre & Filio procedens,accipit. Rursus obserua, Vox MEO, non accipitur passiuè,eo modo,quo dicitur Ager est meus: sed essentialiter,qua acceptione dicitur,Anima est mea,& Natura est mea. Ad hùc modũ hîc dictũ est à Domino, DE meo accipiet,de essentia mea,de sapiẽtia mea,de sciẽtia mea. Itẽ particula DE,nõ designat participationẽ,sed consubstantialitatem: quia totum accipit quod Filius habet: vt quemadmodum Filius dicitur de substantia Patris,quia accipit totam substantiam Patris: ita & Spiritus Sanctus est de substantia Filij,quia accipit totam substantiã eius. Omnia quę Dei sunt,in seipso Spiritus naturaliter habet, ait Cyrillus: non enim participatione, aut habitudine, nec vt alius à substantia Dei: sed quemadmodum floris odor qualitatẽ eius naturalem olfactui offert,ita de Deo, & de Spiritu Sancto intelliges, sublimiùs vim exempli accipiens. Nihil igitur detrahitur Spiritui, quum à Filio accipere creditur. Proinde quemadmodum Filius generatur ab essentia Patris, vt principio, quo Pater generat

Spiritus à Patre & Filio.

Accipere, verbum quum de personis Trinitatis loquimur.

Meus, pronomen quum de personis Trinitatis loquitur.

De, particula. Esse de substantia Patris vel Filij.

Filiũ,(quã quã essentiã Filius per generationem accipit:) ita Spiritus producitur ab essentia Patris & Filij, vt principio, quo Pater, & Filius producunt Spiritũ sanctum ita Spiritus Sanctus in hoc, quod producitur, accipit eandem Patris & Filij essentiam, sapientiam, scientiam, potentiam, & reliqua omnia absoluta. Et aduerte: quum dicitur, Filius est de Patre, id est, de substantia Patris, & Spiritus Sanctus de Patre & Filio, id est, de substantia Patris & filij. Propterea dixit, accipiet DE MEO id est, de mea substantia: non enim filiationem accipit.

Esse de.

[OMNIA, quæcunque habet Pater, mea sunt.] Causam expandit CHRISTVS cur dixerit, Ille de meo accipiet. Nolite (inquit) mirari quòd dixerim vobis, De meo accipiet: nam in quibus nulla differentia est, sed substantiæ identitas, in illis omnia eadem sunt natura. At quum à Patre Filius nihil penitus differat, præterquam quòd pater non est: atque quum in vtroque eadem substantia, eodem modo perfulgeat, non solùm communia, verumetiam in vtrisque eadem erunt: vt quæcunque in Patre sunt, eadem quoque in filio sint: & quæcunque in Filio, in Patre quoque similiter sint. Ergo quum quæcunque sunt Patris, mea sint, & quæ mea sunt, sint Patris, & ille de Patris substantia acceperit: non puteris absurdum esse quòd dixerim, Quia ille de meo accipiet: propterea quòd tam meus quàm Patris est. A Patre haud dubiè proficiscuntur omnia, sed nihil est Patris, quod idem non sit CHRISTI: nec quicquam est Patris, aut Filij, quod Spiritui non sit commune. His omnibus probat CHRISTVS, quòd Spiritus Sanctus accipit de suo, propter vnitatem & consubstantialitatem Patris & Filij. Responsabit quispiam, Si omnia quæcunque habet Pater, similiter habet & Filius, sequitur quòd quum Pater habeat paternitatẽ, similiter & Filius habeat paternitatem. Respondeo. Habere paternitatem, non dicit aliquam perfectionem aliam à perfectione Filij: Ideo concedendum est, quòd quicquid habet Pater, habet Filius: non tamen habet Filius eo ordine, quo Pater habet: nam Filius habet sicut ab alio accipiens, Pater verò sicut alij dans. Vnde non est distinctio in eo, quod habetur, sed in ordine habẽdi: hoc est, distinctio personalis & relationis non

Patris & Filij omnia esse cõmunia probatur.

Regula.

Distinctio Patris & Filij.

non autem essentialis & substantialis. Beatus Thomas in hunc locum scribens, quærit an relatio in diuinis sit aliquid realiter. Respondet: Relatio in diuinis considerari potest vno modo (inquit) per comparationem ad essentiam, seu personam patris: & sic relatio Patris non est alia res, quàm essentia, seu persona Patris. Alio modo consideratur per comparationem ad oppositam relationem, puta ad filiationem: & sic paternitas est relatio realis: quia secundum hoc importat ordinem naturæ, quum Pater dat Filio per æternam generationẽ: qui quidem ordo est in Deo secundũ rei veritatem. Sic ergo si paternitas comparetur ad essentiam Patris, omnia, quæcunque habet Pater, habet Filius: quia paternitas nõ est alia res ab essentia Patris, sed nõ eo ordine habet. Hactenus ille. Vnde sicut quidam subtiliter annotauit in hunc locum, & ita in theologia specularia exercitati, constanter fatentur, non vere dicitur quòd Filius, aut Spiritus Sanctus producitur de essentia, aut sapientia diuina (hoc enim ad quaternitatem Abbatis Ioachim damnatã spectaret) sed catholicè & verè dicitur, quòd nascitur Filius de essentia Patris, & producitur Spiritus Sanctus de essentia Patris & Filij: quod significantissimè hoc loco expresit Christus per pronomen, MEO, quo significauit essentiam, sapientiã, scientiam, & huiusmodi, non absolutè, sed vt est personæ, hoc est in comparatione ad personam. Obserua: Commendat hic locus potentiam Christi, qui cum Patre omnia habet communia.

Relatio an sit aliquid in diuinis.

[PROPTEREA dixi, Quia de meo accipiet.] Concludit quòd Spiritus Sanctus accipiat à Filio. Necessarium est quòd si omnia, quæ habet Pater, sunt Filij, & Filius est consubstantialis Patri: quòd Spiritus Sanctus accipiat à Filio, sicut accipit à Patre. Syllogismus: Omnia, quæ habet Pater, sunt etiã Filij: Pater hoc habet q̃ est principiũ Spiritus Sãcti: ergo Filius habet q̃ sit principiũ Spiritus Sãcti. Filius habet q̃ sit principiũ Spiritus Sancti: ergo verũ est quod ait Filius, Ille Spiritus veritatis de meo accipiet. Ex his colligam°: Pater Filius in oĩbus sunt, vnũ vbi nõ obstat relatiua oppositio inter Patrẽ & Filiũ, imò in superbenedicta illa Trinitate diuina, omnia sunt vnũ, excepta sola distinctione penes oppositionẽ relatiuã Patris,

tris,& Filij,& Spiritus Sancti. Hæc qui volet diffusiùs audire,legat in primis Didymum, Hilarium, Augustinum in libris de Trinitate,& doctores scholasticos.

[ET annuntiabit vobis.] Quasi dicat: Quemadmodum Pater (à quo omnia accepi) per me est vobis loquutus,ita & ego per illum(qui de meo accepit) loquar vobis. Non alienam à mea doctrina vobis annũtiabit, quia & Patris,& Filij,& Spiritus Sancti vna est doctrina,scientia,& eruditio. Et sicut secundum id quod à Patre accepi, vobis annuntiaui, ita secũdum quod de meo accepit Spiritus Sanctus,vobis annuntiabit: hunc itaque audite. Nam qui mihi credit,credit Patri: qui Spiritui credit,credit vtrique nostrũm, hoc est & mihi Filio, & Patri. Hæc omnia sint vobis solatio, & hisce rebus confirmati aduersus imminentem rempestatem, masculum,fortémq; animum sumite, in afflictionibus durate, & vosmet rebus seruate secundis. Si vos conseruaueritis,fœliciora,& secundiora (quæ vos manent) sequentur.

Spiritus eadẽ quæ filius docet.

[MODICVM,& iam non videbitis me.] Posteaquam aperuit Christus Spiritum Sanctũ reuelaturum suæ Ecclesiæ,quæ necessaria forent,nunc ænigmatica oratione (ne ũ aperte de sui præceptoris morte audirẽt discipuli exanimarentur) suæ passionis mentionem facit. MODICVM,id est,breue tẽpus est,ET iam non videbitis me,id est,orbabimini cõspectu meo. Quasi diceret,futurum est breui vt tollar à vobis per mortem: propter quam ad modicum tempus habebitis tristitiam. Obserua hic vocalem MODICVM, cuius emphasis subindicat crucẽ Christi asserre mœrorem, sed qui diu non duret. Nam pij ad modicum non vident Christum, quãdo ad pusillum, & breue tempus videtur Christus ipsis subtrahere suas consolationes,& præsidia sua ex verbo,sicut triduo suæ passionis apertam ex verbo consolationem,& suaue sui oris colloquium Apostolis subtraxit.

Modicum.

[ET iterum modicum,& videbitis me.] Ne animos desponderent Apostoli,sermonem de cruce, & passione audientes,illos consolatur Dominus. Non durabit mœror vester: nam post exiguum temporis spatium, animorum tertia die, rursus reddar oculis vestris, vt paulatim assuescatis huius corporis conspectu carere,qui vobis inutilis

vtilis erit,nisi in cælũ subducatur. Obserua: ET iterũ modicum,& videbitis me: verbum est consolatorium, quo promittit pijs in cruce cõsolationem. Quasi diceret, Vos in cruce,meum præsidium, auxilium, & fauorem experiemini: & quemadmodũ vobis triste, & mœstum erit, dum pusillo tempore affligemini,& in cruce eritis, non videre me: ita vobis in cruce existentibus, gaudium erit iterum videre me consolantem vos: ego enim morte mea non pereo,sed transeo ad Patrem,qui vos iuuabit,& potens est id præstare.

Piorum cõsolatio.

[QVIA vado ad Patrem.] Vtriusque præcedentis sententiæ rationem adducit. Hoc enim VADERE ad Patrẽ, includit & mortẽ Christi,simul & resurrectionẽ. QVIA vado ad Patrem,hoc est,quia morior, & per crucem vado: modicum,seu breue adhuc tẽpus est, & non videbitis me hoc triduo: & iterum,quia vado ad Patrem,resurgẽs, modicum,id est,pusillum tẽpus,videbitis me,id est, conspicuus vobis ero, & apparebo vsq; ad diem ascensionis meæ ad Patrem, vt expleta dispensatione assumptæ mortalitatis cum resurrectionis triumpho ad patrem reuertar, vobis maiora largiturus, vbi conspicuus esse desiero. Secundum hominem vadit ad patrem. O immensam Dei bonitatẽ! non fortuna, aut casu Filius Dei homo factus est,sed inenarrabili misericordia,& charitate formã serui accepit,& hominem induit,vt ex homine Deum faceret, eséque Deus homo, & homo Deus. Ex homine nasci voluit,& verbum caro factum est,vt homo ex Deo nasceretur. Itaque huiusmodi fuit eius transitus ad Patrem,vt vadens ad Patrem,subduceat & hominem ad Patrem. Quare, AD Patrem vadere,est hominem ad dexteram Dei traducere,adeòque per crucem,& mortẽ,ex homine Deum facere. Vadit igitur Christus ad Patrem, vt ad nos redeat,& consoletur, iuuet,& dominos Satanæ faciat: sui reditus definitum tempus tacuit. Non enim quãto tempore ibi manebit, aut quando rursus descẽdet, significauit. Cur ita? Non est nostrũ cognoscere tẽpora, vel momẽta, quæ Pater in sua posuit potestate. Act. cap. 1. Obserua: quum Dominus suo abitu hoc hominibus dederit, vt credentes in Christum,ex Deo nascantur,& Domini fiant Satanæ, non autem vt otientur: danda est opera vt

Filius voluit homó fieri, vt homo ex Deo nasceretur.

Vadere ad Patrem.

Ascensionis Christi fructꝰ.

Carnis expurgatæ figura.

ra vt per peccatum Satanas nõ regnet in nobis, sed tosi adhæreamus Christo, reliquias carnis expurgantes. Huius purgationis modus in ceremonijs veteris legis adumbratus est: nam sursum erigebantur oblationes, & hinc inde motabantur, è qua ratione dicebantur Tnupha & Truma, deinde mandabãtur igni. Similiter quum nos in Christo oblato sursum erigamur, ac moueamur, quid superest nisi vt igni charitatis expurgemur, & quod reliquum est veteris Adami igni mandemus, & cõburamur?

[DIXERVNT ergo ex discipulis eius adinuicem, Quid est quod dicit nobis, Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: & quia vado ad Patrẽ? dicebãt ergo, Quid est hoc quod nobis dicit Modicũ? nescimus quid loquitur.] Hic locus expãdit quàm ignara & surda sit caro ad prædicationẽ crucis, quam tories à Christo prædicatã etiam Apostoli nõ intelligãt. Nã quot de cruce conciones præsentibus Apostolis Christus habuit? quoties ipsorũ auribus inculcauit quòd abire vellit ad Patrẽ, nouum regnũ auspicaturus? quoties suæ passionis meminit? nondũ tamẽ inter Apostolos est (adeò cæca in verbo Dei, citra spiritũ, natura nostra) qui intelligat crucem esse viã, qua eatur ad Patrẽ, & per quam Pater velit glorificari. Putabãt discipuli regnũ Christi carnale esse, quorũ animos tãtus mœror per id tẽporis occupabat, vt toties iterata nec intelligerẽt, nec meminissent, aut propter ænigmaticã loquutionẽ euenit, vt verborum sensum nõ agnoscerent. Vnde non intelligentes, mussitabant inter sese, Quid sibi vult hic sermo, Modicũ, & non videbitis mẽ, &c. Quomodo videbimus, qui se subducit ad Patrẽ? Aut quid sibi vult hoc breue, quo sui copiã vidẽdi nobis adimet, rursum aliud pusillum tempus, quo sui videndi nobis copiam faciet? Quid dicat, nescimus. Verissimè dicebant se non intelligere verba Christi de cruce, quum infirmi adhuc, & nec tanti mysterij capaces, & idonei essent, donec Spiritu illo ductore donarentur, quæ die Pentecostes acceperunt. Sua profectò ratione humana, & carnali persuasione ducti decipiebantur, putantes regnum Christi temporale esse. Proinde hic locus apertè docet nos naturã fugere, & abhorrere à cruce. Item quòd in rebus regni Christi, citra Spiritum Christi nihil

Carnis excitas in rebus Euangelij.

Apostolorum opinio de regno Christi ante receptum Spiritum.

agnoscamus.

agnoscamus. Rursus, Nos naturã ignoramus crucem esse viam ad gloriam: vnde naturã quærimus aliã viam ad gloriam quàm crucem: nimirum mollibus vestiri, carnem curare, & molliter dormire. Item nos natura volumus glorificari sine cruce, & mortificatione. Summa horum est: Nos nihil aliud sumus, quàm caro, citra Spiritum Christi: quo afflati, spirituales sumus, cognoscentes quæ pertinent ad regnum Christi, & quæ ad nostram salutem faciunt.

[COGNOVIT autem Iesus quia volebant eum interrogare.] Hæc est singularis quædam IESV Christi benignitas, qua tardos & stupidos ad intelligendum non reijcit, nec duriter ipsos tractat, sed mansuetudine multa erudiens, interrogationem eorum opportunè præuenit, ostenditque se vt Deum, cognoscere hominum corda: id enim proprium Deo est, iuxta illud Iob cap. 12. Scio Domine, quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Quis istẽ, qui cælat consilium absque scientia? Dominus ad Samuelem, 1. Reg. cap. 16. ait, Deus intuetur cor. COGNOVIT, supple virtute diuinitatis suæ, quod haberent in animo percontari se, quid sibi vellet quod dixisset.

Christus etiam corda scrutatur.

[ET DIXIT EIS.] Tanta est Christi philanthropia, tanta cura, qua suos fouet, vt etiam ignorantes, ac infirmos excipiat, & sua responsione ipsos præuenientes priusquàm interrogent, ad verum intellectum instruat.

[DE HOC quæritis inter vos quia dixi, Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me.] Soliciti estis, & hoc conturbat animos vestros, quòd dixerim ad pusillum tempus subducendum vobis mei conspectum: rursus quòd breui tẽpore reddar vobis conspicuus, quòd hoc fit in rem vestram, sitque necessarium non manere perpetuò apud vos, quemadmodum nunc maneo, & vobiscum versor.

[AMEN, amen dico vobis.] In re seria, & necessaria iuramento Christus vtitur, confirmans non esse aliam viam ad gloriam, quàm crucem: Amen, amen, certissimum, ac verissimum est quod dixi.

[QVIA PLORABITIS, & flebitis vos, mundus autem gaudebit.] Seipsum interpretatur CHRISTVS, & apertiùs declarat verba illa Modicum, & non

videbit

videbitis me. Quando videbitis me à Iudæis captum, cæ
Tristitiæ Apostolorũ prædictio. sum, & crucifixum, & videbor aliquandiu vobis abscon-
sus, & morti turpissimæ traditus, vos plorabitis, & flebi-
tis, vt si fieri posset, præ dolore contabesceretis, & lacry-
mis conficeremini, desponden tes animum, velut omni
præsidio destituti: MVNDVS autem gaudebit. Permit-
tam enim aduersatijs meis vt irrideant me, quos audie-
ris in me impune horrendas iactare blasphemias, dicen-
tes, Vah qui destruis templum Dei, & triduo reædificas il-
lud. Si filius Dei est, descendat nũc de cruce. Alios saluos
fecit, seipsum saluum facere non potest. Condemnabunt
Epinicium. doctrinam meam, & epinicium, siue ignes gaudij, vt di-
cunt, ac triumphum, tanquam victores de me, agent: tra-
dent me morti, & sepulturæ, vt videatur de me actũ esse.
Tunc gaudebũt, & se vicisse gloriabũtur, dicentes me ex-
tremè abiectum, & in æternum damnatum: vos interim
plorabitis, & lamentabimini propter crucem, & mor-
tem meam.

[VOS autem contristabimini.] Quasi dicat: Non so-
lùm lacrymis offundemini, verumetiam serio tristitia
afficiemini, dum illi gestiẽt, & exultabunt: sed breui com
mutabuntur rerum vices: Nam tristitia, &c.

[SED tristitia vestra vertetur in gaudium.] Consola-
tur illos Christus à liberatione è cruce. Quemadmodum
post tenebras lux aduenit, & post noctem, dies: ita & post
piorum afflictiones, sequuntur liberatio, & gaudium.
Christus suos consolatur. Quasi dicat Christus. Vt mea mors vos discruciabit, & lu
dæos hostes gaudio afficiet: ita mea reapparitio, siue re-
surrectio, vos multo afficiet gaudio, & Iudæos confun-
dabit. Quare quum modico tempore mœrorem passuri
sitis, fortiter tolerate mœrorem: spe gaudij mox sequentu-
ri. Breui enim durabit impiorum gloriatio, & vos copio-
sam accipietis mercedem. Psalmo 125. Qui seminant in
lacrymis, in exultatione metẽt. Hoc ad omnes in vniuer-
sum, qui pie in Christo viuere volunt, dici potest: nam
pijs in cruce existentibus frequenter videtur Christus aut
perijsse, aut prorsus recessisse, siquando viderint extremè
se abiectos, & afflictos, ac nihil solatij sentire, videant au
Pietũ in afflictionibus consolatio. tem hostes exultare, & triumphum agere. Magna est hæc
afflictio, adeò vt nihil animi, nihil spei afflicto esse videa
tur.

tur. Tanta est hæc derelictio, vt Prophetæ clament (Abac.
cap. 1.) Quare respicis contemptores, & taces, concultante
impio iustiorem se? & factum est iudiciũ, & contradictio
portior? Propter hoc lacerata est lex, & nõ peruenit vsq;
ad finem iudicium: quia impius prævalet aduersus iustũ.
Ierem. cap. 12. Quare via impiorũ prosperatur? Bene est
omnibus, qui prævaricãtur, & inique agũt. Psal. 72. Zelaui
super iniquos, pacem peccatorũ, videns quia nõ est respe-
ctus morti eorum, & firmamentũ in plaga eorũ. Vide resi
duum Psalmi. Prudenti cõsilio factum est, quòd Dominus
permiserit se occidi, & citra patris aliquam curam videri,
ac pro derelicto haberi, adeò vt clamauerit, Deus Deus
meus, vt quid dereliquisti me qui tamẽ mox victor resur-
rexit. Ad hunc modũ Dominus videtur pium & in se con
fidentẽ dereliquisse, nec curã illius habere, quẽ tamen in
media morte positum, vt Ioseph in carcere ab vxore Pha-
raonis, & in lacũ à fratribus coniectũ: populũ item Israe-
liticũ, mari, montibus, & Pharaonis exercitu obsessum,
omniq; humano destitutũ præsidio, eripiet & liberabit.
Permittit quidem impios & tyrãnos frequẽter triumpha
re, & in altum eleuari, sed, vt profundiùs deijciantur.
Aliquando à pio credere videtur: nõ vt prorsus ab eo ab-
scedat, sed vt maiori auxilio post breuẽ afflictionẽ sese re
leuet, vt legitur Esa. cap. 54. Dixit Deus tuus. Ad pũctum
in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis con
gregabo te. in momento indignationis abscondi faciem
meam parũper à te, & in misericordia sempiterna miser-
tus sum tui. Similiter & hoc loco Dominus ait, Sed tristi-
tia vestra vertetur in gaudium: risus ipsorum in æternũ
luctum: mors vestra in vitam æternam: vita ipsorum in
mortem æternam. Omnia vestra in melius fructificabũt:
vos hinc à corruptione ad incorruptionem: à temporali
vita, ad æternam: à mortalitate, ad immortalitatem: à la
bore, cruce, & afflictionibus, ad quietem perpetuam: à
luctu, ad gaudium sempiternũ: ab hominibus, ad Deum: à
terra, ad cælum: à mundo immundo & maledicto, ad puri
tatem & benedictionem: à rebus caducis, ad cælestes & pe
rennes subducemini, & in me transformabimini toti spi
rituales & reformati ad mei imaginem, videntes per me
& in me gloriam Patris sicuti est. Impiorum, & aduersa-
Christus cur vilus in cruce derelictus.
Pijs ad quid videntur derelicti.

riorum risus, initium erit dolorum, & gehennæ perpetuæ, in quam seipsos præcipites sua malitia deijciũt. Colligamus ex his, dum Christus à pio sese abscõdere, & persequutorem iuuare videtur, quòd triũpher, & huic omnia pro animi sententia succedant, tristitia quidem afficitur pius, & interim lamentatur, ac plorat: sed huius lacrymæ sunt sempiterni gaudij proœmium. Obserua: VOX OAVDIVM, designat omne id, quod sequi solet liberationẽ à cruce: Magnam nobis suppeditat in cruce cõsolationem, meditari Christum resurrexisse victorem mortis. Apprehenditur enim Christus victor mortis, omniũ item malorum, ac periculorũ, potens & liberare ab omni malo eos, qui in se credunt, & cõfidunt: iuxta verbũ Prophetæ, Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum. Rursus valde cõsolatoriũ est, quum ex verbo Christi meditamur gaudium impiorum non diu duraturum, sed breui in luctum, & lacrymas vertendum.

Lacrymæ, initium gaudij.

Gaudium. Cõsolatio magna in affluentibus.

Meditationis mortis Christi fructus.

[MVLIER, quũ parit, tristitiã habet, quia venit hora eius.] Pulcherrima similitudine probat Christus piorũ afflictionem, & tristitiam in cruce, sequi gaudiũ, imò esse initium gaudij. Quemadmodum grauida mulier grauiter discruciatur, nitens ad partum, adeóque tanto corripitur dolore, vt parum à morte absit, ac illos dolores magno tolerat animo, quòd sciat nõ fore diuturnos, & mox consequuturum gaudium ex prole edita.

Mulier parturiens.

[QVVM autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundum.] Aetiologia est, cur magna voluptas breuem dolorem sequitur. Nam simul atq; puerpera peperit quod parturiebat, tanto perfunditur gaudio, quòd mater fit facta nouæ prolis, vt non meminerit doloris, quem in nixu perpessa est: imò tanto magis gaudet ob natum puerum, quanto maiores dolores sustinuit: gaudens longã tristitiam breui dolore, etiam quãlibet acerbo, sibi empta esse.

[ET VOS igitur nunc quidem tristitiam habetis.] Ita & vos quoque hoc breui tẽpore, nimirũ hoc triduo magno discruciabimini dolore, & iam nunc vehementi mœrore tenemini: sed post tres dies, quando rediuiuus apparebo vobis conspicuus, magna perfundemini lętitia, quòd quẽ mortuum luxistis, rediuiuũ, & immortalitate donatum conspicia

conspiciatis. Aut si vis ad omnes (vt fieri potest) pios parabolam referre, dicito: Ita pij parturientes, & noua Spiritus regeneratione renouari, pro Euangelio, & veritatis defensione urentes, & parturientes, vehementi cruce, & anxietate frequenter afficiuntur, dũ Dominus auxiliũ retrahere, & aduersariorum partibus fauere videtur, adeò vt ipsis omnia videãtur conclamata, & desperata esse: sed quũ tertius illuxerit dies, hoc est, dies resurrectionis, siue quum pusillum tempus transierit, statim multo perfundantur gaudio, magna refocillantur voluptate, & eo maiore, quo grauiores fuerunt afflictiones. Hac parabola plerunq; in calamitatibus vti sunt Propheræ: Dauid lugens, inquit Psal. 47. ibi dolores vt parturientis. Et Esaias cap. 21. Tortiones, & dolores tenebunt, quasi parturientes dolebunt. Ierem. ca. 12. Quomodo, inquit, contremuisti, quum venissent tibi dolores, quasi parturienti? Michæ. ca. 4. Dole, & satage, filia Sion, quasi parturiens, quia nũc egredieris de ciuitate. Obserua: Exemplum hoc mulieris parientis non per singulas circunstantias aptatur ad Iesum triduo suo nos parientem, sed ob id acceptũ est exemplum, vt ostendatur quòd temporalis sit dolor, & magnũ lucrum ex modico dolore habeatur, nimirum partus ad vitam, & regenerationem. Parabola enim non per singulas obseruari solet circunstantias: sufficit quod ad rẽ pertinet, ex ea accipere. Commendat solum hoc exemplum à parturiẽte sumptum, crucem, siue afflictiones à suo magno gaudio, quod illas sequitur: simúlque commendat mortificationem, quæ est ipsissima via ad lætum Euangelium, & verum gaudium consequendum: quod quale sit, hoc vere sentiunt, & experiuntur, qui pœnitentia, & resipiscentia priùs mortificati, accedunt ad Christũ, & totos sese illi cõsecrant, quorum typũ gerit mulier parturiens: cuius circunstantias si meditatus fueris, totus gaudio perfunderis. Mulier natũ osculatur filium, à qua nõ tollitur gaudium, quandiu filiũ habet: tu in Domino renatus tibi gratularis in Domino, & gaudes, quandiu Christo es natus, & viuis. Mulier diligenti opera studet custodire natũ sibi puerũ, & gaudium enato sibi filio conceptũ seruare: tu modis omnibus custodies te ex Deo natum, cum multa lætitia, quòd è Spiritu sis renatus. Mulierem parturien-

Regula. Parabolæ partes tantùm accipiendæ, quæ ad negotium faciunt.

Mulieris parturientis, & in Christo renascẽtis collatio.

tem certa sequitur liberatio: tu dum ad Euangelium accèderes, graues passus es anxietates, à quibus liberationem sentis. Mulier parturiens, vna citiùs, alia tardiùs parit: pij alij diutius, alij minùs affliguntur. Vt nulla mulier fit mater sine dolore graui, ita nullus consequetur vt plenè fiat Filius Dei, nisi per varias anxietates, & tribulationes, per quas ingrediendum est in cœlum. Mulier in partu nō desperat: tu nunquàm in quamlibet duris & aduersis pro veritate animum desponebis: sed in ipsis fortiter durabis, spe futuræ mox liberationis. Mulier aliena indiget opetu diuino fauore, & auxilio semper indiges, sine quo prorsus ruunt tuæ vires, tua potentia, & quicquid in tua situm est manu, & potestate. Rursus obserua: Vt mulier partu non laborat, nisi sua hora: neque tristitiam habet, nisi suo rempore: ita nec incides in crucē, & afflictiones, nisi statō & constituto tempore à Domino: hoc est, iuxta beneplacitum Domini, qui non tentat, aut affligit vt perdat, sed cōseruet: cui nos curæ sumus, exemplo passerculi. Matth. cap. 10. Hanc curam de nobis & liberationem diligenter expendit Propheta, Psalmo 29. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: Domine Deus meus, clamaui ad te, & sanasti me: Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum, &c.

Cura est Deo de nobis.

Promissio libe rationis.

[ITERVM autem videbo vos.] Consolatur discipulos cùm à resurrectione, qua conspicuus apparebit, tum à liberatione à cruce. Tristitiā quidem ex mea cruce habebitis, sed iterum videbo vos post meam resurrectionem, quæ tertio die erit. Huc pertinet quod scribitur Oseæ capite sexto. Venite, reuertamur ad Dominum, ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos, viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Hic locus est promissio: promittit enim Dominus liberationē post afflictiones. Obserua, ITERVM videre Dominum, est nos præsidio Christi è cruce, & afflictionibus liberari. Rursus aduerte: VIDET nos Christus iterum, quando mittit suum Spiritum, quo veluti arrabone obsignat, & confirmat cor nostrum, vt constanter, & fortiter inter has mundi calamitates duremus, & perpetuo gaudio Spiritus afficiamur.

Videre iterū Dominū quid. Christum videre nos iterū suo spiritu.

[ET gaudebit cor vestrum.] Effectus visionis mei, erit gaudium, quo perfundemini. Gauisi sunt enim discipuli, viso Domino. Propterea canebat Dauid, Psal. 15. Replebis me lætitia cum vultu tuo. Obserua: Non dixit, gaudebunt corpora vestra, sed COR: nam vtut affligatur corpus, breuis erit luctus & afflictio, cui finem breui Deus imponit, interim tamē animus spiritu obsignatus gaudet gaudio. Quod si quis rogauerit, Quanto, & quali gaudio gaudebit cor? Respondet Dominus.

[ET gaudium vestrum nemo tollet à vobis.] Magnam pijs afferunt consolationem hæc verba, Firmum, & stabile erit gaudium vestrum, quòd nulla tentationis procella auferetur. Fortius erit illo, quod anteà mecum habuistis. Nam vbi aduenerit ille Spiritus veritatis, & animos obsignauerit, ac confirmauerit, perenne erit gaudium vestrum, vtvt corpora vestra affligentur. Mundus vos persequetur, sed breui tempore persequutioni finis imponetur, nō autem gaudio vestro, quod perpetuum erit: mors enim transit, & manet immortalitas. Huc pertinet quod scribit Esaias cap. 36. Lætitia sempiterna super capita eorum. 1. Pet. cap. 1. In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus: vt probatio vestræ fidei multò pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelationem Iesu Christi, quem quum non videritis, diligetis: in quem nunc quoque nō videntes creditis: credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata. Aut quum dixit GAVDIVM vestrum nemo tollet à vobis, significat (ait Theophylactus) quod vltrà non moriatur, sed perpetuò viuens, illis incorruptibilis gaudij sit author futurus. Est profectò Christus ipse illis gaudium, qui non auferetur vltrà ab illis: iam enim moritur, mors illi vltra non dominabitur.

Christus gaudium inauferibile.

[ET illo die me non interrogabitis quicquam.] Magnam pijs affert hic locus consolationem, significans & Apostolos, & pios omnes, etiam sublato Christo ad dexteram Patris habituros omnia, quibus opus habebunt. Adeò satisfactum erit animis vestris IN illo die, scilicet postquàm resurrexero, & meum Spiritum misero, vt nihil amplius existimetis interrogandum. Tunc veniet su-

per vos paracletus,& inducet vos in omnem veritatem, méque tunc nō interrogabitis quicquā tale quale priùs, Quo vadis?&,Ostende nobis Patrem. Vehemens gaudiū excutiet omnem animi molestiam,adeò vt nihil quæsturi itis,quod non copiosiùs exhibitum videbitis,quàm speraueritis.Omnia reuelabuntur, quæcunque dixi vobis,palàm videbitis me glorificari,& prædicari per vniuersum terrarum orbem:ita vt me non amplius opus habeatis prædicatore in carne: quod si opus fuerit quicquā doceri,vos vestra oratione in nomine meo facile impetrabitis.Iohelis cap. 2. Effundam de Spiritu meo super omnē carnē.Ieremiæ capite 31. Nō docebit vnusquisq; fratrem suum,quia omnes cognoscent me à minimo vsque ad maximum. Horum summa est: Non interrogabunt

Pleni scientia. Apostoli Dominum in die illo quum receperint Spiritum sanctum:quia Spiritum Christi in cordibus suis habentes, omni perfecta scientia pleni erunt. Perfecta

Scientia perfecta. scientia recta,& integra,per quā rectè de sancta Trinitate opinamur,ait Cyrillus. Nā et si per speculum in ænigmate,ac ex parte cognoscamus,veris tamē Ecclesiæ dogmatibus inhærentes,& sensum Scripturæ syncerè sequētes perfectam scientiam habemus,quam consequi nemo potest,nisi fulgore Spiritus Sancti.

[AMEN, amen dico vobis.] Iureiurando Christus confirmat, etiam vbi à nobis in cælum subductus fuerit, nihil nobis defuturum, modò oremus ad patrem. Commodè post conciones de cruce, & promissionem Sancti Spiritus, subiungit orationem:nam Spiritus in nobis per

Spiritus clamis in nobis. Christum donatus, clamat, hoc est clamare facit, Abba Pater:vt impetremus constantiam,& liberationem è cruce,Relicta,ac ordinata est nobis à Christo ipsa oratio,tam

Orationis vsus. quam præsentissima media, & arma contra omnia pericula, & tentationes, quales quales obuenerint. AMEN, amen,id est,certissimum est quod dico vobis.Supple qui adhæretis verbo meo,& qui pro nomine meo in aduersis,& cruce duratis.Quod postquàm fuero sublatus à vobis in cælum,nihil est vobis defuturum. Quid enim facilius est,quàm petere à Patre?

[Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.] Ex aliquot conditionibus ad veram prædicationē necessa

necessarijs, Dominus hic obiter demonstrat qualis esse Oratio qualis esse debet.
debeat oratio,familiare cum Deo colloquium, & nostrū asylum,ad quod in necessitatibus confugiamus oportet. Primùm. Dei promissio est,quæ caput,fundamentum,& Promissio virtus orationis.
omnium planè orationum virtus est,quum testetur nostras preces exaudiri,& efficaces esse. Promittit autem hoc loco Dominus,quicquid petierimus, dandum nobis: idque iuramento confirmans, inquit, Amen, amen dico vobis,si quid petieritis patrem in nomine meo,dabit vobis:vt adeò certi debeamus esse nos exauditum iri. Imò arguit eos segnitiei,qp hactenus nihil precati sint:ac si dicat:Paratus est Deus plura, & maiora dare vobis, quàm poscitis: imò largitur nobis bona sua, modo suscipere-mus.Deus igitur ipse orationem nostram in sua promissione fundat.nósq; ad orandū allicit.Nisi enim promissio esses,qui sná auderet orare?Quare,si cupis ad orandū probè instructus esse promissione Dei ob oculos tibi ponē,atq; in ea benignitatē,& liberalitatē Dei apprehende,tum il:co tibi animus, & delectatio ad orandum crescet.Apprehēdes & Dei præceptū,quo iubet oremus.Hęc Præceptum in oratione.
omnia opponenda sunt nostræ incredulitati,& indigni- Orationis impedimenta.
tati,quæ nos ab oratione reuocāt. Homines enim ex incredulitate hoc vitij habent,& his occupantur tenebris, vt dubitent vtrum Deo curæ sint,vtrum à Deo exaudiantur.Ideò quum animis voluant se nihil proficere, inuocando desperabundi omittunt inuocationem. Hæc tenebræ in animis,& hic stupor facit ne confugiant homines ad Deū.Vnde quidā frequenter fiunt athei,non secùs in- Athei.
dicantes,atque brutaexistimant enim omnia cū morte extingui,& interire. O insaniam, & rabiem infensissimam! Hos per Deum rogo,vt huic suæ infidelitati,& incredulitati opponant præceptum Dei, cuius authoritas non est detrectanda:ipse iussit se inuocari,& non frustrà iussit, ergo obtemperandum est ei qui sine dubio audit obtemperantes, & punit inobedientes. Similiter & hoc præceptum nostræ indignitati obijci debet: quia sunt non pauci tam abiectis animis demissi,vt frequenter etiam in periculis non inuocent,negligántque inuocare, dicentes se indignos esse, qui inuocare audeant. Vnde quispiam dicet, Existimo aliquos à Deo exaudiri,

tamen meas preces non exaudiet: sentio me indignum esse, qui exaudiar: ita deterret indignitas à precando. Sed huic terrori, & indignitati opponendum est præceptum similiter & promissio animum addens, & inuitans ad orandum. Deus requirit hunc cultum ab hominibus, ergo hic cultus à me est exhibendus. Precabor ergo Deum huic animum meum aperiam, huius nomen inuocabo. Quæ esset amentia in cæteris præceptis disputare, nos ideò nolle abstinere à furtis, à cæde, quia non simus digni, qui Deo obtemperemus? Si quis paterfamiliàs imperet seruo legitimum opus, non recipiet serui excusationem, si dicat seruus, se non esse dignum, qui obtemperet. Est ergo diligenter præceptum hoc, similiter & promissio in animis reuoluenda, veluti scutum fortissimum, quo repellamus quæ nos ab oratione reuocare possunt. Secundum (quod tamen ad promissionem pertinet) est fides, siue fiducia in Christum. In primis per hanc accipiamus consolationem, quòd credentes in Christum sumus iustificati: & hoc medio refellamus strepitum indignitatis nostræ clamantis nos indignos esse, & adducentis authoritatem illam. Deus peccatores non exaudit. Deinde, verba promissionis fidē exigunt: necessaria igitur est fides certa, & indubitata ad promissionem Dei, quòd ea videlicet vera sit confidentia, vt Iacobus cap. 1. refert. Si quis vestrùm indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet autē in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. Talis nequaquam speret se aliquid à Deo sumpturum. Quin etiam qui in corde suo hæsitauerit, ac iusta tamen orauerit, tentat Deum: dubitat enim de promissione Dei, & gratia: vnde precatio eius nulla est, ac prætentat oratione sua Deum, vt cæcus baculo parietem. De tali certitudine meminit Ioannes 1. sua Epist. cap. 5. Et hæc est fiducia, quam habemus ad Deum, quia quodcunque petierimus secūdum voluntatem eius, audit nos, & scimus quia audit nos, quicquid petierimus, scimus quoniam habemus petitiones, quas postulamus ab eo. Hisce verbis diuus Ioannes describit quale sit in fide viua, & fiducia syncerum cor inter orandum: quippe, quod nos

Fiducia in Christum, præcipua pars orationes.

Tentat Deū, orans sine fiducia.

nō secus affectum sit se exauditum esse tanta est promissionis certitudo. De hac refacto nunc periculum, & senties mirabilem Dei bonitatem, & diuinæ promissionis dulcedinem, quantum animi addat, quámque cor lætum reddat ad varia petendum, quantumuis magna, & alta sit petitio. Paradigma erit quod scribitur Iacobi capite 5. Elias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit vt non pluueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex: & rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum: 3. Reg. cap. 17. Ecce vnicum vides hominem orantem, qui suis illis precibus dominetur nubium, cælorum, terrarúmq;, vt nobis per hoc ostēderet Deus, quantæ sit efficaciæ, & potestatis pia oratio, vt adeo sit illi nihil impossibile. Tertiò, orandum est in Christi nomine, vnde dixit, 21 quid petieritis in nomine meo, quasi dicat, Non potestis afferre vestram dignitatem, sed opus est vobis mediatore, intercessore, & Pontifice, Ideo ad me vnicum mediatorem confugite, & certò apud vos statuite, vos placere, vos exaudiri propter me Pontificem, & intercessorem. Cogitemus Christo factas esse promissiones, in quo vere sunt, Amen. & etiam 2. Corinth. cap. 1. Quotquot enim promissiones Dei sunt in illo ESTS, ideo & per ipsum Amen, Deo in gloriam vestram. Est profectò Christi NOMEN, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Quisquis ergo IN NOMINE, id est in virtute Christi, propter iustitiam Christi, propter eius redemptionem, & gratiam. Patrē orat, impetrabit. Qui verò propter suam ipsius dignitatem, iustitiam, & opera rogauerit, repulsam patietur. Vt enim nemo sua ipsius iustitia ad Patrem penetrare potest, nisi per Christum penetret: ita nihil nobis Pater largietur, nisi per Christū: quem quia Pater diligit, omnia in manu eius dedit. Suprà cap. 3. Ergo nobis omnia offert Deus in Christo, & per Christum, in quo quum omnia sint, nihil sine illo consequi possumus. Ergo certò scimus quòd si huic fide viua adhæserimus, omnia per illum, quæ nobis vsui erunt, cōsequemur. Et hæc est vera, & firma consolatio contra nostram indignitatē. Hæc est fiducia viua, quādo ita in illū fidimus, quod sui, non nostri causa suscipiamur, & exaudiamur. Hoc testatur Paulus ad Rom. cap. 5. Per Christū

Cor syncerum in orando.

Orandō nomine Christi.

Christi nomē.

Consolatio cōtra nostram indignitatem.

habemus accessum per fidem, in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Quarto, statuendum est quid ante conspectum Dei feras, pro quo etiam roges, vt si pro firma fide, pro charitate, proximi tui consolatione, ores. Omnino enim necessitas indicanda est, quemadmodum seprenas præfert necessitates Dominica precatio. Atque hoc verbo, QVICQVID, Christus subindicare vult etiam necessitatem. Præterea CHRISTVS ipse quid sit illud, QVICQVID, indicat, dum inquit, Vt gaudium vestrum plenum sit, hoc est, Pro quacunque necessitate petite, donec omnia affluaminí, & plenum gaudium habeatis. Quæ oratio, in nouissimo primùm die complebitur. Nominatim rem quã desideramus, & petimus, explicare possumus: quę si est rerũ spiritualiũ, vt si petimus remissionem peccatorũ, liberationem ab impietate, & à morte æterna, tunc absolutè petimus, certòq; statuere debemus, nos ex animo, & fide viua petentes, exaudiri à Deo. Quia Deus præcepit vt credamus hæc nobis cõtingere in nomine Christi, sicut iureiurãdo nobis affirmat hoc loco, & Ezechielis ca. 18. Viuo ego, nolo morte peccatoris. Nec opus est hic disputare de prædestinatione: habemus enim mandatum vt promissionibus credamus: nec de voluntate Dei iudicare debemus contra promissiones, nec quærere voluntate Dei extra verbum, vel sine verbo. De rebus autem corporalibus, & periculis corporalibus, quando rogamus, intelligenda est conditio. Si deo placet: quæ si non apponitur, tamen subintelligitur. Obseruandum, & meditandum est in hac petitione Deum requirere obedientiam, qua paratus sis obedire, & expectare liberationem iuxta eius beneplacitũ, timul & velle opitulari: qui, si modo nõ præstat, id differt, vt conferat quando valenõ differt vt perdat, sed vt medeatur, & seruet. Quare semper exaudit ad vtilitatẽ orãtis, licet nõ semper ad voluntatẽ. Ad hãc modum Dauid expectabat reditum. 2. Reg. cap. 15. Si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suũ: si autem dixerit mihi, Non places, præsto sum, faciat quod bonum est coram se. En vides Dauidis obedientiã, & præparatũ animum. Similiter leprosus ille Euangelicus dicebat, Si vis,

Orationis materia.

Necessitas explicãda in oratione.

Res desiderata in oratione explicanda.

Oratio absoluta.

Conditio quãdo in oratione intelligenda.

Obedientia in oratione.

Dauidis obedientia.

vis, potes me mundare. Huc pertinet quod Iacobus scribit cap. 4. Pro eo vt dicatis, Si dominus voluerit. Quintò desiderandum etiam illud, & optandum est, quod vt fiat, petamus non frigido, & tepido, sed feruenti animo: quod nihil aliud est, quàm petere eo modo, quo Christus iubet, dicens, Petite: quo alij ascensum mentis in Deum appellauerunt, quando sese effert animus, & in Deum penetrat, ab eo quicquam efflagitans, & ex imo pectore gemens, ac dicens, O si haberemus pacem! ô si auerteret hostes Deus! ô si annona daretur! ô si populus tanta non pateretur! & huiusmodi. Hi sunt gemitus Spiritus Sancti in nobis: hæc sunt suspiria ipsius Spiritus, testante Paulo Rom. ca. 8. Spiritus (inquit) adiuuat infirmitatem nostrã m: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quasi dicat Paulus, Non tàm intimè, & efficaciter os proloqui nouit, quàm cor orat, atque illud vehemens desiderium, seu suspirium cum verba, cum cogitationes omnes exuperat, vnde etiam prouenit, vt ne ipse quidem homo deprehendat quàm altum sit suspirium, desiderium ve suum. Vt quum Zachæus videre Christum desideraret, ipse non perseuerabat cordis sua voca, quomodo cum eo loqui, inque suas venire ędes Christum posceret. Quod vbi fieret, impendiò lætaretur, ceu is, qui totius voti sui compos esset, ac plura impetrasset, quàm poscere, vel ore efficagitare ausus fuisset. Sic Moyses (Exodi capite 14.) ad Deum clamabat, vt illi Deus diceret, Quid clamas ad me? quum tamen ore taceret. Sed cor Moysi in necessitate profunde suspirabat. Hoc suspirium, clamor erat ad Deum. Ad hunc modum & diuus Paulus Ephesiorum ca. 3. Ei autẽ, qui potens est (inquit) omnia facere superabundanter quàm petimus, aut intelligimus, secũdũ virtutẽ, quæ operatur in nobis, &c. Proinde, licet hæc omnia in oratiõe citra oris prolationem in corde fieri possint, est tamen pronuntiatio maxime necessaria ad internã cordis precationem accendendam, incitandámque, quam qui cõtempserit, nouerit ic & Pauli cõtempsisse, qui vult oremus spiritu, oremus & mente. 1. Cor. cap. 14. & Ro. ca. 10. Corde creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem. Colligamus ex his,

Promis

Animus feruẽs in oratiõe.

Spiritus gemẽs in nobis.

Gemitus inenarrabiles.

Suspirium ad Deum.

Oratio vocalis necessaria.

Promissionis Virtus.

Promissio facit nos orare, & simul efficit vt exaudiamur. Orandũ est IN nomine Christi, id est, ex fide in Christũ statuere debemus, nos exaudiri à Patre, propter Christũ.

Orationis fructus.

Effectus orationis, est exauditio. Finis orationis est, vt gaudium nostrum sit perfectum, & cognoscamus Patrẽ nobis placatum esse per Christum, & velle nos exaudire. Obserua, non dixit, Forte dabit vobis, sed Dabit vobis. Quasi diceret, de exauditione nullum erit dubium, sed tamen non præscribo vobis tempus exauditionis, quandoquidem Pater audiet vos, & quũ fuerit vobis opportunũ, dabit vobis. Qui quum exauditionem differt, nõ differt nisi incredibili vestro commodo: sicut & paterfamilias non iuxta voluntatem filij semper dat filio petita, verùm pro vtilitate filij. Vnde quuũ oramus, caro orationem in sui vtilitatem interpretatur, Spiritus autem scit quæ est Domini voluntas, & quàm vtile fuerit nos exaudiri. Propterea exaudimur nõ iuxta carnẽ, sed Spiritum.

Orationis interpretes.

Omnis enim oratio ex spiritu, non fit alio nomine, quàm Christi, qui quum semper sit exauditus pro sua reuerentia, nunquàm oranti huiusmodi oratione quicquam negari potest. Exauditur ergo semper orans nomine Christi iuxta Spiritus, non autem carnis interpretationem & desiderium.

Exauditio iuxta Spiritum.

[VSQVE modò nõ petistis quicquã in nomine meo.] Hactenus nihil petierant à Patre nomine Christi, quòd contenti essent ea vitæ commoditate, qua præsente Christo fruiti sunt, quòd nulla essent necessitate pressi, qua per Christum non fuerit illis in omnibus prospectum: & si qua re opus habuerunt, eam ab ipso petierunt, & acceperunt, vt opportunum fuit. Aut quia nondum nullus erat Spiritus sanctus clamans in cordibus, Abba Pater: aut quia nondũ reuelatũ erat Euãgelium, quo docemur Deũ esse per Christum, nostrũ Patrem factum, & omnũ precum exauditorem. Lex enim perterrebat, & iram Dei operabatur, quæ dum ista ageret non inuitabat ad orationem. Euangeliũ verò ostẽdit Deum placatũ per Christũ: inuitat ad orandum Deũ, & docet nos exaudiri per Christum. Nondum toti pendebant à præsidijs cælestibus, sed à præsentia corporali Christi, veluti humano quodã affectu ducti.

Apostoli quare nihil petierunt præsente Christo in carne.

Lex.

Euangelij fructus.

VIII

[PETITE, & accipietis.] Præcepit Christus vt petamus hoc nomine quod dixit: Ergo qui non petit à Deo dum necessitas vrget, peccat: Ergo quòd ita à Deo admãdatum sit vt petamus, neq; incredulitati, neq; indignitati nostræ (quæ nos ab oratione reuocat) obtemperandũ est, sed Deo iubenti vt oremus. Suo mandato addit promissionem expressam verbo ACCIPIETIS, qua indicat effectum orationis: simul inuitat tũ Apostolos, tum nos omnes ad orationẽ. Posthac petite, sublatis in cælum animis, & quũ ego præsens in carne à vobis sublatus fuero, vbi scitote me præsentem fore patronum: & quicquid petieritis nomine meo, impetrabitis. PETITE: quasi dicat, Periculum facite petendo, vt experiamini vos orantes in nomine meo exaudiri propter me. Proinde vbi Christo discedendum fuit, & discipuli relinquendi, iam incœpit afflictio, quæ satis sufficientes illis ad orandum occasiones præbuit.

Præceptum de petendo & orando.

[VT gaudium vestrum sit plenum.] Iste est fructus orationis, consequi PLENVM gaudium, hoc est, sentire quietam, & tranquillam conscientiam, Patrem Deum esse placatum propter Christum, spe futuræ beatitatis duci, mœstitia conscientiæ criminum prorsus depulsa, promissione Christi, vt eiusdem amore, mentes nostras oppletas habere. Aut, VT gaudium vestrum, &c. id est, vt hac via orandi, perueniatis ad gaudium illud perpetuum in cælis. Psal. 15. Notas feciſti mihi vias vitæ adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem.

Gaudium plenum per orationem.

[HAEC in prouerbijs loquutus sum vobis.] Illa HAEC intelligit quæ suprà dixit, Modicum, & non videbitis me, &c. Et quia vado ad Patrem: præterea quũ de angustia parturientis, de eruce, de oratione, & huiusmodi differeret. Illa enim omnia dicta sunt à Domino tanquã prouerbia, quæ ferè rem manifestam obscuritate tegũt. Nã hic nullis alioqui prouerbijs vsus est. Est enim PROVERBIVM, siue Paræmia, celebre dictũ scita quapiam nouitate insigne, siue sententia, quæ in ore omnium versatur, quæ aliquando aperta, & simplex est, vt Obsequiũ amicos, veritas odium parit. Aliquando obscura, & aliud significans, quàm verba exprimere videantur. Est tamen

Prouerbium.

Euangelium mundo ænigma est.

omnis

omnis doctrina Christi his, qui nondum Spiritu donati sunt, veluti parabola, parœmia, & ænigma, nimirū dogma à carne absconditū. Vnde magnus ille Paulus (1. Corinth. capite 2.) Euangelium vocat mysterium ab oculis mundi absconditum. Si enim mundus intelligeret quantus bonorum thesaurus in Euangelio esset, nō adeò Euāgelij persequutor esset. Si enim Dominum cognouissent, (inquit) nunquàm Dominū gloriæ crucifixissent. Noster Euāgelista huiusmodi obscuras, abruptásque loquutiones, Prouerbia vocat: vbi aliud quicquā delitescat, quàm verba sonent: aut vbi celeriter quid, & repentè dictū fuerit, vt non à quouis intelligatur. Omnes Christi sermones, quos ad eam vesperam de discessu, & transitu suo ad Patrem, loquebatur, erant huiusmodi, quos Apostoli, quibus nondum ampla vis Spiritus aderat, intelligere nō noluerant. Obserua, Euangelium carnis esse mysterium, & carnem in rebus Christi prorsus cæcam.

Caro cæca in rebus Christi.

[VENIT hora quum iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palàm de Patre meo annuntiabo vobis.] Cōfidite, ó discipuli, instat HORA, & appetijt tempus Euangelij reuelandi: dies scilicet Pentecostes, quo mittam Spiritum meum ad vos. IAM non in prouerbijs loquar vobis, non rectis, & obscuris vtar sermonibus: ego per Spiritum sanctum explanabo sermones meos vobis iam meo Spiritu obfirmatis, ac mœrore posito, magis attentis: eloquar de Patre meo palàm, & absque parabolarū inuolucris, vt vos accipiatis quid sit Pater, & ad quid abitus meus ad patrem conducat. Hoc est, vos olim peruidebitis quomodo per passionem euehar ad cælum, sedeá ad dexteram Patris aduocatus, & Pontifex omnium: vos cognoscetis Euangelium, & doctrinam de voluntate patris propositam. Deum vobis per me factum esse Patrem, & vos esse Filios Dei. DE Patre meo: quasi dicat. Ego vobis aperiam Per meum Spiritum quomodo Pater meus erga vos sit affectus, quomodo vos exaudire velit, fouere, & modis omnibus fauere. Non enim decet vos ignaros esse voluntatis Paternæ, quam quidem tacitè vobis suggeram, & explicabo sed certa loquar, sed aperta dicā. Si in nomine meo Patrem petieritis: & meus Spiritus quid aut quomodo petēdū in nomine meo fuerit, suggeret vobis. IN

[IN illo die in nomine meo peteris.] Patrē facillimè daturū Christus pollicetur, sed non permittit petere aliquid per orationē à Patre, nisi in nomine suo. IN illo die, quo ad vos misero Paracletū, & ad intelligendū Scripturas docti, & instructi fueritis, cognoscentes quid nomen meum sit, aut qualem me reputare debeatis, vos petetis IN nomine meo id est, certò statuetis apud vos, Patrem placatum esse, & velle vos exaudire propter me.

Petēdum non alio quā Christi nomine.

[ET nō dico vobis, quia ego rogabo Patrē de vobis.] Hic locus non significat nos non egere ampliùs Christo intercessore, & interpellatore apud Deū Patrem, imò re vera semper est mediator, & Pontifex noster, sedens ad dexteram Patris, semper interpellationē pro nobis exercens. Quare hoc loco Christus non excludit suam pro nobis interpellationē, sed significat se recipere nos in suam communionem, & in membra sua. Quasi diceret: Tunc quum à vobis per crucem ad Patrem sublatus fuero, nō ampliùs habebitis opus mea præsentia in carne, vt Pater vos amet, exaudiat, tueatur, & defendat: iam enim non eritis hospites, & aduenæ, sed per me eritis fratres, cohæredes, & membra mea, vt in communionem meorū bonorum recepti, à patre exaudiamini. Hactenus ego solus oraui in conspectu patris, vos tunc etiam mea corporali præsentia vobis absente exaudiemini à patre, qui tametsi rogari amet per Filium, per quem omnia voluit hominibus largiri, tamen volens, ac lubens, alioqui votis vestris annuet. Aut dici potest ad hunc sensum, ET non dico vobis, id est, silentio prætereo meum officium, quia ego rogabo patrem, &c. Non est opus nunc vobis declarem officium meum apud patrem, quod tunc cognoscetis. Non desunt qui hunc locum ironicè legāt iuxta vulgatum loquēdi modum, quo nostra lingua dicimus, *Ie ne dy pas que ie ne ſeray du bien à mon amy*: non negat se rogaturum, imò maximè cupit id suis esse persuasum quòd apud patrem sedebit interpellator pro omnibus. Germanus huius loci sensus est: Christus significat non esse opus vt patrem pro eis roget, vt nimirum iam primùm eis fauorem patris impetret, qui iam tunc impendiò illis fauebat, vt in Christum credentibus.

Pijs in communionē bonorū Dei per Christum receptis.

[IPSE ENIM Pater amat vos.] Rationem adducit Christus

Christus cur non sit opus vt maneat amplius in carne, & solus oret, sed & patrem rogare poterunt discipuli: quia hoc meo abitu reconciliati eritis, imò iam propter me pater est vobis bene affectus, & vos amat, & iam propter me vult vos defendere, & exaudire: ideò non est opus amplius vobiscum verser mortalis, & quòd meum apertam officiū apud patrem, qui vos amat, quia vos me amastis.

Argumentum quo cognoscimus nos à Patre diligi.

[QVIA vos me amastis.] Amat quidem vos pater non operum vestrorum gratia, sed ob id, quia me mutuò diligitis. Prior quidem dilexi vos, & quia mihi adhæsistis. Pater amat vos. Obserua: Si quis desiderauerit cognoscere, vnde cognoscì potest quòd pater nos diligit, Respondeo: ex dilectione nostra erga Christum, qui nos prior dilexit, & in quo nos prior dilexit Pater, 1. Ioan. ca. 4. Imò in quo nos elegit, vt essemus sancti, &c. Ephes. cap. 1.

[ET credidistis, quia à Deo exiui.] Reconciliaui vobis Deum, vt sit nunc pater vester, adeóque recepi vos in communionem omnium bonorum cælestiū, vt sitis filij Dei, coheredes, & fratres mei, quia CREDIDISTIS quòd à Deo EXIVI, hoc est, certò statuistis me in hoc à Deo eximisse, siue venisse, hoc est, me in hoc factum esse

Exitus Filij duplex.

hominem, vt saluem & conseruem mundum.

[EXIVI à Patre, & veni in mundum.] Abæterno Filius à Patre, non per localem motum, sed per distinctionem personalem EXIVIT, quia Filius à patre est per æternam generationem. Alia est processio, siue exitus Filij, Temporalis, quam hoc loco significat, EXIVI à patre, & veni in mundum. Sed quando id factum est? quando exinaniuit se, formam serui accipiens.

[ITERVM relinquo mundum.] Posteaquàm meam expediui functionem, ad quam missus sum à Patre, ego vestra gratia iuxta corporis præsentiam relinquo mundum, qui me contemnit, crucifigit, & occidit, & humanitatem, quam indui, per ascensionem ad inuisibilia Paternæ maiestatis eueho.

Adductus Christi causa.

[ET vado ad Patrem.] Rogabis: Cur venit in mundum Christus, vbi, & à quo contemnitur, crucifigitur, & occiditur? Respondeo: Vt vadat ad patrem, vt auspicetur regnum suum nouum, & spirituale, victor mortis & inferni: vt hominem in regnum Dei traducat, & cum victorem,

victorem, & Dominum faciat super omnes tenebrarum principes, peccatum, mortem, & Satanam. Totus hic locus docet nostri symboli summam, Quòd Christus est Filius Dei, qui nostri causa à Deo exiuit, & in mundum venit, ac rursus mundum deserens, ad Patrem iuit. Quod tantum est dicere, Ideò vere Christus est, quòd pro nobis incarnatus est, & mortuus est, resurrexit item, & cælos ascendit, curā simul, & prouidentiam suorum habens ab huiusmodi officio, Iesus Christus illi nomen est. Christi officia.

[DICVNT ei discipuli eius.] Euangeliographus his verbis subindicare videtur discipulos breui oratiõe Christi, animatiores factos fuisse: simúlque quàm simplicem, quàm amicam, suauem denique cum discipulis suis vitā Christus duxerit, vt illis familiarissimum cum eo commercium fuerit. Vnde cœperant & ipsi vicissim eius amore ardere, & ex eo, vt fieri solet, videbantur sibi plura capere, ac promittebant etiam plura, quàm adhuc poterant vel capere vel præstare. Propterea dicunt magis ex pia quadam admiratione, quàm certa scientia. Imò id in gratiam loquuntur perinde atque interdum simplices inter sese homines, Est, & Non, dicunt, altérque alteri astipulatur, se rem ita habere confirmant, ac se bene intelligere, quum longè secus sit: & id tamē absque assentatione, simplicitate pura, vsu venit.

[ECCE nunc palàm loqueris, & prouerbium nullum dicis.] Domine (inquiunt) quod promisisti, Venit hora quum iam non in prouerbijs loquēris nobis) non in longum protraxisti tempus: Ecce iam id præstas, quādoquidem absq; verborum inuolucro palàm eloqueris: videlicet te exisse à Patre, & te aliquando ad eum rediturum esse: quæ quidem verba per se aperta sunt. Ignoranter discipuli interpretantur PALAM LOQVI, iuxta id quod dixerat, Palàm de patre meo annuntiabo vobis putantes PALAM LOQVI, esse plana verba dicere, quum Christus Palàm loqui sine prouerbijs, intelligat animo sentire prædicta de Patre per Spiritum Sanctum. Nam sapientibus mundi, & hypocritis (quantum ad verba attinet) aperta sunt Biblia: at credere ea, quæ Biblia in se cõtinēt, & illorum sensum intelligere, Spiritu reuelatore opus est: domum enim ipsius Spiritus est. Nondum enim in- Palàm loqui.

telligebant quid erat illud, Vadere ad Patrem: nam nondum palàm illis loquutus erat Spiritus sanctus, quo reuelante, vt intelligerent, erat opus.

[NVNC scimus, quia scis omnia.] Quia quod obscurè dixerat, Modicum, & iam non videbitis me: iterũ modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem.) nunc apertiùs proloquutus est, (Exiui à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundũ, & vado ad patrem:) quódq; illos præuenerit docẽdo antequàm interrogarẽt: quid hoc est, Modicũ, & iam nõ videbitis me, &c. lxti gestiũt, dicẽtes, NVNC scimus, hoc est, credimus, & intelligimus, certóq; cognoscimus, QVOD scis omnia, nihil te fugit, non te latent etiam hominum cogitationes. Vnde credimus te Filium Dei, te Deum esse, cuius est cognoscere omnia, etiã occultissima. Obserua, quàm imperfecti, & infirmi fuerint discipuli dicentes, NVNC scimus: qui enim tantas audierunt doctrinas, dicunt, Nunc scimus. Dicunt quidem, NVNC, ait Cyrillus, non quòd credere cœperint, quando hæc audientes omnia scire Dominum perspexerunt, sed quia tunc ampliores fidei radices iacere cœperunt.

Dei est noscere omnia.

[ET non opus est tibi vt quis te interroget.] Quasi dicerent: tu antenertis nos & explanas teipsum. Volebamus ex te quærere quid illud esset quod dixisti, Modicũ, & iam non videbitis me, &c. tu respondendo præuenisti nos, & tu ita palàm loqueris, quòd non opus est nobis vt te interrogemus, nec opus est, vt tu apertiùs nobis loquaris.

[IN hoc credimus, quia à Deo existi.] In eo, quòd arcana cordium & cogitationes illorum Christus intuebatur certóq; Apostoli experiebantur rem ita se habere, fatentur ipsum à Deo in hunc mundum missum esse, omniaq; nouisse, vt non necesse sit interrogare illum, quandoquidem ipse per seipse videat quid prius desit. Obserua: EXIERI à Deo, hoc est Deus es cum Patre Deo, Filius Dei es, à Patre in hunc mundum venisti: tuæ personæ & tuæ doctrinæ author est Deus Pater.

Filium exire à Deo.

[RESPONDIT eis Iesus.] Dignatur Dominus illis aperire nondum tempus firmitatis fidei adesse (quòd nondum ad Patrem ascenderat) & quàm adhuc infirmi essent,

essent, nec tam solidam & exactam habere fidem & mysteriorum cognitionem, quàm existimant: vnde retundens illam arrogantiam qua putabant se intelligere quid dixisset, quum nondum verè crederent, nondum pares essent instantibus procellis, tamen interim sibi vendicarent quod precibus postulandum erat à Patre, corrigit illos, vt planè discant suis diffidere viribus, quibus nihil poterant, sed toti penderent à præsidio Dei Patris.

Viribus propriis diffidendum.

[MODO creditis?] Quasi dicat: quid audio? quid in vobis lego? Vos arrogatis nunc vobis ante tempus firmitatem aduentus mei Spiritus, & vos firmiores esse mea doctrina: quasi verò quicquam possitis ad illam præsidio humano & vestris viribus. Ita vobis persuasum est, & tantũ viribus vestris fiditis, vt puretis vos assequutos esse eorũ quæ dixi, intelligentiam. Obserua: Clarior fiet huius sententiæ sensus, si cum interrogatione legeris.

[ECCE venit hora, & iam venit vt dispergamini vnusquisq; in propria.] Tantum abest in fide firmi & perfecti sitis, vt iam instet tempus quo declarabitis quàm ex vobis ipsis imbecilles & imperfecti sitis. ECCE venit hora, et iam venit, ad est, adest & in propinquo est, VT dispergamini, quasi dicat, vt quum ob oculos posita fuerit mea crux, quum capiar ab inimicis, manifestè videbitis vestrã incredulitatem. Nam dispergemini: turpiter enim me partim relinquetis, partim abnegabitis, & personam meam & doctrinam meam relinquetis, & vnusquisque ingenti metu perculsus, & amore magistri posthabito, fugiet IN propria, hoc est vitæ suæ & saluti corporis consulet, quærens sibi solatia, & abhorrens à cruce & afflictionibus. Obserua: Vbi aut abnegatur aut relinquitur Christus, ibi non est veritas, sed mendaciũ, & vanitas est. Quòd si quis crucẽ fortiter tulerit, non humanis viribus, sed dono Spiritus adscribẽdũ est. Aduerte: verbo DISPERGAMINI, alludit ad id quod scripsit Zacharias ca. 13. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis. Obserua: Appellatione PROPRIORVM, intelligit latibula & habitacula ad propriam cuiusque salutem quæsita.

Fugere in propria.

Mendacij domicilium.

Propria.

[ET me solum relinquetis.] Non solùm nõ fortiter feretis tempestatẽ imminentẽ, sed me in manibus satellitũ derelicto, qui me ad crucẽ rapient, & duriter pertrahent,

alius aliò fugietis, tantáq; animi perturbatione perculsi eritis, vt non modo non mihi adhærsuri sitis, sed ne mutuo quidem sodalitio inuicem vos consolabimini: quin potiùs quisque sibi timebit, ne alterius indicio prodatur, aut in periculum veniat. Hoc rei euentus probauit quando omnes fugerunt, relicto illo inter manus satellitum, infrà cap. 18.

[ET non sum solus, quia Pater mecum est.] Non prædico fugam vestram, quasi verò velim vos ad meum præsidium retinere, veluti vestro præsidio indigens: non est mihi opus vestra opera. Ego & à vobis & ab omnibus amicis destituar, sed tamen desolatus non ero. QVIA Pater mecũ est, mei curam habens, super me inuigilans, & nunquam me deserens. Ad hæc, nõ solus erat, qui Deus & ex Deo, & in Deo naturaliter est. His verbis animos pijs in cruce addit, ostendens se nunquã suos deserturum. Nã quemadmodum Christus nunquam solus fuit (quanquã mũdus ita esse putauerit) dum cruci affixũ vidit, sed semper habuit Patrem secum, & omnẽ creaturã illam cælestem de qua Petro dixit, An putas quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plusquàm duodecim legiones angelorum? Ita prius Christo adhærean, nunquam animo cadere debet, putans se solum esse, quoniam nunquam solus est, licet creaturarum omnium solatio destitutus videatur: Christũ enim habet individuum comitẽ. Exemplo erunt Helizeus, (4. Reg. ca. 6.) & Israelitæ in deserto: qui licet destituti viderentur omni humano præsidio, Deum tamen habuerunt vt comitem & ducẽ individuum, qui suos vndiq; munit, ne aduersarijs cedãt, Psal. 5. Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

[HAEC loquutus sum vobis, vt in me pacẽ habeatis.] Hunc sermonẽ à cœna texui, & hactenus sum vobis loquutus, vt vestris diffisi viribus, toti ex me pendere discatis, & in me conquiescatis, hoc est tranquillam habeatis conscientiam, sedatúmq; animũ, & gaudio plenum, vtcunque foris fuerint pugnæ. Rom. ca. 5. Iustificati ex fide, pacẽ habeamus ad Deũ per Dominum nostrum Iesum Christum: per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei, non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus. IN

Christus humana non indiget opera.

Cõsolatio piorum.

Piorum comes Christus.

Quiescendum in Christo.

[IN mundo pressuram habebitis.] Quia pij in Christo patris bonitatem verè agnoscunt, & vitam æternam inde percipiunt, vt dum in ipsum mentis oculos conijciunt, gaudeant & lætentur: & quia mundum (qui non vult corripi) perpetuò arguunt & confundunt, dum gloriam Christi prædicant, ab impijs (quos Satanas contra regnũ Christi semper armat) perpetuò affliguntur. Observa piorum fortunam, quæ est foris affligi, & intus siue in conscientia gaudere ex promissione & verbo. Quod est verbum? Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eũ. Oseæ cap. 3 Ero mors tua ô mors. Ioan. cap. 1. Ego sum resurrectio & vita. Qui huic verbo adhæret & confidit, magno perfunditur gaudio & mira in medijs etiã num afflictionibus afficitur lætitia. Observa in vno Christo esse verum solatium & gaudium, in mundo nihil expectandum nisi afflictionem.

Fortuna piorum.

[SED confidite.] Docet Christus quàm necessaria est in cruce & afflictionibus fiducia in Christũ, quæ in cruce est veluti anchora, qua ne procellis agitati pereamus, nos seruat & custodit, munit & arma nos cõtra scandala crucis, ne dubitemus vel de doctrina, vel de persona Christi, & ne prorsus desperemus. Observa: CONFIDERE Christo, est totũ se Christo consecrare, promissionibus eius firmiter adhærere, & constanter durare etiam in cruce donec liberationis hora (quam solus ipse nouit) venerit.

Afflictis necessaria in Christum fiducia.

Cõfidere Christo quid.

[EGO vici mundum.] Confidite in me, memores quòd ego vici mundum: estote bono animo, non est quòd mundum timeatis, hũc abijcite vt victum, quem per me vinceris. Hæc suauissimam afferunt pijs consolationem, quum audiunt Christum vicisse mundum. Iam tunc cœperat vinci mundus, mox per crucem secuta est perfecta victoria. Observa: nomine MVNDI intelligimus rectorẽ mundi, diabolum, peccatum, mortem, infernum, damnationem, & alia id genus. Proinde quemadmodũ nec mundus, nec peccatum, nec mors, nec Satanas vincere potuerunt Christum: ita nec vincent pios, si in fide viua perseuerauerint. Omnia enim bona Christi, sunt piorum arma. Gaudeant igitur discipuli de magistri victoria, cuius nomine victores euadent. Quemadmodum victo Adamo omnis natura condemnata est: ita vbi Christus vicit, in

Piorum consolatio.

Christi victoria.

Mundus.

Piorum arma, ãũ bona Christi

sti.

Victoria per Christum ad nos transijt.

omnem naturam victoria transijt, & virtus nostra (ait Theophylactus) in Christo IESV gratiam assequuta est caleandi super serpentes scorpios, & super omnem potestatem inimici. Per hominem enim intrauit mors, (ait Paulus) & per hominem vita & imperium contra diabolum.

CONCILIATIO.

Quare arguuntur hoc loco piorum persequutores, quum non alio studio interficiant quàm zelo Dei & bona (vt dicitur) intentione: putantes se victimam Deo gratissimam immolare? An non bona intentio est putare se sacrificium Deo facere? Respondeo: Iudæi, pro suo liberali iudicio, bona intentione & zelo legis diuinæ reiecerunt CHRISTVM, & persequuti sunt Euangelium: at hoc fecisse etiam bona intentione & ad laudem Dei, non est opus sanctum & laudabile, doctore Paulo, zelum Dei inquit, habent, sed non secundum scientiam.

Zelus secundum scientiã.

Non sufficit bonam esse intentionem, necessatis est zelum Dei habere, aut dicere se huiusmodi persequutiones exercere studio diuinæ gloriæ propagandæ & conseruandæ, nisi hæc intentio zelus, studium Dei proficiscantur ex scientia, hoc est verbo Domini & fide. Nam quemadmodum fides non est fides, sed fictitia res, nisi directa sit in verbum Dei, & ex eo pendeat: ita intentio vere bona dicatur, non est recta, sed vera impietas, nisi ortum habeat ex præcepto Dei: & verbo Dei pendeat, hoc est nisi verbum Dei aut præcipiat aut cõmendet opus intentum.

Intentio recta.

CAP.

CAPVT XVII.

HAEC loquutus est Iesus: & subleuatis[1] oculis in cælum, dixit,[a] Pater venit hora,[2] clarifica Filiũ tuum, vt Filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis,[3] vt omne, quod dedisti ei,[b] det eis vitam æternam. [c] Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum,[4] & quem misisti Iesum Christũ. Ego te clarificaui super terram: [d] opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu Pater, apud temetipsum, claritate, quam habui priusquàm mundus fieret apud te. [5] Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi [e] de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerũt. Nunc cognouerũt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt, quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperũt, & cognouerunt verè quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti.[f] Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt: & mea omnia, tua sunt: & tua, mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt: & ego ad te venio. Pater sancte,

a Oratio Christi ad Patrem.

b Vita per Christum omnibus.

c Vita æterna vnde consequatur.

d Opus Christi.

e Apostoli

f Orat Christus pro Apostolis.

1 Oculis) suis.

2 Clarifica) id est glorifica id est palã ostende Filium tuũ nõ esse hominẽ impium, & mendacem, & qui nihil habeat deitatis. Hoc ad reuelationem referitur.

3 Vt omne quod, &c.) id est, quẽ admodũ glorificasti Filiũ tuũ dãdo ei potestatem super omnes homines, sic. nunc similiter glorifica eũ, in hoc quod det vitã æternã his quos dedisti ei.

4 Et quẽ misisti.) vt credãt Iesum esse saluatorẽ, regem, neque alium esse exspectandum.

5 Manifestaui, &c.) id est, annuntiaui Euãgelium.

seruauit eos [6] in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut & nos. Quū essem [7] cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis periit, [8] nisi [g] filius perditionis, vt scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, [9] vt habeāt [h] gaudium meum impletum in semetipsis. [10] Ego dedi eis sermonem tuum, & [i] mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. De mundo non sunt: sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, [11] ita ego [12] misi eos in mundum, & pro eis ego [13] sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati [14] veritate. Non pro eis autem rogo tantùm: sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu Pater [15] in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus quia tu me misisti. Et ego [16] claritatem, quam tu dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnū sumus: ego in eis, & tu in me: vt sint consummati in unum, & cognoscat mūdus quia

6 In nomine.) id est, propter te, propter famā tuā, id est, ne aduersarij detrahāt tibi, si defeceris ipsos.

7 Cū eis.) subaudi, in mūdo.

8 Nisi filius, &c. id est, nisi is qui perdendus erat.

9 Vt habeant gaudium.) id est, vt eo gaudio afficiātur, quo ego afficior, quod sciā me à te pro omnia seruari.

10 Ego dedi eis.) id est, docui eos quæ iusseras mihi.

11 Veritate tua.) id est, per veritatem tuā.

12 Misi.) præteritum pro futuro missurus sum.

13 Sanctifico me.) id est, resurrectiōe mea ostendam palam me esse illum sanctum olim promissum à te per prophetas.

14 In veritate.) Hebr. per veritatē, id est, per verbū tuū,

g Iudas periit. Psal. 108. b

h Gaudium Christi.

i Apostoli odio habuit à mundo.

quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut, & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant [17] claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante [18] constitutionē mundi. Pater iuste, mundus te non cognouit: ego autem te cognoui: & hi cognouerunt quia tu me misisti: et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, [19] vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis.

quum illi fidē adhibuerunt.

15 Pater in me.) mecum.

16 Claritatē, &c.) id est, ex æquo dabo eis gloriam miraculorum, vt sit maior concordiæ materia inter eos.

17 Claritatē.) gloriam.

18 Constitutionem, &c.) mundum conditum.

19 Vt dilectio qua, &c.) vt diligas eos vt me dilexisti, ego quoque in ipsis ero per spiritū meum, vt te redamēt.

Hæc loquutus est Iesus.

CAP. XVII.

HActenus à decimotertio capite, de consolationibus contra scandala crucis Christus cū discipulis egit, & aduersus imminentem malorum procellam instruxit non solùm Apostolos, sed & omnes in se credentes contra offendiculū crucis armauit, & confirmauit hac suauissima parænesi, Confidite, & bono animo estote, Ego vici mundum.

[1] Subleuatis oculis in cælum.] Quia Christus paulò antè docuit non esse humanarum viriū posse in cruce subsistere, sed opus esse dono Dei, in quem solum confitendum est: nunc confugit ad orationem, non tam suo nomine quàm nostro, vt hoc suo exemplo nos doceat, (quum in afflictione erimus) ad orationem, tanquam ad præsentissima arma confugiamus. Hic gestus, oculorum subleuatio, explicat inter nos Christi affectus: similiter & orationem seriam, piam, & deuotam esse. Sunt enim externi gestus animi seu

Oratio, arma cōtra afflictiones.

Oculorū subleuatio.

Gestus externi affectuum indices.

mi seu affectuum indices, non secùs atque dispositio vultus exprimit qualis est animus. Non sunt gestus in oratione cõtemnendi, si quidẽ hoc loco clare perspicis ipsum Christum nõ tantùm ore precari audientibus discipulis, sed gestibus quoque certis vti, quos orantes vsurpare cõsueuerunt, quorum nonnulli flexis genibus orant, nonnulli proni in faciem cadunt, alij stant, & oculos in cælũ eleuant. Atque hæ tres precandi formæ seu situs omnes, in Scriptura demõstrabuntur. Nã Scriptura (2. Reg. cap. 12.) ostendit Dauidem pronum in faciem cecidisse, & septies orasse pro puero. Christus ipse in orto flexis genibus orauit, & factus est sudor veluti guttæ sanguinis decurrentis in terram. Præterea Petrus cum multis alijs ad pedes Domini se proiecit. De stando scribitur Marci cap. 11. Et quũ stabitis ad orandũ. Siue ergo stemus, siue procumbamus, siue in terrã procidamus, siue genua flectamus, siue (vt Paulus primæ Corinth. cap. 2. adhortatur viros in omni loco orare,) leuantes puras manus, omnia in gloriam Dei, & ex fide fiant. Nam huiusmodi gestus in hypocritis tantùm ludiere quædam signa sunt ad ostẽtationẽ parata, vt videre est Matth. cap. 6. Sunt & alijà Christo & viris sanctis approbati gestus, cuiusmodi sunt, tollere oculos in cælum, complicare manus, pectus pugnis tundere, & huiusmodi. Ideò Paulus (ad Ephes. cap. 3.) de sua precatione sic loquitur, Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri IESV Christi. Similiter 1. Timoth. 2. vt dictum est. Huiusmodi gestus orãdi, canendi, aut legẽdi, adhibentur ad inflammandũ animum, vt voluptatem ac deuotionẽ animus ipse hauriat: tum sanè boni sunt & vtiles, & ob id apud Christianos psalmi quotidie canendi & legendi instituti sunt, vt verbo Dei corporaliter audito & tractato, ad clamandum & ingemiscendũ deuotio paretur. Horũ extãt in Scripturis exẽpla, vt de Propheta Elisæo. (4. Reg. 3.) cuius morẽ fuisse legimus, quũ sentiret se nõ satis deuotum & promptum ac alacrem, vt psaltem sibi accersendum curaret, cuius cantu ad vaticinandũ excitabatur & illustrabatur. Ita profectò pijs cõtingit, vt si abfuerit verbum Dei, statim torpescat animus, & nihil sentire videatur, amissa omni deuotione, & spiritu: sed quã primum aut aliquẽ ex

Oratio cũ gestibus corporis.

Orãdi formæ.

Hypocrisis.

Cãtus & psalmodia in Ecclesiæ commẽdatur.

ex psalmis, aut aliquam scripturæ sententiam tibi ex animo meditandam proposueris, tum mox eius illustratione ita cor incenditur, vt statim alius animus & sensus tibi nascãtur. Arbitror idem quemuis apud seipsum quotidie experiri. Cur ita? Certe apud nos inuenimus quod sensus & cogitationes nostræ ita lubricæ sunt & instabiles, vt tametsi incœperimus aliquid seriò orare, aut de Deo sine verbo & scriptura aliquid meditari, fere sic vsu venit vt priusquàm respexerimus, à prima cogitatione plusquã sexcentis miliaribus animo ferimur: vsqueadeò res lacera & calamitosa est humanũ cor, vt nullam aquã perinde aut ventũ tam mobilem & inconstantẽ esse constet. Discamus ergo externa verba & gestus seruire & prodesse, nimirũ vt cor cogitationibus distractũ & dissipatum colligamus, ne dispergatur; sed cogitationibus verbo adhæreat, sicut manu arborem aut parietẽ apprehendimus, nos tenẽtes ne labamur, nẽve proprijs cogitationibus erremus, & nimis euagemur. Proinde ita orandum est vt cor incipiat, ac deinceps os ipsa quoque verba proferat etiam gestibus accedentibus. Erit ęq; huiusmodi precatio ex animo proficiscens cum gestibus, laudabilis & efficax.

Cogitationes nostræ instabiles.

Cor humanũ res lacera.

Orãdi modus.

[DIXIT.] Nõ corde, aut affectibus tãtùm, sed vocali etiã oratione vtitur, vt doceat quàm impij sunt, qui sine verbis, cordis orationẽ vrgẽt, fingentes nescio quã ex oratione hypocriticã & mentalẽ meditationẽ. Quia post bonã prædicationem sequi solet bona precatio. Christus suo in officio docendi perunctus, & suos discipulos longo sermone cõsolabitur, recreatos valere iubens, vt summus & vnicus Sacerdos ac pontifex noster orat cùm pro discipulis tum omnibus Christianis, vt ingruentibus afflictionibus mũdi, nõ aliò spectẽt quàm ad Patrẽ: vnde totos oportet pendere, qui in cruce subsistere & constanter tolerare cupiunt: atque vt nihil prætermitteret quod ad ipsorũ confirmationẽ & sustentationem necessarium esset, simúlque instrueret discipulos, vt posteaquàm docuerint Gentes, adiuuent illas orationum suffragio.

Christus orat.

[PATER.] Orat Christus vt homo, cuius officium est orare: ipse enim est Sacerdos & Pontifex noster, manifestũ faciẽs hoc decimoseptimo capite sacerdotium suum

Orat Christus vt homo. Sacerdotium Christi.

suum: de quo Propheta ait Psalmo centesimo decimonono, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Et Paulus ad Hebræos, capite quinto, Qui in diebus carnis suæ preces supplicationésque ad eum, qui posit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Primo suæ orationis verbo captat benevolentiam à persona Patris, qua dum similiter oramus, animus erigitur ad Deū Patrem sub certa exauditionis spe.

Oratio habeat gratiarū actionem.

Proinde maximè ad orandū prodest, vt Deo gratias agamus, vt honorifica prædicatione extollamus & enumeremus accepta beneficia, sicut hoc loco Christus & obseruat & facit, dum Patrem vocat, & quæ à Patre accepit, enumerat. Vt quum dicimus, Omnipotens ac dulcissime Pater, dedisti nobis suauissimum tuum Euāgelium, quo nos ineffabili gratia cumulasti. Secundò, admiscendæ sunt preces & necessitas proponenda est hoc modo: Largire nobis Pater charissime, eam gratiam vt communicatum Euangelium seruemus, & in eo maneamus. Tertiò precandum est pro alijs, vt omnibus velit esse præsidio. Ad hunc modum etiam pro necessitate temporali instituenda est oratio, cum tali gratiarum actione & confessione, vt profiteamur nos nostráq; omnia à Deo pendere: non absimilis orationis typus reperitur Matth. ca. 11. circa finem, vbi Christus Patrem extollit & prædicat, & in media oratione præstantem habet sermonem, Confitebor tibi Pater (inquit) Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Ita Pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Obserua: Christus nos docuit ab appellatione Patris orationem nostram ordiri: sic ergo vos orabitis, inquit. (Matthæi capite 6. Pater noster qui es in cælis, Sanctificetur nomen tuum &c.

[VENIT HORA] Pater (inquit) instat & tandem aduenit hora qua mihi patiendum & moriendum erit morte omnium turpissima, per quam mea claritas, vitæ ac nominis splendor & dignitas obtenebrabitur. Aut videtur eo sensu orare, ac si iam in cruce penderet, ac velit dicere. Ego iā in maxima ignominia & morte versor, & iaceo profundissimis tenebris sepultus: iam hora est, vt me pro-

me protrahas, vt me extollas, & honoribus exornes, posteaquàm in obscurissimas tenebras me præcipitarunt Iudæi. Obserua: VENIT hora, supple electa & desyderata. Volens enim, pro totius mundi salute mortem obijt Christus.

[CLARIFICA Filium tuum.] Hæc oratio petitoria est, quæ referri videtur ad illas petitiones in oratione Dñica. Sanctificetur nomen tuū. Adueniat regnū tuū, Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Glorifica me: sed hoc non contentus subijcit, Ideo vt Filius tuus glorificet te, siue vt te vicissim glorificem. En vides quo in statu res meæ sint positæ, quæ necessitas generis humani vt gear ad perendū. Libera Filiū tuū ex cruce, cui inter duos sicarios vt nebuloni deterrimo & sceleratissimo moriēdum est ita vt nullus latronum vnquam ignominiosiùs & turpiùs sit tractatus. Hæc mors mihi optatissima est, quandoquidem omniū verè credentiū vita est: quæ tametsi ignominiosissima sit, tamen tu hac ipsa glorifica me. Est proculdubiò GLORIFICARE, laudare & extollere, magnum & famatū facere, vt eius nomen & fama passim inclarescat, & sit apud omnes decantata & celebris. Pater Filium glorificauit, dū exaltatū ad dexterā suam, Dominū & seruatorem omniū & constituit & agnosci quoq; per prædicationem Euangelij fecit. Deinde Pater Christū glorificauit, quando primùm in extrema coniuratia, blasphemias, crucē, ignominiā & mortē ipsam conijci permisit: deinde extulit per resurrectionē in summam laudē, & liberans ipsum ab omnibus malis, subijciēs diabolū ad pedes eius, cōferens ipsi authoritatē & potestatē supra omnē creaturā & omne id quod noīari potest siue in cælo, siue in terra, vt in noīe Iesu omne genu flectatur cælestiū terrestriū, & infernorum: adeóq; per resurrectionē declaratus est esse Filius Dei. Rom. cap. 1. Psal. 2. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te: deinde hæc omnia per Euangeliū inuulganda & enūciāda Pater curat: vt vniuerso mundo palàm fiant. Et quēad modū hoc semel in festo Paschæ, & exaltationis Christi factū est: ita vsq; ad cōsummationē seculi prædicandum erit, vt natis natorū, & qui nascentur ab illis innotescat.

Oratio Christi petitoria.

Glorificare.

Pater quando Filiū glorificauit.

Hæc

Hæc omnia docent Christum hac sua oratione impetrasse suam glorificationem. Triumphum & glorificationem Christi, Paulus ad Ephesios capite primo, & Colossensium capite primo fusiùs expandit.

Crucis scopus

[VT Filius tuus clarificet te.] Finalis causa crucis, est gloria Patris: vnde alacriore animo excipiēda, & patienter ferēda venit crux, quū per illā multùm gloria Patris promoueat. Prima voce FILIVS tuus, fatetur & gloriatur se Filiū Dei esse, & omnia habere à Patre. Ab æterno Filius cū Patre est in vna maiestate, potētia, & honore: at venit in mundū factus homo, vbi in exilio, in infirmitate, in morte & ignominia, vt ab omnibus derelictus vilipendebatur. Mūdus enim omnes suos neruos, omnē suū conatū & potentiā, Satanas itē omnes suas technas, insidias & artes intēdit, vt ipsum in nihilū redigāt, & nulla ipsius vnquā sit memoria. Sicut in Psalm. 40. loquūtur. Quando morietur & peribit nomē eius? arbitrātes actū esse de eo, si in crucē pēdeat & moriatur. Propterea sic rogat: O Pater, nō te lateat quāta mundus cū suis affectis mihi apparet mala: ego te authore, & te mittente veni in hunc mundū, vt glorificetur nomē tuū, ideò nō patiēris Filiū tuū tantis malis obrutū iri. Velis itaq; clarificare me, nō vt mihi hoc nomine placeā, sed propter tuū honorem & glorificationē. Glorifica me apud homines per crucem meā, vt vicissim Filius tuus glorificet te apud vniuersos mortales, & vterq; per alterū innotescat. Ita enim expedit ad humani generis salutē, vt mūdus per te cognoscat Filiū, ac vicissim per Filiū cognoscat Patrē. Filius Patrē glorificauit, dū potentiā & bonitatem eius manifestauit. Potētia autē Patris manifestata est, quādo mūdi neruos, technas, insidias & artes Satanæ ad pedes Christi iecit, & victor factus est Christus supra mundū & Satanā. Et glorificatus est Pater, id est cognoscitur & prædicatur, quomodo pijs existentibus in infirmitate, & morte & ignominia, opē ferre queat, & ex prædictis, vitā, honorem seu gloriā & potentiā facere sit potēs. Hæc maximè cœperūt quādo Christus à mortuis per gloriā Patris surrexit, in gloriam suā venit, ad cœlos ascendit, & Spiritū Sanctum demisit, atque prædicare facit longe latēq; Euangelium in mundū vniuersum. Vnde suo Euangelio bonū nomē, bonam

Filius quādo à Patre glorificatus.

bonam famam, atq; adeò ingentem gloriā Deo Patri inter homines parauit, vt agnouerint eū esse, qui cōseruat, & nutrit nos, qui peccata remittit. Hoc nō præstabat lex, quæ Deum iratū & damnatorem mōstrabat, Vnde hæc fama de Deo citiùs auditores ad odium Dei quàm ad amorem inuitabat. At lōgè aliter hic res habet: nimirū Filius prædicat Patrem per se placatū, mitem, misericordē, & vitæ æternæ largitorem. Vnde nomen Dei nunc per Christū inter homines credētes bene audit. Dedit rursus suum Spiritum Christus ad gloriā Patris. Est enim Spiritus officium, per prædicationem Euangelij manifestare quanta & quàm magnifica Deus per Christum nobis fecerit. nimirū quòd à peccato, morte & potestate Satanæ nos liberauerit, & nos in suam gratiā ac tutelā susceperit, & sese omnino nobis impertiuerit. Orandum itaq; est vt Pater per Filium glorificetur, hoc est vt prædicatione Euangelij cognoscatur, sicuti vult & debet honorari, vt omnes erroneæ doctrinæ, peruersi cultus Dei, & sanctitatis species, omnes idololatriæ, simul & atroces in Deum blasphemiæ omnes quibus hic mūdus scatet, aboleantur & desinant, & solum Iesu Christi Euangeliū luceat, & valeat. Hæc re vera indicant quali affectu Christus orarit sui glorificationē, & quam ex intimo mentis affectu precationem suam protulerit, cui dolet sanctissimum Dei nomen tantis tenebris obscuratum esse, idémque ita crudeliter & nefariè blasphemari, ac totum mundum in incredulitate & cæcitate mentis iacere, ita vt cito mori cupiat, malens omne contumeliarum & pœnarum genus sustinere, tantummodò vt Pater glorificetur, & eius gloria in lucem proferatur, Iam, vt diximus, non glorificatur Pater, niſi & Filio glorificato mittatur Spiritus Sanctus, sine quo neque verè prædicatur, neque creditur Euangelio. Oportet igitur Christum vadere ad Patrem, non alia via quàm per crucem. Quare Christus rogat hoc loco per crucē clarificari: ac si diceret, VT FILIVS TVVS CLARIFICET TE, id per crucem meam propagetur gloria tua, adueniat regnum tuum, aspicer regnum nouum, & sanctificetur nomen tuum. Obserua: CHRISTVS non tantùm pro se orat, sed vt in omnibus & per omnes qui in ipsum credunt,

Lex iram operatur.

Christus facies Dei placati.

Spiritus officium.

Euangelium sine Spiritus nō verè prædicatur.

Christus rogat per crucē glorificari.

dunt, clarificetur, & Patrē clarificet, dum nos ab iniurijs mundi nomine ipsius liberamur cognoscentes nos id beneficij (quo victores mundi & Satanæ euadimus) consequutos esse à Patre, per IESVM Christum.

Christi gloria.

[SICVT dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam.] Diffusiùs modū clarificationis quo Filius à Patre, & Pater à Filio glorificabitur, Christus explicat. Ingens gloria est Christū esse mediatorem ad Patrem, esse authorem vitæ æternæ, victorem & triumphatorē de Satana, de peccato, de morte, de condemnatione, de inferno: similiter gloriosum est ipsum meruisse vt det vitam æternam credētibus. Patris gloria est quum electi & vocati à Patre ad æternam vitā, per Filij victoriam saluantur. Non opus erat Patri cuncta scienti, modum hunc subaperire, sed quia Christus Pontifex est inquantum homo (quanuis Deus etiam natura sit) ipse vt Pontifex pro nobis Patrem alloquitur & orat, vt credamus eum & nunc propitiatorem esse pro peccatis nostris. Ostendit Christus se non Iudæorum solùm, sed & omnium Gentiū saluatorem, dum aperit quid sibi Pater dederit, quare preces suas in vniuersum mundum extendit. Hic enim clarè videmus, ipsum sui gratia nō precari, vt claritatem penes se retineat, sed nobis prosit & seruiat ad æternam vitam consequendam. Rogans dixit, Pater glorifica Filium tuum, vt Filius tuus glorificet te: sed quomodo id fiet? Rogo (inquit) vt SICVT DEDISTI mihi potestatem omnis carnis, id est quēadmodum constituisti me non Iudæorum aut Gentium solùm, sed communem totius generis humani saluatorem: sic omne quod dedisti mihi, habeat vitam æternam, nihil ex grege mihi cōmisso pereat. Alludit hoc loco ad electionem seu vocationem eorum quos Pater ante mundi constitutionem in Christo elegit, qui per Christum sanctificandi & saluandi essent. Obserua: quum dicitur DEDISTI EI potestatem, aut aliquid huiusmodi, tenaci memoria tenere debemus incarnationis dispensationem, vt non turbemur ista audientes quæ iuxta Christi humanitatem dicuntur. Accepit igitur potestatem omnis carnis (qua omnes homines hic significantur) quando vt homo Princeps noster constitutus est. Humilia enim de se propter

Gloria Patris est salus electorum.

Christus vt Pōtifex orat.

Christus quid sua oratione petijt.

Carnis nomine homines dicuntur.

propter serui formam assumptam dicit, qui tamen verè Deus est, sicut & his verbis aperuit, dicens, VT det illis vitam æternam. Humile priùs dixit, DEDISTI, vt homini: posteà sublime addidit, diuinitatem suam exprimendo, VT det illis vitam æternam. Solius enim Dei est dare vitam, eámque æternam. Aut DEDISTI ei (ait Hilarius) per æternam generationem, naturam diuinam, per quam habet potestatem omnia continendi. Aduerte: Hic locus suauissimā nobis affert consolationem, quum audimus quòd nos, qui in Christum credimus, & ipsius verbo adhæremus, illi ipsi sumus, quos Christo Pater pro priæ possessionis instar dedit: & iam Christus curam nostri suscipit, vt nos tueatur & defendat, qui quò impensiùs atq; profundiùs nos à mundo oppressos viderit, eò vehementiùs & fortiùs adiuuabit & ad vitam æternam nos prōmouebit. Vnde citra intermissionem laudandus venit, & ei gratias agere debemus.

Vita æterna Christo à Patre data.

Deo curæ sumus.

[HAEC est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.] Occupatio est: Quia testatus est Christus, sibi potestatem esse data, vt suis vitam æternam. Potest quispiā quærere, Qua tandem in re sita est vita æterna, aut quomodo illam consequimur? Præoccupat Christus, & respondens explicat quid & quæ ratio sit vitæ æternæ. Hic locus est summus & maximus articulus, imò potiùs fundamentum & petra in qua omnes reliqui nostræ fidei articuli stare debent. Ideò Satanas illum impugnatum non finit, sed omnes suas artes & astutias conuocat, omnimoda offendicula & sectas concitat, vt illum quouis modo labefactatum subuertat. Quod & molitus est impius ille Arrius, suum errorem ex hoc loco foueus. Dicebat enim, Si Filius alloquens Patrem, fatetur cognoscendum Patrem solum verum Deum, & Pater solus est verus Deus, non est igitur Filius, verus Deus. Sed huic paucis satisfaciemus, si huius loci sensum imprimis dixerimus, deinde particulas, & dictionis exclusiuē naturam explicuerimus. Ego do his, quos mihi dedisti, vitam æternam, quę sita est in hoc, quo per fidem viuam cognoscunt TE solum verum Deum. Quem TE? Qui misisti Iesum Christum. Vna viua cognitione cognoscendus est Pater & Filius. Non sufficit ad

Articulorū fidei summa.

Arrianæ hæreseos occasio.

Cognitione viua cognoscendus Pater & Filius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitam æternam cognoscere solum Deum, sed etiam oportet cognoscere Deū hominē. Missus enim Iesus Christus, Deus homo est, COGNOSCERE, hoc loco est fide viua statuere & credere. Hæc vita æterna, quæ est viua cognitio Patris & Filij, incipit in hac vita, sub spe certa, & manifestabitur clarius post hanc vitā, nimirū à facie ad faciē in omni perfectione siue cruce & afflictiōe, qui in hac vita etiam habentes vitā æternā, subiecti sumus. Iudæi & alij multi vnum Deum, vt putant, tantùm habent: sed Deum non verè & perfectè cognoscunt. quum Iesum Christum à Deo missum non cognoscant. Ante Euangelicam lucē, cognitionē quidem de Deo, sed nondū perfectam habebant: ad quam modò Saluatoris doctrina conuocātur: vt discant non modò vnum esse verum Deum creatorem, verumetiā quia pariter & Filius creator est: in quo veluti in charactere in cōmutabili primitiuum, id est Patrem inspicitur. necessarium est ad vitam æternam etiam Filium à Patre missum cognoscere, hoc est non sufficit cognoscere, quia vnus solus verus Deus est: sed quia & Pater est. Cuius autem Pater est, exposuit, eius videlicet qui propter nos caro factus est, qui ad saluandum genus humanum à Patre missus est. Qui ergo vult Deum verè cognoscere & fynceré, oportet per Christum sui Spiritus (sine quo omnis cognitio impura est) largitorē cognoscat. Qui enim in Deum per Christum credit, is verè Deum agnoscit: qui verò sic Deum cognoscit, habet vitam æternam. Proinde Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus ipse enarrauit nobis. Nam Vnigenitus Filius, est splēdor lucis Paternæ: lux autem in splendore agnoscitur. Fundanda est igitur vera cognitio in Christo misso: hoc enim cognito, cognoscitur solus verus Deus Pater & Filius, simul & salutis nostræ mysterium. Similiter habetur & Spiritus Sancti cognitio, de quo licet non fiat mentio, tamen quoties meminimus Patris & Filij, maximè in his, quæ ad diuinitatis maiestatem pertinent, cointelligitur Spiritus Sanctus qui est nex' amborum. Præterea quū Christus solum verum Deum, Patrē appellauerit, ab hac gloria seipsum nō separauit: Filius enim in patre est, & ex Patre: Est igitur Filius, verus & secundum naturam Deus, & solus in solo est. Nullus enim Deus verus est præter Trinitatē: quum dij Gentium sint dæmonia. Vnus solus verus Deus est Pater, & qui in ipso & ex ipso secundum naturam est. Sunt indubiē Pater, Filius & Spiritus Sāctus, vnus verus Deus, vnum naturā: Pater à Filio, non substantia, sed subsistentia siue persona distinguitur, similiter & Spiritus Sanctus. Pater solus est verus Deus, Filius solus est verus Deus, Spiritus Sanctus solus est verus Deus, quia non sunt tres dij. Noluerunt impij Arriani intelligere quòd dictio exclusiua siue exceptiua iuncta dictioni personali (cuiusmodi est Pater, Filius, Spiritus Sanctus) respectu essentialium (cuiusmodi sunt, Esse Deum, Esse sapientem, Esse omnipotentem, & cætera) tantummodo excludit ab eo quod aliud & diuersum est, vt docent Doctores catholici. Iam quum ex fide constet, quòd nec Pater est diuersum, siue aliud à Filio, nec à Spiritu Sancto, consequens est vt constanter, & catholicè confiteamur has propositiones verissimas esse: Solus Pater est Deus, solus Filius est Deus, solus Spiritus Sanctus est Deus. Ad hæc vt Arrianorum cauillum reijciamus, dicentium quòd sophistica & logica est hæc nostra glossa, & interpretatio de dictione exclusiua, aut hinc facessant, aut conuictos se fateantur ex Matthæi capite 11. Nemo nouit Filium, nisi Pater. Si ex hoc quòd solus Pater nouit Filium, excludere oporteat quemuis alium, etiam non diuersum, operæ pretium fuerit concedere, quòd Filius non nouit se ipsum. Ad hæc illic subiungitur, Neque Patrem quis nouit nisi Filius: similiter inferretur, Ergo nec Pater nouit seipsum. Quare ab Arriana perfidia recedentes, constanter asseuerabimus dictionem exclusiuam siue exceptiuam iunctam nomini personali respectu essentialis, con excludere ab alia persona, sed ab eo quod est aliud & diuersum. Quo fit vt sensus huius assertionis, Solus Pater est Deus, sit, Pater est verus Deus, & nihil diuersum siue aliud à Patre est Deus: Similiter solus Filius est Deus. Sensus est, Filius est Deus, & nihil aliud à Filio est Deus. Rursus ad hunc modum dicatur de Spiritu Sancto. Ad hæc Diuus Hilarius locum hunc interpretatus, ait, Non dixit absolutè, Te solum Deum verum, sed mox addidit, & quem misisti Iesum Christum. Quasi diceret: Vt cognoscant te,

Cognoscere. Vita æterna.

Christus cognoscendus Deus homo.

Cognitionis veræ fundamentū in Christo.

Cognitionis Christi fœcunditas.

Regula theologa.

Deus vnus.

Exclusiuæ dictionis natura.

Deus cur verus dictus.

& quem misisti Iesum Christum, esse vnum, solum, & verum Deum. Obserua, VERVM Deum vocat, naturâ bonum, iustum & veracem, vt opponat contra falsos & mendaces Gentilium deos. Rogabit quispiam, Quomodo viua cognitio Patris & Christi, est vita æterna? Respondeo: quia hæc sola æternam salutem, iustitiam & gaudium affert ijs, qui eius participes facti sunt. Nam quum Deus vt omnis boni fons & author verè agnoscitur, dúmque per Christum certi sumus, Deum nobis fauere, atque in hoc nos de mundo elegisse, vt sibi nos per Spiritũ suum similes reddat, plenè iustos & beatos haud dubiè corda nostra viuunt ea fiducia & spe in Deũ, adeò vt quicquid orbis habet huic collatum, fumus & vmbra sit: eóq; amore Dei perfunduntur, vt nihil non molestum sit, nisi quum ipsius gratia te id habere intelligas. Hæc fiducia confundi non potest. Vnde dum pij per Spiritum Sanctum, quo donati sunt, indubitatò se filios Dei sciunt, vt futuræ & beatæ vitæ arram, ita & gustum aliquem habent, tenuem quidem, si plenæ beatitudini (quæ nos manet) conferas: sed tamen tam magnum, vt præ eo leue sit, omnia vitæ præsentis, imò ipsam quoque vitam, morte & quibúsvis cruciatibus commutare. Hæc vita æterna dum hic peregrinamur, imperfecta est sicuti & cognitio: quum Dominus dederit, tandem perficiet consummabitque. AETERNAM igitur iure dicimus, quæ hic exepta, tandem perficienda est, & finis nescia. Porrò hic inchoare oportet id, & per fidem cognoscendum & comprehendendum est, quod in futura vita nobis hæreditãdum & possidendum est. Hæc cognitio nihil aliud est quàm nosse quid de Patre & Christo sentiendum sit. De qua 2. Petri cap. 3. scribitur, Et crescite in gratia & cognitione Domini nostri & saluatoris Iesu Christi: hoc est, Date operam, vt hoc vobicum vestrum sit studium, vna vestra cura & cogitatio, vt vnum Christum probè noscere discatis, nec quisquam vestrum quærat aliquid præstantius. Hæc enim est sola nostra sapientia, quæ Christiana scientia dicitur. Quare siquis rogauerit quid Christiani sciant aut doceant, nihil aliud respondendum est quàm vt Christus verè cognoscatur à Patre missus. Hoc qui neque nouerit neque didicerit, aut exercuerit, is caueat se Christianum profiteri, etiam si ad vnguem omnium poetarum, oratorum & philosophorum doctrinas nouerit. Totum id parabitur tibi in hoc verbo, QVEM misisti: quod qui verè intelligit, credit, & eam vitam æternam habet. Hoc (te rogo) expande & meditare, quare Christus venerit, & quid hic in terris egerit: descendit de cælis factus est homo, vt consummaret opus quod ipse Pater mandauerat, nimirum vt peccata mundi in se trãsferret, & pro eis abolendis mortem obiret, Patris iram placaret, & vt per se in propria persona mortem & diabolũ superaret, & nos sibi vendicaret. Hos thesauros in hoc verbo, QVEM misisti, absconditos, qui ex animo & fide viua amplexatur, vitam habet æternam. Porrò hic locus planè conuenit cum illo qui suprà cap. 11. scribitur, Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternũ.

Vita æterna hic cœpit.

Hæreditas hic cœpta, cognoscenda.

Christiana scientia.

Cognitio viua quàm necessaria.

Vitam æternã habere.

[ROGO te clarificaui super terram.] Dum hic ageret Iesus Christus, & cum hominibus familiariter versaretur, glorificauit Patrem, ipsius laudem & gloriam magnifice prædicando & extollendo: cuius rei testimonia passim habemus in Euangelijs. Illustre profectò comen Patris reddit, prorogauit, illustrauit, & bonam de ipso famam sparsit verbo Euangelij. Vnde credentes inuocant nunc Deum vt Patrem, vt fautorem, vt redemptorem & saluatorem. His nominibus ac titulis pij homines laudem Patris nunc decantant, hunc solum amant, colunt & adorant, ad hunc gemitibus inenarrabilibus spirant, hunc solum commẽdant, & glorificant. Obserua: quemadmodum Christus in terris toto suæ vitæ curriculo docebat, & glorificabatur se à Patre missum esse, & omnia sua facta ac dicta, omnem vitam suam, prætereà quicquid habet & potest, sursum ad Patrem retulit: & Patri assignauit: ita & Christiani vita esse debet, sicut & Christi cõuersationem hoc loco fuisse videmus, vt Deum vnicè laudet, illius gratiam & beneficia grato animo agnoscat & imploret. Rursus aduerte: Pater Christum per mortem & ignominiam glorificauit, qui si morte, & cruce extinctus & inglorificatus mansisset, neque Patris gloria latiùs propagata fuisset, sed cum Christo interijsset: Quare Patris & Filij gloria inter se connexæ sunt, ita vt,

Pater quãdo à filio glorificatus.

Christiani vita qualis esse debet. Christus per mortẽ glorificatus.

Gloriæ Patris & Filij nexus.

ita vt in quo Pater Filiũ glorificat, se ipsum glorificat: & quum Christus glorificatus fuerit, tũ Pater quoque glorificatur. Est profectò vtraq; cõmunicabilis glorificatio, & claritas, qua Pater per Filiũ, & Filius per Patrem glorificandus est. Non abs re addidit SVPER TERRAM: in cælis enim glorificatus erat, & ab angelis adorabatur. Non ergo de gloria substantiæ eius coniuncta dicit. Ego te clarificaui: quam etsi à nemine laudetur, plenissimã habet: sed quæ humano cultu exhibetur.

[OPVS consummaui, quod dedisti mihi vt faciam.] Quasi dicat: Meæ functioni & vocationi satisfeci: ministerium enim prædicationis Euangelij fideliter & constãter absolui, nec solùm prædicaui, verùmetiam prædicationem miraculis confirmaui. Admandatũ mihi erat, vt me omnibus probris & contumelijs in gratiam salutis hominum, onerarem, diros cruciatus paterer, & mortem lubens appeterem in Patris gloriam: & hæc omnia, vt homines à morte, peccato, & Satana eriperentur, & vitam æternam haberent. Hæc omnia iuxta Patris beneplacitum absolui. Loquitur Christus veluti in cruce mori proximus, & futurum tãquam iam factum, more Prophetarum pronunciat.

[ET nunc clarifica me tu Pater, apud temetipsum claritate quam habui priusquàm mundus fieret, apud te.] Tam apertis verbis suam diuinitatem Christus declarat, vt nullus relinquatur Arrianis locus. Nam manifestè & significanter dicit se habuisse claritatem, & gloriosum fuisse apud Patrẽ, priusquàm mundus fieret. Iam nihil potuit esse antequàm mundus fieret, nisi Deus solus, quum inter Deum & mundum nullum sit medium: aut ipsum creatorem aut creaturam esse oportet: ergo quum clarus esset apud Patrem, hoc est cum Patre, antequàm mundus esset conditus, necessariò concludendum, ipsum esse Deum, & non excellentissimam quandam creaturam, quam isti impij fingũt. Ego quidem opus quod dedisti mihi, ô chare Pater, consummaui: occumbo & opprimor, atque vt omnium hominum sceleratissimus (quem terra post hominum memoriam portauit) damnor. Ideò Pater declara & reuela gloriam meam, vt mũdus audiat & dicat me tuum fuisse Filium ab æterno, intelligátque omnium rerum creatorem & administratorem: adeoque semper sedisse ab æterno ad Patris dexteram. Hanc notitiam nisi dedisset Pater, nullus mortalium vnquam Christi claritatem cognouisset aut explorauisset. Nam quis vnquam sibi persuasisset Christum crucifixum, & præ omnibus hominibus humiliatum, verum & omnipotentem Deum esse, nisi reuelatore Spiritu Patris? Iam verò exaudita est hæc oratio, cuiusque virtus viget. Creditur enim & colitur Christus pro vero homine ex Virgine nato, & pro vero Filio Dei. Rogabis: Si Christus antequàm mundus fieret, clarus erat apud Patrem: cur igitur rogat vt glorificetur? Respõdeo: Rogat vt claritas & bona omnia ab æterno habita, quæ tempore suæ exinanitionis dissimulauit, declarentur & manifestentur hominibus. Et quia nondum glorificata erat carnis natura, neque incorruptibilitate fruebatur, neque regium thronum acceperat, rogans ait, CLARIFICA ME, hoc est humanam meam naturam: & subuehe eam in gloriam quam habebam antequàm mundus conderetur. Non solùm propter se, vt hominem homo rogat, sed etiam propter omnes in se credentes, vt ipsi vna glorificentur, & fiant Filij Dei. Eò enim huc venit & aliquantisper se exinaniuit forma serui accepta, vt ex seruo Dominum, & ex homine Deum faceret: aut dici potest ad hunc modum, CLARIFICA ME, id est, fac notum hominibus, quòd tu me misisti in mundum, vt per me mundus habeat vitam æternam: atque ostende hominibus me rediturum ad gloriam meam, & sessurum ad dexteram tuam, intercessorem, interpellatorem, aduocatum, sacerdotem, regem & pastorem in æternum apud temetipsum. Quasi dicat: per te glorificer, qui solus potes me glorificare claritate, quam habui, &c. dum ostenderis quòd sum tecum Deus, Filius tuus naturalis, tibi æqualis per omnia. Hanc CLARITATEM, id est, omnia quæ semper cum Patre communia habuit, ad tempus dissimulauit, sed per resurrectionem manifestauit, dum humanitas ad dexteram Patris conscendit.

[MANIFESTAVI nomen tuum hominibus.] Clarius interpretatur Christus quòd dixerit se clarificasse

Inter Deũ & mundum nullum est mediũ. Arrianorũ cõfutatio.

Claritas Christi vnde cognita. Orationis Christi exaudito. Christus etiam ante mũdũ glorioſus, cur rogat clarificari.

Christus quare huc venit.

Christum clarificari.

Christus quid hominibus manifestauit.

Pater per Filium mundo cognitus.

Patrẽ,& opus tuum cõsummasse, exponens quomodo & quamobrem hoc factum sit. MANIFESTAVI HOMINIBVS, id est homines per me & meam prædicationem cognouerunt & intellexerunt NOMEN TVVM, scilicet quo verè nominaris Pater meus, quod antèà ignorabatur: idque feci manifestans gloriam tuam, voluntatem tuam, misericordiam, remissionem peccatorum, bonitatem, iustitiam, redemptionem & saluationem, quàm sis clemens, quòd in gratiam illos per me receperis, omnia peccata illis condonans, à morte & Satana illos liberans, in omnibus periculis & angustijs defendens, & opem ferens: idque nulla ratione operum aut meritorum præhabita, sed tãtùm tua paterna bonitate per me Filium tuũ, quem in mundum misisti. Ad Rom. cap. 5. Si enim quum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius. & ad Titum 3. Nõ ex operibus quæ fecimus nos, sed secundũ misericordiã saluos nos fecit. Proinde quisquis est qui hæc laudat & iactat, prædicat, credit & confitetur, is profectò Patrem glorioſum facit, atque eius nomen clarificat, & manifestum facit, vt sciatur iuxta eius beneficentiam quomodo nominãdus, & quis habendus, & quo pacto colendus sit. Manifestus quidem erat Deus Iudæis: at prædicatione Euangelij vniuerso orbi declaratus est. Ante Christi aduentum cognouerunt Deum, nõ vt Patrem, sed vt opificem solùm, quẽ Filius missus, eiusq; prædicatione, tum miraculis notum fecit esse Patrem. Nam quum se Filium Dei esse declarauit, manifestum est quòd simul demonstrauit Deum fuisse sibi Patrem.

Electi Patrem per Christum agnouerunt.

[QVOS dedisti mihi de mundo.] Iam cœpit Christus discernere inter hœdos & agnos, inter vocatos seu electos (qui pauci sunt) & non electos. Quantum ad me attinet, omnibus manifestaui nomẽ tuum, sed illam gloriam & nominis tui manifestationem nemo intelligere aut arripere potest, nisi hi quos afflatu tuo exemptos nõ de cælo, sed A MVNDO (cui impuris affectibus seruiebant) eradidisti MIHI, homini & mediatori: non enim poterant mihi inseri, nisi tua gratuita bonitas afflasset illorum animos, vt me audirent, & mihi obedirent. Suprà capite 6. Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit illum. Alij autem contemnunt, aut etiam offendunt

di ntur tuo nomine, & qua sunt impietate prædìti, etiam persequuntur & blasphemant: nam gloria tua & nomen tuum pugnat cum illorum prudentia & sanctitate, & cũ omnibus quæ illi magnificiunt. Obserua: nostræ salutis quendam ordinem: Deus Pater elegit & vocauit nos in Christo, vt essemus sancti & salui. Deus Filius litatione sui corporis saluos nos fecit. Deus Spiritus Sanctus illuminat nos ad salutem nostram, certosque nos facit de illa, & ad illam nos cõseruat. Rursus aduerte, signum quo quis se electum esse à Patre cognoscit, est fides in Christum. Nam hæc est voluntas Patris, vt qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.

Salutis nostræ ordo.

Electionis signum.

[TVI erant.] Hos electos condidisti, quos huic negotio fidei (qua credunt in me) destinatos.

[ET mihi eos dedisti,] Tu eos MIHI, mediatori, docendos, perficiendos & saluandos tradidisti: hi mei sunt. Nam qui verbum audit, cor & aures aperit, & manifestationem de Patre suscipit, ille amplius ad mundum non pertinet, sed meus est. Iam quum certum sit quòd mei sint, & ego illorum Dominus, magister & saluator sum, tum illud quoque certũ est, quòd etiam tui sint: nec tantum iam tui sunt, sed fuêre tui ante mundi constitutionem, & per te ad me venerunt. Hæc amplissimam pijs afferunt consolationem. & nostras infirmas ac trepidas leuant conscientias, animúmque nostrum (qui alioqui semper est in metu ac Deum exhoresceit) fidenti audacia implent, quo gaudenter & audacter Deum aspiciamus, & cum omni fiducia ad illum curritemus, atque in conspectu eius stare queamus. Nam his verbis omnis ira sublata esse ostenditur, & quicquid horrendum aut terribile in cælo & terra excogitari potest, deturbatur: apprehenditurque hoc verbo, cælum apertum esse plenum omni gratia & benedictione super nos. Vnde tollitur curiositas illa & periculosa illa tentatio de prædestinatione, qua non pauci semet diseruciant, & excarnificant in tantum, vt parum absint ab insania. Tu autẽ scito & intelligito maiorem in terris non esse consolationem, quàm eam quæ ex hoc loco habetur, nimirũ, quòd Dei es, & ad Deũ spectas, si te in Christo esse repereris. Repereris autem te in Christo, si in Christum credis, si verbum Dei tibi pla-

Consolatio piorum.

Prædestinationis tentatio quo modo tollenda.

Reperire se in Christo.

cet, tuúmque cor erga ipsum suauiter effusum est. Nam si Christistus tibi amicus & dulcis est, téque consolatur, tum ipse Deus Pater te consolatur. Ideò electus Dei es, & Deum iratum non habes, sed tantùm paternam charitatem & gratiam per hæc opera testatam. In his perseuera tanquam murus ahæneus, nihil aliud inculcare tibi sinens, quàm verbum Dei, quo semper ipsius Dei voluntatem intelliges, & illi obtemperabis.

Christianorũ tutela.

[ET sermonem tuum seruauerunt.] Neq; tua in illis benignitas (ait Christus) neque mea opera inanis fuit: nam crediderunt doctrinæ meæ, qua tuam voluntatem docui: & in hoc quòd discipuli mei sunt, & me audiunt, audiunt & seruant non meum, sed tuum verbum Electi receperunt verbum Christi (quod humilitatis gratia, propter formam serui acceptam, dicit esse Patris) id est Euangelium, & in eo, siue in fide permanserunt: reliqui verò excæcati sunt. Ad hunc modum dictũ est, Act. capite 13. Audientes autem Gentes, gauisi sunt, & glorificabant verbũ Domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Obserua: magna est hæc consolatio, quum audimus nullum ex ore Christi verbum prodijsse quod non sit Patris nostri cælestis, & tale quidem quo suauissimè & amãtissimè nos ad se vocat, & allicit.

Christi verbũ, Patris est.

[NVNC cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt,] Exceperunt Euangelium, & in eo permanserunt: hoc enim cognitum & persuasum habent quod Iudæi credere noluerunt: quòd quicquid docui, quicquid gessi, non est humanum commentum, sed ex te authore profectum, & tua virtute gestum. Sciunt omnia abs te esse quæcunque ego habeo & facio, ago, & largior. Hoc est accipiũt vt à te data & donata nec dubitãt se abs te electos esse, & ad me perductos. Nam quotquot mihi viua fide adhærent, & me audiunt, certi sunt te tibi Patrem & Deum esse clementem & propitium: nam neque me audire possent, neque sermonem meum seruare, nisi ipse illis hoc concessisses, & ad hoc elegisses. Ex his plane intelligimus hanc cognitionem esse rectam illam & clarã lucem atq; gloriam, qua detecta facie Deũ intuemur, sine omni velamine seu tectorio, sicut scribit

Electorum dignitas à Patre per Christum

bit Paulus, 2. Corinth. cap. 3. Vsque in hodiernũ diem, idipsum velamen in lectione veteris Testamenti manet nõ reuelatum, quoniam in Christo euacuatur: sed vsque in hodiernum diem, quum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum: quum autem conuersi fuerint ad Dominum, auferetur velamen.

[QVIA verba, quæ dedisti mihi, dedi eis.] Interpretatur quid illud sit quod Pater ipsi dederit, nimirũ Euangelium, quod Filio à Patre demandatum est, vt vniuerso orbi annuntiet. Hæc docent verbum externum, esse medium necessarium (vt ne quis id contemnat, dicens se solùm à Spiritu siue Scriptura & verbo pendere) ad fidem. Hoc verbum quod Christus pronũtiabat, & auribus percipiebatur, Christus nominat Patris verbum, quod cælitus ab ipso accepit, & nobis attulit. Ac dicit illi eam inesse virtutem, & id fructus præstare, vt per illud, Patris voluntatem & animum cognoscant, & omnia quæ ad ipsorum salutem sunt necessaria, in eo comprehensa habeant: vt quæ sequuntur, futiùs & clariùs declarabunt. QVIA verba, &c. Quasi dicat: Ideo pij & credentes cognouerunt omnia mea à te esse, quia ego sic illos docui, & institui, vt crederent & cognoscerent omnia mea abs te esse, te esse authorem & personæ & doctrinæ, & operum meorum. Nec aliud tradidi illis, quàm abs te tradendum accepe-ram. Quisquis ergo fide verbum Christi, id est, Euangelium excepit, is verè cognoscit Christum, quo cognito verè cognoscitur Deus. Viua autem cognitio Patris & Filij per Spiritum Sanctum, est vita æterna. Obseruate VERBA quæ dedisti mihi, id est, quæ à te accepi dicenda & docenda, dedi eis. Non enim Christus omnem notitiam animæ suæ infusam transfudit in discipulos, sed eam solùm quæ eò data erat, vt prædicaretur.

Verbũ Patris

Christũ verè cognoscere.

Cognitio viua Patris & Filij.

Vita æterna.

[ET IPSI ACCEPERVNT, & cognouerunt verè, quia à te exiui.] Super vna re multa verba insumit, vt ipse infirmas recreet conscientias, & Patris animum ac charitatem nobis demonstret, & nos ipsi per omnia fidentes faciat. Idem sensus horum verborum, qui & priorum. Verbum Dei seriò & ex animo acceptum, efficit vt cognoscamus CHRISTVM à Deo exijsse: id est, Omnia quæcunque loquitur & facit

Verbi recepti fructus.

& facit Christus, ea sunt Patris: eáque omnia ideò facit, vt nobis opem ferat. ET ipsi acceperunt & cognouerunt, id est, crediderunt, certáque cognitione statuerũt omnia mea à te esse, te esse authorẽ & personæ & doctrinæ & operũ meorũ. Procul dubiò hic locus à causa efficiẽte (quæ Deus Pater est) commendat personam, doctrinam & opera Christi, docétq; quàm non fuerit aduersarius Dei, sed impleat voluntatem Patris à quo exijt. QVIA à te exiui, id est genuisti me, & tecum sum Deus. Aut, A TE exiui, in mundum, sumendo formam serui.

Christum exijsse à Patre.

[ET crediderunt quia tu me misisti.] Clariùs seipsum interpretatur Christus, & rhetorica expolitione declarat quod dixit, ET ipsi acceperunt, &c. Sermoni meo (quem Pharisæi spreuerunt) hi crediderunt, nimirum quod à te exiui. id est, QVOD tu me misisti, hoc est, quòd abs te missus venerim in hunc mundum. Quasi dicat: Hactenus tãtum in doctrina mea promouerunt, quòd persuasum habent me Messiam esse, tot seculis expectatum, qué tu ad salutem omnium credentium misisti in mundum. Obser

Christi exitus siue missio tẽporalis.

ua: Exitus & missio hæc, temporalis est, iuxta naturã humanam quam in tempore assumpsit Filius. Altero tamẽ verbo, EXIVI, ostenditur exeuntis Filij authoritas, qui volens & lubens exijt, & in mundum venit, factus homo: Altero MISISTI, authoritas Patris mittentis. Hactenus verbis vsus est præteritis, & quasi iam contigissent quæ pronuntiabat, quòd iã inchoata essent, & mox dum mitteretur Spiritus Sanctus, perficienda forent. Aut (vt

Idiotismus Prophetarũ.

diximus) tam certa erant, vt quod cœptum & futurum erat, facturum esse dicatur. Qui loquendi modus apud Prophetas non est infrequens.

[EGO pro eis rogo.] Posteaquàm Christus Patrẽ precatus est vt Pater ipsum glorificet, & multis verbis apertè quomodo Patrem glorificauerit suis prædicationibus & operibus apud suos, ita vt verbum exceperint, & in eo multum promouerint, iam illos Patri commendat, rogans ne permittat eos in tentationem incidere, sed liberet eos à malo, vt munus suum feliciter obeant. Quia (inquit) iuxta corporis familiarem conuictum eos reliquo, vicissim illos tuæ bonitati commendo seruandos, ne deficiant, sed semper in melius proficiãt. Cui accessi

ferre debeant suam salutem, & cuius præsidijs niti debent, sciunt. Ex te pendent: propterea, EGO magister, RO GO pro eis, discipulis meis, quos è mundo subductos, tuos esse voluisti: vt quod in illis tua bonitate cœptum est, feliciter & perpetuum succedat. Obserua': Hanc in terris Christus orationem pro nobis fudit, vt declararet se fore æternum apud Patrem pro nobis Pontificem & interpellatorem. Vnde Christum rogare pro nobis, est vnum de præcipuis Christi officijs. Ipse enim hostia est, ipse sacerdos, ipse mediator, ipse agnus verus qui tollit peccata mũdi. Rursus aduerte decorum personæ Christi, qui præceptor orat pro discipulis: simul & ipsius fidelitatem, qui quum ipse tentatus est, nouit alijs succurrere, Hebræorũ cap. 2. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potẽs est & eis qui tentantur auxiliari. Item obseruandũ: Christus, qui Pontifex & mediator est, rogat quidem pro nobis vt homo, liberaliter autem vnà cum Deo Patre dona dignis distribuit: quod Paulus apertè docuit, dicẽs Rom. cap. 1. & 1. Corinth. 1. Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Qui ergo vt homo rogat, is vt Deus distribuit.

Oratiõis Christi scopus.

Christi officium.

Christi decorum.

Christ⁹ vt homo rogat, vt Deus dunet.

[NON pro mundo.] Horrendum auditu est, quòd Christus non pro mundo roget: vnde mundus quotidie in extrema facinora, in mortem, infernum, adeóq; æternam damnationem præceps ruit. Hic verò supplices rogemus, ne in hac turba reperiamur, pro qua Christus pro cari dedignatur. Ad huius loci cognitionem obseruare debemus duas turbas, vnam, & illam pusillam, quæ verbum Dei habet, idémque exercere debet: alteram, magnã & numerosam, quæ seruit peccato & iniustitiæ, persequitur Euangelium, mactat Christum, explodit innocẽtes, est mancipium diaboli, statuit priorem turbam opprimere, ac manibus pedibúsque studet, quibus cõsilijs quibúsve technis & insidijs Euangelium delere queat, ac prorsus abolere. Hæc nobis apertè demonstrant quid sit MVNDVS, aut quis DE mundo sit, seu quis Nõ de mũdo vocetur. Quũ priore turba reponendos duxeris eos (qui tametsi adhuc in mũdo sint) tamen ad fidem conuertentur: priusquã enim fidẽ excipiãt, illos de mũdo esse oportet: mox enim in sequentibus dicitur, Non pro eis autẽ

Mũdus ab oratione Christi excluſus.

Turbæ hominum in mundo duæ.

Mundus, & quis de mũdo.

rogo

rogo tãtùm,sed pro ijs qui credituri sunt per sermonem corum,in me. Pro mundo itaque orare licet propter eos qui adhuc conuertendi sunt. Sanctus enim Paulus re vera de mũdo erat,quum Ecclesiam persequeretur ,& Christianos vinctos Hierosolymã perduceret , attamen Sanctus Stephanus rogabat pro eo,vt cõuerteretur. Ita quoque Christus rogabat in cruce, Pater , ignosce illis , quia nesciunt quid faciunt. Verum itaq; est quod orat pro mũdo,& non pro mũdo,Quomodo hæc quadrant? Pro Christianis & omnibus qui conuertendi sunt rogat , vtin recta fide maneant,in ea proficiant ac pergant,neque ab ea desciscant. & qui nondum in ea sunt , relicta priori vita, accedant. Hæc forma atque ratio rogãdi pro mundo,nobis omnibus imitanda est. Quum Dominus etiam (Matthæi cap. 5.)pro inimicis nos orare docuerit,qui nos persequuntur,& maledictis incessunt. Sed vt erat mundi status & omnes eius actiones & cõsilia,quibus contra Euãgelium turbulenter & furiosè tumultuari solet,nullo modo rogandum est,vt talis insania (quæ vere mundus dicitur) Deo placeat , aut tantam tyrannidem sciẽs & prudẽs dissimulet & permittat. Sed contrarium potiùs rogandum est,vt ipsius mundi furiosos conatus reprimat, & eius impia consilia discutiat. Hæc oratio propriè non est contra personam institutam,sed contra ipsius nefarios conatus & machinas,quibus verbum Dei aduersatur , & persequitur. Exemplo erit Moyses,qui hoc contra Core & eius factionem fecisse legitur (Nume. ca. 16.)dum iracundia inflamatus,clamauit ad Dominum. Ne respicias sacrificia eorum. Non est absimile,quod de Dauide legimus (2. Reg. 15.) qui quum à filio suo é regno exterminatus esset, & consiliarius eius ab eo ad filium desciuisset , rogabat Dominum vt consilium ipsius Archiosel infatuaret,& irritum faceret. Frequentissima fuit huiusmodi precatio Dauidis , in Psalterio , contra persequutores suos & inimicos. Colligamus ex his , Christum pro omnibus personis orasse quidem , similiter & passum esse , ac quantum ad se attinebat , pro omnibus sacrificasse , adeò vt pro omnibus sufficerit ex ipsius munere & officio cùm oratio tum satisfactio , licet ingratis & gratiam recusantibus efficax non fuerit. Vnde mundus iusto iudi

Rogandũ pro mundo.

Rogandũ, nõ pro mundo.

Christus pro omnibus rogauit & satisfecit.

Mundus damnatus.

sto iudicio Dei in reprobũ sensum traditus est,& suæ libidini ac manui derelictus. Vnde vt scelerate & præfracte viuit,ita horribili iudicio condemnatur. Quantum igitur ad personam attinet , rogabimus pro omnibus cum bonis & amicis,tum malis & inimicis: vt qui nos auersantur & sunt nobis inimici,conuertantur & amici fiant: si non,vt illorum impia consilia,technæ,machinæ & tyrãnis nemini noceant,& citiùs persona pessum eat,quàm Euangelium & regnum Christi. Proinde mundus Satanæ regnum recipit non Christi , cuius verbo non credit: sed totus dicatus est diabolo,cuius mancipium est. Mundi genius est vt vbicũque aliquid comminisci potest aut excitare,contumelioſe & probrosissimè laceret verbum, inclementissimè & virulentissimè criminetur,crudelissimè persequatur: vt omnibus Christum reddat exosum. Et vbi tyranide sua nihil potest efficere,ibi tantæ est malitiæ,vt fugiat potiùs quàm audiat,nihil prorsus prætermittens quò acerbam & plusquã fœuientem iram suam in verbum & eius studiosos effundat.

Diaboli mancipium.

Mũdi genius.

[SED pro his quos dedisti mihi.] Peruenusta est hæc quædam verborum repetitio,qua vtitur , vt indiuulsius hæc animis nostris adhæreãt: Quia pro mundo & omnibus eius impijs conatibus & affectis rogare nõ possum: tui enim non sunt,qui odio & infectatione persequuntur eos QVOS dedisti mihi,id est,pios,seruandos,& retinendos. Rogo PRO eis,id est,omnibus pijs vt à malo seruues & liberes eos. Alludit ad id quod scribitur Psamo 2. Postula à me,& dabo tibi gentes,hæreditatem,& possessionem terminos terræ.

[QVIA tui sunt.] AEtiologica occupatio,ne quis putaret pios solũ ad Christũ pertinere,ait , Tradidisti quidẽ mihi illos,& meos esse voluisti : tibi illos commendo vt tuos: quia tu vocasti & elegisti illos ad salutẽ,& vt perpetuò tuos esse velis. Rogo quẽadmodũ ego perpetuò tuus sum,& aduersus Satanæ dolos & insidias tuti esse nõ possunt,nisi tuo perpetuo præsidio, rogo igitur pro eis,quia tua sunt hæreditas & possessio , quam postulaui à te & dedisti mihi : illi sunt mihi curæ , & me solicitant vt illos liberem , & tibi pro ipsius offeram. Obserua: Pios cùm ad Patrem tuum ad CHRISTVM spectare: ad Pa

Pij ad Patrem & Christum spectant.

ad Patrem quidem pertinent, nomine vocationis & electionis ad salutem: ad Christum vero, quia eos saluos fecit ac redemit: ad Spiritum Sanctum attinent, quia ipsos illuminauit, & donis suis afflauit. Rursus aduerte: verbo DEDISTI, significat pios quoque esse Patris. Nam qui est Christi, ille quoque Patris est, illi autem sunt Christi, sicut ipse testatur, qui verbum ab ipso accipiunt & seruant: hoc est qui fide viua ipsum amplexantur. Et hoc est certissimum signum quo agnoscimus nos à Patre ipsi Christo donaros, Spiritu Christi afflatos, & esse filios Dei: siquidem nemo verbum Dei ex animo excipit & seruat illud, quin Filius Dei siue natus ex Deo fuerit.

Signum quo agnoscimus nos esse filios Dei.

[ET mea omnia tua sunt: & tua mea sunt.] Apertè docet omnia Patris & Filij communia esse, nihil q; proprium & priuatum esse Patris, quod non sit Filij. Quia inquit, rerum omnium communio est inter nos, ideò omnes pij sunt mei, quia sunt tui: Quicquid enim meum est, idem & tuum est, quicquid tuum est, idem est & meū. Ingens est hæc piorum consolatio audientium se ad Patrem & Filium pertinere: vnde seipsos consolantes, argumentantur ad hunc modum: Pij, & qui fide viua Christo adhærent, ad Patrem & Filium simul spectant: ergo piorum curam Pater & Filius simul agunt. Obserua. Hanc sententiam non intelligamus solum de eo quòd Pater ipsi in terris dedit, sed de vna quoque illa diuina essentia, quæ ipsi cum Patre communis est. Et hoc verbo OMNIA complectitur quæcunque Pater possidet, æternam & omnipotentem essentiam, vitam, veritatem, iustitiā, &c. Hoc est apertè declarat & fatetur Christus se Deum verum esse: Verbo enim OMNIA, nihil excludit. Vnde videtur mihi Christus esse Patris θησαυρὸς, id est repositorium pecuniarū Domini, & gazophylacium in quo sunt omnes thesauri sapientię & scientiæ absconditi, Colloss. capite 2. Nam vt pater omnipotens est, ita & Filius est. Pater in semetipso vitam habet, ita & Filio dedit in semetipso vitam habere. Quare hæc dum audimus, non commonefaciunt vt apud Christum & in Christo maneamus (manebimus autem si fide viua illi indiuulsè adhæserimus) atque credamus Deum omnia per ipsum loqui, operari & largiri: & in Christo cum omnia verba,

Consolatio piorum.

Christus est thesauri Patris repositorium.

Deus omnia per Christum operatur.

tū opera Dei esse quærēda. Quonis pacto Christus erga te se gerit, ac tecum agit promittēdo, pelliciendo, cōsolando, portando, donando, ea certe omnia Pater facit. Nam vt suprà capite decimoquinto scriptum est, Quæcunque enim Pater fecerit, hæc & Filius similiter facit. Et vt vno & altero verbo dicam, nihil videre, nihil audire in Christo poteris, nisi vnà quoque Patrem audias & videas. Hæc proculdubiò nos docent non esse quærendum Deum in sua maiestate extra Christum: in Christo enim est Deus vbi vbi fuerit Christus. Siue ergo seipsum suo verbo nobis ostenderit Christus, siue iacere in cunis, siue in gremio virginis, siue in templo, siue in cruce pendere, siue alibi: ibi, id est, in Christo, vult esse Deus. Quicquid ex Deo desiderauerimus, id in Christo quæramus. Ad hunc modum fecit diuus Paulus primæ Corinth. capite secundo, dicens, Et ego quum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Christi. Nō enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.

Deus quærendus per Christum.

[ET clarificatus sum in eis.] Quasi dicat: Quia ex hoc mundo (in quo ignominiosissime obscuror, nec sum in aliquo respectu: oculis enim rationis & carnalibus me mundus intuetur: ideò ille me tantùm ærumnosum & miserum hominem videt, & vt summè contemptum & maledictum abijcit) ad te transeo, ô Pater, & hi, pro quibus rogo, & quos tibi commendo, manebunt in mundo: clarificabunt me, hoc est claram & perspicuam mei habebunt cognitionem: & triumphum meum super mortem, peccatum, infernum & Satanam toti orbi annunciabunt, quorum prædicatione cognoscar saluator mundi & redemptor. Prædicabunt me (qui hic triginta tres annos inglorius & blasphemijs impetitus vixi, & ignominiosissima tandem morte condemnor) huc à te missum esse, & omnia mea tua esse: vnde apud homines celebris erit fama mea: & quemadmodum tu mea doctrina glorificatus es, ita ego per horum credulitatem et prædicationem glorificabor. Hi enim quodammodo succedent in vices meas, ac me subducto è terris, nomen veriusque nostrum per vniuersum orbem celebrabunt. Functus sum prædicationis meæ munere, in quod

Christus in apostolis clarificatus.

istí succedent, proponentes me pro vero Filio tuo, proq; æterno & vero Deo ac domino totius mundi & triumphatore supra mortem, infernum ac Satanam. Et quotquot in me credent, vitam consequentur æternam. Magna & ingens est hæc piorum consolatio & honor non modicus, dum audiunt Christum velle glorificari in nobis, re vera non est hic honor nobis cum totius orbis terrarum opibus atque dignitate permutandus, quod per imbecillitatem carnis & sanguinis nostri glorificari velit Christus. Obserua: Phrasi Hebraica dictum est CLARIFICAVS sum, pro Clarificabor.

Hebraica phrasis.

[ET iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt.] Causas adducit Christus propter quas roget Patrem pro suis discipulis: nempe propter necessitatem & imminentia pericula. Quum ait, ET iam non sum in mundo, loquitur vt is cui iam emigrandum est, & moriendum, quique iam totus à mundo segregatus est. ESSE in mundo dicitur, in hoc externo & sensibili statu esse, hoc est hac vita frui, qua mundus fruitur, quæ vita naturalis dicitur, in qua edimus, bibimus, dormimus, laboramus, procurationem familiæ subimus: breuiter in qua mũdo vtimur, & omnibus huius vitæ necessitatibus. Contrà verò, illi dicuntur NON esse in mundo, qui ab his omnibus iam enumeratis subtracti sunt & separati, ita vt nõ opus habeant, nec fruantur corporali vita, quæ cibo & potu, & ceteris necessarijs substentanda est. Et iam quũ instet hora mortis meæ, & iam tollar de mundo, & ferar à meis discipulis, & interim manent discipuli mei in mundo, hac corporali vita viuentes, necessarium est pro eis rogem, vt solatia habeant. Obserua: IAM non sum de mundo. Quasi diceret: Hora nunc imminet vt per mortem tollar è mundo: ET HI sunt in mundo. Quasi dicat: Hi manent mundi periculis expositi, manent periplema mundi.

Esse in mundo

Non esse in mundo.

Periplema mũdi.

[ECCE ad te venio.] Ego per crucem & mortem in bonum mihi & discipulis meis ad te venio, & subduco me, subtraho & alieno me ab omni corporalium rerum vsu, ad te auspicaturus regnum nouum, in quod omnes in me credentes subducam: tibi conregnaturus, ad cæ los ascendam. His verbis explicat potentiam suam, qua seipsum à mortuis excitauit: non enim permansit in inferno, qui ad dexteram

dexteram Patris conscendit. Hæc valde pios consolantur, quum certò statuant Christum ad Patrem abijsse, & eum nunc sedere ad dexteram Dei Patris, intercessorem & interpellatorem, imò defensorem & protectorem ipsorum.

[PATER sancte, serua eos.] Explicat his verbis quid precetur, nempe pro discipulis suis, & sic in genere pro omnibus pijs, vt confirmentur contra scandala crucis, & ne magnitudine crucis succumbant, & ab Euãgelio deficiant. Quia mox (inquit) relinquo mundum, & hi loco meo manent, adhuc in mundo sparsuri per vniuersas orbis nationes quod à me didicerũt: persequutionem patientur à mundo propter Euangelium, O PATER: captat benevolentiam à persona Patris. SANCTE, qui natura sanctus ac purus es, & alios sanctos facis. SERVA eos, id est, ne sinas eos incidere in tentationem, sed libera eos à malo. Hæc vox, PATER sancte, è maximis flammis ardẽtissimi pectoris proficiscitur. Quasi dicat: O Pater charissime, quia ego præuideo varias sectas, errores & seductiones: multos item Nerones & Phalarides, tyrannos cruentissimos qui conabuntur extinguere Euangelium, interficere, delere, & prorsus in nihilum redigere, quos in meo loco relinquo, SERVA eos, vt in tuo sancto verbo, & puro Euangelio perseuerẽt, quo & ipsi sancti fiunt, nec ab eo desciscant: nisi enim eos seruaueris, de illorum salute actum est. Et quemadmodum à tuis præscriptis nusquam discessi, sed per omnia tibi obsequutus sum & obediui, ita & horum doctrina, nusquam à mea dissentiat. Sic enim glorificabitur nomen nostrum per illos. Hæc nunquam ex animis nostis excidant vt vel in medijs ipsis periculis subsistamus, innixi precibus Christi, quo cum licebit ex animo rogare Patrem, dicentes, Sancte Pater, largire quæsumus, & præsta vt in verbo tuo constãter perseueremus, ne aduersarius asseclæ nos obruant, sed constanter perseueremus in verbo tuo, nihil dubitantes de Euangelio, persona & doctrina Filij tui, quem huc nostræ salutis gratia misisti. Hac oratione glorificamus & Patrem & Filium.

Orationis Christi scopus.

Afflictionum antidotum.

Oratio, qua Patrem & Filium glorificamus.

[IN nomine tuo.] Fortissimum propugnaculũ aduersus omnia mũdi & Satanæ iacula, est nomẽ dei quod hoc

Nomen Dei, pro propugnaculum aduersus Satanam.

Nomen à re cognitum.

loco dicitur verbum, potẽtia, misericordia, salus. Quem admodum à proprio suo nomine res se se indicat & cognoscitur, ita & Deus verbo cognoscitur, ideo verbum est nomen Dei. suprà cap. 1. Nemo Deũ vidit vnquã. Vnigenitus qui est in sinu Patris (est enim verbũ Patris) ipse enarrauit vobis. Potentia eius ex visibilibus cognoscitur. Ro. cap. 1. Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Est misericordia & salus, qui se nobis vt talem Christi nomẽ. cognobilem exhibuit. Iam Iesus Christus est Dei verbũ, potentia, misericordia, & salus. Est igitur Iesus Christus nomen illud Dei in quo seruãtur Apostoli, imò per quod omnes credentes seruantur. Act. cap. 4. Notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel, quia in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni quem vos crucifixistis, quẽ Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis salus. Hic est lapis qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Petit itaq; Christus, vt Pater Apostolos suo nomine seruet: & dicit se illos quoq; ipsius nomine seruasse. Eandem ergo videmus Patris & Filij esse virtutem: quod enim dicit NOMINE tuo, perinde est atque tua virtute, tua potentia.

[QVOS dedisti mihi.] Ante citata verba hic iterum repetit, pro incredibili omnium consolatione, qui ipsius verbum libenter & cupidè audiunt & suscipiunt. A Patre donati sumus erudiendi Christo, adeò vt ipse solus magister, & caput nostrum sit. Maneamus igitur discipuli tanti præceptoris qui est Iesus Christus Filius Dei, à Patre in mũdum missus, vt cognoscamus ab ipso Deo, eò nos esse perductos, vt Christum audiamus: & nostram salutem in manu eius sitam esse, & in ipso solo quærendam sciamus. Videtur itaq; ad hunc modum dicere Dominus, Quum illos eò mihi tradideris, vt mei discipuli fierent, & ad veritatem ac sanctimoniã vitæque puritatem vocarentur, præsta quoque Pater, vt in mea doctrina conseruentur, ne aliqua labefactentur erronea labe, aut à quoquam Antichristiano prophanentur.

[VT sint vnum sicut & nos.] Iesus Christus præuidés eos qui verbum suum audire cœperint, in tanta discrimina

mina & pericula venturos, per quæ à verbo excepto abripi possint (Nam vbicunque Satanas videt aliquos ad Christi scholas & auditorium accedere, mox percitus, indicibili modo furit, bacchatúrq;, omnes irarũ effundẽs habenas, omnibus viribus resistens & repugnans, nullum ante oppugnandi finem faciens, quàm illos à Christo ad se defeciſſe fecerit, & in suam partem retraxerit) precatur Patrem vt defendat & conseruet eos per nomen suum, ne dispergantur, & alius aliò diripiantur, sed maneant vnum indiuulsi. Quum audis SICVT ET NOS, non intelligas Christianos vnum esse debere, sicut ipse & Pater vnum sunt, quorum vna est substantia & eadem natura. Siquidem inter nos non possumus habere vnam & eandem naturã & essentiam: cuiq; enim nostrũ sua peculiaris natura est, hoc est corpus & anima pro seipso. Sed his verbis, VT SINT vnum, significari voluit, vt concordes simus, eadem mente & sententia, omnésque simus eiusdem & vnius fidei, claritatis, intellectus & sensus. Vt qui vnum Christum, vnum Spiritum, & vnam fidem habeamus, etsi in vno quoque discrimen sit, pro ratione cuiusque officij & externi operis. Aut vt expressiùs proferam, hoc loco Christus rogat, vt Christiani & pij omnes SINT vnum, id est, vna res, quam neque videmus, neque palpamus, sed quam credimus. Et SINT vnum, hoc est vna res siue vna quædam essentialis gratia & communio. Hoc est quod Paulus 1. Corinth. cap. 10. & 12. scribit: & alijs item locis dicit nos Christianos vnum corpus esse: vt quemadmodum corpus vna res est & dicitur ita omnes Christiani vnum corpus esse dicuntur. Atq; sicut omnia membra pariter vna res, hoc est vnum corpus sunt ita vt quum vnum aliquod mẽbrum extra corpus fuerit, illud amplius nõ est vnum cum corpore, nec vnius cum illo essentiæ, sed proprium corpus dicitur: quãdiu autem simul manserint, vnum corpus esse dicuntur, nec vllum discrimen est aut separatio aliqua essentiæ: siquidem pes, si de corpore fuerit abscissus, non est vnum amplius cum corpore, sed os quod abijcitur: sin autem in corpore manserit, tum verum est dicere, quod est vnum cum corpore. Ad hunc modum intelligendus est hic locus, Pios omnes & Christianos ita cõglutinatos esse oportere, vt prorsus

Christiani quo modo vnum in Deo.

Simile.

Vnitas Christianorum.

sint vna res,& quædam volũtaria vnio in charitate, quæ naturalis quędam imago vnitatis in Patre & Filio videatur esse. Ab hac vnitate,Christianitas dicta est cõmunio sanctorum, in qua omnes sancti seu Christiani sunt vna multitudo & vnũ corpus,cuius caput Christus. Vt cõseruaretur hæc vnitas & Christianitas in pieratis atque sanctificationis integritate, rogat hoc loco Christus: quod & factum esse legimus Act.cap.4.Multitudinis autẽ erat cor vnũ & anima vna:quisquã eorũ quę possidebat, aliquid suum esse dicebat,sed erãt illis omnia cõmunia.Hoc est quod etiã Paulus scripsit 1.Corinth.ca.12. Corpus vnũ & Spiritus vnus. Nam ertsi multi simus,vnũ tamen corpus in Christo sumus. Omnes enim vno pane participamus & omnes vno Christi Spiritu perunctisumus.Proinde pijs & in Christum credẽtibus suauissimã hęc adfert cõsolationẽ,nimirũ quod nos omnes qui verbo cõstanti fiducia innitimur, membra vnius corporis sumus,vnũ sumus in Christo,de corpore,costa,& sanguine eius formati,longẽ perfectius quàm Eua ex Adamo. Vnde hæc est fiducia & impendio suauis consolatio, quam habet Christianus: quòd si à Satana impugnetur, certus est se non solùm impugnari vt digitũ aut aliud aliquod membrũ,sed totum corpus, hoc est omnes Christianos in mũdo vniuerso, atq; adeò ipsum Deum & Christum nõ aliter atq; in corpore nostro,in quo si minimus pedis digitus lęsus fuerit,illico totũ corpus exilit,facies cõtrahitur,oculi torue vidẽt,nasus plicatur,manus approperat, nec vllum membrum est quod cum læso nõ afficiatur. Siquidẽ iste est vnius vnitatis genius,ne qua pars sibi soli viuat nec cæterarũ omnium. Omnes mutuò sibi inseruiũt. Ad hũc modũ vbi vel leuissimũ membrũ Christianorũ affligitur,mox totum corpus sentit, & cõmouetur omnibus mẽbris accurrẽtibus,cõdolentibus, & clamãtibus:quorũ voces & clamorẽ deinceps audit & sentit etiã Christus,caput nostrũ. Dissimulabit quidẽ forte aliquãtisper dolorẽ semel reprimẽs:sed vbi frõtẽ semel cõtraxerit & corrugauerit,profectò nõ iocabitur. Nã vt ferre nõ possumus iocos & cõtrectationẽ cum vel modica pupillæ oculi læsione:sic nec sustinere potest Christus vnius nostrũ læsionem (quæ singularis est cõtra aduersarios,

Christiani mẽbra vnius corporis.

Christianæ vnitatis propriętas.

Christus suis compatitur.

Christus suos vt pupillam oculi seruat.

sarios consolatio) quin dicat nobis læsis, pupillam oculi sui esse tactam,eámq; sibi iniuriã illatã esse. Hoc promisit,& idẽ exemplo docuit. Promisit quidẽ per Zachariam Prophetam cap. 2. Qui tetigerit vos,tangit pupillam oculi mei. Exemplũ autem huius rei elegãtissimum historia de diuo Paulo nobis exhibet,quum Christianos persequeretur,& in necẽ beati Stephani cõsensisset,putãs se digitũ auulsisse. Ad hæc Christus de cælo clamãs non dixit,Saule,cur digitũ meũ presisti?aut,cur meos persequeris?sed ita:Saule Saule,quid me persequeris?Durũ est tibi contra stimulũ calcitrare. Eu clamat Christus, tanipsius personã persequeretur Saulus. Cur ita? ideò quòd nullũ mẽbrũ corporis tangi potest non sentiente capite; imò omnisi primum sentiente. Nam à capite omnis vis (qua corpus sentit) oritur,venit & manat. Hoc habeant Christiani pro singulari consolatione contra ipsorum aduersarios,qua certo statuere possunt,quòd quum à Satana impugnantur,aut à mundo torquentur & affligun tur,soli non patiãtur, sed omnes Christiani in terris:adhæc etiã omnes angeli in cælis:atque adeò ipse Christus & Pater cæleslis vnã cum illis compatiuntur & condolent tolerantes. Hæc est illa vnitas Christianorũ,pro qua hoc loco rogat Christus, vt sint vnum: ad quam non venitur,& in eam non conseruamur,nisi per nomen suum nos seruet,& in verbo quod à Christo accepimus,manserimus:quo veluti vno vinculo constringimur, vt omnes sub vno capite maneamus,& illi soli adhæreamus, nihilque quæramus sanctitatis & iustitiæ,nisi in solo RESV Christo. Summa horum: Rogat Christus vt omnes quos dedit Pater,sint vna res,& permaneant in charitatis vnitate. Nos autem ita per verbum & fidem viuam adhæremus Christo, vt simus vnum cum illo, & quicquid habuerit,nostrum sit:eóque nobis est affectus, vt quicquid nobis acciderit,sibi quoque accidisse putet: de nobis ita solicitus, ac curam nostri sedulò agens, vt neque mundus,neq; Satanas nobis incõmodare possint. Quæ enim potentia vlla in terris esse potest, quæ cõtra hanc Christianorũ vnitatẽ valeat? Nulla. Quanquã interim diabolus omnes neruos & impios conãtus,sed frustrà tẽdat,vt hoc charitatis vinculũ disrũpat,ac nequitiã & astutia sua

Caput, sensus omnis origo.

Pij in afflictione soli non patiuntur.

Christianorum vnitas.

Vinculũ Christianorum.

Orationis Christi summa.

Christianorũ vnitas inexpugnabilis.

nos à verbo auellat. In verbo igitur fortissima turris.& singularis illa vnitas subsistit, extra quod nihil præter schismata,dissidia & sectas reperias. Hæc vnitas graphicè à Paulo depicta est, Rom.cap.12.& 2. Corinth.12. & Ephes.cap.4. In eo vtiq; sita,vt idé Spiritus omnes huc agat,vt quisq; pro sua portiõe & virili gloriã Dei in electis promoueat,donec omnes perueniant in vnitatem fidei, & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum ætatis plenitudinis Christi.

Vnitatis Christianæ descriptio.

Patris tutela pro Ecclesia.

[QVVM essem cum eis,seruabã eos in nomine tuo.] Ostẽdit Christus necessitatẽ tutelæ Patris pro suis discipulis,à suo abitu.& absentia ab hoc mũdo. Hactenus(inquit)& quandiu cũ illis fegi,& me audiuerũt, viderũt,& mecũ corporaliter cõuersati sunt. Ego EOS seruaui,virtute nõ humana,sed IN nomine tuo, id est potentia verbi tui studui illos seruare docendo,monendo, instando, cõsolando,adhortãdo & modis omnibus instituendo,ne qua ratione à puritate & cognitione verbi seducerentur. Iam verò quũ discipuli mei priuentur mea præsentia & cõuersatione corporali (nam ego ad te vado) superest vt tu illorũ seruandorum curam in te recipias, quo in verbo perseuerent,sicut incœperunt. Observa. Præsentiam Christi esse causam gaudij & consolationis: absentiam verò eius,esse causam crucis & tristitiæ.

Christi cõsilij studium erga suã ecclesiam.

Christus suos cõmẽdat Patri.

Præsentiæ Christi virtus.

[QVOS dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex his perijt,nisi filius perditionis.] Mihi abs te concreditos hactenus verbo Euangelij cõfirmaui & seruaui, ne falsa doctrina & sanctimonia quaterentur & deciperentur. Hos traditos bona fide custodiui, neq; quisquam ex hoc contubernio perijt,nisi Iudas Iscariotes,ille filius perditionis:de cuius defectiõe anteà scriptura testata est. Qui licet mecũ viueret,meus tamen non erat,sed ad perditionem pertinebat,quam ipse sibi suopte vitio,volens accersiuit. Nam nunquam ex animo mihi adhæsit, nec serò verbum meum amplexus est:sed ideò sectabatur me,quò apud me & sub nominis mei prætextu diuitias sibi cumularet,ea tamẽ sanctitatis simulatione & fuco, vt eius nequitiam & dolos nullos discipulorum senserit. Iam verò quum hinc subducturus sim præsentiam meam corpoream,& ad te vadam,tuæ fidei ipsos committo, & eosdem.

Iudas non ad Christum, sed perditionẽ pertinebat.

Iudæ Christũ sequentis studium.

Christus suos resignat in manum Patris.

resigno in manum tuam,vt ab omnibus malis protegantur. Non quòd abeam vt relinquam ipsos in æternũ,sed vt meo abitu impleam ipsorum gaudium ac desyderiũ. Observa: Si Christus antequã ad Patrẽ abijsset & Spiritum suũ misisset,suos custodiuit:quãto magis nunc ipsos per mortẽ & resurrectionem suam iustificatos] custodit. Nũc enim propius adest nobis salus, quàm tum quũ credebamus,& quũ adhuc essemus peccatores. Christus pro nobis mortuus est,& resurrexit:multò igitur magis nũc iustificati sanguine eius, protegemur & seruabimur ab ira Dei. Rursus observa: dictum est Hebraica phrasi FILIVS perditionis,pro Filius perditus.

Christus morte & resurrectione potens suos seruat.

Perditionis filius.

[VT Scriptura impleatur.] Christo etiam in cõtubernio & familia sua ferendus fuit filius ille diabolicus, vt Scriptura impleretur, quæ prædixit vt amicus & domesticus conuictor, pecunia proderet in mortem dominũ ac magistrũ suum. Psal.41. Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Nulla necessitate, sed proprio iudicio tãtum facinus commisit. Quare merito filius perditionis nuncupatur, qui perditionem elegit. Non enim (ait Cyrillus) quia scriptum de illo est, quòd periturus esset,propterea eò nequitiæ processit, vt paucis argenteis pretiosum Christi sangninem traderet: verùm quoniam malignitate sua perituru omnino erat, ideirco id omnino futurũ Scriptura prædixit:quam falsò quicquã dicere,impossibile est. Deus enim ipse per Scripturam loquitur:qui quum præsentia,præterita,& futura omnia nouerit, per Scripturam etiam illa prout vult nobis significat.

Iudas toleradus in Christi familia propter scripturas.

Perditionis filius Iudas, q perditionẽ elegit.

Futurum aliquid prædicitur, quia futurum.

Scriptura vetax.

[NVNC autem ad te venio.] Repetit, quò abiturus sit,& quis fructus sui abitus, ea de causa quòd discipulos suos impensiùs consoletur,vt sciant in quo ipsorum fiducia & tutela stare & quiescere (dum in mundo sunt) debeat. Qui quia Christi præsentia corporali deserẽdi erãt, & in diuersas orbis partes dispergendi,equidem forti tutela & custodia opus habebant,quibus muniti stare possent aduersus omnes mundi impetus, technas, & dolos. Ideò Christus exprimit illis munitissimum locum, vbi longè tutiùs & custoditiùs est illos defensurus, nempe apud Patrem,ad quem ipse migrat, vt omnia accipiat in

Piorum locus munitissimus est apud Patrẽ propter Christum.

suam potestatem. Tempus instat vt ad te subuehar ô Pater, regnũ nouum auspicaturus, quod inuulgaturi sunt mei discipuli per vniuersum orbem: ideo tibi illos commendo, eiúsque gratia ad te venio, vt ipse eos Spiritu Sancto, & diuina virtute fortifices & custodias.

Custodia piorum.

[ET hæc loquor in mundo.] Dum adhuc præsens sum discipulis meis, dico illis hæc, quòd ego ad te veniã: non quòd dubitem de voluntate tua, sed vt hac oratione consoler ac confirmem eos, audiántq; quomodo pro eis rogem, & intelligant se certò futuros sub protectione & custodia tua, posteaquàm mei corporis fuerint orbati conspectu, etiã si vniuersus mundus cum omnibus diabolis atrocissimè contra ipsos fuerit debacchatus.

Quare Christus suos præmonuerit de abitu suo ad Patrem.

[VT habeant gaudiũ meum impletum in semetipsis.] Quasi dicetet: Hæc viua voce verbisq; vocalibus loquor. Cur ita? VT HABEANT gaudium meum impletum in semetipsis: Id est, hæc dixi propter ipsorum quietẽ & consolationem ac gaudium, vt respirent & curas deponant, tanquam te recipiẽte illos saluos & eos custodiendos: vt confirmentur in conscientijs suis, & de veritate verbi & de cura tua, & Spiritus Sancti erga seipsos certi sint. Sine hæc loquor, vt per verbum quod auribus perceperunt, & animo retinuerunt, consolationem accipiant, & alacriores facti, confidenter dicant, Ecce Dominus meus IESVS Christus hæc dixit, & ita fideliter pro me patrem rogauit, vt ex ipsius ore audiui, aut ex his qui præsentes præsentem audiuerunt, & ab eo missi sunt ad mihi prædicandum quòd nolit me deserere: qui tametsi ad cælos se subduxerit, tamen virtute Patris me defensurus est, & seruaturus. Obserua. Vocat Christus gaudium suum, confirmationem & consolationem suorum discipulorum, curam item ac tutelam, quam suo abitu ad Patrem illis parat.

Abitus Christi cognitus, affert pijs gaudium.

Gaudiũ Christi, dicitur piorum tutela & consolatio.

[SERMONEM dedi eis sermonẽ tuũ.] Aperit Christus causas cur mũdus pseguturus erat discipulos. Crucẽ & afflictiones ferẽt mei discipuli, non vt homicidæ, & latrones, sed propter verbũ & SERMONEM Patris, id est propter voluntatẽ Patris quã illis reuelaui. & à me reuelatã susceperũt, & subditos illi se fecerũt, gaudẽtes gaudio, quod illis suggerit semp Spiritus noster inhabitãs eorũ pectora, vt iã nõ pẽdeãt aliũde quã à fiducia nostri, & recti cõscientia.

Pij affligũtur nõ vt homicidæ.

Spiritus Christi pijs semper gaudendũ iugerit.

ET

[ET mundus eos odio habuit.] Custodiendi sunt à te, ô Pater, & seruandi, propterea quòd mundus (qui neque habet neque recipit verbum tuum) illos persequitur, & occidit. Ego annuntiaui illis Euangelium, quod & ipsi toti orbi annuntiaturi sunt. At quia Euangeliũ mũdo nõ conuenit, ILLOS, velut sui desertores, & ad nos transfugas, ODIO prosequitur, nõ ob aliud, nisi quòd nobis adhærent, mundo renuntiantes. Rogabit quispiam: Quid illi fecerunt vnde persequutionẽ patiũtur? Nihil quidem furati sunt, nihil latrocinio consequuti, neminem defraudauerunt. Quid autem aliud? Omnibus gratuitò seruierunt, & cum multo sudore ac varijs laboribus presi, salutem æternam nuntiauerunt, & gratis accipiendam obtulerunt. Quid mercedis habent ab his quibus salutem prædicant? morte contumeliosissima à mundo afficiuntur, & vt fures ac homicidæ cruci apponũtur. Quare iustũ est, vt qui à mundo (inquit Christus) ad nos defecerũt, séque totos nobis crediderunt, totique pendent à nobis, ô Pater, sint tibi curæ, illos custodiẽdos excipias: vt mundus intelligat tutiores esse qui se nostris præsidijs cõmittunt, quàm qui mundi auxilijs nituntur. Cælestem fauorẽ meretur simplex illorum fiducia erga nos: & odium mundi in eos nostra causa exortum, prouocat nostram erga illos benevolentiam. Non enim sunt inuisi mundo quia fures & homicidæ, sed quia à vitijs mundi immunes sunt: ab ambitione & auaritia Pharisæorum & alijs vitijs, quibus passim laborat mundus.

Pij quare affligũtur.

Quare Christus voce commẽdauit pios Patri.

Fiducia in Christiũ fauorem meretur.

Pij quare mundo inuisi.

[QVIA non sunt de mundo.] Hæc est causa propter quam mũdus pios persequitur. QVIA non sunt de mundo, id est, contraria mundo docent: vbi enim mundus iustitiã ponit & pietatem, prædicant ibi esse impietatem & iniustitiam. Obserua. ESSE de mundo, est placere hominibus & mundo. Si adhuc hominibus placerẽ (ait Paulus Galatas capite primo,) CHRISTI seruus non essem. NON ESSE de mundo, est non approbare impietatem mundi, est illius stultam sapientiam & fucatam sanctimoniam reprehẽdere, vt quæ apud Deum pro nihilo ducitur. Hoc dum faciunt pij, non eo ducuntur animo, quòd mundo incommodare studeant, sed quòd succurrere cupiãt, dũ miseras & captiuas animas è faucibus

Mundus quare pios persequatur.

Esse de mũdo.

diabo

diaboli conantur eripere,& ad Deum perducere. Quod videns diabolus,id ferre nequit, ideò tantopere tumultuatur & insanit,nullum non mouens lapidem,quo animos illorum à verbo Christi auocet ac retrahat. Adhæc mundus neque vult, neque sustinet à sua præsumptione & cæcitate decedere: nunquam vult argui aut damnari: vnde oritur contentio qua pij discordes sunt à mundo.

Mũdus nõ sustinet lucem.

[SICVT & ego non sum de mundo.] Non assentior mundo,mea doctrina prorsus contraria est mundo: igitur sicut odit me mundus propter verbum, & quia testimonium fero de illo, quòd opera eius mala sint:ita quoque odit meos discipulos,quibus verbum dedi, quo eos ex mundo exemi & segregaui. Obserua decorum ac honestum esse,discipulos non esse de mundo, quum præceptor de mundo non sit.

Nõ esse de mũdo.

Discipulorum Christi decorum.

[NON rogo vt tollas eos de mundo.] Per occupationem Christus seipsum clariùs exponit, quid roget Patrẽ & cur pro discipulis oret: quis vsus,finis, & fructus orationis sit. NON rogo,inquit, VT tollas eos de mundo. Quasi diceret:non est mihi animus ô Pater, migrent discipuli mei è mundo,neq; volo illos adhuc esse mihi comites:multa enim mihi restant per eos agẽda, nimirũ vt in omnẽ terrã exeat sonus eorum,abeant in omnes orbis partes,regnũ meũ propagaturi,& gregẽ meũ numerosiorẽ ac copiosiorẽ facturi. Multi adhuc sunt per eos cõuertẽdi & adducẽdi, qui per illorũ prædicationem crediturí sunt. Illorũ igitur gratia te rogo,ô Pater, ne eos tollas è mũdo, quanquam illorũ præsentiam mũdus ægrè patiatur,& illi vicissim mũdi,ad nauseam vsq; saturati. Obserua: Pios oportet in mũdo viuere,quãquam nõ sint de mũdo,quippe nõ applaudũt mũdo. Paulus 1. Cor.cap.5. eadẽ ferè dicit, vbi nõ vult pios cõmisceri mũdo, quãquã interim in mũdo viuãt. Alioqui,inquit,debueratis de hoc mũdo exijsse. Nunc autẽ scripsi vobis non cõmisceri. Ex his omnibus colligamus Christi orationem non eò tendere, vt Apostoli eius primas cathedras & primos locos in mũdo habeant,videantúrque magni & clari viri:imò potiùs exilium,paupertatem,fui abiectionẽ, crucẽ, & mortem patientur, adeóque omnibus afflictionibus afficientur, quãdoquidẽ schola & eruditio pietatis,est crux: sed Christus

Pij in mundo, sed nõ de mundo sunt.

Orationis Christi scopus.

Crux est schola pietatis.

stus petit, vt in his afflictionibus Apostoli & pij omnes non succumbant, vt peccatum non dominetur ipsis, & non intrent in tentationem. Tentat quidem eos,sed sic vt probentur, non perdantur. 1. Corinth.cap.10. Fidelis autẽ Deus est, qui nõ patietur vos tentari supra id quod potestis,sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Et Iob cap.5. In sex tribulationibus liberabit te,& in septima non tanget te malum.

Tentat Deus vt probet, nõ vt perdat.

[SED vt serues eos à malo.] Finis orationis Christi pro discipulis est,ne in tẽtationem ducantur,qua succumbant,sed constantes maneant in carne, cõtra omnia crucis scandala. Vnde non accipias hoc loco, MALVM, pro afflictione & cruce,sed pro peccato,impietate, infidelitate & defectione ab Euangelio. Quòd Christus abstulerit peccatũ manentibus peccati effectis, stipendijs & pœnis tẽporalibus, manifestatur eius magnificus magistratus, & mirabilis potentia,qui nigra in candida mutat, dum hoc malũ pœnæ, siue hanc crucẽ & afflictiones facit bona,vertitque illa in gaudium & animi hilaritatẽ. Quare nobis afflictiones & angustiæ in mũdo ferẽdæ sunt propter verbũ,quũ à tyrannis, tũ à sectis omni ex parte nos oppugnantibus, & nullũ nõ mouẽtibus lapidẽ vt verbũ nobis eripiatur. Ad hæc facit,quod veluti misera ouicula in medio luporum cincti sumus densissimo diabolorum agmine:imò (vt Petrus ait) in medio efferacissimorum leonum, qui omnes dẽtes suos exacuũt vt nos dilaniatos & dentibus frustulatim cõminutos deuorent. Age verò, dic sodes,quæ arma nobis sumenda veniũt, vt possimus in tanta capitalitũ & crudelissimorũ inimicorũ multitudine subsistere,ne omnibus momẽtis,abiecto animo desperemus? Non est profectò confugiendum ad humanas vires aut humanam sapientiam, sed ad custodẽ nostrum quem audimus ex hoc loco rogasse, ne in tantis malis succumbamus. Varia quidem inierunt contra nos consilia,multas technas clancularias contra nostram salutem moliuntur:sunt potentes ad nocendum, & nos extremè imbecilli,quibus neq; volũtas neq; studiũ nocendi deest. Sunt satis amarulento ac inflammato animo contra nos accensi,adeò vt si nos queant submergere,& viuos deuorare, libenter sint facturi. Sed hæc nihil ad custodiam: confida

Seruari à malo id est infidelitate.

Pij in mundo vt ouiculæ inter leones.

confidamus in Christum ille vicit mundum, quem in Christo quoq; victore vincemus. Obserua, Vocula SERVES, exaggeratur potentia crucis, ad quam sine scandalo ferendam requiritur auxilium Dei Patris, quem hoc loco Christus pro nobis rogat, vt non succumbamus, sed victoriam è cruce referamus.

[DE MUNDO non sunt, sicut & ego nō sum de mūdo.] Epanaphora est, qua causam crucis piorum repetens, expandit quàm necessarium sit pios potentia Patris à malo seruari. Nā tot insultibus impetūtur, vt in aduersis subsistere non possint sine Patris præsidio. Mihi, inquit Christus, adhærent mei palmites, & mea membra sunt. Quo fit, vt quemadmodum purus sum & ab omni peccato immunis atque à mundo alienus, quia tibi adhæreo ô Pater ita & hi sint à mundo alieni, nihilque cū illo commune habeant, quia mihi insiti sunt, & veluti palmites indiuulsē adhærent. Serua igitur illos, ô Pater, ab omni mundi contagio puros, vt me purū à mundi fæce & tabe seruaui. Hanc rationem superiùs adducens, docuit cur mundus pios oderit: nūc eadē ratione aperit, vt quū adhuc nō tollātur de mūdo, interim seruētur à malo, vt in medijs etiam periculis et crudelissima cruce subsistere possint.

Pij quales esse debent.

[SANCTIFICA eos in veritate.] Apertiùs, declarat finem suæ orationis, discipulos seruari à malo. Nam quod priùs dixerat, SERVARI à malo, nunc appellat, SANCTIFICARI in veritate: O pater, SANCTIFICA, id est, effice sanctos, siue cōfirma illos IN VERITATE, id est, verbo tuo contra scandala crucis, ne in medijs afflictionibus de mea persona, & doctrina mea dubitent, succumbant, animum despondeant, à veritate deficiant, sed in crucē, & afflictiones proiecti in veritate subsistāt. Sanctifica illos, ne sub sanctitatis specie à mūdo propha nentur. Hoc enim studiosissimè cōtēdit & nititur diabolus, vt per suæ sectæ magistros prurientes, eā doctrinam proferat, quæ maximā præ se ferat opinionem & titulum ipsissimæ veritatis & sanctitatis, quum tamē nihil minùs habet. Tāto in hac re vtitur fuco, illā vsque adeò nouit ornare, vt reliquas omnes suo splēdore & nitore antecedat, & omniū pulcherrima esse videatur: non secus atque insignis meretrix, quæ sæpe honestis matronis & fœminis pri

Sanctificari in veritate.

Hypocrisis & fucata veritate mundus nititur.

nis primarijs antefertur, Hæc est illa pulchra & rubea meretrix Babylon (Apocalyp. capite 17.) circundata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide pretioso & margaritis, cum qua scortari sunt Reges terræ. Tanto itaque splendore suam hanc Babylonicam sanctitatem illustrat & commendat Satanas, vt nō sit humanarum virium eam vincere, qui frequentiùs honesta facie decepti, illam excipimus. Quare ad hunc modum interpretari possumus hunc locum: Quia totus mundus summopere studet sanctissimus apparere sanctitate in speciē, quæ vmbratilis est, fucis solummodo micās: tu, ô charissime Pater, sanctifica illos, & serua ab omni fucata sanctimonia. Cauedū est igitur, ne illi fucatæ veritati (vtvt Scripturis sanctis adornata fuerit) adhæreamus. Est enim formosa illa meretrix Babylon cū aureo calice, quæ pulcherrimis verbis & Scripturis vtitur, sed nihil est intus nisi extrema abominatio. Aut dici potest, SERVA EOS IN veritate, id est, in me, qui secundum naturam sum tua veritas consubstantialis, viuens atque subsistens. Vt enim omnia per ipsum, id est, per hanc veritatem facta sunt ita vult & illos in hac veritate, id est, per hanc veritatem seruari. & vt huius veritatis splendore fideles ad cognitionē ipsissimæ veritatis deducātur. Nemo enim absque illuminatione Spiritus veritatem cognoscere potest, nec diuina dogmata, ratione & virtute humana assequetur: nā Christi mysteria excedūt mentē hominis. O peræpretiū fuerit te ingēti Spiritus dono illustratū esse, antequā Christū cognoueris. Vnde Petrus posteaquā cōfessus est (Matthęi cap. 16.) Tu es Christus Filius Dei viui: mox audiuit, Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in cælis. Reuelat ergo Sanctis Pater Filiū, qui quum veritas sit, nō sinet Satanā impellere fideliū mētes ad adulterini sensus persuasionē.

Babylonica meretrix.

Mysteria Christi sine Spiritus illuminatione nō agnoscūtur.

Veritatis vigilus.

[SERMO tuus veritas est.] Occupatio est. Rogabit quispiam, Quid vocat CHRISTVS veritatem, Respondet. Sermo tuus, ô Pater, est veritas. Verbū Patris est veritas. Lex Mosaica, vmbris inuoluta esset: sermo tuus, ô Pater, quē docui, pura veritas est, nō habet fucos nescit vmbratū fumos. Qui desiderauerit fucatæ veritatis & sanctimoniæ retibus non capi, qui volet fucatam agnoscere doctri

Sermo Christi est veritas.

Lex vmbris inuoluta erat.

Euāgeliū pro lydio lapide habēdū ad explorandā doctrinam.

doctrinam, sumat verbū Dei, accipiat Euangelium. Hoc verè illi erit Lydius lapis, quo vera sanctitas dignoscitur ac exploratur: imò ea ipsa res est, quæ veraciter sanctificat. Est enim Sanctificare, ab vsu prophano ad cultū diuinū separare, & traducere. Ad hūc modū sanctificata sunt in lege vasa, hoc est à communi & prophano vsu separata, & solis sacrificijs accommodata. Similiter per verbū & Euāgeliū sanctificātur omnes credēres, hoc est separātur ab huius mundi malis moribus, vt viuāt Deo & à fermento veteris Adami in nouitate Spiritus traducuntur. Ad Rom. cap. 6. Liberati autē à peccato, serui facti estis iustitiæ. Sanctificabatur quidē Aaron & filij eius immolatione vituli, & aspersione sanguinis eius, sed hæc nō labuāt conscientiā. (Heb. cap. 9.) nec poterāt illa perfectum reddere cultorem. Relinquitur ergo solus sanguis Christi, qui nos sanctificat & purgat aspersione ipsius: hon per hyssopū & lanā, vt in lege consuetum erat aspergi. Quādoquidē sanguis Christi in cælum subuectus est, sed aspergitur per verbum & Euangelium (quod est veritas) supra cōscientias nostras, & per fidē viuam aspersio accipitur. Fide enim viua verbū acceptū sanctificat. Ephe. cap. 5. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illā sanctificaret mūdans, eā lauacro aquæ in verbo vitæ. 1. Petr. cap. 1. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, ex corde inuicem diligite attentiùs, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbū Dei viui et permanentis in æternū. Est profecto hoc verbum, Christus mortuus pro nobis. Animā meā pono pro ouibus meis, dicebat ille suprà ca. 10. Aspergamur igitur verbo Dei in quauis tentatione constituti, vt abigatur tentator. Si affligeris et tentaris paupertate, exilio, bonorū proscriptione, et huiusmodi, accipe verbum, et ab hac tentatione eripiēris, audiendo per verbū, Deum esse nutritorem, defensorem et liberatorem tuum, atq; de te curā habere. Si te mors molestauerit, accipe verbum, dicens, Ero mors tua, ó mors: aut, Ego sum resurrectio et vita. Colligamus ex his verbū esse veritatē, idq; esse nobis pro Lydio lapide, quo omnis simulatio et fucus indicatur et cōdemnatur, ipsumq; verbum esse quo sanctificamur et purificamur. Proinde Christus hoc loco rogat Patrem vt verbo,

Sāguis Christi, nostri sanctificatio.

Sāguis Christi nō hyssopo sed verbo aspergitur, & fide excipitur.

Verbū quo aspergitur sanguis est.

Christus p nobis mortuus.

Tentatio omnis verbo Christi abigenda.

Verbi efficacia.

verbo, quod est veritas, confirmet suos discipulos. Obserua: Verbum veritas est, non solùm quia suapte natura veritas est, sed etiam ab effectu, quòd & alios veraces faciat. VOX TVVS, commendat verbum à persona Patris, tanquam à causa efficiente. Est enim verbum à Patre.

Verbum qua ratione dicitur Veritas.

[SICVT tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum.] Argumento à necessitate demonstrat Christus quàm necessarium est discipulos confirmari & sanctificari in verbo: quandoquidem mittendi sunt IN mundum, id est, ad bonos & malos, ad gratos & ingratos, &c. Quemadmodum, inquit, TV me misisti, id est, ego tuus Apostolus factus Pontifex professionis Christianæ (Hebr. cap. 12.) bona fide gessi tuum negotium, nulla ex parte mundi fucis & corruptioni adhærens, sed mundum potiùs ad vitæ puritatem attrahens: ITA & ego misi eos in mundum, id est, hos mei vice in mundū mitto ordinis doctores & prædicatores, vt quod illos docui, & à me didicerunt & receperunt, pure & syncerè doceant, contempto quæstu, neglecta populari aura & propria gloria, sed tuæ voluntati vnicè studeant, vt ipsorum testimonio plurimi ad Euangelium conuertātur & à mundo (qui totus vitijs madet) ad nos deficiant ac pertrahantur. Obserua: His verbis aperitur & manifestatur Christum creasse Apostolos in doctores & prædicatores: quod munus apertius declaratum est hoc sermone, Ite, prædicate Euangelium omni creaturæ. Marc. vlt. & in Matthæo, Ite, docete omnes gētes, baptizantes, &c. Quo fit vt nos omnes ipsorum discipulos faciat, & eorum ori, quod est Spiritus Sancti os, subijciat tam doctos quàm indoctos, vt quisque se humiliet, & quantacunque tandem sapientia, eruditione ac ingenio fuerit præditus, ac simplices illos piscatores suos magistros & doctores esse patiatur: eósque non alio animo audiat, atq; si Christū Dominū audiret. Quodalibi testificatur Dominus, dicens, Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Hęc dum audit, mirabiliter te consolantur, quandoquidem tua conscientia certus esse potes, & indubitanter credere, omnia verba Christi ore prodeuntia, non secùs audire te, quàm si Pater ipse tecum è cælo esset loquutus: & Apostolorum verba te audire, atque si Christum ipsum audires. Proinde non vulgariter dictum

Apostoli in orbem mittendi prius cōfirmā di erant.

Vt Christus à Patre huc missus, ita & à Christo Apostoli in mundum.

Apostoli à christo creati in doctores & prædicatores.

Christiani Apostolorum discipuli.

Apostolorum os, est os Spiritus Sancti.

Apostolis christus omnes subiecit.

Universidad de Deusto Biblioteca

Apostolorum authoritas.

ter dictũ est, SICVT tu me misisti, &c. Obseruanda enim est hæc authoritas Apostolorũ, qui tametsi homines essent & simplices piscatores, non tamen vt homines & à seipsis missi, sed vt legati & Apostoli Dei: cuius iussu, viribus & sapiẽtia sunt loquuti. Homines igitur de rebus sacris tractantes & prædicãtes audiendi sunt, sed non vt homines proprio animi proposito & opinione atq; intellectu loquẽtes. Hoc ad viuũ explicuit Beat⁹ Petrus, 1. Epist. cap. 4. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquã ex virtute quã administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christũ Mittit itaque eos Christus ad imitationẽ suæ missionis: vt quẽadmodũ missus est ex charitate ad prædicandũ mundo veritatem: ita quoq; & illos ex charitate mittit in mũdũ ad annuntiandã veritatẽ, hoc est ordinat illos prædicatores & Apostolos orbis, cuius ipse solus & summus est ordinatus Põtifex. Vt Christus missus est ad annuntiandã Patris volũtatem, hoc est Euãgeliũ, & vt sit exẽplar viuum, & vt crucem ferat: ita & Apostoli missi sunt, non vt doctrinã à se inuentam, sed Euangeliũ annuntient, & vitam doctrinæ conuenientem agant, vt lux eorum luceat coram hominibus: non vt primas cum mundo habeant, sed vt crucem vnà cum Christo ferant. At quia hoc humanis viribus nemo assequi potuit, ideò subiunxit Christus.

Qui sacra tractant & nuntiant, non vt homines, sed vt Dei præcones excipiẽdi.

Apostoli ordinati prædicatores & doctores orbis.

Scopus missionis discipulorum.

[ET pro eis sanctifico meipsum.] Hic textus perelegãs est & admodum locuples, multa prophetarũ testimonia & dicta complectens: cuius summa est, Christũ esse Sacerdotem & Põtificem nostrum, qui pro nobis intercedit & se in cruce offert Deo patri, vt hoc sacrificio & morte eius Deo placati, etiam sanctificemur. Vnde hæc est nostra precipua cõsolatio, & thesaurus ille quẽ nos omnes Christiani cognoscere, & in quẽ animum nostrũ reponere debemus. His enim verbis diserte significatur vnde vera nostra sanctitas veniat, tum quomodo & quo medio sit parata, & quemadmodum illa nobis sit consequenda. Proinde Christus hac sententia alludit verbo veteris Testamenti, quo Moyses de suo cultu subinde vritur, & omnia sacra oblata pro populo, Sancta appellat. Quare hoc ipso textu significare voluit, veteres omnes illas ceremonias & sacrificia vnà cum toto illo cultu veteris Testamenti, antiquata

Christus Pontifex & sacerdos noster.

Thesaurus christianorum.

Sanctitas nostra vnde venit.

Sancta quæ dicuntur.

Vmbræ legis omnes antiquatę.

tiquata ac sublata esse: vtpote quæ coram Deo sanctificare non poterant. Quasi diceret Christus, Sancti quidem sub Moyse vocabantur, dum sacrificia sua afferrẽt, oues, boues, aut farinam, frumentum, vinum, atque id genus alia immolantes. Quæ quum in manus sacerdotis incidissent, non amplius res communis, sed res sacra & Deo dicata vocabatur: ita creaturæ pro filijs Israel oblatæ sanctificabantur vt & ipsi per eas sanctificarentur. Ad hæc tantum erat externa sanctitas: Christianis autem & credentibus est opus alio sacrificio, quo reuera sanctificentur. Id quod factum est, dum Christus pro ipsis seipsum sanctificauit. Vbi obserua hæc verba, EGO pro eis sanctifico meipsum, nõ ita accipiẽda esse tãquã Christus adhuc sanctus fieri debeat, & antehac sanctus non fuerit: nam ab vtero Virginis Mariæ sanctus fuit, testante Gabriele, Luc. ca. 1. Quod ex te nascetur, sanctum, vocabitur Filius Dei. Est igitur hoc loco SANCTIFICARE accipiẽdum pro sacerdotali munere aut fungi aut id exequi. Ac si dicret. Ego semel missam celebro, aut sanctũ sacrificium offero, dum SANCTIFICO meipsum, id est, meipsum pro sancto sacrificio offero. Addit PRO eis, quia pro seipso non est factus sacrificiũ, nec pro suis peccatis seipsum obtulit, quæ nulla fuerũt, sed pro nobis miserrimis seipsum obtulit, & sacrificiũ factus. Aut, SANCTIFICO meipsum pro eis, id est, ego pro ipsis morior, vt ipsi per mortem meam spiritu sanctitatis impleantur, & fiant sancta Dei vasa per reuelatum Euangelij Spiritum.

Cõmunis res. Sacrata res. Sanctitas externa. Christum sanctificare se quo modo intelligendum.

Sãctificare, pro fungi munere sacerdotali.

Christus factus sacrificiũ pro nobis.

[VT sint & ipsi sanctificati in veritate.] Rogat Christus vt pij omnes obsignentur confirmenturq; in ea litatione fuit corporis, & certi fiant de fructu illius, certò apud se statuentes solam Iesu Christi sanctitatem coram Deo valere, & ipsam esse nostri sanctitatem, quæ totam vitã & omnia opera nostra sanctificat per fidẽ viuã, ex qua opera bona fluũt, & sine qua nulla opera & vita Deo placẽt: adeò vt hac præcipua sanctitate etiã omnia quæ sunt in nobis, tũ quicquid operamur, & exercemus sanctum dicitur, ficut persona sancta est. Ex his quendam vsum seu finem sacrificij Christi, quo seipsum in cruce Patri obtulit colligimus esse, vt sanctificemur & de ipsius voluntate certi simus, obsignemurq; ac confirmemur de veritate verbi.

Sola Christi sanctitas corã Deo accepta. Opera bona.

Sacrificij Christi vsus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non absimilem finem obseruamus Matthæi cap. 12. vbi Christus ait, Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Hoc est, quàm mors & resurrectio Christi. Proinde rogat Christus vt sanctificentur sui discipuli, quo purgati à peccatis, perseuerent in prædicatione veritatis Euangelicæ. Non enim qui mundanis affectibus est consecratus, prædicare poterit purè doctrinam Euangelicam. Obserua: Quæ in veteri lege sacrificia erant, sancta omnia in figura fuerunt, aliud spiritale & sanctum adumbrantia, vt agnus, columbæ, turtures, & huiusmodi. Animæ verò quæ Deo offeruntur in sanguine Christi, in veritate sunt sanctificatæ & consecratæ Deo. Sicut & Paulus Rom. cap. 12. ait, Obsecro itaq; vos, fratres, per misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentẽ, sanctam, Deo placentem. Rogat igitur Christus, O Pater, sanctifica & conserua discipulorum animos, & face eos veras oblationes, & corrobora eos vt pro veritate se sanctificent.

Ionæ signum.

Mundo placens non purã habet verbũ.

Sacrificia Mosaica, vmbræ.

Animæ in sanguine Christi oblatæ, sanctificantur.

[NON pro eis rogo tantùm.] Occupatio est: Ne quis ex leuitate aut malitia putaret orationem Christi pro solis Apostolis factam esse, ac nihil de nobis, qui post illos sumus, à Pontifice Christo dictum esse, huic obiectioni occupatione occurrit, declarans suam orationem communem esse pro tota Ecclesia.

Oratio Christi pro tota Ecclesia est.

[SED & pro eis qui crediturí sunt per verbum eorum in me.] Hæc sententia literis aureis nobis scribenda, & animis nostris indiuulse ac tenacissime insculpenda venit, quippe quæ ad nos peculiariter pertineat. Nam non solum Apostolos & Iudæos, sed etiam nos, qui gentiles eramus, ac totam Christianitatem vsque ad nouissimum diem hac oratione comprehendit, vt eò sua virtute tendat & valeat, quò Apostolorum verbum peruenturum est, & vbicunq; per fidem viuam susceptum ipsorum verbum fuerit absq; personarũ acceptiõe, proficiat ac promoueat. Et hæc est nostra spes, fiducia & thesaurus præsentissimus: nec est in tota Scriptura pro nobis (qui Gentiles eramus) præstantius testimonium quàm hoc præsens. Obsor uandus est diligenter hic textus, quomodo Apostolorum animos erigit & solatur, dum cõmendat & extollit ipsorum prædicationem, per quam ad eum venimus & credimus.

Testimonium vocationis gẽtiũ in scriptura, est præsens oratio.

Methodus perueniendi ad Christum.

dimus. Dixit PER VERBVM, tum quia fides ex auditu est, auditus autem per verbũ: tum vt ostendatur quàm væ sani sunt, qui neque lectionem aliquam legere, neq; verbum vllum quo doceantur audire volunt, dicentes se solum ex spiritali meditatione pendere, adeò contemnunt verbum, vt certò affirment res externas, signa, viuam vocem prædicationis, nihil prodesse ad fidem in corde. His male feriatis hominibus obijciendus est hic textus, QVI crediturí sunt per verbũ eorum in me: quo aperte ostenditur audibile & vocale verbum prædicatorũ, esse causam seu occasionem ad fidem: id quod non paucis Scripturæ testimonijs & exẽplis planũ facere possemus. Ideò concludendum est verbum esse vtile & necessariũ, non tantùm auribus, sed etiam cordi & interno homini. Quod autem aliqui non credant, tametsi verbum audiant, id proculdubiò nihil authoritatis, æstimationis aut virtutis verbo adimit, imò nihilo seciꝰ manet verũ ipsum verbũ esse medium per quod fides in animũ venit. VOX IN me, dicit obiectum fidei, quod est Deus: Ergo Christus verè est Deus.

Medijs ad finẽ non contemnenda.

Verbum vocale, est medium ad fidem.

Fidei obiectũ est, Deus.

[VT omnes vnum sint.] Declarat Christus quare pro nobis roget, & quid vtilitatis sua oratio sit operatura. Sanctifica illos ô Pater, VT sint omnes vnum, charitatis vinculo, indiuisam erga nos seruãtes fidem, vt vnius sint Spiritus, vnius fidei, vnũ habeant baptisma, vnum verè agnoscant Dominum. In hoc verbo VT sint omnes vnũ, legere possumus omnẽ defensionem nostrã & redemptionẽ à peccatis, & morte, & mundo, & potestate diaboli sitã esse & cõprehensam. Nã qui per verbũ Apostolorũ credit & sanctificatur, iam permissum est illi gratia Christi, & virtute huius orationis, quòd cũ tota Christianitate vnũ corpus sit in Christo: ita vt quicquid ipsi sicut membro, dolori fuerit aut bono id toti Christianitati siue corpori doloré aut bonum apportet, tanta est huius corporis vnitas: nec vnus aut alter solùm dolet, sed omnes Prophetæ, Martyres, Apostoli, omnes deniq; Christiani in terris pariter & apud Deum cum hoc afflictio patiuntur & vincũt pro eo pugnant, ipsi auxiliantur, eum defendũt ac propugnant. Subsistunt enim in tam amica cõmunione, qua omnes huius afflicti passiones & aduersitates ferant, & hic vicissim omnium bonorum huius corporis sit particeps.

Vnitatis Christianæ vis & defensio.

Christiano vno dolente, reliqui omnes pij dolent.

Cõmunio Sanctorum.

Christianitas.

Consolatorium est tantam vnitatem ac bonorum communionem audire, nihil felicius nobis contingere potest, quàm quòd sentiamus fide & Christi Spiritu nos in hanc communionem ac fraternitatẽ aggregatos, atque membra huius corporis nos esse, quod Christianitas dicitur: quæ eiusmodi corpus est, cui se Deus cum omnibus

Fidẽti in Christum nihil incommodatur.

suis bonis proprium addicauit. Obserua suauissimam ex hoc loco consolationem, qua agnoscis homini habenti hanc fiduciam, nihil sibi incommodari posse, quũ intelligat vel minimum dolorem se patiente & cælum & terram clamare & compati cum omnibus sanctis. Verbi gratia: Si peccatum voluerit conscientiam tuam impugnare, terrere, mordere & premere, subinde minari voluerit

Verbum Christi pro afflictio ad Satanam.

te morte, inferno, alijsq; suis hirsutis furijs, statim Deus suo Spiritu in tua conscientia respondebit, O peccatum, non mordebis hunc mihi fide viua adhærentem, nec tu mors iugulabis, nec tu inferne deuorabis, meus enim est: ego vos vici, fugite hinc in malam vestram crucem, cui vos addixi. Hæc humana ratione non intelliguntur: longè enim aliter coram rationis & mundi oculis apparent, & plane contraria videntur: sed ad hæc fide opus est, & magnam inde tum percipimus consolationem.

[SICVT tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint.] Se & Patrem pro exemplo & similitudine Christus proponit, vt declaret vnitatem qua nos vnitos esse cupit. Vbi aduertendum est, vocem, SICVT, non

Sicut particula similitudinis.

importare æqualitatem: non enim vnum essentia & natura esse possunt fideles: sed similitudinem aliquam iuxta humanam facultatem: quemadmodum dictum est. Estote misericordes, sicut & Pater vester cælestis misericors est. Quemadmodum Pater & Filius vnum sunt in vna diuinitate & maiestate: ita hoc exẽplo vnitatis oportet Christianos omnes esse vnum, hoc est per fidem vi-

Christiani vnũ sunt in Deo per Christũ.

uam Patri & Filio insitos & incorporatos esse: & ita esse vnum corpus in ipsis, vt omnia habeant quæcunque Pater & Filius possident, hoc est diuinæ naturæ reddantur participes, sicut abundè docuit Petrus, 2. Pet. cap. 1. Per cognitionem eius qui vocabit nos propria gloria & virtute: per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Nam

tametsi Pater & Christus aliquo sublimiore modo qui à nobis minus cõprehendi possit, sint vnũ essentia & maiestate, hoc tamẽ beneficiũ cõsequũtur electi vt illa maiestate fruãtur, & illi indiuulsè adhęrẽtes, sint vnũ, hoc est vnius fidei, spei, & charitatis. Hæc erit pijs omnibus ingens cõsolatio, dũ fide cõcipient, quòd si aliquod mẽbrũ Christiani corporis Satanas imperiuerit, statim intelliget

Christianorum afflictiones sunt Christi.

non solùm ipsum mẽbrũ impetitũ & adortũ esse solum, sed etiã Christũ ipsum imò & Patrẽ, hoc est omnipotentẽ & æternã maiestatẽ, corã qua Satanas cõtremiscit & concidit. Cur ita? quia ita vniti sumus Christo, vt qui vnũ tetigerit is cælũ & terrã & omnes creaturas tetigit. Atque vt paucis absoluã, nullũ Christianorũ potes habere contẽptui, nullũ cõtumelia afficere, nullũ persequi, nulli esse iniurius: & cõtrà, nullũ honore afficere, nulli benignè facere, quin ipsi Deo feceris. Vnde Christus in sua maiestate & gloria, aduenìente nouissimo die, sententiã iudicij sui pariter super iustos & impios pronuntiabit, Quicquid feci stis vni ex minimis meis fratribus, mihi feci stis.

Deus omnia sua in Christũ & Christus in suã Ecclesiam contulit.

Etenim omnia sua Deus in Christum contulit, & Christus in sponsam suam Ecclesiam, quæ sponso suo indiuulsè adhæret ceu corpus capiti, & omnia membra pẽde vt cathena cõglutinata sunt in ipso Christo qui Patri consubstantialis & verè cum Patre vnum est.

Orationis Christi fructus. Fides est fructus orationis Christi.

[VT mundus credat, quia tu me misisti.] Iste est fructus quem ex sua oratione cupit Christus. O Pater, precor vt in vno spiritu credẽtes confirmes, vt corã mundo manifestũ fiat QVIA TV ME MISISTI, hoc est quòd meus Pater es, quòd me huc misisti, quòd meæ doctrinæ author es. Dum enim mũdus horum concordem doctrinam, miracula, & vitæ sanctimoniã ac puritatẽ viderit, commoueatur, & commotus credat me profectũ abs te, & me diuina authoritate in hunc mundũ missum esse, vt quicquid per te gessi, redeat in gloriam nominis tui.

Virtus Spiritus in Apostolis cognita miraculis.

Cognoscat item mundus in his esse Spiritum nostrum miraculis, alijsque varijs argumentis exercentem vim suam. Hoc cœptum est fieri, quando missus est Spiritus Sanctus die Pentecostes: factum enim est cor credentium vnum, & anima vna. Vnde coram mundo res stupenda & admirabilis erat, adeò vt impij coacti

Universidad de Deusto Biblioteca

fuerint exclamare. Digitus Dei hic est, & dextera excelsi.

Gloriæ nomine quid intelligit Scriptura.

[ET ego claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis.] Gloriam Scriptura vocat nō modo famam celebrem & aspectum illum magnificum & splendorem, sed eas res quæ ingenti laude dignæ sunt & magno pretio æstimandæ, quemadmodū Christus (Matth. cap. 6.) Salomonis gloriā vocat omnes regios thesauros, opes, diuitias, potentiam, dignitatem, & huiusmodi. Nominat igitur hoc loco CLARITATEM siue gloriam Christus, omnia bona quæ habet, & à Patre accepit, quorum participes facit omnes in ipsum credētes. Dedi ipsis claritatem quam dedisti mihi, eam ipsam de qua paulo antè dictū est, Vt omnes vnum sint, sicut ego & tu sumus vnum. Feci meos discipulos, & sic alios credentes, participes cognitionis tui, quam ego ipse abs te habeo: feci eos participes doctrinæ, (quam à te habeo) verbi, luminis, & bonorum omnium, communicaui illis vim & potentiam ædendi miracula. Atque, quemadmodum non vindicaui mihi gloriam quā mihi peperēre ædita apud homines miracula, sed in gloriam tuam retuli ô Pater: ita gloria quam isti magnis miraculis sibi in posterum comparabunt, quoniam nihil suo nomine operabūtur, sed id totum in gloriam nominis nostri transcribent, tota nobis asscribitur. Aut GLORIAM dicere possumus Euangelium ipsum, quod est virtus Dei in salutem omni credēti: quod &c. Christus dedit credētibus. Nā vt Paulus (2. Corinth. 3.) ait, Si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Obserua hoc loco, vnitatem illā Ecclesię, eximiū & pretiosum illū esse thesaurū & fontē, atq; adeo inexhaustam illā fodinā omnium diuinorum bonorum, vitę, consolationis, & beatitudinis. Huius concordiæ & vnitatis gloria maior & amplior mihi videtur esse, quàm ampla illa Spiritus potētia, qua primi credētes ampliora quàm Dominus fecerunt miracula, quū vniuersum occuparit orbem, & numerosius ac longius protensa fuerit. Hæc vnitatis gloria nobis per Christum est adducta, data, & donata.

Gloria quam Christus dedit Ecclesiæ.

Thesauri Christi credentibus communicati.

Ecclesiæ vnitas thesaurus Christi.

[VT sint vnum, sicut & nos vnū sumus.] Est re vera Filius vnum cum Patre identitate subsātiæ, quamuis in propria subsistentia sit. Qui quoniā propter nostrā salutem

Filius est vnū cum Patre.

tem exinaniuit seipsum, formam serui accipiēs, accepisse videtur cū carne claritatē ac gloriā, quā claritatē semper vt Deus habet. Quia igitur templū quod à virgine accepit, (quamuis Patri consubstātiale nō sit,) vnitū tamē ita cū verbo est, vt sua persona cū eo sit (vnus enim Christus, & vnus Filius est, etiā homo factus) ideo vnitatē cū Deo accepisse dicitur, quū templū suū quod à se Deus non est, vnum cū Deo verbo factū sit. Hoc est quod ēplo suo siue corpori suo datū est, sibi datū esse Vnigenitus ait, datū sci licet à Patre per ipsum in Spiritu. Hæc Cyrillus. Hac vnitate ineffabili caro sanctificata esse in Christo intelligitur. Atque vt hāc gloriā vnitatis à Patre accepit, eā quoque nobis spiritalem largitur & communicat, dum nos vnius Spiritus, vnius fidei, & vnius cōcordiæ esse donat, & per ipsum nos veluti membra capiti Deo vnimur.

Christus homo factus, accepit claritatē.

Christus quomodo vnitatē cum Deo accepisse dicitur.

Caro in Christo sanctificata.

[EGO in eis, & tu in me.] Modū aperit Christus quo nos Deo vnimur. Filius (ait Cyrillus) corporaliter per benedictionē mysticam nobis vt homo vnitur, spiritaliter autē vt Deus sui Spiritus gratia nostrū spiritū ad nouā vitam & diuinæ naturæ participationē redintegrās. Christus igitur est nexus nostræ vnionis ad Deum Patrem, non quidem vt homo, Deo autē Patri vt Deus naturaliter vnitus. Qui fieri enim poterat vt natura hominis corruptioni maximè subiecta ad incorruptionem & immortalitatem conscenderet, nisi natura immortalis atque incōmutabilis ad eam descēdisset, ac communione sui à mortalitate ad immortalitatem nos transformaret & eleuaret? Quum itaque dicit, EGO in eis, ostēdit vnitatem inter ipsum & electos: quū vero TV IN ME. declarat vnitatem inter IESVM hominem & Deum Patrem, vt doceat vnitatem qua Deo vnimur pendēre ex vnitate IESV hominis ad Deū. Similiter hoc loco aperit: Christus & Apostoli & Patrem in se receperūt. Ego enim (inquit) in ipsis sum, & te quoq; habeo in me. & ita etiā tu in eis es.

Vnioqua Deo vnimur.

Vnionis nostræ ad deum nexus est Christus.

[VT sint consummati in vnum.] Explicat perfectam vnitatem Christus. Non satis est ipsos esse vnum, sed & consummatos in vnum esse oportet: Quasi diceret, Rogo te Pater, vt mei proficiant, & in cœpta fide fortiores euadant, atq; ita vnum perfectē in me fiant. Ad hunc modum Paulus (ad Colossē. cap. 2.) loquitur. Vos estis in illo

Vnitatis consummatio necessaria in Ecclesia.

repleti, id est omnem exuberantiam in Christo habetis, nec opus est quicquã vltrà quærere. Quocirca qui Christum habet, consummatus dicitur: nimirum habet thesaurum illum, in quo sunt omnes diuitiæ cœlestes. Colos. cap. 2. Habenti igitur Christum, quum nihil desit, is dee operã vt in his retinendis constanter perseueret. Et quia habemus hunc thesaurum in vasis fictilibus, vt ait Paulus (2. Corinth. 4.) quotidie indesinentibus precibus, assiduis prædicationibus, multa admonitione nitendum est, ne tam pretioti thesauri iacturam faciamus, nec diabolo vllam suppeditemus occasionem & copiam tam diuitem & abundantem eripiendi thesaurum. Obserua: hæc cõsummata vnitas tum fit, quando perueniunt omnes in virum perfectum & mensuram ætatis plenitudinis CHRISTI, Ephes. cap. 4. Hoc est quum abolito omni peccato fuerint cõsummati in iustitia, actu CHRISTO vera & iam pura euaserint membra, & eodem vegetata spiritu, mutua concordia inter sese cohæreant, vt vndique sit absoluta perfectáque concordia in cœlis, & in terra.

Christũ habẽs est consummatus in bonũ.

Christiana vnitas cõsummata.

[ET cognoscat mundus quia tu me misisti.] Seipsum interpretatur Christus, & docet quid per claritatem quã Apostolis suis dedit, intelligat: nimirum vt hac vnitate mundo innotescat, doctrinam Euangelicam non esse humanam, sed profectam ab ipso, quem Pater misit in mundum. Duo enim hoc toto capite perstringit: Alterum, vt nos, qui Apostolorum prædicatione ad fidem peruenimus, & qui quotidie ad eam venturi sunt, omnes per fidem vnam vnum simus. Alterum, vt hac vnitate mundus cognoscat, quomodo Christus à Patre missus sit, & nos ab eo amamur. In his duobus tota vis auxilij, consilij, & consolationis nostræ sita est: sublata enim hac vnitate, sublatus est Christus, imò neque Verbum prædicari potest, neque Patris cognitio.

Euãgelica doctrina à Deo profecta.

Cõsolationis piorũ summa.

[ET DILEXISTI eos, sicut & me dilexisti.] Christiana professio est nõ solùm cognoscere CHRISTVM à Patre esse missum: sed etiam cognoscere Patrem diligere nos in CHRISTO, sicut & diligit CHRISTVM. Hæc insignis illa & ineffabilis gloria in CHRISTO nobis donata, sed tantum in verbo & fide, donec

Christiana professio.

de nec eadem in futuro seculo reipsa fruituri sumus, vt sequentia docent. Breuiter, huius textus sensus est: Mundus cognoscet quòd Deus diligit Christianos, quum dederit illis dona spiritualia, ad imitationem donorũ spiritualium quæ data sunt Christo homini. Videbit enim mũdus ipsos (quòd voluntati diuinæ obtemperent) charos esse Deo Patri, quemadmodũ Christus ipse charus est Patri, quòd nunquam à voluntate Patris deflexerit. Obserua ex hoc loco conformitatem amoris in Christo nos accepisse. Ante secula quidem à Patre amatur Christus, qui vt homo amari cœpit, sed nobis eum Patris amorem in nos acquisiuit.

Christ⁹ vt homo amare cœpit.

[PATER, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum.] Hactenus Christus pro constantia cũ Apostolorum tum reliquorum omnium piorum in cruce & afflictionibus orauit: nunc clausurus orationẽ, Patrẽ rogat pro omnibus ab ipso pẽdentibus: qua oratione certi & securi reddimur eius. quod nobis expectandum est, vbi requiẽsimus inuẽturi, & certas ac tranquillas sedes & mãsiones habituri: quũ hic in terris exules & vbique exterminati viuamus, nusquã certã habẽtes mansionẽ. Ideo literis aureis scribẽda venit hæc sentẽtia, & animis nostris insculpẽda, qua proculdubio pro ceruicali & puluinis vti debemus vt quiescamus & perpetuò gaudeamus: atque huius fiducia ex hoc mundo læti migremus, vbi hora illa venerit, qua à peccatis & omnibus incommodis, maxime à diaboli tyrãnide liberãdi sumus. & ad æternã tranquillitatẽ traducẽdi. Hæc certissima sunt, & huius beneficij ac huius orationis efficaciæ certissimi esse debemus. Nã qs hæc loquitur? Veritas. Quis hæc vult? Omnipotẽtia. Quare vt hoc verbũ nõ potest esse menda cũ ista hæc volũtas, qua Christus vult vt omnes credẽtes secũ sint, nõ potest esse ineffica Voce, PATER, captat Christus beneuolentiã à persona Patris. QVOS dedisti mihi, id est, qui mihi per illuminationẽ fidei à te dati sunt redimẽdi & saluandi: nimirũ nos, qui verbũ eius retinemus. Orat CHRISTVS vt homo Patrem, vt pijs omnibus & in verbo perseuerantibus det vitam æternam, & immarcessibilem futuræ vitæ gloriam, vt recompensatricem crucis & afflictionum in hac vita.

Promissio Christi pax est, & fiducia nostra.

Verbo,

Volo, verbō. ostendit in Christo omni potentiam.

Verbo, VOLO ostendit suam omnipotentiam & æqualitatem cū Patre, vt hac loquēdi authoritate certitudinem ac stabilitatem promissionis ostēdat, tāquam eius qui mentiri nescit. Quorsum, vt nos ignauos & ad credēdum cunctabundos impellat & excitet, ne in aliquam hæsitationem aut dubium veniamus: sed horum omnium ita certi simus, tanquam propalam oculis videremus. Vult dicere Christus: Confidenter & bono animo estote, & nolite esse soliciti, vbi māsuri, aut quò migraturi sitis: vos qui mei estis, finite mundum & diabolū furere & sæuire, ego vestri attētissimam curam habeo, vt tutò veniatis, vbi magnopere esse cupitis, & vbi securi ac tuti cùm à mundo, tum ab omnibus diabolis in summa trāquillitate quietis simè viuetis. VT VBI sum ego, & illi sint mecum. Hoc est, eiusdem æternæ vitæ & gloriæ fiant mecum participes. Aut, VOLO id est, cupio, idque ex animo vt quemadmodū quos dedisti mihi futuri sunt imitatores afflictionum & crucis meæ, ita sint & gloriæ consortes: atque vt spectatores fuerint humilitatis meæ testēsque fiunt mei supplicij, ita sint & gloriæ spectatores: quam mihi resurgenti daturus es: vt discant per varias tribulationes ad felicitatē tendere, & per ignominiam perennem proficisci. Verbo VBI sum, significat felicitatem in qua est. Erat enim Iesus vt Deus & vt homo, iuxta partē superiorē beatus. Hic locus beatitatis neq; finit se aut digito demōstrari aut penicillo exprimi, sed per fidem intelligendus est.

Beatitudinis locus fide cognoscendus.

[VT videant claritatem meam quam dedisti mihi.] Quasi dicat: Non solùm meis Christianis dabitur vt sint mecum, sed etiam vt in clarum aspectum gloriæ meæ traducantur. 1. Ioan. cap. 3. Quum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. Hanc gloriā Christi in terris videmus siue cognoscimus iā fide: sed hęc visio ænigmatica est, teste Paulo, 1. Corin. 13. Nempe quātùm pro concionibus de ea te docere audimus & animo amplecti mur Christū surrexisse à mortuis, cælos ascendisse, & sedere in gloria & maiestate Patris, vocum & potentem dominum omnium creaturarum. Adhuc densa est huius gloriæ cognitio: at vt Paulus 2. Corin. 3. ait, Nos reuelata facie gloriam Dei contemplabimur. Hæc est illa ineffabilis ac inaudita consolatio, quam si quis certissimam

Christi gloriā verbo & fide hic intelligimus.

tenuerit, omnes mundi diuitias non pluris faciet quàm stercora, huius gloriæ videndæ studio raptus. Hoc loco Christus docet quòd non sit (quemadmodum videtur nunc esse) in vili habitu inueniendus tunc, sed in gloria quam habuit antequàm in mūdum venisset. Præcipuam ergo suis dare gratiam voluit, vt secum sint, vt gloriam eius videant. Hæc gloria siue claritas dici potest secundum humanitatem, qua illustratus est in resurrectione, Philip. 3. Conformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Est & claritas eius secundum diuinitatem: est enim splendor gloriæ & figura paternæ substantiæ. Heb. cap. 1. Sapient. 7. Candor est lucis æternæ. Vtranque hanc claritatem Sancti, & pij omnes in gloria videbūt. Huius claritatis Pater est origo: quod significatur hoc verbo, QVAM dedisti mihi, claritatem quidem corporis in resurrectione, sed diuinam claritatem ab æterno per æternam generationem.

Mundi gloriā cōtemnimus, cognita Christi gloria.

Christi claritas duplex.

[QVIA dilexisti me ante constitutionem mundi.] Videbunt hanc gloriam, me tuum esse Filium vt tibi cōsubstantialem, quem ab æterno dilexisti. Hoc est videbūt quomodo æqualis & vnus Deus tecū sim, ante mūdi cōstitutionem & ab æterno natus. Obserua: Hæc claritas diuinitatis non est data Filio à Patre, quia dilexit eum Pater, siue dilectione: sed naturā & æterna generatione. Nam quia genuit eum, necessariò etiam author gloriæ fuit & suppeditator: claritatem autem animæ habuit à Patre Filius, quia dilexit Pater Filium.

Christus claritatem à Patre habet, natura vt Deus, dilectione vt homo.

[PATER iuste, mundus te non cognouit.] Diuertens oculos ad mundum tanta pertinacia omnem admonitionem & prædicationem respuentem, nec dignatum verbum Euangelij cognoscere, appellat ad Patrem iustum, qui mundum maledicentissimè blasphemantem, & cōtumeliosissimè verbum Christi lacerantem, iusto suo iudicio condemnaturus sit: simúlque Patri gratias agit pro nobis: quoniam per iustitiam suam salutem cupiditate lapsis attulit, & diabolum cōdemnauit. MVNDVS, id est, qui Euangelicæ prædicationi aduersantur, non cognouerunt Patrem esse iustum, aut non cognouerunt te Patrem, quia non cognouerunt Filium: quem qui non cognoscit, nec Patrem cognoscere potest. Matth. cap. 11.

Mundus respuit doctrinam Christi.

Christus appellat ad Patrē, quod mūdus contemptor sit Euangelij.

Mundi nomine quid Scriptura intelligit.

Nemo

Nemo cognoscit Patrē, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Cur non cognouerūt? Excæcauit enim (vt Paulus ait 2. Corin. ca. 4.) Deus, seculi huius infideliū mētes, vt nō fulgeat illuminatio Euāgelij glorię Christi. Videtur igitur vocare hoc loco Patrem IVSTVM, à iudicio, quo Deus Pater verè cognoscentes eum, donat vita æterna. nō cognoscentes priuat æterna vita. Aduersus mundum hæc dicebat Christus, in hunc (vt mihi videtur) sentem: Iustus es ô Pater, iustè & rectè faciens, inter mundū & eos quos dedisti mihi, hoc seruato discrimine, nempe quòd hos segregas, & ad me perducis, vt sint & maneant vbi ego sum: & alios missos facis, sicut digni sunt, permittens eos ruere in exitium, quippe qui omnē fauorem, omne consilium & auxiliū contemnant. Ego certe omni diligentia declarauī Euangeliū, nec quicquam prætermisi prædicando, monendo, exhortando, amando, seruiendo, tolerando, terrendo, minitando, adhæc omnia patiendo, ignoscēdo, pro eis rogādo, breuiter omnia tentando quæ ad illorum conuersionem vtilia esse existimaui, nihil non feci vt illos lucrarer, nulla impensarum & periculorū ratione habita, neque labori, neque operæ, imò ne proprij quidem sanguinis fusioni peperci, vt illos tibi cōciliarem: & iam nihil ab istis aliud præmij consequor, quàm ingratitudinem, cōtemptum, ignominiam, persequutionem apertæ & confessæ veritatis. Appello igitur ad te iustum, cuius vero ac iusto iudicio damnantur, permittens illos tanta excitatæ induratos ad Patrem diabolum cateruatim volitare, vt nihil prorsus de mea gloria neque in verbo & cognitione fidei, neque futuro neque præsenti intuitu cognoscant & videant.

Pater Deus cur iustus à Christo vocatus.

Mūdi ingratitudo pro beneficijs Christi.

[ET ego autem te cognoui.] Ego purus à mundo cognoui & compertum habeo me esse tuum verbum, quæ tua sit bonitas misericordia & volūtas tua, quomodo affectus sis erga homines, & qd credētibus præstare possis.

[ET hi cognouerunt, quia tu me misisti.] Magnas laudes discipulis attribuit, qui caduca omnia contempserunt, vt iustum Patrem cognoscerent: quo cognito, Filiū quoq; certè cognouerūt. Nō omnino, inquit, frustrà fuit mea prædicatio: nam discipuli per me cognouerūt quòd me misisti, & à te profectus sum, vt vt Phariſæi clamitauerint me

Prædicatiōis Christi fructꝰ.

uerint me profectū à Beelzebub dæmoniorū principe. Cognouerunt, inquam, te doctrinæ, personæ, & operum meorū authorē, & in hoc me à te missum esse vt reuelaré mūdo voluntatē tuam, & saluū facerem eum à peccatis.

[ET notū feci eis nomē tuū.] Adducit modū quo discipuli & reliq credētes ad Patris cognitionē peruenerint, & adhuc perueniāt. Tradidi eis verbū per quod nomen tuū ô Pater, eis innotuit, quo vocaris, qd sis, quomodo coli ac honorari cupias. Obserua: Nosse Patrē, nō est tantū nosse quomodo cælū & terrā cōdiderit, quomodo bonos iuuet, malos supplicio afficiat: sed qꝫ Filiū suū in mundū miserit, & morte, inferno, & Satana ab eo victis Patris gratiā nobis cōciliarit. Hoc est verum DEI nomen, quod ipsius animum & voluntatem nobis demonstrat, & paternum animum nobis referat. Qui Patrem ita non nouit, ille Patrem ritè non nouit, neque quomodo colendus sit compertum habet. Nouerunt quidem Iudæi & Gentiles vnum Deum esse, cæli & terræ conditorem, quineriam solum Deum iactant se colere: sed neque credunt neque noscunt hanc vnicam esse voluntatem & beneplacitum Dei, vt cognoscamus CHRISTVM ab ipso missum, & ad liberationem nostri à Patre traditum & concessum. Quare non verè Patrem Deum cognoscunt.

Methodus cognoscēdi Dei. Patrem Deū nosse.

Nomen Dei.

Gentes & Iudæi non verè cognoscūt Patrem Deum.

[ET notum faciā.] Quasi dicat: Non sum contentus hoc principio manifestati tui nominis, nisi pergā id etiā ampliùs illustrare, idémque indesinenter vrgere, vt mei Christiani hoc vnico occupentur studio: vt subinde quū per meū Spiritum nomen tuum factum illustrius fuerit illud animis suis tenaciùs infigāt. Obserua duplicem nominis Dei manifestationem. Prior fit per verbum Euangelij: altera per Spiritum Sanctum Euangelij reuelatorem & doctorem. Rursus aduerte: Ne quis putaret Christum ampliùs non curare suam Ecclesiam, postquam ascendit ad Patrem, addidit, ET notum faciam, quasi diceret, Solicitus ero de meis, ego curabo per Spiritum meū. vt semper illustretur inter meos nomen Patris, quo mei conseruentur. Docet igitur CHRISTVS, gubernat defendit & tuetur suam Ecclesiam etiam adhuc hodie & semper. Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum, se-

Nominis Dei duplex manifestatio.

Christi cura de sua Ecclesia.

cundum

cundum ordinem Melchisedech.

Dilectio pro fructu dilectionis accepta.

[V T dilectio,qua dilexisti me,in ipsis sit.] phrasi Hebraica DILECTIO pro bonis è dilectione collatis accipitur: Sensus igitur est, Vt omnia bona tua, ô Pater, quæ mihi mediatori paterna charitate communicasti,possideant:quum enim te cognouerint per me diliges illos sicut & me dilexisti. Siue, Quemadmodum per me consequuti sunt notitiam tui nominis,sic quoque per me à te dilectum extenderetur dilectio tua ad ipsos, vt ipsos diligas,& ipsi vicissim te diligant.

Diligit nos deus in Christo & propter ipsum. Christum esse in electis.

[V T ego in ipsis.] Dilectio qua Pater Filium dilexit,est in nobis:quia membra Christi sumus, & in illo diligimur, quum ille totus,id est, & caput & corpus diligatur. Ideo verè dixit,a T ego in ipsis, supple electis, & Christianis dilectiõis & fauoris tui, ô Pater.

CAPVT XVIII.

HAEC quum dixisset Iesus, egressus est cũ discipulis suis trans Torrentem Cedron,[1a] vbi erat hortus,in quem introiuit ipse, & discipuli eius. Sciebat autẽ & [b] Iudas, qui [2] tradebat eum,locũ:quia frequẽter Iesus cõuenerat illuc cũ discipulis suis. Iudas ergo quũ accepisset [3]cohortem,& à [4] Põtificibus,& Pharisęis ministros: venit illuc cũ [5] laternis, facibus & armis. Iesus itaq; sciens omnia,quæ ventura erant super se, processit,& dixit eis,Quem quæritis? Responderunt ei,Iesum Nazarenum. [6]Dixit eis Iesus,Ego sum. Stabat

a Christus in orto. Matth.26.c. Matth.14.c. Luc.20.d. 2.Reg.15.e.

b Iudas prodit Christũ. Matth.26.c. Marc.14.c. Luc.22.c.

1 Vbi) sub.in locum vbi, &c.

2 Tradebat.) prodebat & infra,

3 Cohortem) id est mille milites Romanos.

4 Põtificibus) id est & principibus sacerdotum.

5 Laternis) lucernis.

6 dixit) dixerat.

bat autem & Iudas,qui tradebat eũ, cum ipsis: Vt ergo dixit eis,Ego sum abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Item ergo interrogauit eos, Quem quæritis? Illi autem dixerũt, Iesum Nazarænum. Respondit Iesus. Dixi vobis quia ego sum: si ergo me quæritis,sinite hos abire. Vt impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi,non perdidi ex eis quenquam. Simon ergo Petrus habens gladiũ,eduxit eum, & percussit [7] Põtificis seruum,& [c] abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam: Calicem,quem dedit mihi Pater,non vis vt bibã illũ? Cohors autẽ [8] & tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum,& [9 d] adduxerũt eum ad Annã [10] primum: erat enim socer Caiphæ,qui erat Põtifex anni illius. Erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis,[11] Quia expedit vnũ hominem [12] mori pro populo. [e] Sequebatur autem Iesum Simon Petrus,& alius discipulus. Discipulus autem ille, erat notus Pontifici, & [13] introiuit cum Iesu in atrium Pontificis: Petrus autẽ stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius

Supra 17. c. c Auricula Malcho abscisa. Christus duitur ad Annam deinde ad caiphan. Luc.22.f. Caiphas. Supra 11.f.

e Petrus Iohannem sequitur ad domũ caiphæ. Matth.26.f. Marc.14.f. Luc.22.f.

7 Pontificis.) summi Sacerdotis,& infrà.

8 Tribunus) id est, præfectus cohortis.

9 Addux erant.) adduxerunt.

10 Primum.) subintelligi debet, deinde ad caipham, ẽt enim concisus hic locus.

11 Quia expedit.) quod expediret.

12 Mori.) perire.

13 Introiuit, &c.) hic per recentiã ostenditur ad Caiphã adductus dicit enim paulo post Miserat enim Annas,&c.

qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ: & introduxit Petrum. [14] Dixit ergo petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, Non sum. Stabant autem serui & ministri [15] ad prunas: quia frigus erat, & [16] calefaciebant se. Erat autem cū eis & Petrus, stans, & calefaciens se. [f] Pontifex ergo interrogauit eum de discipulis suis & de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palam loquutus sum mundo: ego semper docui in Synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt quid loquutus sim ipsis, ecce, hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc quum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens, Sic respondes Pontifici? Respondit ei Iesus, [g] Si malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem benè, quid me cædis? Et [17] misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem: Erat autem Petrus stans et calefaciēs se. Dixerūt ergo ei, Nunquid et tu ex discipulis eius es? [h] Negauit ille, et dixit, Non sum. Dixit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius, cuius [18] abscidit Petrus auriculam, Nonne ego te vidi

14 Dixit, &c.) Hebr. pro tulisset aut rogauit ostiariam.

15 Ad prunas.) qui prunas congesserant.

16 Calefaciebant.) calefiebant.

f Caiphas interrogat Christum.

g Alapa cæsus Christus quid responderit. Matth. 26. f. Marc. 14. f. Luc. 22. f.

17 Misit.) misserat enim.

18 Abscidit.) abscederat.

h Petrus negat Christū. Matth. 26. g. Marc. 14. g. Luc. 22. f. g.

te vidi in orto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus: et statim gallus cantauit. Adducunt, ergo Iesum [19] ad Caiphā in prætorium, [20] vt nō contaminarentur, sed vt manducarent Pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras. [21] et dixit, [i] Quā accusationem affertis aduersus hominē hunc? Respondērūt, et dixerunt ei, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eū. Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, et secundum legem vestram iudicate eum. Dixerūt ergo Iudæi Nobis non licet interficere quenquam. Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit, [22] significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus: et vocauit Iesum, & dixit ei, [23] Tu es [k] rex Iudæorum? Respōdit Iesus, A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respōdit Pilatus, [24] Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua et Pontifices, tradiderunt te mihi, quid fecisti? Respondit Iesus, [25] Regnum [l] meum non est, [26] de hoc mundo: si ex mundo esset regnum meum, ministri mei vtique [27] decertarent vt non traderer Iudæis. Nunc autem regnū meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus, Ergo Rex es tu? Respōdit Iesus, [28] Tu dicis: quia [m] [29] rex sū ego.

i Christus coram Pilato. Matth. 27. a. Marc. 15. a. Luc. 23. g. Act. 11. b. 10. c.

Matth. 20. c.

k Christus rex Iudæorum. Matt. 27. b. Marc. 14. a. Luc. 23. a.

l Regnum

m Rex christianus.

19 Ad Caipham.) à caipha, Vet.

20 Vt &c.) sub. dictum est hoc à Iudæis.

21 Dixit.) dixerat.

22 Significans) qui significaret.

23 Tu es, &c.) legi potest sine interrogatione, quasi diceret, Tu igitur es rex Iudæorum.

Ita enim dicere solent iudices, vt eliciāt veritatem.

24 Nunquid &c.) Sub. vt curem vestros prophetas.

25 Regnum meum, &c.) quasi dicat, Sū certē rex Iudæorum sed regnum, &c.

26 De hoc.) vel in.

27 Decertarent.) præsens propræterito: decertauissent vt nō traditus fuissem.

28 Tu dicis.) sub. quod res est.

29 Quia.) certe, Hebraismus.

Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, [30] vt testimoniū perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocē meam. Dicit ei Pilatus, Quid est [n] veritas? Et quum hoc dixisset, iterū exiuit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem cō suetudo vobis: vt vnū dimittā vobis in Pascha: vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum? Clamauerunt [*] rursum omnes, dicentes: Nō hunc: sed [o] Barrabam: erat autem Barrabas latro.

[30] Vt testimonium, &c.) id est, vt palàm & libere dicā quæ vera sunt.

n Veritas.

* Ergo

o Barrabbā perūt Iudæi. Matt 27. o. Marc. 15. b. Luc. 23 b.

Hæc quum dixisset Iesus. CAP. XVIII.

ORatio Christi in vltima cœna hactenus habita est, qua Christus suorum animos erexit, gregem suum Patri commendauit, & seipsum totum quantus quantus est, exposuit, declarauit, & manifestauit. Nunc sequitur historia passionis eius, opportunum & commodum sortita locum: nimirum post tam fructuosam orationem, confirmatos discipulos contra scandala crucis, inuocato in hoc Patris auxilio & præsidio. Horribilis quidem & formidolosa est mors: sed non ijs qui ad virtutem & rectam viuendi disciplinā sunt instituti, & spirituali sapiētia imbuti. Priusquàm ad historiæ enarrationē pergamus, meditanda nobis veniunt duo potissimū circa passionē Christi: in qua multò aliter nos affectos esse oportet, quā si legeremus Ethnicorū historias, aut etiam num supplicia Prophetarum & Martyrum. Compertum habemus ex historijs etiam inter Gentiles quosdam insontes perijsse, Prophetas similiter & Apostolos innocentes tyrannide impiorum occubuisse: at passio Domini lōgè aliam habet rationem. Alij enim suam duntaxat innocentiam ad crucem attulerunt, non item aliorum culpam aut noxam: Christus autem innocentissimus, in quo dolus non est repertus, non solùm sua comitatus innocentia voluntarius ad crucem accessit, verum etiam totius mundi nocentiam, & omnium hominum peccata in humeros suos transtulit, deditque nobis morte sua, vt in calamitatibus non succumbamus: sed vitam nobis sua morte largitur ne pereamus, sed resurgamus, & vitam consequamur æternam. Priùs igitur à nobis meditandum est, quòd nos & peccata nostra causæ fuerimus passionis & mortis Christi. Alterum est: quæ commoda quive fructus ex ipsa passione sequantur: nempe liberatio à peccato, morte, inferno, & Satana. Resurrectio item & vita æterna, fructus est passionis Christi. Proinde si quis pacem in afflictione, iustitiam in peccatis, vitam in morte desiderat, è Christi supplicio afferat, necessum est. QVVM dixisset hæc Iesus. id est, quum finem precandi fecisset Dominus, pro vita æterna discipulis & credentibus danda.

Oratiōis Christi epilogus.

Mors impijs non amē pijs horribilis.

Passio christi, quo affectu legenda sit.

Christus omnium peccata in suos transtulit humeros.

Passiōis Christi fructus.

Peccatores: ut causa passionis Christi.

[EGRESSVS est.] Media nocte iter facit Iesus, hora crucis à Patre destinata & sic poscente, libenter egressus est, & progredi cœpit ab eo loco in quo orauit, ad montē Oliueti, neq; horā & tēpus passionis fugiens, neq; mortē pro omnibus reformidans. Nam cur formidaret, qui sua passione impassibilitatem & immortalitatem omnibus redimebat? qui huc eò venit, vt vniuersum mundum suo sanguine Patri acquireret? vt vt aliàs Iudæorum insaniam fugerit, quòd nondum passionis & mortis hora aduentasset.

Hora passionis Christi.

Christi animus ad mortem.

[CVM discipulis suis.] Quibus inter eundū ad montem Oliuarū multa recensuit Christus, quale est id quod Petro dixit, Ecce expetiuit vos Satanas vt cribraret, &c. Et inter quos fuit disputatio quisnā inter eos deberet esse maior, & velut Domino in magisterio succedere. Neque enim adhuc intelligebant ad quid muneris essent destinati, Luc. cap. 22. Rursus dixerunt hymnum, &c. & pleraque

alia quę à nostro Euangelista consultò omissa sunt. quòd ab alijs recensita esse viderit, Matth. 26. & Marc. 14. Obserua. Non egreditur solus, sed discipulis comitatus, vt hoc exemplo doceat piorum hominū consolationes non esse contemnendas, dū afflictamur, & in cruce sumus, quòd piorum præsentia & suaue colloquium non mediocriter leniant crucem & afflictiones, imo animos addant vt in cruce constanter subsistamus.

Piorum præsentia afflictos solatur.

Torrens Cedron. Cedron.

[TRANS torrentem Cedron.] A circunstantia loci confirmatur historia. Græcis legitur τῦ χειμάῤῥω, id est Cedrorum, vbi articulus additus indicat Cedron nō esse nomen Hebraicum. Opinor torrentem ita dictum, quòd hinc & hinc cedros haberet, quemadmodū dictus est mōs Oliuarū. Quidam tamen multæ lectionis vir, & linguæ Hebraicæ peritissimus opinatur Cedron nomen esse Hebraicum, quod interpretatur denigratus aut tristis. Nomen est vallis & torrētis in eadē valle inter Hierosolymam & montē Oliuarum. 2. Reg. 15. Cedri, altæ arbores, sed in Libano altissimæ. Esaias cap. 1. superbos, & qui maximè potentes videntur, vocat Cedros. Proinde Christo transeunte torrentē, aduenauit tēpus de quo prædixerat Dauid Psal. 109. De torrente in via bibit. In via huius vitæ, de torrēte passionis bibit, propterea exaltauit caput. Quod ad hunc modū Paulus (ad Philipp. cap. 2.) est interpretatus. Christus factus est obediens Patri vsque ad mortem, mortē autem crucis: propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Adhæc Christus discipulos secum assumptos trans torrentem duxit, nō solùm vt testes haberet certissimos quòd voluntarius ibat ad crucē, sed etiam vt significaret ipsos ex eodē passionis fonte bibituros. Ipse enim, vt author salutis omniū, mortem pro omnibus gustauit (Heb. cap. 2.) & omnibus propinauit, ne mortē formidarent, quam sua morte destruxit. Illi accepto præceptoris poculo biberunt, & pro gloria Christi & Euangelio constanter occubuerunt.

Cedron

Christus de torrente in via bibit.

Tyrannus Iesu cū discipulis, præsagiebat ipsos ex passionis eodem fonte bibituros.

OBSERVA EX ALIIS EVANGELISTIS.

M. Et [1] hymno dicto. I. Egressus est Iesus cum discipulis suis trans torrentem Cedron. L. secundum consuetudinem, in montem Oliuarum. M. Tunc dicit illis Iesus, [2] Omnes vos [a] scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergētur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi, Et si omnes [3] scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait illi Iesus, Amē dico tibi: quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me [b] negabis. Ait illi Petrus, Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. L. Et dixit Iesus, [4] Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, numquid aliquid [c] defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet [d] sacculum tollat, similiter & perā: & qui non habet vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me, Et cū iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt, Domine, Ecce duo gladij hic. At ille dixit eis, Satis est. M. Tunc venit Iesus cum illis in villam Gethsemani.

1 Et hymno, &c.) id est quū recitasset laudes.

a Apostoli scādalizati. Zacha. 13. c.

Marc. 14. b.

b Petri negatio. Ioan. 13. d.

c Apostolis nihil defuit. Matth. 10. b.

d Sacculus. Pera.

Marc. 14. d. Luc. 22. d.

2 Omnes vos &c.) Heb. id est, quum me hodie ad supplicium rapi videbitis, offendet hoc vos, & hac de causa deficietis à me.

3 Scandalizati.) Vel offensi fuerint propter te.

4 Hac parabola significat Christus impē dere magnum periculum vt si quis præsidijs humanis vti voluisset, in hoc consultius facere voluisset, quàm sibi parare gladium, vel vendito pallio, vt aliunde non posset.

Hortus in quē Iesus abijt.

[VBI erat hortus,in quem introiuit ipse & discipuli. eius.] Circunstantia loci certam reddit historiam.In horto redemptionis opus incipit,quia in horto perditi eramus.Conueniens igitur erat,conferret se Christus in hortum,vt sua captiuitate in horto,nos è captiuitate haberaret.Vetus enim ille Adamus in horto sua verè licentia nos captiuos Satanæ ttadiderat,adeóque omnibus malis nos expoluerat.Cui enim malo non expositus est homo?Conferamus hoc loco Christi benignitatem ingredientis in hortum,& hominis malitiam.Christus captiuitate libertatem vindicauit:Adam verò sua licentia libertatem abijciens,captiuitatem meruit.O quàm magnum inter hūc,& illum discrimen Observa: INTROIVIT voluntarius hortum,locum proditori non incognitum,oraturus, & proditorem Iudam expectaturus, discipulis comitatus,quos tanti mysterij testes oculatissimos esse voluit.

Hortus Adami collatio Christi & Adę.

[SCIEBAT autem Iudas qui tradebat eū,locū:quia Iesus frequenter conuenerat illuc cum discipulis suis.]

Proditionis Iudæ grauitas.

Hæc exaggerant peccatum proditionis in domestico, simúlque credibilem indicāt proditionem. Cognouerat sanè locum Iudas proditor,in quem pro more etiā sub mediam noctē Dominus sese subduceret orandi gratia,

Suāuis officina mysterijs meditantis commodā.

cum discipulis suis.Si quando enim tradenda essent mystica,Christus solitaria loca & silentij officinas quærere solebat.Addit Euangelista,discipulos, viros re vera infirmos & inermes, Christū illuc fuisse comitatos,vt aperiat quàm magna formidine & ignauia proditor laboraret,qui aduersus imbelles homines cohortem pararet.

1 Petro, &c.) Hi vidēt ignominiā Christo illatā, qui viderant gloriā transfiguratio tus.

M.Tunc venit Iesus in villā.R. & ait illis. M.Sedete hic.R.orate,ne intretis in tēptationē M. Donec vadam illuc & orem.Et assumpto secum [1] Petro,& Iacobo, & Ioanne,duobus filijs Zebedæi.R.Cœpit pauere & tædere.M. [2] constritari & mœstus esse.Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortē [3]. Sustinete hic,& vigilate mecū.L. & orate ne intretis in

2 Contristari) id est dolere et grauiter angi.

3 Sustinete) manete.

tentationem.M. Et progressus pusillum ab eis.L.quantū iactus est lapidis,positisq; genibus.R.[4]procidit super terram, & [a] orabat, vt si fieri posset,[5]trāsiret ab eo hora: & dixit, Abba, Pater, omnia tibi possibilia sunt,L.Si vis,[6]transfer calicem hūc à me,Veruntamen nō sicut ego volo,sed sicut tu.L.Non mea volūtas, sed tua fiat.M.& venit ad discipulos suos,& inuenit eos dormientes.L. præ tristitia.M.Et dicit Petro.R.Simon dormis? M. Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate,[7]vt non intretis in tēptationem. [8] Spiritus quidem promptus est,sed caro infirma.Iterum secundò abijt,& orauit, dicens, Pater mi, si non potest hic calix transire à me, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum,& inuenit illos dormientes.Erant enim oculi eorū grauati.R.Et ignorabant quid responderent.M.Et relictis illis,iterū abijt, & orauit tertiò eundem sermonem dicens,[b]Pater,si vis, trāsfer calicem hunc à me veruntamen nō mea voluntas, sed tua fiat. L. Et factus in [9] agonia,prolixiùs orabat.Et factus est [c] sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Apparuit autem illi [d] angelus de cælo confortans.

a Oratio Christi.

4 Procidit) prostratus est.

5 Transiret, &c.) id est, liberaret à supplicio q̄ paulò post erat subeunturus.

6 Transfer, &c.) libera me à morte acerba quæ mihi immineat.

7 Vt nō, &c.) id est, vt non succūbatis aut cedatis tentationi.

8 Spiritus &c.) tētatur aut animosus est & potēs, homo autē admodum imbecillus,vt sine Deo nō possit resistere.

b Oratio Christi.

9 Agonia) significat illum horrorem quo corripi solent homines tū inflante aut vrgente graui di crimine.

c Sudat sanguinē Christus.

d Angelus Christū cōfortans.

tans eum. Et quum surre xisset ab oratione, venissétque ad discipulos suos. R. tertio. L. inuenit eos [c] dormientes præ tristitia. Et ait illis, Quid dormitis? M. [10] Dormite, & requiescite. R. Sufficit. M. Ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorũ. Surgite, eamus, ecce [11] appropinquauit, qui me tradet. Orate autem, ne intretis in tentationem.

c Apostoli dormiunt.

10 Dormite &c.) imperatiui pro futuris ponuntur more Hebræorũ, quasi dicat, Dormietis post. hac & requiescetis, nũc verò sufficit.

Similis loquutio apud Ioannem, Soluite templum hoc.

11 Appropinquauit &c.) Venit hora, vt Filius hominis tradatur in manus flagitiosorum.

Appropinquauit qui me tradit.

[IVDAS ergo quum accepisset cohortem, & à Pontificibus, & Pharisæis ministros.] Pecunijs impetratã prætereà cohorte (solet enim militaris ordo esse mancipium auri) curant Pontifices & Pharisæi contra veritatem subordinare ministros tantùm, nolentes ipsi proficiscí, vt tametsi omnia aduersus Iesum facerẽt, sua tamen sci, vt hypocrisi se sanctulos, & sanguinis Christi innocentes simulent: hoc suo exemplo docentes hypocritam nunquã timore carere. Iudas igitur ex discipulo Iesu factus proditor, & ex comite Redemptoris factus latronum dux, captata occasione noctis, ne quis tumultus oriretur à populo, & accepta cohorte prætidis, & latronum manu à Pontificibus assumpta, quibus pactus erat se traditurum ipsis in manus Iesum, venit in ortum. Obserua: per COHORTEM prætidia intelligimus.

Milites sunt mancipia auri.

Hypocriteos comes timor.

Iudas proditor & latronum dux.

Cohors pro præsidijs.

[VENIT illuc cum laternis, facibus, & armis.] Fortassis timebant isti ne (quod in tenebris frequenter contingit) aut in foueas caderent, aut pedes lapidibus offenderent, quum tamen suis lucentissimis tædis & facibus illuminati, non viderent se in lapidem illidere, de quo passim in Scripturis scriptum est, Ecce ponam in Sion lapidem offensionis & petrã scandali. At vitantes Scyllã, ceciderunt in Charibdim. & paruã formidantes foueã, in profundũ abyssi sese præcipites dederũt. Proinde putãtes se illius noctis tenebras facibus depellere, perpetuis sese offuderunt tenebris. Qui enim fieri potest vt naturali lumini, id est, Christo insidiatus, non sibi perpetuas

Iudæorũ etiã inter lucentissimas tædas cæcitas.

petuas paret tenebras? Adhæc prodijt munitus armis fustibus & lignis aduersus discipulorũ vim, si quis fortè conatus fuisset defendere Dominum suum. Hæc sunt mundi arma quibus oppugnat verbi doctores, & Euãgelium persequitur, non Scripturarũ ratione, nisi detorta, nõ verbo Domini, nisi pro sua ipsius libidine expositio, non argumentis vel probabilibus, sed gladio corporali, machinis & id genus tormentis. Quòd si hoc est verè vincere, & Euangelium defendere, quis maiore victoria potiretur, quàm tyrannus crudelitate pugnans? Et si hoc est se præstare fortem virum, quis latronibus fortior est?

Mundi arma.

M. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens, Quencunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. R. & ducite eum cautè.

[IESVS itaque sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit.] IESVS, quem nihil fugiebat eorum quæ gerebantur, omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. (Heb. cap. 4.) vt declaret se sua sponte ad mortẽ vsq; crucis humiliatum (quanquam semper in forma Dei fuerit) non expectato illorum aduentu processit aduersarijs obuiam, qui priùs fuga & secessionibus suis (quas frequens antea recensuit Euangelista, quòd nondum venisset hora) docuit non esse tentandum Deum: at hoc facto docet, vt nos promptos volũtati Dei offeramus. Hæc plane imitatus est Paulus, qui (Act. cap. 9.) in sporta demissus per murum, effugit manum aduersariorum. Deinde (Act. cap. 21.) Agabo prophetante de captiuitate eius, dixit, Ego non solùm ligari, sed & mori paratus sum pro nomine Domini Iesu. Hic multa animi libertia voluntati Dei obsequitur Paulus, illic non tentauit Deum: & hoc & illud ex fide est, & auxilium Domini postulat. Fit profectò imminens periculum fugiendum, nisi præsentissimus adsit Dei fauor, & ipsius cognita manus quæ defendat. Id reuelabit Dominus pro bona sua voluntate.

Mors Christi spontanea.

Christ⁹ curr aduersarijs obuiã⁹ venit quos aliquando fugit.

Paulus Christum imitatus animo ad mortem parato.

Periculũ imminens fugiendum, nisi adsit fauoris Dei certitudo.

[ET dixit eis, Quem quæritis?] Magna Christi philanthropia, qui ne oppressoribus quidẽ suis indignatur, sed blande alloquitur, & vltrò percontatur quẽ quærentes

Christus orbi cognitus, etiã inter accẽsas cædas, Iudæis incognitus.

rent, ne per errorẽ manus inijcerent in aliquẽ discipulorũ. Interrogat Christus nõ vt doceatur, qui nouit omnia, sed vt doceat quòd qui iã orbi cognitus erat (tã inestabilis est eius virtus) etiã præsens neq; visus, neque cognitus esset si voluisset, accẽsis eriamnũ Iudæ facibus & laternis & ita illũ nisi volentẽ & capere & crucifigere potuissent: interrogantẽ, neq; de facie neq; à voce inter accensas & illuminatas faces ac laternas agnoscunt, adeò profunda erat ipsorũ cæcitas. Hæc valde magnã pijs afferunt cõsolationẽ, quos vt maximè aduersarij de facie nouerint, tamen nihil mali aduersus pios & verbi defensores intẽtare possunt citra bonam Dei voluntatem. Exemplo est Helizæus, cui hæc contigerunt. 4. Reg. cap. 6.

[RESPONDERVNT ei, Iesum Nazarænũ.] In Christũ interrogantẽ nõ insiliunt cohors Prætidis & ministri Põtificũ, sed inquiũt, se quærere Iesum Nazarænũ, quẽ & loquentẽ audiunt & inter medias accẽsas faces vidẽt, sed nõ agnoscũt. Cur ita? Potestas diuina Christi eluxit, dum se quærẽtibus offerret, minimè tamẽ cognoscebatur. Nõ abũmili affectu (quo Herodes se Iesum Nazarænũ quærere Magis respõdit) hi respõdẽt se quærere. Nõ, inquiũt teipsum volumus, te quæsitũ aduenimus, quia nec voce illũ norãt nec specie. Vides igitur (ait Chrysostomus) vim insuperabilẽ, quomodo in medio existẽs, eos cęcauit. Observa: NAZARAENVM dicebãt, q̃ putarẽt ipsum natũ in Nazareth, vbi solùm educatus & nutritus fuit, Vt adimpleretur prophetia, Quoniam Nazaræus vocabitur.

Iudæi Christũ nõ agnoscunt, quem tamẽ vident, & loquẽtem audiunt.

Nazarænus Christus.

[DICIT eis Iesus, Ego sum.] Qnum respondissent se Iesum Nazarænum quærere, voce intrepida respondit, ego sum ille quẽ quæritis. Hoc exemplo docet, neque personam Christi, neque veritatem in cruce negandam esse, cuius verbum, inexpugnabilis est potentia. Non enim hanc vocem ego sum, ferre potuerunt cohors Prætoria, Iudas, & ministri Pontificum.

[STABAT autẽ & Iudas qui tradebat eũ, cum ipsis.] Vt intelligamus Iudã ad vocẽ Iesu concidisse in terrã cũ reliquis, nominatim præmisit Euãgelista q̃ aderat simul & Iudas Iscariotes vna cũ cohorte, in quẽ, sicut neq; in cõductitiã militũ cohortẽ Christus verbis sæuijt, vt ad extremũ vsq;, mãsuetudinis exẽplũ suis præberet discipulis.

Veritas etiam in cruce confitenda.

Verbũ Christi, potens.

VT

[VT ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.] Maxima verbi & vocis diuinæ potentia, quæ tantam turbam odijs ferocem armisque terribilem sine vllo telo percussit, repulit, strauit. En vides Christum verbo & spiritu oris sui armatam & ferocientem cohortẽ prostrauisse. Ad vocem enim IESV, EGO SVM, territa cohors, repulsa est in tergum, & cõcidit in terram, non ferens Dominicæ vocis vim. Eadẽ profectò verbi potentia prostrauit Saulum, (Act. cap. 9.) dicens, Saule Saule, quid me persequeris? Et Adamum è loco voluptatis profligauit, dicẽs, Adam, vbi es? Qui ait, Vocem tuam audiui in paradyso, & timui, eò quòd nudus essem, & abscondi me. Magna piorum cõsolatio est, quum audiunt vocem (Matt. cap. 14.) Confidite, ego sum, nolite timere: quam Euangelij persequutores ferre nequeunt. Est igitur manifestum idem Dei verbum impijs esse iudicium, pijs verò consolationem. Nam Lucæ cap. 24. territos discipulos hac voce solatur, EGO SVM. In hoc autem loco, hoc idem verbum, EGO SVM, terret aduersarios, quo sentiunt in corde potentiam CHRISTI, cui omnes obedire debẽt, simul & iudicium cum sua impietate: vnde subsistere nequeunt. Dat enim illis Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, Deuter. cap. 28. Observa: Hic casus in terram, aperte declarat inimicos veritatis, imò & vires humanas nihil posse aduersus veritatem, vtvt aliquãdo efficaces diuina permissione appareant: commendátque veritatis potentiam contra impotentiam osorum eius.

Potentia vocis diuinæ.

Vocẽ Dei ferũt pij, non ũã impij.

Verbum Dei impijs iudiciũ, pijs cõsolatio.

[ITERVM ergo interrogauit eos, Quem quæritis? Illi autem dixerunt, Iesum Nazarænum.] Immensa Christi bonitas, qui ex charitate interrogationem repetit, vt hostes hoc modo à proposito reflectat: qui vbi animos receperunt, ac rursus pararent adoriri IESVM, iterum percontatur Dominus quem quærerent, qui, vt paulo antè respõderant, aiunt se quærere Iesum Nazarænũ.

[RESPONDIT IESVS: Dixi vobis, quia Ego sum.] Verbo, DIXI, declaratur cõstantia Christi in cruce nam quod dixerat, idem dicit, EGO SVM. Hoc igitur exẽplo constanter in cruce confitenda est & persona & veritas.

Christus constans in obeãda morte.

[SI ERGO me quæritis, sinite hos abire.] Intelligens

Christus volēs permisit se capi, nō autem discipulos.

gens Dominus ad se solum, tantum certamen & opus salutis pertinere, semouit à periculo discipulos, nec cohorti potestatem fecit capiendi illos, qualem in se vnū. HOS inquit, SINITE abire, in quos vobis in præsentia nō est ius. Quibus verbis declarat se nulla vi capi potuisse, nisi permisisset. Interim optimi pastoris exemplar ostendēs, qui sui gregis incolumitatem dispendio suæ vitæ redemit. En vides verbum Dei non esse alligatum, (2. Timo. capite 2.) potentiam item verbi non ligari, quum etiam Dominus captus retineat suam authoritatem & potentiam: nam inter medios hostes iubet, sinant illæsos discipulos abire: quod & factum est: non enim illæsi abijssent Apostoli, nisi huius mādati Christi, (Sinite hos abire, &c.) virtus & efficacia, cohortis furoré cohibuisset. Eadē virtus & potētia Dñi ab aduersarijs capti & ligati, postea restituit Malcho auré abscissam. Hæc nos docēt pios experiri potentiā & virtutē verbi etiā in media impotentia.

Verbum Dei non est alligatum.

Oratiōis Christi efficacia.

Perditio duplex.

[VT impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam.] Causam adducit Euangelista ex oratione Christi, vt ostendat ipsam esse efficacem, Nisi enim Christi oratio efficax fuisset, quomodo discipuli, imprimis Petrus (qui etiamnum gladio dimicabat) tam capitalem hostium ferociam declinare potuissent? impetrauit igitur Christus sua oratione, vt discipuli tantū periculum euaserint. EX HIS quos dedisti, supple electione & vocatione mihi redimendos & saluandos, NON perditi quenquam. Perditionem animæ Dominus intelligit, licet quidam hunc locum ad corporalem perditionem trahant, quòd nullum discipulorum hactenus perdidisset. Videtur mihi locus ad perditionem animæ referendus, vt & de Apostolis & reliquis omnibus electis intelligatur, quos Christus à Patre redimendos & saluandos accepit. EX HIS, inquit, QVOS dedisti, supple electione & vocatione mihi redimendos & saluandos, non perdidi quenquam. Omnes enim in me credentes saluos facio, quos nemo de manu mea rapiet. Suprà, capite decimo.

L. Et antecedebat eos: & appropinquauit Iesu Iudas, vt[a] oscularetur eum. M. Confestimq; acced

a Osculum.

accedens dixit, Aue[1] Rabbi, & osculatus est eum. Dixitque illi Iesus, Amice, ad quid venisti? L. Iuda, osculo Filium hominis tradis? M. Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. L. Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, si percutimus gladio? Respondens Iesus ait. Sinite, vsque[2] huc. M. Et ecce vnus ex his, qui erant cum Iesu.

1 Rabbi.) id est, magister mi.

2 Vsque huc) subaudi. res ipsa peruenire debuit.

[SIMON ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis seruum: & abscidit eius auriculam dextram.] O egregium militem, qui aperto marte tam armatorum cohortem putat aggrediendam, vt magistrum suum Iesum (cui, vt dixerat, paratus erat commori) defenderet. Carnali adhuc & non spiritali confidentia ductatur Petrus, putans regnum Christi non alijs defendi, quàm externis armis & præsidijs. Cyrillus opinatur Petrum habuisse gladium, quòd quum ad hortos & loca condensa nocte concubia diuerterent Apostoli, credendum est illos prouidisse, ne à feris bestijs læderentur, quæ variæ in Iudæa reperiuntur: ad quas repellendas licet sufficeret virtus Christi, tamen inuenimus Apostolos hominum more vixisse, & humana curauisse. Aut portauit gladium in vsum agni Paschalis etiam post cœnam. Vel quòd timens insidias, olim in hoc, id est, in sui præceptoris defensionem præparauerit. Petrus itaque sui Domini amore quodam peculiari flagrans, vidēnsque cohortem violentas manus in Dominum suum injicere, subito calore percitus, eduxit gladium nec satis expectato Domini iussu, percussit Pontificis Caiphæ seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Domino nimirum Petri manum moderante, vt leue vulnus esset.

Petrus gladio petit cohortē.

Cur gladium portabat Petrus.

Apostoli humani.

[ERAT AVTEM SERVO nomen Malchus.] Nomen serui apponit Euangelista ad historiæ certitudinem, vt si legentes tantùm de restituta auricula miraculum discredant, ab illo quærant, num ita factum sit.

DIXIT

[DIXIT ergo Iesus Petro.] Monet Christus Petrum suæ infirmitatis, vt cognoscat quale sit regnum suum. Et proculdubiò regnum Christi non de hoc mundo (cui in tibijs viri, & in fortitudine equi beneplacitũ est) sed spirituale spiritualibus, vt Apostolus meminit. 2. Corint. 10. & Ephes. cap. 6. armis defendendum. Pertinent igitur arma carnalia ad regnum mundi.

Arma regni mundi.

[MITTE gladiũ tuum in vaginam.] Passus est Christus Petrum futurum Ecclesiæ suæ principem, in hãc digladiationem pio quodam affectu motam cadere, vt illius reprehẽsione doceremur qua via liceat iniuriam illatam, & violentiam aduersariorum ferre. Reprehenditur quòd præter legitimam magistratus ordinationem gladium arripuerit, & eodem etiamnum hostem petierit. Quid agis, ô Petre? Exciditne tibi, quòd pridem, qui me à morte dehortarẽris, dictus sis Satanas, & retro sequi iussus es? Quorsum hic gladius euaginatus? Visne impedire mortem, quam volens & ex Patris authoritate subeo? Immitte gladium tuum in vaginam: nõ huiusmodi præsidijs oblectatur negotium Euangelicum, alio pugnandũ est gladio his, qui in meas vices succedere volet, nimirũ gladio sermonis & verbi, qui vitia amputat, & homines seruat. Obserua. Non prohibet Dominus Christianis, vt publicis personis in publico magistratus officio cõstitutis vsum gladij, sed vt priuatis. Quisquis enim gladium accipit, citra magistratus legitimi authoritatẽ, etiam pro Christo, gladio peribit. Gen. cap. 9. Quicunq; effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Accipere gladium dicuntur, quibus non est commissa vindicandi potestas. Quod autẽ dicitur, Qui acceperint gladium, gladio peribunt, intelligitur de iure non de facto. Proinde verborum Christi sensus esse videtur: Non est opus modò defensione, sed patientia: ego enim sum is doctor, qui docui benefaciendum esse ijs, qui oderunt vos, orandum pro persequutoribus & calumniantibus vos. Lex Mosaica retaliat: tantùm verò abest retaliem, & doctrina mea talione vtatur, vt si quis semel in maxillam cæsus altera petatur, altera quoque vertenda sit, si humani animi prauitatem superare, & Christianam mansuetudinem exercere desiderauerit.

Iniuria qua via repellenda est.

Petrus gladio feriens cur reprehensus.

Præsidia Euãgelij.

Gladius pastoris Ecclesiastici.

Gladius priuatis non publicis personis interdictus.

M. omnes

M. Omnes enim qui acceperint[1] gladium, gladio peribunt. An putas quòd non possum nunc rogare Patrem meum: et exhibebit mihi modò plus quàm duodecim legiones angelorum.

[1] Gladiũ accipere.

[CALICEM quem dedit mihi Pater, non vis vt bibã illum?] Petre, non obseruasti, quæ superiore sermone te docui. Rogaui omnes fieri vnum, sicut & ego ac Pater sumus vnum, vt quemadmodum ego volens Patri ad mortem vsque obtemperoiita & vos obtemperetis præceptis meis. Patris voluntas est vt ego hunc calicem (quem ebibendum tradidit) bibam. Hoc ex animo facio, & adimpleo. Quis tu es, qui Patris voluntatem prohibere conaris? Obserua: quum dicit CALICEM siue poculum, insinuat mortem dulcem & desiderabilem in salutem hominum. Respõsabit quispiam, Cur Petrus hoc loco reprehensus est? Si videro alterum alteri iniuriam inferre, non mihi licebit oppresso opem ferre? Licebit, sed quatenus vocatio tua permiserit. Si priuatus fueris, & nullo insigni tuo magistratu, admone, doce, argue, idq; citra contumeliam. Omnis enim reprehensio cõtumelia vacare debet. Matth. cap. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe illũ inter te, &c. Sed si aliquo fungaris magistratu, agnosce in hac functione te esse Dei ministrum, & vltorem ad irã Dei, vt innocentem serues, & malos ac Reipub. perturbatores castiges. Quod si magistratus, tyrannide & nõ suo defungatur munere, potiùs inferens iniuriam, vt in causa Christi hic contingit, quid agendum erit? An priuata persona ius gladij accipiet? Absit. Arguitur enim hoc loco Petrus priuata persona, quòd acceperit gladium in magistratum tyrannidem exercentem aduersus innocentissimum. Cui præceptor ait, An putas quòd non possum nunc rogare Patrem meũ, & exhibebit mihi plusquàm duodecim legiones angelorum? Adhortandus itaque & mouendus venit magistratus, si negligat officium. Obserua: Per speciem metonymiæ vocat CALICEM, crucem, QVEM dedit mihi, &c. Crux est ordinatio Dei Patris, ergo libenter ferenda est.

Euangeliũ tatione non vitiatur.

Calix, mortẽ designat.

Oppressis qua via succurrendum.

Reprehẽsio vacet contumelia.

Magistratus qualẽ se agnoscere debet.

Priuata persona etiã magistratu tacente non accipiat gladium.

a Scripturæ impleandæ. Esa.8.c.d.

1 Scripturæ) sub. quæ tradunt quòd talia oporteat euenire.

M. Quomodo ergo implebuntur[a] Scripturæ,[1] quia sic oportet fieri? L. Et quum tetigisset auriculam serui, sanauit eum. M. In illa autem hora dixit Iesus L. ad eos qui venerant ad se, principes Sacerdotum, & magistratus templi, & seniores. M. Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus ad comprehendendum me: quotidie apud vos sedebam docens in templo. L. & non extendistis manus in me, M. & non me tenuistis. L. Sed hæc est hora illa vestra & potestas tenebrarum. M.[2] Hoc autem factum est, vt impleantur Scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo [b] fugerunt: R. adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudũ, & tenuerunt eum. At ille relicta sindone, nudus effugit ab illis.

2 Hoc autem, &c.) omnia ita fiũt vt impleantur, &c. Thren.4.d.

b Fugiunt Apostoli.

[COHORS autem, & Tribunus, & ministri Iudæorũ comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum.] Suauissimo sermone discipulis à pugna coërcitis, secluso omni impedimento, & nemine defendente, imò ipso Christo (quum posset aufugere) vltrò se offerente, inflata nimiũ cohors militum, & horum tribunus vnà cum ministris, quos addiderant auari Pontifices & ambitiosi Pharisæi, comprehenderunt Iesum, impias manus inijcientes, & more facinorosorum ligauerunt, ligatum & vinctum adduxerunt, &c. Obserua incrementum vocũ: Prima est Cõprehendere: secunda Ligare, tertia Sistere coram iudice.

Vocum incrementa.

[ET adduxerunt eum ad Annam primùm.] Quòd ad Annam Caiphæ socerũ, primò ductus fuerit Iesus, id nobis subindicat ipsum Annã artificè insidiarum fuisse, pactámque proditori mercedẽ promisisse, Aut in gratiã Caiphæ id factũ est, qui primas Annæ socero deferre voluit. Aut ad ipsos ductus est, vt authores tãti sceleris, quibus cùm proditor tũ ministri cõgratularentur, quòd voti compotes suo ministerio facti essent, & ab ipsis frustrà non accepissent pecuniã, simúlque ostẽtarent suũ triumphum: perinde ac si dixissent. En iam capeus est, euadere nequit: glorietur nũc de Deo Patre, vinctũ habetis, fugiat si possit. Simúlque vt intelligamus veritatem nõ habere crudeliores hostes, atque sunt fucatæ religionis capita. Aut primò ad illos ductus est, ne fortassis tumultus fieret in populo: quia vulgus magnorum hominum authoritatem admiratur & suspicit, & illa authoritate etiam ad quæuis pessima rapitur.

Annæ primò sistitur Christus.

Vulgus ad quæuis rapitur authoritate magnatum.

[ERAT autem socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autẽ Caiphas qui consiliũ dederat Iudæis, quia expedit vnũ hominẽ mori pro populo.] Quòd Annas fuerit socer Caiphæ, argumẽto est, q̃ inter primates clarissimus fuerit. Anni illius summus Põtifex erat Caiphas de quo priùs dictũ est, quod dum in concilio ambigeretur quidnã faciendũ esset de Iesu: propter Pontificis munus, quod gerebat, Spiritu afflatus dixit, suasitque q̃ sic expediret, vt salus totius populi vnius hominis morte redimeretur. Perspicuũ est id quod Sapiẽs ait, (Impius quod timet, accidit ei) locũ apud Caiphã habuisse. Quod enim verebatur Caiphas propter doctrinam Christi, deturbari scilicet à suo Põtificatu, quẽ impijs & iniustis medijs mordicus retinere conabatur: accidit. Nã Vitellius Syriæ præses ipsum à Põtificatu & sacerdorali munere sustulit, suffecto & surrogato Ionatha, vt author est Iosephus, lib. Antiquit. 18. cap. 4. & 8. Emerat Caiphas (qui non erat de tribu Leui) Põtificiũ à romanis (vt author est Iosephus) & annuũ munus reddidit, quod tamẽ Lex (Exod. ca. 29.) & factũ (Numer. 20.) ostẽdunt perpetuũ, nec quẽpiam ad eum debere suffici honorẽ, ante alterius obitum. Vide in quàm profundũ malorũ demergat auaritia. Trãstulit sacerdotium ad aliã tribum, & quod perpetuum ac liberale erat, annuũ & venale fecit. Refert tamẽ Eusebius (in Historia lib. 1. cap. 11. ex Iosepho,) q̃ à Põtifice Anna vsque ad Caipham quatuor Põtifices fuerint, & singulis annis administrauerint Pontificatũ, in quibus prædicatio Christi cõplera est. Vide (si iuuat) locũ illũ. Est re vera Episcopatus bona & sancta res: & qui Episcopatũ desiderat (ait Paulus) opus bonum desiderat: sed malũ est impietate, so-

Vitellius Caipham à magistratu deturbauit.

Auaritia radix malorum. Auaritia, sacerdotium annuũ & venale fecit.

Prædicatio christi sub quatuor Pontificibus complera. Episcopatus, res bona.

Universidad de Deusto
Biblioteca

la ambitione, armis, & huiusmodi malis medijs, ad bonū penetrare. Cur ita? Quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona, Roma. cap. 3. Diuus Cyrillus hunc textum ad hunc modum conuertit, Miserunt autem eum ligatum ad Caipham Pontificem. Erat autem Caiphas qui consilium dedit Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Petrus. Vnde iuxta huius viri sancti sententiam, Ioannes nihil horum quæ in domo Annæ acta sunt, scripsisse dicitur. Et quod postea dicetur, Et misit eum Annas ligatum, &c. id per repetitionem propter enarratam Petri negationem dictum putat.

Crux paucos habet cōstātes.

[SEQVEBATVR autem Simō Petrus Iesum.] Quòd duo tantùm discipuli Christum sequātur, significat paucos in cruce manere constantes. Petrus adhuc nonnihil fidēs virtuti suæ, quanquam à pugna prohibitus esset, sequebatur Iesum vinctum.

Ioannis Euangelistæ modestia.

[ET alius discipulus.] Exemplum est modestiæ in Euangelista nostro, qui hoc Euangelium diuinitus scripsit, dum nomē suum tacet. Perspicuum est quàm longè fuerit ab ostentationis animo, docens quàm turpe sit nō aliorum voce, sed lingua propria commendari. Vnde in prouerbijs, ca. 27. legitur, Laudet te proximus tuus, & nō os tuum: alienus, & non labia tua.

Ioannis modestia & humilitas.

[DISCIPVLVS autem ille erat notus Pōtifici: & introiuit cum Iesu in atrium Pontificis.] Deuitaturus arrogantiam, per singularem quandam extenuationem Ioannes dixit, NOTVS erat Pontifici: quasi diceret: Nolite putare me tanta constantia fuisse ornatum, qua ego sequutus CHRISTVM, ingressus sim atrium Pontificis, vt defenderem aut excusarem CHRISTVM: verùm notus Pōtifici, ausus sum ingredi ad atrium vsq; cum IESV. Hunc introeundi animum non meæ fortitudini aut constantiæ, sed notitiæ quam cum Pontifice & domesticis eius habebam, adscribito te. Obserua: Dicit se in atrium Pontificis introijsse, vt certiores nos faciat eorum quæ in atrio fieri oculatus testis perspexit.

Imbecillitas virium humanarum in Petro cognita.

[PETRVS autem stabat ad ostium foris.] Feruore illo magno iam destitutus Petrus, frigidus ac timudulus, & ignotus ostiariæ mulierculę, nō est ausus introì CHRISTVM consequi, qui tametsi multùm degeneraret ab illa

la promissione. Ego animā meam pono pro te: &, si oportuit me tibi commori, non te negabo: tamen illius sui primi animi masculi aliquid restabat, quoniam ausus est ad ostium vsq; sequi, quum cæteri alius aliò fugissent. Obserua infirmitatis exēplū in Petro, qui ex metu stat foris ad ostiū. Hic metus est preludiū mox sequuturę negationis.

[EXIVIT ergo discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum.] Charitatem & constantiam hic Ioannis exitus ostendit, qui nō timet ingredi, & egredi libere: dum enim videt Petrum non cō sequi magistrum, ancillam ostiariam admonuit, vt eum qui staret ante ostium, introduceret, cui paruit ancilla, & Petrum introduxit.

Peccandi facilitas in nobis.

[DIXIT ergo Petro ancilla ostiaria.] Ancillā dicit, & eam per quendam contemptum ostiariam nuncupat, vt infirmitatem nostram & labendi facilitatem in cruce ob oculos Euangelista ponat. Hec interrogat Petrum, non contumeliosè, non præfractè, sed valde mansuetè: quòd ancilla in gratiam Ioannis (quem cognoscebat scibārque esse IESV discipulum) introduxisset Petrum, conijecit Petrum esse ex discipulis IESV.

Verè Christianus agnoscet se imbecillum.

[NVNQVID & tu ex discipulis es hominis istius?] Hæc quæstio est de confessione fidei. Hæc mulier intuita Petrum & coniectura quadā noscitans illum esse Christi discipulum, ait, Num tu quoque discipulus es istius hominis qui modò captus adducebatur?

[DICIT ille, Non sum.] Quis eò dementiæ Petrum cōpulit? Vbi nunc eius est pristina cōstantia? Num miles? num aliquis eorum qui Iesum ceperant, illum interrogabat? vilis erat, & mulierum abiectissima, interrogatrix illa. Primo verbo Petrus negat se Christianum & Christi discipulum? Hæc procul dubiò perspicuè ostendunt ipsum carnali, non autē spiritali affectu arripuisse gladium pro Christo: nam si eximius iustæ causæ propugnator & defensor fuisset, cur tunc quæso coram ancilla, non dicam gladio pugnauit, sed verbo non defendit Christum? Iam si infirmitatem suam coram ancilla imbecillissima, nihil sæuum aut formidabile pre se ferēte, prodidit, & nulla vi impetitus Christū negauit, quid coram regibus & tyrannis egisset? Non hæc a me scripta velim

Humanarũ virium impotentia in Petro exploratа.

(pie lector) ad Petri contemptum & accusationem: sed, vt cognoscamus nos omnes esse, quod Petrus erat, hoc est nostras vires nihili, nõ posse in cruce subsistere quouis modo, nisi adsit Dei fauor: Si stas, caue cadas. Qui se existimat stare, videat ne cadat, & advocẽ mulierculę deijcia tur. Adeò superbit hęc caro, vt frequẽter dũ adhuc nostrę imbecillitatis ignari sumus, nostris viribus ferueamus, superbiamus, & zelo quodã diuino ducti, (vt putamus) cristas attollamus. Sed coram Deo & eius iudicio dilabimus & pereffluimus, velut cera à facie ignis, & sicut puluis quem projcit ventus à facie terræ. Obserua exemplũ negatæ fidei in cruce, ad leuem saltem occasionem.

[STABANT autem serui & ministri ad punas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erant autem cum eis & Petrus stans & calefaciens se.] Hæc sunt veluti parasce ue ad alteram Petri negationem: vbi obseruanda venit nostri Euangelistæ diligentia, qui in conscribenda historia nihil omittit eorum quæ ad omnes circũstantias pertinent: diligenter omnia tractans vt certam faciat historiam. & illi fidem maiorem conciliat. Ministri Pontificis, inquit, in medio aulæ stabant ad prunas, & ob frigus intempestæ noctis calefaciebant se, quibus se miscuit Petrus, sperans se ita posse latere, expectans interim quem videret de magistro capto exitum & finem: nondũ enim omnem defugiendæ mortis spem abiecerat, quanquam eo perculsus erat metu, vt exciderit: quod Dominus ei futurũ prædixerat, vt egregius ille & fortis scilicet pollicitator, Dominum suum abnegaret. Hoc primò est cõsequutus, dum se aulicum aulicorum ministris miscere voluit, veritatem abnegauit.

Petrus aulicus factus, veritatẽ negauit.

Christus hæreseos, & seditionis à pontificibus accusatus

[PONTIFEX ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius.] Duobus nominibus Christus à Pontificibus, Sacerdotibus & Pharisæis accusatus est: Primò, hæreseos & falsæ doctrinæ coră Põtificibus. Secũdò, seditionis coră Pilato & magistratu ciuili: nullo enim capitaliore crimine illũ Pilato exosum reddere poterãt. Quia igitur prima accusatio est de hæresi, Annas Pontifex, nõ illius anni, sed quia annuis vicibus põtificatũ gerebat, interrogat de doctrina & discipulis fortasse in hunc modum: Hæreticus es: nam doctrinam affers longè aliã quàm

quàm Moyses & prophetæ, quos scimus à Deo missos: ad hæc discipulos abiectos quosdã & viles pisc atores tibi delegisti, qui nostra etiã authoritate cõtẽpta, & nõ impetrata à pontifice & pharisæis nostris facultate prodicandi, tuam hæresim in vniuersam Iudæorum regionem spargunt. imò & noua quædam à te instituta de baptismo, citra Pontificiam nostram authoritatem prædicant. Quales nos putas, imò quanti nos facis? æstimas nos fortasse truncos & cęcos homines, qui nihil in hac stultitia tua & tam insana hęresi videamus. Quasi verò toleraturi simus tam impiam morum & doctrinæ insolentiam, aduersus veterum patrum Moysi & prophetarum instituta. Quis es? qualem te dicis & facis? quales habes discipulos? vnde illos nactus es? in quem vsum illos cõlegisti? quid clanculum illos docuisti? Hæc & huiusmodi pontifex perconta tur, vt aliquam speciem legitimi iudicij præberet: sed re veta id agit, vt ex varijs Iesu responsis aliquid exciperet, quod illi criminis vice posset impingi.

Annas contẽdit manifestare Christũ esse hæreticum.

[RESPONDIT ei Iesus, Ego palàm loquutus sum mundo: ego docui in Sinagõga & in templo, quò omnes Iudæi cõueniunt, & occulto loquutus sum nihil.] Quia doctrina discipulis præferenda est, de auditoribus tacet, doctrinã defendẽs: quã fere inauditam, quũ facinorosus ille pontifex damnaret & hæreticam pronũtiaret, ne illam proprio ore (quod iure tamen poterat) cõmendans priuatam gloriã venari videretur, & ne suspectã illã redderet, appellat ad auditores, cõsque etiamnũ inimicissimos, & ipsum Annam à suo, suorũmque testimonio relegat ad testimonium publicum, & testimoniũ etiam inimicorum, quo nullũ certius esse potest innocenti. Quasi diceret: Hæresim nõ docui, sed veritatem: Iudæos omnes auditores testor, non fuit clancularia doctrina mea. nimirum ego palàm loquutus sum mundo: ego docui in synagõgis vestris, in templo, diebus festis, loco & tempore celeberrimo, quò ex omnibus Syriæ partibus Iudæi vndiq; conueniunt. Obserua: hic locus nobis expandit doctrinã Euangelicam esse publicam & apertã doctrinam, quæ publicè & aperte prædicari debet, & non in angulo aut sub caminò: simulque docet, vt eam doctrinã doceamus, de qua nõ metuamus auditorum testimoniũ. Euan-

Doctrina discipulis præferenda.

Christus de doctrina damnata ab Anna appellat ad publicũ testimoniũ.

Christi doctrina clancularia non fuit.

Euangelium est doctrina publica.

gelium.lucem & non tenebras ac diuerticula amat: vnde publica loca,qualia sunt Synagôga,templũ, & huiusmodi,certam doctrinam commẽdant. Tam certa, firmáque est Euangelij doctrina,vt propter veritatẽ etiam aduersarij in conscientijs victi,de illa (syncere (licet inuiti) testificentur. Huiusmodi est veritatis Euangelij virtus, vt si vel mille vinculis constringatur,erumpat,& in medium prodeat. Verbum enim Dei (vt Paulus,2.ad Timoth.cap.2.ait.)non est alligatum. Obserua: EGO PALAM,&c. quasi diceret: Hactenus vester Moyses figuris, & obscuris sermonibus est vobis loquutus: ego verò Moysi velamen aufero,reuelans omnia,quæ lex tegebat. Quæ per ænigmata vobis lex annuntiabat, hæc vobis reuelo, & aperta ac perspicua esse & doceo & facio. Respondebit aliquis: Multa Christus in secreto docuit, vt in monte Thabor die transfigurationis: rursus quũ in cubiculo Nicodemũ docuit. Respondeo: Quæ priuatis locis & apud paucos docuit,eadem publicè docuit, nisi ea quæ suprà multitudinis captum erant: simúlque his verbis, EGO PALAM, &c. significare voluit non solùm se eum esse, de quo prædixit Dauid, Psal.39. Annuntiabo veritatẽ tuã in Ecclesia magna: verùm etiam se nihil quod seditionẽ pareret (vbi vbi loquutus est) aut fecisse aut dixisse.

Doctrinæ certitudo argumento à publico loco.

Euangelij virtus.

Christus quæ Moses obscurè tradidit, aperta facit & docet.

[QVID me interrogas?] Quasi dicat: Quum doctrina mea,neque suspecta, neque incerta esse possit,quid me nunc tanquam de clancularia & seditionis plena doctrina interrogas?

[INTERROGA eos,qui audierunt, quid loquutus sum ipsis: ecce hi sciunt,quid dixerim ego.] Quum doctrina mea publica fuerit,non timet illa publicum testimonium. Quum igitur me suspectum habeas,cur nõ interrogas doctrinæ meæ auditores etiam inimicos? aut cur damnas verbum non auditum? Quòd si tuam ipsius aliorúmque (qui mihi nulla familiaritate iuncti sunt, plerique etiam oderunt) conscientiam rogaueris, procul dubio cõuinceris fateri certam & veram esse doctrinam meam. Ista enim est veritatis indubitatæ demonstratio, quando quis habet inimicos testes eorum quæ dicit. Hoc præstiterunt testimoniũ ministri à magistratibus missi, suprà,cap.7,Nunquã (inquiunt) loquutus est homo sicut ille

Veritatis certa demonstratio.

ille Idem expanditur Matthæi cap.22, Miserunt ad eum Pharisæi vt eum caperent in sermone,&c.

[HAEC quum dixisset,vnus assistens ministrorum,dedit alapam Iesu,dicens, Sic respondes Pontifici?] Quidam è ministris Pontificis simillimus suo Domino,ne in suspicionem veniret,q̃ esset ex his qui doctrinam IESV admirati sunt, à magistratibus missi, & redeuntes visi sunt doctrinæ Christi assentiri,dicentes, Nunquam sic loquutus est homo sicut ille,dum audiret Christum dicentem, Ecce hi ministri qui missi sunt vt me in sermone caperent,sciunt quid dixerim ego: is, inquam, nõ expectat sui præceptoris iussum, sed vt ei gratificaretur, impegit alapam in faciem IESV, addens conuitium & Pontifice & se famulo digoum. Siccine respõdes Pontifici? O qualem serui & iniquissimi Pontificis impudentiam! Exhorrescat cælum,contremiscat terra de Christi patientia, & serui impudentia. Hæc præmonuerunt sancti Prophetę de Christo dicta esse Esa.cap.5. Corpus dedi,percutientibus, & genas meas vellentibus, Thren.cap.3. Dabit percutienti se, maxillam, saturabit opprobrijs,&c. Iob.16. Exprobrantes percusserunt maxillam meam. Michæ.5, Percutient maxillam regis Israel.

Annæ ministerimpegit alapã Christo.

[RESPONDIT ei Iesus, Si malè loquutus sum,testimonium perhibe de malo: si autẽ bene,quid me cædis?]

Quum dominus iure optimo cùm seruum tuum dominum in exitium & præceps dare, ipsósque de medio tollere potuisset, nihil tamen horum egit,sed mansuetissimè se gessit aduersus omnes iniurias: maximè,hoc loco ea verba protulit quæ vel ferocissimarũ bestiarum sæuitiam demulcere poterant. Quia apud iudicem ago,& ei rogatus respondeo: rationibus,etiam apud Ethnicos,nõ autem alapis agendum est. Si quid malè edocui,ostende: si autem bene docui,& me admirati estis etiam vos ministri,cur tu iudicis ministeri,qui me priùs admirabaris, in iudicio,tacète iudice,nihil refellẽtem me cædis & verberas? Facto nõ aduersatur quod monuit Dominus (Matth. cap.5.) Si quis percusserit in dexterã maxillã, præbe ei & alteram. Nam hic locus hunc sensum fidelibus præstat: Si quis cõtumelia,iniuria aut dãno quopiam ab altero affectus fuerit,tantùm abest vt liceat vlcisci & iniuriam in-

Christus iniuriarum patientissimus.

Rationibus non alapis coram iudice cõtra reum agendum.

Christus facto doctrinam cõfirmat.

iuria repellere, vt citius & promptius grauiora ac molestiora tibi ferenda sint. Hoc loco Christus maledictum maledicto non regessit, quum alapis cæsus est: non retaliauit, sed vt Petrus scribit (1. Epist. cap. 3.) tradidit vindictam ei qui iudicat iuste. Ibi legis nō accusationem, sed modestissimam defensionem, non contumeliam, sed exhortationem vt resipiscat. Ait enim, SI BENE dixi, cur me cædis? quasi dicat: Percutis, non repercutio: conuitiaris, non conuitior: non meipsum vindico, verùm te hortor vt resipiscas, & mea patientia non abutaris: me is cuius est vindicta, te in peiora præcipité faciat. Proinde hæc respondit Christus, vt innocentiam suam manifestam faciat, & seruo suam iniustiam ad salutem detegat. Discamus ex his vindictam à nobis prorsus abigendam, & iniurias patienter esse ferendas: ita tamen vt iustam nostrā causam simul vrgeamus. Ad hunc modum Dauid iniurias patienter tulit, interim tamen manifestam vbiq; faciens suam iustam causam. Tametsi enim iniuriæ patienter ferendæ sunt iniurioſi tamen neque instificandi, neque laudandi veniunt propter suas iniurias. Præterea in Christo magnæ charitatis exemplum legimus, qui admonet seruū suæ iniuriæ, vt eum Deo lucretur. Huc pertinet quod scribitur prouerb. cap. 26. Respondе stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur.

Defensio modestissima.

Christus cur alapā incutēti responderit.

Vindicta à nobis prorsus abigenda.

[ET misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem.] A paricida ad paricidam Christus mittitur. Animos enim paricidales habebant Annas & Caiphas, qui metu populi & prætidis Pilati, suæ impietati aliquam iustitiæ speciem prætexebant: sistunt enim Dominum, dicam ei impingunt, eandémque scribunt, interrogant, testes producunt, circunfertur & circunducitur à religiosis Pharisæis. At impiam Annæ, Caiphæ, & Pharisæorum astutiam diuina prudentia vertit in IESV CHRISTI gloriam, Nam dum sic capitur, captus ducitur ad Annam, ab Anna, ad Caipham, à Caipha ad Pilatum, à Pilato ad Herodem, & rursus ab Herode ad Pilatum. Dumque à multis examinatur & accusatur, fiunt omnes etiam inimici eius locupletissimi testes innocentiæ, ac puritatis eius: adeoque vt conuicti dicāt: Pilatus, nō inuenio in eo causam mortis: alij verò, Verè Filius Dei hic

Christus à paricida ad paricidā mittitur. Deus impiorū conatus in bonum cōuertit.

erat: quorum testimonium verissimum est. Nullum enim certius innocētiæ testimonium quàm quū veritas etiā ab inimico extorqueretur. Annas, qui pro sua nequitia gestiebat quòd Iesus captus esset, quum vidit se nihil ex eo venari potuisse quo probabiliter cō uinceretur, misit eū (vt erat vinctus) ad Caipham Pontificem generum suum. En nostra causa, & nomine Iesus Christus fit hic ludibrium & spectaculum. Obserua: vox LIGATVM, indicat ipsos hypocritas, Annam & Caipham, non caruisse metu & timore.

Testimoniū innocentiæ certissimē.

Christus nostro nomine ludibriū factus.

R. ET conuenerunt omnes Sacerdotes & Scribæ, M. & Pharisæi, R. & sæniores. M. [a] Petrus autem sequebatur eum à longè vsque in atrium Pontificis Sacerdotum, & ingressus intrò, sedebat cum ministris vt videret finem. L. Accenso autem igne in medio [a] atrij, & circunsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum, R. & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. M. Exeunte autem illo ianuam. R. rursus M. vidit eum alia ancilla: R. quæ quum vidisset illum, cœpit dicere circunstantibus, Hic ex illis est, M. & hic erat cum Iesu Nazaræno.

1 Cōuenerūt) cōueniūt. Præteritū pro præsenti.

2 Petrus sequitur.

Matth. 26 & Marc. 14.

2 Atrij) aulæ. Atrea erat non tecta.

[ERAT autē Simon Petrus stans & calefaciens se.] Redit Euangelista ad negationē Petri, non libidine aliqua inuehendi, aut studio detractandi. Hic enim & alij Euāgelistæ tam diligenter meminerunt abnegationis Petri, partim vt cognoscamus veritatē verborū Christi, qui hāc negationē prædixit, partim

Petri negatio nos infirmitatis nostræ admonet.

tim vt discamus ne quid nostris viribus præsumamus, si Euangelici & Christiani esse velimus: sed semper é manu Domini pendeamus, & in timore ac tremore Domini ambulemus: Nam si Petrus nõ tam à Christo defecit quàm etiam detestationibus abnegauit, qui tamen donũ cæleste in monte Thabor gustauit: & non solùm miracula Christi vidit, verũetiam multa signa nomine Christi fecit, & tamen cecidit: quid nos pusilli putamus facere? Cademus certè, si cadere non metuamus. Noli itaque altum sapere, sed time. Et qui stat, videat ne cadat, Quòd si cadere, (vt frequenter fit) contigerit (septies enim in die cadit iustus) caue animum despondeas, sed exemplo Petri fle: certò te Christus excipiet. Hæc enim scripta sunt infirmis, non vt sua crimina excusent, sed vt in maximis etiam peccatis non desperent cum Iuda, verùm discant cum Petro flere, & resipiscere.

In peccatis etiã grauissimis cũ Petro flendum, non cum Iuda desperandum. Resipiscentia. Petri fletus.

[DIXERVNT ergo ei, Nunquid & tu ex discipulis eius es?] Admixtus turbæ ministrorum, ad ignem stabat Petrus, quem quidam vtcunque noscitantes interrogauerunt, dicentes, Num & tu ex huius discipulis es, qui sic tractatur à Pontifice. Hi typum gerunt eorum, qui incutiũt timorem pijs propter veritatem, vt foris veritatẽ negent, de qua cõuicti sunt in conscientijs. Hi Petro maiorem occasionem negandi præbent, quàm illa superior ancilla, quia magnorum hominũ serui & ministri sunt qui pijs prædicatoribus timorem frequentiùs incutiunt, vt ex timore veritatem negent, dum verba placentia narrabunt, applaudent, palpabunt, & adulabuntur.

[NEGAVIT ille, & dixit, Non sum.] Vehementer exterritus Petrus viso tã immani spectaculo, & tã duriter & impiè tractaretur magister suus, negauit se discipulum Iesu. Fortalsis pensabat Petrus de discipulis Iesu cõprehendendis, ex tam acri Pontificis interrogatione de doctrina & discipulis Iesu. Arbitrabatur Petrus hac negatione se futurum à periculo liberum, quemadmodum sese explicuerat ab ancilla ostiaria.

L. Et post pusillum, alius videns eum, dixit, Et tu de illis es? M. Petrus verò iterum negauit cũ iuramẽto, & dixit, L. O homo, nõ sum. M. sed

M. sed neq; noui eum. L. Et interuallo facto quasi horæ, alius quidã affirmabat cum his, qui ad stabant, dicens, Verè & hic cũ illo erat. R. Verè & tu ex illis es: nam & Galilæus es: M. [1] & loquela tua manifestum te facit.

1 Et loquela, tua &c.) Loquela tua similis, vel conuenit.

[DICIT vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam, Nonne ego te vidi in horto cum illo?] Quidã in reliqua ministrorum turba aderat, qui sanguinis propinquitate iunctus erat ei, qui (quũ cæteris audacior manus violétas in Iesum paulò antè in hortu iniecerat) à Petro percussus, & auriculæ damno multatus erat. Is volens cognati sui iniuriã vlcisci, cuius subijt memoria dũ obuium habet Petrũ, durioribus verbis ipsum cõpellat. Quid audio? proculdubio mendacẽ hominem. Quid tu? negas te esse de numero discipulorum istius? An non hi mei ocelli te in horto cũ Iesu viderunt?

[ITERVM ergo negauit Petrus.] Audito Malchi cõsanguineo, penitus exanimatus est Petrus, & seipsum deuouit si nosset hominem. Quid, rogo, fecisset Petrus, si verberibus cæsus fuisset, quum solo verbo paulò duriore tractatus, seipsum deuouerit, cœperitque execrari ac deierare quòd non nouisset Iesum: proculdubio nihil prorsus boni reperitur in homine: imò nihil penitus homo habet, quo subsistat, si Dominus ipsum deseruerit, & cupiditatibus sui cordis tradiderit.

Cruci cedunt omnes, nisi ad fuerit Dominus. Homo derelictus à Deo quàlis.

R. Tunc iterum negauit Petrus, & air L. Homo, nescio quid dicis. M. & cœpit [1] detestari, R. & anathematizare, M. & iurare, R. quia nescio hominẽ quẽ dicitis. L. Et continuo adhuc illo loquẽte, R. statim gallus iterũ cãtauit.

1 Detestari) deuouere vel execrari.

[ET statim gallus cantauit.] Hic cantus confirmatio est vaticinij Christi defutura Petri præsumptuosi negationem: qui nec hoc solo signo prædicto à Domino monitus ad se redijsset, nec rediturus erat, nisi Dominus efficaci intuitu illum conspexisset, & tacito quodam sui Spiritus afflatu ad resipiscentiam & pœnitentiæ lachrymas excitasset. Multis variisque modis (qui futurus erat Ecclesiæ

Galli cantus.

Petrus futur⁹ Ecclesiæ princeps, variis modis probatur.

Pendendū est ex solo Christi præsidio. Petri negatio inuitat nos nihil de nobis præsumamus.

clesiæ princeps) doctus est, vt ipse, imo & nos ipsius exemplo, discamus in oībus nobis ipsis diffidere, & ex vnius Domini nostri Iesu præsidio pendere. Proinde inuitat nos Petri exemplum ad timorem & humilitatem, vt nihil de nobis præsumamus, nihilque temerè de nobis persuadeamus constantia in cruce & afflictionibus.

[a] Respexit Christus. Controuersia de negatione Petri diluitur.

L. Et conuersus Dominus,[a] respexit Petrū & recordatus est Petrus verbi, M. quod dixerat ei Iesus: L. Quia priusquàm gallus cantet, R. bis: ter me negabis. M. Et egressus foras, fleuit amarè.

Controuertitur inter multos de locis vbi Petrus negauit Dominum: rursus, quoties negauerit: sed parum refert ista quærere, quū nihil pugnantiæ inter Euangelistas afferant. Nihil enim certius habetur, quàm quòd Petrus & ante galli cantum in domo Annæ, & ante secundum, in domo Caiphæ Dominū negauerit, nō solùm semel & iterum, sed & tertiò & quartò: imo toties ab ancillis & ministris impetitus, ex historia Euāgelistæ videtur plusquam sexies Dominum abnegasse. Solùm id Petri negatio te adhortetur, vt ū stes, videas ne cadas.

M. Princeps autē sacerdotum, R. & summi Sacerdotes, omne cōcilium quærebant, M. & falsum testimoniū aduersus Iesum, vt eū morti traderent, R. & nō inueniebāt etiā M. quum multi testes accessissent: R. & testimonia cōueniētia non erant. M. Nouissimè autē venerūt duo falsi testes, & falsum testimoniū ferebant aduersus eū, dicētes, M. Hic dixit, R. quoniam nos audiuimus eū dicētē, Ego dissoluā tēplū hoc manu factū, & post triduum aliud nō manu factū ædificabo. Et nō erat cōueniens testimoniū eorū. Exurgēs autē summus Sacerdos in mediū, interrogauit Iesum, dicēs, [1] Nō respōdes quicquam ad ea quæ tibi obijciuntur ab his,

[1] Non respōdes, &c.) quasi dicat quid respondere vis testimonio illorum?

his, M. & quæ isti aduersum te testificātur? Iesus autē tacebat, R. & nihil respōdit. M. Et princeps Sacerdotū ait illi, [2] Adiuro te per Deū viuū, vt dicas nobis si tu es Christus Filius Dei R. benedicti. M. Dicit illi Iesus, [3] Tu dixisti, [a] R. Ego sum. M. [4] Verūtamē dico vobis, à modo videbitis Filiū hominis sedentē à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Tunc princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, Blasphemauit quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audiuistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi respondentes, dixerunt, Reus est mortis: R. & omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Tunc [b] expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt: L. & viri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes, & velauerunt faciem eius, M. & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? alij autem palmas in faciem eius dederunt: R. & ministri alapis eum cædebant: L. & alia multa blasphemantes dicebāt in eum. M. Mane autem facto cōcilium inierunt omnes principes Sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent,

[a] Christus fatetur se Messiam esse.

[b] Conspuitur, & alapis cæditur, Christus.

[2] Adiuro) id est peto à te vt nobis dicas, iurando per Deum &c.

[3] Tu dixisti) sum id quod dixisti.

[4] Verūtamē) &c. de se Christus in tertia persona loquitur, Videbitis me resurrexisse, sessurum ad dexteram Dei & iudicaturū orbem.

derẽt,L.& duxerũt eũ in concilium
ſuum dicentes,Si tu es Chriſtus, dic
nobis. Et ait illis, Si vobis dixero,
non credetis mihi,ſi autem & inter-
rogauero, non, reſpondebitis mihi
neq; dimittetis. Ex hoc autem erit
Filius hominis ſedẽs à dextris virtu
tis Dei.Dixerũt autẽ omnes, Tu er-
go es Filius Dei? Qui ait,Vos dicitis
quia ego ſum. At illi dixerũt, Quid
adhuc deſideramus teſtimoniũ? ipſi
enim audiuim⁹ ex ore eius. Et ſurgẽs
omnis multitudo, [c]vinciẽtes Ieſum
adduxerũt eũ ad Pilatũ.M. Tũc vi-
dens Iudas qui eum tradidit, quòd
dãnatus eſſet,pœnitentia ductus,re-
tulit triginta [5] argẽteos principibus
Sacerdotũ & ſenioribus,dicens,Pec
caui,tradens ſanguinem iuſtũ. At il
li dixerũt, Quid ad nos? tu videris.
Et proiectis argenteis in templo, re
ceſſit:& abiens,laqueo ſe ſuſpendit.
Principes autem Sacerdotum acce-
ptis argenteis, dixerunt, Non licet
eos mittere in [6] corbonã,quia [7] pre-
tium ſanguinis eſt. Concilio autem
inito, emerunt ex illis argenteis
agrum figuli,in ſepulturam peregri
norum: propter hoc vocatus eſt
ager ille Acheldemach,hoc eſt ager
ſanguinis vſq; in hodiernum diem.
Tunc impletum eſt quod dictum eſt
per

c Pilato vinctus Chriſtus traditur.

5 Argenteos &c.) Singuli argenteis ſingulis didrachmis æſtimari poſſunt, id eſt ſeptẽ ſolidis noſtris.

6 Ver. Corbã. id eſt in gazophylacio quod erat in atrio. 4. reg. cap. 12. Corbana vox Chaldæa, Corban. Hebraica

7 Pretiũ ſanguinis) id eſt pretium quo fuit exempta cædes hominis innocẽtis.

per Ieremiam Prophetam dicentem. Et acce-
perunt triginta argenteos, pretium appretia-
ti,quem appretiauerunt à filijs Iſrael, & dede-
runt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mi-
hi Dominus.

[ADDVCVNT ergo Ieſum à Caipha in prætoriũ.]
Quia lex iuſtum conſeruandum,& innocentem non
condẽnandum iubet: Annas& Caiphas inuiti(quia nihil
crimininis in Chriſto inuenerunt)& miſeri erubeſcentes
quòd innocentẽ comprehenderunt,quòdque Paſchæ cele
britas iam immineret,ne hominis innocentis cæde ma-
cularentur,& ſanguinis innocẽtis inuidiã in Pilatum &
brachium ſeculare deriuarẽt,per cohortem conductam
deducunt Chriſtum(qui per totam ferè noctem exanima
tus fuit vſque ad diluculum,in quo nihil repertũ eſt ſce-
leris,ob quod capitis accerſi poſſet)ab ædibus Caiphæ
IN PRETORIVM, id eſt domum præſidis Pilati: pu-
tantes ſe mũdos à ſanguine iuſti,ſi iuſtũ non ipſi, ſed per
alium interficerent. O ridiculoſos homines, cæcitate &
nequitia plenos! putant id vitij,ſi per alium innocentem
interfecerint,& eum quaſi ſceleſtiſsimum accuſauerint,
non redundare in ſua capita. Hi profectò impuriſsimi
Pontifices typum eorum gerunt,qui quum verbis verita
tem impugnare non poſſunt, confugiunt ad verbera.
Rurſus,quum agnoſcunt ſeſe victos & impares, qui ne-
que Scriptura à ſeipſis detorta,neque ſua eloquentia ve-
ritati reſiſtere poſſunt,ſtatim currunt ad brachium ſecu-
lare,vt tandem veritas ipſa extinguatur. Obſerua: Hæc
adductio,cõfirmatio eſt illius quod dixit Chriſtus(Mat.
cap.20.)Ecce aſcendimus Hieroſolimam,& Filius homi
nis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis, & con-
demnabunt eum morte,& tradent eum gentibus ad illu
dendum,& flagellandum,& crucifigendum,& tertia die
reſurget. Obſerua: Ioannes ſciens omittit quæ domi Cai
phæ acta ſunt: quòd intelligeret illa ab illis Euangeliſtis
amp liſsimè deſcripta.

Annæ & Caiphæ ſimulata religio.

Prætorium. Impij non valentes verbis veritatem expugnare, fugiunt ad verbera.

[ERAT autem manè.] Hæc circunſtantia tempo-
ris ſubindicat tum hypocritarum timorem(qui lucẽ fu-
giunt

Hypocritæ lucem fugiunt.

gium dum operantur aliquid) tum uqò per dimidium noctis à Caipha interrogatus fuerit Christus.

Sanctitas fucata.

[ET ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha.] O fucatã sanctitatem, quæ ferè semper iustorum sanguine polluitur Putant, vt opinor, animas suas lapidibus & hominũ corporibus contaminandas, non autem cæde innocentis, & veritatis iniuria. Propter suas traditiones irritum faciũt mandatum Dei, finguntq; sibi sanctitatem sine charitate, quum omnis sanctitatis subsistẽtia sit charitas. Humana cõstitutio erat, Ne Iudæus domum incircunciſi ingrediatur, vt ab immundo & incircuncisо non contaminetur. Lex vero diuina dicta, Non inuideas, Non occidas, Non falsum testimonium dicas. Hanc legem diuinã perfricta fronte negligunt Iudæi, imprimis Annas & Caiphas, seruantes constitutiunculas suas humanas, quas mera iniquitatis opercula faciunt. Ipsi enim obseruatione illa de non tangengo corpore incircunciſi hominis, de non ingrediendo domum incircunciſi, mentis suæ impietatem (qua Christum Pilato tradunt crucifigendum) obtexunt, quandoquidẽ vt dicunt, sanctorum Patrum institutа & constitutiones obseruant. Quæ ratio humana vna quam horum sanctorum scilicet Iudæorum religionem damnaret? Si enim sancti cuiuspiam non audent constitutionem transgredi, quantò minus legem Dei? Tanta horum est dementia, vt putent se nullam contracturos culpam, si ad innocentis cædem, ministerio Pilati vtantur, dummodo propriis manibus non interficiant. Obseruat Soleне Iudæis erat Pascha celebraturis, non intrare domum gentilis, qualis erat Pilatus, præses à Romanis constitutus. Ideo VT PASCHA, id est, panes azymos, & agnum, iuxta ritum legis manducarẽt sub noctem illius feriæ sexte, non intrauerunt domum Pilati, hominis gentilis. Præmonuimus superiùs neque Christum Pascha anticipasse, neque Iudæos propter mortem Christi Pascha distulisse. Quando quidẽ, vt ex Paulo Burgensi viro docto, negotium aperiam, duas Iudæi obtinuerunt obseruationes, vnde non nunquã festa de die in diem translata sunt. Prior est, quòd si Lunatio siue Neomenia primi mẽsis Abih, (qui aliàs Nisam vocatur, respondens quandoq;

Charitas est omnis sanctitatis subsistẽtia. Iudæi legẽ Dei suis traditionibus postponunt.

Iudæis domus gentilis interdicta.

Pascha.

Paschæ obseruationes duæ apud Iudæos fuerunt. Festa Iudæorum de die in diẽ trãslatio.

Lunatio.

Neomenia.

Abih, vel Nisan mẽsis Martius.

Martio quandoq; Aprili nostro (vernali æquinoctio proxima (à qua lunatione festa reliqua numerãtur) acciderit post decimamoctauã horam illius diei. hoc est post duodecimã apud nos: tunc illa Neomenia siue lunatio, nõ incipiebat supputari ab eo die, sed trãsferebatur in sequentem diẽ, & ordinabatur, eò quòd cõtigerit Lunatio siue luminarium coniunctio in sexta & vltima parte diei. Tunc enim magis declinat talis cõiunctio ad diẽ sequẽtẽ, quàm ad illã in qua est, quũ iam transierit tres quartas partes illius diei, & quartã vltimã attigerit: Hebræis enim dies incipit ab hora sexta apud nos vespertina. Hæc autẽ obseruatio videtur fuisse legitima: nã habebãt nonnullã celebritatẽ Neomeniæ, in qua admãdatũ erat sacrificia quædam peculiaria fieri. Num. ca. 28. Idẽ & ex Esaia ca. 1. notatur. Quare æquũ fuit, vt vel quartã diei partẽ integrã haberẽt. Altera obseruatio est ex traditione patrũ: Ne Pascha atq; adeò Lunatio mẽsis Nisan, secũda, quarta, vel sexta septimanæ feria celebraretur. Affirmántq; hanc cõstitutã esse per Rabbi A Eliezer, cõsummata & perfecta secunda domo Dei, postquàm à Babylonis in terrã suam redijssent. De secunda septimanæ, hanc causam assignant: quòd si in ea, Lunatio, secunda feria fixa fuisset, euenisset festũ expiatiõis in sexta septimanę: atq; quũ æquè feriari in ipso atq; in Sabbato ex legis præscripto oporteat, duo quieti sacri dies cõtigissẽt cõtinui, in quibus nullo modo licuissẽt parare cibaria: quod nimis molestũ & onerosum fuisset toti populo. De sexta septimanę aliã affert rationẽ Burgẽsis: sed parũ aut nihil refert huc illã trãscribere. Præter hæc, Burgẽsis addit supputatione tẽporũ diligenti habita (quã & peritissimi Hebræorũ, cum quibus illã contulit, cõprobarunt) se deprehẽdisse anno quo Christus passus fuit, cõiunctionem luminariũ proximam æquinoctio vernali, secundũ medium motum Solis & Lunæ euenisse feria quinta, hora decimanona, adiectis aliquot minutis. Ergo quia euenit vltima parte diei, nõ potuit iuxta priorem obseruationẽ statui eo die Neomenia, quia nõ habebat quartam eius diei partem integram. Operæpretium igitur erat illam in sextam feriam transferre, incipiẽtem hora sexta vespertina feriæ quintæ apud nos. Sed quũ ex traditione patrum à Iudæis obseruata, nõ liceret ne duo

Dies Hebræis incipit hora sexta, nostri vespertina.

Paschæ obseruatio ex traditione Patrum.

Pascha secũda feria non celebratur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

festi dies continui incidissent, in quibus nefas erat quicquam operis facere, transtulerũt in secundũ diem, nimirum in Sabbatum, idque ob traditionem patrum quæ ab omnibus receptissima erat. Christus tamen, qui legi Patris quàm patrum traditionibus obtemperare maluit, & quia omniũ eiusmodi solennitatũ instabat antiquatio, restituo nouo & spiritali Dei cultu, celebrauit cum suis discipulis suum Pascha die Iouis serò, hoc est tempore patrum traditione legitimo. Quare neq; Christus Pascha suum anticipauit, neque Iudæi ex lege Patris legitimo. Iudæi verò suum agnum comederunt die veneris serò, tempore ex illo specialiter anno ipsum propter necẽ Domini patrandã distulerunt: sed vtriq; legitimo tempore, quod eis iampridẽ legitimũ erat, illud obseruarũt: Dominus enim, ex lege Dei: Iudæi autẽ, ex traditione patrum. Hæc omnia fusius tractauit Burgensis, in ca. 26. Matth.

Pascha Christus ex lege Dei.

Iudæi ex Patrum traditione celebrarũt.

[EXIVIT ergo Pilatus ad eos foras, & dixit.] De præfectura Pilati præsidis Iudeæ legito Iosephum lib. 18. Antiquit. cap. 4. qui tametsi Ethnicus incircũcisus fuerit, collatus tamẽ Iudæis, lõgè ciuilior ac iustior inuenietur, Pro sua sapientia & prudentia, sapienter & prudenter in omnibus egit: verùm tandẽ propter priuatam vtilitatem perdit innocentẽ, honestati priuatam vtilitatem præponens. Quũ itaque videret nouã & inauditam iudicij formam, captum scilicet & vinctũ autequàm esset auditus à iudice, armatam item hominum manum aduersus eum, cuius fama celeberrima esset, & quẽ tanto honore Iudæi paulò antè cum ramorum palmis excepissent, prodijt foras, vt si fieri posset placata Iudæorum væsania, liberaret innocentem. Hoc est magnæ prudentiæ & iustitiæ in Pilato signum, Ciuilitatis erat pertinacię populi cessisse, & moribus se accõmodasse, agnoscens enim Iudæos abhorrere ab ingressu prætorij (qui poterat tyrãnide illos contra consuetudinem ad ingrediendũ cogere) iure suo posito, exiuit foras. Est profectò optimi magistratus sese aliquantisper populi moribus accõmodare, non pertinaciter illius duritiæ resistere: quod & aliàs (teste Iosepho, lib. 2. de bello Iudaico, cap. 8.) fecit Pilatus, post erectas in templo Cęsaris statuas. Has quum nollet populus in templo Dei permittere, eligens potiùs mortẽ opperere, quàm

Pilatus Iudęis ciuilior.

Populi moribus quãdoque cedendum.

Magistratus est aliquantisper se moribus accommodare.

illas in templo pati, prudens cessit populo, & ẽtẽplo statuas deposuit, quanquã non obtẽperãtes poterat armato exercitu ad hanc rem instructo, omnes ad vnũ occidere.

[QVAM accusationem affertis aduersus hominem hunc?] Quia inquit, iure optimo fit, vt cognitio causæ sententiã præcedat, & accusatio damnationẽ, atque non est in more apud Romanos quẽquam afficere supplicio, nisi conuictũ crimine capitali: vos hunc vinctum veluti plectendum capite adduxistis. Quid criminis admisit? quódve crimen huic intenditis? Hæc vincula non sunt sufficiens causa qua damnandus veniat.

Romanorum mos in iudicijs ferendis.

[RESPONDERVNT & dixerunt, Si nõ esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.] Quid nos rogas, ó Pilate, satis tibi sit nostra authoritas: nos enim sumus venerabiles Pontifices & Sacerdotes, Scribæ, & religiosissimi Pharisæi, quorũ concilium errare non potest. Anne tibi laico & gentili factorum nostrorum reddenda est ratio? Satis est hunc tibi vinctũ ceu nebulonẽ adduxerimus. O quales mores hodiernos siccine Principes Sacerdotum & religionẽ ipsam Pharisæorum, imò ipsum summum Pontificẽ veneraris? Ita apud nos decretũ est, vt hic moriatur, Volumus igitur vt hunc condẽnes. Satis sit tibi nostra voluntas pro ratione. Nam si non esset hic malefi cus, non tibi tradidissemus eum. Prudentiores certè & iustiores sumus, quàm vt innocentẽ condemnemus. Obserua istos sycophantas prorsus declinare accusationes. Annas interrogauit, & nihil criminis inueniens, ipsum ad Caipham misit, qui repertum insontem, ad Pilatum remisit. Deinde Pilato interroganti quid Christo criminis intentarent, nihil criminis afferre possunt. Vnde quia nihil dicunt, respondet Pilatus.

Pharisęorũ superbus animus.

[DIXIT ergo eis Pilatus,] Videns Pilatus istorum ferox supercilium, & suspicans id quod res erat, aliquid odij priuati esse, propter legis superstitionem, eodem supercilio respondet, idq; prudentissima mordacitate.

[ACCIPITE eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum.] Ironicè loquitur Pilatus: hoc enim responso Iudæos irridet, quibus per Romanos adẽpta erat gladij potestas. Si tam gnari, inquit, & conscij estis flagitiorum de hoc homine, occidite. Cur non iuxta legem

Iudæis Romani gladiũ ademerunt.

Pilati sapiens responsum.

Universidad de Deusto Biblioteca

vestrã hominem iudicatis si quid cõmisit quod nihil ad meũ tribunal pertineat, sed ad vestræ legis obseruationẽ spectet? quã (quũ sit Iudæus) si cõtemplerit, & illius fuerit transgressor, veluti si violarit Sabbatũ, si gustarit carnem suillam, si quid liberiùs in Moysen, Prophetas, templum, aut Deum vestrum dixerit, aut si quid aliud commissum est q̃ vestra lex punire iusserit, quum nõ sit alioqui Romanis legibus vetitũ, Accipite hunc vos hominẽ, & secundũ legis vestræ præscripta iudicate: Ego nõ legis Moysaicæ, sed Cæsaris nomine præsidem ago. Si quid hic aduersus leges Cæsaris commisit supplicio capitali dignum, legitimis testibus conuictum proferte: & quod ad meum tribunal spectat, exequar. Ego superstitionibus & ceremonijs quæ ad vestram legem attinent, meipsum nõ admisceo: nihil huiusmodi curat Cæsar.

[DIXERVNT ergo ei Iudæi.] Quum nihil magis in votis haberent Iudæi, quàm Christum extinguere, idque nouo supplicij genere, quod apud se omniũ probatissimũ erat: & metuentes ne mox darent pœnas iudæi, si innocentem & innoxium interficerent, prætexerunt religionem, dicentes.

[NOBIS non licet interficere quenquam.] Pilate, hoc tibi notissimum est, nos religiosos & spiritales esse, quibus vetitus est gladij vsus. Non est fas nobis quenquam interficere. Impudentissimæ nationis verba obserua, quę Prophetas ad se missos lapidauit, vt Ieremiã serrauit, vt Esaiam interfecit, vt Zachariam & alios plerosque: tamen adeò sibi blanditur, vt ab homicidio & innocentiũ cæde sese immunem iactet, quum interim Christum omnium innocentissimum mille modis in crucem sustigat. Homicidam habent animum, linguas paricidas: proditorem enim cohortem, & fallos testes isti maleuoli pecuniã conduxerant: falsa crimina confingentes, prætextu summæ religionis vrgent, & terrore afficiunt præsidem, interim volẽtes videri à nece Christi immunes, & digni qui Paschalem agnum comedant, ob id solùm quod prætorium non essent ingressi. Obserua quam nihil sceleratius sit hypocritica religione & veritatis persequutoribus, qui vericare destituti, ad mẽdacia confugiunt: pleno enim ore mentiebantur, dicẽtes, nõ licere sibi interficere quenquam

Iudæorũ pẽtificum fucata religio.

Hypochrisi nihil sceleratius.

quenquam, quum prætextu suæ religionis Stephanum postea interfecerint, & legem de tollendis blasphemis habuerint. At quia optatissimum illis erat, vt cruci Christus affigeretur (quo genere supplicij solus præses animaduertebat in rebelles) & eius mors inuulgaretur, eius gratia prætexerunt, quòd non liceat sibi occidere.

Crucis supplicij à solo præside decẽdum.

[VT sermo Iesu impleretur, quẽ dixit, significans qua morte esset mor.] Hæc facta sunt, vt perspicuũ fiat quã verax sit Deus, qui se à Iudæis tradendũ Gentibus prædixerat, (Matth. cap. 20.) significans qua morte esset moriturus, nimirum morte crucis, à Gentibus crucifigendus. Non solùm mortem ipsam, sed & ipsum mortis delectũ genus prædixit,

M. Iesus autem [a] stetit ante præsidem, R. & accusabant eum summi Sacerdotes in multis, I. dicentes, Hunc inuenimus subuertentẽ gẽtem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum Regem esse. M. Et quum accusaretur à principibus Sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus, R. Non respondes quicquam? vide in quantis te accusant. M. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? [b] Iesus autẽ non respondebat ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præses vehementer.

a Christus sistitur præsidi.

b Tacet Christus

[INTROIVIT ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum.] Prudẽtis & iusti officiũ iudicis est, nõ festinare iudicium: quod intelligens Pilatus, nõ est sequutus populi & Sacerdotum clamorem: sed auditis iudeorũ vocibus, posteaquã de regno affectato in specie Iesu perspicuè nihil apparere vidit, quod huic crimini fidem faceret, relicta turba & accersito ad se priuatim Iesu, vt ex hoc nomine (quem ex vultu probum ac pium coniiciebat) expiscaretur quid esset, (malitiosè enim calumniabatur, dicentes Iesum molitum esse aduersus Cęsarem, nimirum principatum Iudeæ ab illo rapere, & regni gloriam in se transferre voluisse) dixit ei.

Iudicis iusti est maturè & non festinanter iudicare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[ET dicit ei.] Seorsim vocato Iesu (quia magna quædam de eo erat opinio) vt iustam causam eliceret, & sibi iustam accusationem ex rumore pararet, quam prodere nolebant Iudæi, præses ait.

[TV es rex Iudæorum?] Exquirit diligenter præses. Tàne Rex ille Iudæorum, quem Iudæi expectare dicuntur? hoc inquam, diligẽter inquirit, quòd hoc vnicum crimen ad Cæsaream maiestatem & publicam tranquillitatem maximè pertinere videatur: cætera crimina parum admodum curabat: sed vehementer attentus erat, ne qua suboriretur seditio aduersus Cæsarem, qualis circa Christi tempora frequẽs suborta est, authoribus Iuda Galilæo, Aegyptio pseudoprophera, Teuda & Caphedone, vt Iosephus scribit lib. Antiquit. 18. cap. 1. Eusebius in historia lib. 1. cap. 3. & Act. cap. 5. Ideo quia acclamauerant Iudæi Ne putes ô Pilate, nos nihil accusationis habere aduersus hunc hominẽ, audi, hunc deprehendimus euertentem gẽtem, dicentem se Regem esse, & prohibentem tributa dari Cæsari. Hic homo est gentis seductor, & seditionis author, dum auertit homines à Cæsare. Hoc crimen est læsæ maiestatis imperatoriæ. An non habes nunc accusationum & pessimorũ criminum miriadas? Inquirit Pilatus de hoc crimine, vindicare volens hac quæstione gloriam Cæsaris & publicam tranquillitatem.

Publicæ tranquillitati maximè studendum.

Seditio à Iuda Galilæo orta.

[RESPONDIT Iesus.] Admiratione plenũ est Christi responsum super quæstione Pilati rogantis Christum, num Iudæorũ Rex sit, & vindicet sibi regnum Iudaicum: quum tamẽ facile cognoscere posset Pilatus, quòd Christus nullo signo regnum Iudaicum & carnale affectaret.

[A TEMETIPSO hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me.] Fingisne, & vtrum coniectas ex teipso quòd regni sim affectator, an hoc nomine Iudæi detulerunt me tibi? Si à teipso hoc habes, ridiculum est te prudentem iudicem, non esse prudentem: non enim æquum ageres iudicem, cuius partes sunt non è proprio arbitrio: sed è causæ ratione iudicare. Quod si ex alijs acceperis, falsum est: & illis assentiri, magnam in te argueret leuitatem, qui vulgo crederes ignotabili & mendaci. Nemo enim me hoc crimine vnquam vocauit in iudicium, vnde hic sermo ad te peruenerit: quod autẽ audisti, hoc finxit Iudæorum

Iudicis iusti munus.

rum malitia.

[RESPONDIT Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum?] Pilati excusatio, qaòd à seipso non dixerit, quòd Christus sit Rex Iudæorum, & quòd Iudaicum regnum affecter. Non ex meipso (inquit Pilatus) hoc coniecto, neq; quicquã in te huic crimini congruens video. Ad Iudæos, non autem ad me Gentilem spectat ista de venturo Rege (quem Messiam dicunt) fabula. Vanum putabat Pilatus, quod de Messia prædicabant Iudæi.

Pilatus fabulã putabat de venturo Messia.

[GENS tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi.] Magnorum hominũ authoritate ducitur Pilatus. Oportet te aliquod magnum crimen commisisse, quum GENS TVA, hoc est Iudæi, inter quos natus & enutritus es, ET TVI Pontifices, penes quos tuæ religionis est summa, tradiderunt te mihi, modis omnibus agentes vt occidaris. Aiunt te Messiæ honorem vsurpare, & vsurpare, & propter hoc iudæorum regnum affectare. Agnoscisne hanc accusationem? Si hoc affectati regni crimen falsum est, dic igitur, Quid fecisti?

[QVID fecisti?] Si quod tibi intendunt tui Pontifices crimen, falsum est, quid igitur cõmisisti, propter quod te huc vinctũ accusantes adduxerunt? Hæc quæstio est de causa traditionis à Gente & Pontificibus facta.

[RESPONDIT Iesus.] Quũ homo & simplici animo Pilatus hæc sciscitaretur, vt innocentem ab inimicorum faucibus eriperet, dignatus est IESVS illum suo responso, & per ænigma docuit aliud regni genus esse, de quo vaticinati essent sancti Dei Prophetæ, multo excellẽtius regno hoc mundiali, quod humanis rebus & præsidijs solùm subsistit: cuius vis esset solùm in corpora & res terrenas: verùm quod prædixerant Prophetæ regnũ, esse cœleste: quòd licet terrestre contemneret, nihilque cum ipso commune haberet, ipsius tamẽ exitiũ nõ curaret sed in melius proueheret. Proinde Christus hoc responso aperuit talem suam esse doctrinam, qualis ipse est Rex, & quale regnum habeat. Spiritalis est Rex, Spiritalis doctrina, Spiritale regnum. Ideo vt neque est Rex carnalis: ita neque regnum Iudæorum carnale affectauit.

Regnum temporale à Christo non affectatum.

[REGNVM meum non est de hoc modo.] Audio Pilate, Iudæorum clamores & falsam accusationem: agnoscoque

Christi regnũ non mundiale.

Euangeliũ nõ īcdit quæ sunt Cæsaris.

scóque me affectare regnum, sed non tale, quale carnales isti somniant, necquale calumniatores isti me affectare criminantur. Nam REGNVM MEVM non est de hoc mundo, hoc est regnum meum non est Cæsareum & terrestre, sed cæleste & Spiritale. Nihil ergo, quod affecte, Cæsarem lædere potest: nam huius mundi regnum subsistit manu militari, ferreo gladio, seruis ac subditis corporalibus, castris, oppidis, propugnaculis, arcibus, vicis, villis & prædijs: at Spiritale regnum subsistit stultis huius mundi, carnis impotẽtia, afflictionibus, iustitia, æquitate, bonitate, gaudio, Spiritu & vita æterna. Regnũ mẽ di exercitu instructo & gladijs defenditur verbo, veritate, & sanguinis effusione. Milites enim cęlestis regni, suo sanguine veritatem ipsam oblignant, pro qua mortem oppetunt. Et quò plures sanguinem effundunt, eò illustrius & amplius redditur regnũ Spiritale. Huius regni cælestis Rex, pro oppidis & habicaculis corda credentiũ habet, quæ nõ armorum machinis, sed verbo Dei, remissione peccatorum, viua fide, iustitia, bonitate, atqueadeò vita æterna reguntur & defenduntur.

Regni tẽporalis munit.

Regni cælestis subsistẽtia.

Christiani regni oppida & arces.

[SI EX hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis.] Argumento à signis petito. Pilatum (cuius erat in Iudæa Cæsaris dignitatẽ seruare) à rebellionis formidine liberat. SI REGNVM meum esset de hoc mundo, id est terrestre ac tẽporale: & si affectarem Cæsaris regnum, id tibi argumento esset, si mundiales ministros meo nomine armatos videres, qui impedirent modis omnibus ne tam duriter à Iudæis tractarer, & inter illorum manus veluti scelerosissimus nebulo tenerer. Quum igitur videas me neque armatũ satellitiũ, neq; laterones ac stipatores aut instructas copias, more cæterorũ Regũ habere, sed paucos discipulos, & eos imbelles ac tenues, certò, cognoscis & perspicuè intelligis me nihil aduersus Cęsarẽ intendisse.

Pij aliud à mũdano expectãt regnum.

[NVNC autem regnum meum non est hinc.] Hæc aureis literis scribenda veniunt, & suauissimam pijs afferunt consolationem aduersus tumultum mundi, & persequutionem ac tyrannidem magnatum, Satanæ & asseclarum eius. Qui, quòd cum Christo ex hoc mundo non sint (in quo solas pressuras & afflictiones tolerãt) aliud expectant regnum, in quo pax, & tranquillitas est perpetua. Vnde in magnis tribulationibus, imò in media ipsa morte consolationem accipiunt, meditantes ac fide viua dicentes, Regnum nostrum non est hinc: non est hic solatio, & quieti locus. Aliquantisper durabit afflictio, at mox euanescet, & vertetur in gaudium NVNC, inquit, id est tempore passibilis carnis, regnum MEVM, quo ego, & qui in me credunt, regnamus, NON est HINC, id est, non est in potentia carnali. Nam quantùm ad externam laruam, & iudicium mundi attinet, vincuntur qui sunt de regno meo: videntur impotentes & imbelles, sed hac impotentia victores sunt. Occiduntur quidem cruce, & varijs tormentis, sed mortem vincunt, quia per crucem, varias afflictiones, & mortem ingrediuntur regnum à me affectatum, nimirum cæleste, & vitam æternam. Obserua: Quum Dominus dicit regnum suum nõ esse hinc non intelligas quòd mundum prouidentia & protectione sua priuet, sed vt demonstret regnum suum neque humanum, neque caducum esse: nam Domini est terra & plenitudo eius: & omnia per ipsum facta sunt. Ipse est portans, id est, gubernans omnia verbo virtutis suæ, Hebræ. capite 1. Breuiter: vbique regnat, vbique dominatur Christus, siue in hoc, siue in alio mundo: non tamen dominatur, & regnat iuxta mundi rationem. Nam mũdus rebus caducis nititur, & carnali potentia dominatur: at verbo & virtute cælesti ac Spirituali, succumbit & perit in æternum. Christus rebus æternùm duraturis nititur, & Spirituali ac cælesti potentia dominatur, vtvt succumbere videtur. Carnali tyrannide mundus dominatur, CHRISTVS Euãgelio. Corporibus & terrenis rebus dominatur mundus, CHRISTVS cordibus & rebus Spiritualibus. Huc pertinet quod dicebat CHRISTVS, Lucæ capite 21. Trademini autem à parentibus & fratribus & cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra (non autem in exercitu carnali & gladio) possidebitis animas vestras.

Mundus non est locus quies tis & solatij.

Mundus quibus regitur.

Christus quibus dominatur.

Pij nõ in gladio, sed in patiẽtia suas animas possidẽt.

[DIXIT itaq; ei Pilatus.] Quum Pilatus homo prophanus verbũ Christi (quòd obscurũ esset) nõ satis intelligeret,

ligeret, subodorasséque tamen ex verbis Iesu ipsum nō prorsus abiecisse Regis nomen, sed regni distinctionem descripsisse, cum admiratione quadam & stupore (quia ipsius intererat vt Cæsaris gloriam vindicaret) loquutus est, serióque dixit.

[ERGO Rex es tu?] Quum regnum habeas (quodcunque sit istud regni genus) quod neque ad nos, neq; ad mundum pertinet, operæpretium est asseuerare, te Regem esse alicubi.

[RESPONDIT Iesus.] Seriò rogatus Iesus à Pilato an aliquo modo Rex esset, cum modestia respondet, & clariùs explicat quale sit regnum suum, nempe regnum veritatis.

[TV dicis, quia Rex sum ego.] Pilate præses, neque erras neq; mentiris in hoc, quia dicis me Regem: etenim ego veré Rex sum.

[EGO in hoc natus sum.] Regnum meum non est temporale aut vanum, sed Spirituale & verax. Ego mendacij nescius natiuitate æterna natus sum ex Rege. Rex & verax. Hoc ipsum de Rege natum esse, testatur me Regem esse. Aut natiuitate temporali natus sum Rex. Heb. cap. 1. Quem constituit hæredem vniuersorū. Non vt dominer super vrbes & oppida huius mūdi, carnali pōpa.

Christus natus Rex ex Rege.

[ET ad hoc veni in mūdum, vt testimonium perhibeam veritati.] Non veni in mundū, id est, non factus sum homo, vt regnem temporaliter, & quempiam mendacio fallam, sed vt testificer veritatē, & annuntié Euangelium, quod est virtus Dei ad salutem omni credenti. Hoc dū facio, dominor & regno in cordibus credentiū, super crucem, peccatū, mortē, infernum & Satanā: vt qui credūt in me, pro peccato & impietate iustitiā, pro tristitia gaudiū, pro cruce consolationē, pro morte vitā æternā, & pro inferno cælum accipiant. Hæc sunt regni mei feuda, (vt dicunt) hæc sunt prædia, vrbes & oppida, quibus præsum, & quæ diligenter servo. Colligamus ex his, ad Christū pertinere, cùm ex natura, tum ex officio, dicere veritatem, & è mundo falsitatem tollere, annuntiare se Regem, qui solus regnum cæleste credentibus largitur, qualis sit rex, & quale habeat regnum. Quum igitur regnum eius sit regnū veritatis, nō indiget armato exercitu

Finis & fructus aductus Christi. Euangelium.

Feuda regni Christi.

Veritatē dicere ad solum Christum pertinet.

citu, carnalibus armis & externa potentia vt ab insultu aduersariorum defendatur. Cōtēta est veritas sua ipsius luce. Et quēadmodum sol nube obtectus lucem suam nō perdit, & aduentitio lumine, vt illuminetur nō indiget: ita veritas (licet multis impetatur & obscuretur mendacijs à mundo) nunquam tamen extinguitur, nullíúsque externo propugnaculo eget, satis superque seipsa cōtēta.

[OMNIS, qui est ex veritate, audit vocem meam.] Elegans est hoc epiphonema, quo Christus inuitat Pilatum ad amplexandum Euāgelium, & vt cognoscat Christum esse Spiritalem Regem pro conscientijs, quas in pace tranquillas facit, regit, ac moderatur: item vt agnoscat ipsum mundi saluatorē. Omnis qui est nō ex mendacio, rem quæ cōputrescit pariente, aut ex Adamo vetere terrenos & steriles filios generante, sed EX veritate, hoc est, qui veritatem, rem constantissimam & æternum permanentē diligit, ambitque bona æterna: qui diligit (inquā) iustitiā, & desiderat hæreditatē, ac vitā æternam, IS AVDIT vocem meam, id est, me Regē excipit, & habet vt saluatorē mūdi, meóque imperio sese tradit. Hunc ego voce mea, verbo meo veluti sceptro regio, non gladio, aut tyrannide rego. Proinde Cæsaris maiestatē nō læsi, ó Pilate, quandoquidem longè aliā administrationē in regno meo habeo, quàm ille in suo. Habeat ille suas vrbes, oppida, leges ciuiles, arma & gladios: ego solùm animis hominum dominari quæro, non illis qui spirant opes, ambitione turgent, seditiones mouent, honores & mundi dignitates ambiunt: sed qui simplices sunt, qui seipsos abnegant, & iustitiam sitientes iocundi veritatem audiunt, & illā oblectantur.

Acclamatio Christi qua inuitatur Pilatus ad Euangelium.

Fructus vocis Dei auditæ. Electionis diuinæ signū est auditio Euangelij.

Audire vocē Dei quid est. Christus antemis, Cæsar vt rebus dominatur.

[DICIT ei Pilatus, Quid est veritas?] Quum præses quæ dicebantur non planè intelligeret, opinaretúrque illa neque ad suam pertinere cognitionem, neque quæsitis & interrogationi satisfacere, quibus vel placare vel abigere Iudæos posset, obiter quærit, QVID est veritas? Quasi diceret: Tu dicis te huc venisse vt testimonium perhibeas veritati: aliámne prædicas veritatē, quàm vel nostri Sacrificij inter Gentiles, vel Pharisæi & Scribæ inter suos? Quum arbitraretur huius quæstionis solutionē parū ad se pertinere, nō expectato responso (quòd tamē nobis

nobis omnibus summa solicitudine expectandum & exquirendum est) rursum prodijt foras ad Iudæos. Heus tu Pilate, quo abis? Rogas, & vocem eius quum non audias, non es ex veritate. Proinde quod domi habes, foris quæritas. Qui astat tibi, veritas est. Ille enim dixit, Ego sum via, veritas & vita. Et quæ tui dolorum sacrificij nugantur, & Pharisæi de carnali iustitia profitentur, vana sunt & prorsus mendacia. Habeto igitur vnicum Christum tibi adstantem pro veritate, is solus est veritas.

Veritas.

[ET quũ hæc dixisset, iterũ exiuit ad eos, & dicit eis.] Non est Pilatus temerarius iudex, fortasis nõ expectauit quæstionis solutionẽ, quòd tempus postularet illius nodi solutio & vrgeret hora, vt Iesum à furore Iudæorum liberaret, si qua via id posset. Ideireo exiuit ad Iudæos.

[EGO nullam inuenio in eo causam.] Diligẽter examinaui hunc hominẽ (inquit præses) nec vllum inuenio crimen in homine capitis supplicio dignum. Partibus iusti iudicis Pilatus fungitur, cuius est innocenti patrocinari. Contẽdit enim, quum nullã in Iesu causam inueniat, condemnãdum igitur non esse. Quasi diceret: Non ideo Cæsar huic tribunali me præfecit, vt pro vestra libidine hominem innocẽtem peragam reum. Prorsus illum absoluendum censebat, quòd innoxium probasset. 1. Pet. ca. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Obserua testimonium innocẽtiæ Christo latum ab extraneo ethnico, interim à sua gente accusatum.

Innocẽti patrocinandum.

Extraneus testatur Christũ innocentem.

L. Ait autem Pilatus ad principes Sacerdotũ, & turbas, Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant dicentes, Cõmouit populum, docẽs per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsq; huc. Pilatus autẽ audiens Galilæã, interrogauit si homo Galilæus esset. Et, vt cognouit q; de Herodis potestate esset, [a] remisit eũ ad Herodẽ, qui & ipse Hierosolymis erat ijs diebus. Herodes autẽ, viso Iesu, gauisus

a Christus ad Herodem missus.

uisus est valde: erat enim cupiẽs ex multo tẽpore eũ videre, eo q; audierat multa de eo: & sperabat [b] signũ aliquod ex eo fieri. Interrogabat autẽ illũ multis sermonibus, & [c] ipse nihil illi respõdebat. Stabãt autẽ principes Sacerdotũ & Scribæ [1] cõstãter accusantes eũ. Spreuit autẽ illũ Herodes cum exercitu suo, & illusit indutũ veste alba, & remisit ad Pilatum. Et [d] facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nã anteà erãt inimici adinuicẽ. Pilatus autem conuocatis principibus Sacerdotũ & magistratibus & plebe, dixit ad illos, Obtulistis mihi hũc hominem quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis: sed neque Herodes: nam remisi vos ad ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. [2] Emendatum ergo dimittam illum. M. Per diem autem R. festum. M. solennem. L. necesse habebat prẽses. R. dimittere illis vnum ex vinctis, M. quencunque voluissent, R. quencunque petijssent. M. Habebat autẽ tunc vinctũ insignẽ, qui dicebatur Barrabbas Iatro. R. qui cum seditiosis erat vinctus. L. propter seditionem quandã factam in ciuj

b Herodes vult signa videre.

c Tacet Christus.

d Herodes & Pilatus facti amici.

1 Constãter) id est, intentè & acriter.

2 Emendatũ) correptũ & castigatũ, id est, cæsum flagris.

in ciuitate, R. & in seditione fecerat homicidium. Et quum ascendisset turba, cœpit rogare sicut semper faciebat illis. M. Itaque congregatis illis, respondit Pilatus.

[EST autem cõsuetudo vobis, vt vnum dimittam in Pascha: Vultis ergo dimittã vobis Regem Iudæorum.]

Vt est iusti iudicis, Pilatus quærit media liberandi innocentem. Nam quum violentia præ multitudine populi & Pontificum potentia, Iesum liberare non posset, libe-

Solenni festo Paschæ liberabatur vnus é captiuis.

ratione prudenti cõsilio, & sagaci iudicio aggreditur. Consuetudinem liberandi vnum é captiuis festo Paschę proponit, simul confert innocentissimo Christo, nocentissimum latronem, sperans fore vt animos Iudæorũ sibi hac parte obedientes, & promptos faceret ad dimittendũ

Pilatus cupit liberare Christũ, prætextu festi paschæ.

IESVM. Tametsi, inquit, vt dicitis, hic homo sit noxius, quod ego non comperio) tamen iustum est vt si huic velut innoxio non velitis parcere, tamen ob Paschæ solennitatem & religionem, veluti nocentem absoluatis, & vitam condonetis. Vobis solenne est, & inoleuit laudabilis consuetudo, vt in hoc festo Paschæ (quod religiosissimè

Barabbæ insignes colores.

obseruatis) ex captiuis vnus aliquis, vobis hoc flagitantibus, liber dimittatur. Liberum igitur vobis erit vnum è duobus eligere, Barrabbam seditionis authorem, publicę tranquillitatis conturbatorẽ, insignem latronem, & homicidã egregium: an IESVM, virum mea sententia pium & innocentem, quem quidam dicunt Regem scilicet Iu-

Pilati prudentia ad liberandum Christũ.

dæorũ. Obserua præsidis prudentiam: Non dixit, si erauit & dignus est morte condonate illum solennitati: sed imprimis illum excusauit, Non inuenio (inquit) in eo causam: deinde vehementer vrget & rogat, si nolint aliter innocentem dimittere, saltem illum condonet festo & tãtæ solennitati. Proinde quum nominat Iesum Regem Iudæorum, contendit mitigare risu rabiem Iudæo-

Pilatus nõ persuasit sibi Christũ affectasse regnum Cæsaris.

rum, & simul prudenter ostendit falsò ipsum hoc crimine accusari. Nunquam enim præses Pilatus Iesum innoxium pronuntiasset, si aliquod signum affectati regni in Iesu deprehendisset: propterea vt rẽ risu dignã arbitratus est accusationem illam, qua dicebant ipsum affectasse Cæsaris regnum. Porrò consuetudo liberandi vnum é captiuis

captiuis in festo Paschæ orta est è liberatione ex Aegypto: in cuius memoriam, & ob tantum à Domino receptum beneficium, institutum est Pascha, Exod. 12. Habebitis inquit, hunc diem in monumentum, & celebrabitis eum solennem Domino, in generationibus vestris, cultu sempiterno. Addiderunt ipsi, quod longo vsu in consuetudinem abijt: vt quemadmodum ex Aegypto gratia Domini Dei fuerant liberati, & senserant misericordiam superasse iudicium: ita pro gratiarum actione, & in memoriã tanti beneficij, ordinarunt simili die captiuum liberatũ iri. Aut fortasis id priuilegij concesserunt Pilatus & alij præsides in fauorẽ populi, cui præerant. Aut ex loco Numerorũ cap. 35. Quod si fortuitu & absque odio & inimicitijs quicquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percussorem & propinquum sanguinis quæstio ventilata, liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per sentẽtiam in vrbem ad quam confugerat. Hactenus Moyses. Verisimile est, ait Theophylactus, huiusmodi condemnatorum absolutiones esse profectas à lege inuenta in Scriptura, quam iuxta sua capita Iudæi frequenter protulerunt.

Cõsuetudo liberandi captiuum, vnde orta.

M. Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Iesum, R. Regem Iudæorum, M. qui dicitur Christus? Sciebat enim, quòd per inuidiam tradidissent eum, R. summi Sacerdotes. M. Principes autem Sacerdotum, & seniores, R. concitauerunt turbas, M. et persuaserunt populis vt peterent Barrabbam, Iesum verò perderẽt, R. et vt magis Barrabbã dimitteret eis, M. Respondens autem præses, ait illis, Quem Vultis vobis de duobus dimitti?

[CLAMAVERVNT rursum omnes dicentes, Non hunc, sed Barrabbam.] Agnosce, lector, genium impietatis, quæ ad quæuis vitia potiùs inclinat, quàm vt Christum seu verbum & veritatem viuere, & regere patiatur. Nullus ex Iudæis Christo patrocinabatur, sed omnes

Impietatis genius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

magno vocũ cõsensu palàm facinorosum notæq; audacię latronẽ Iesu innocẽti & mãsueto præponũt, iniquissimũ homicidã dimitti postulãtes. Obseruemus hoc loco mũdi genium, qui nocẽtibus benignus esset solet, innocẽtibus verò maximè aduersarius. Agnoscamus eũ, qui ab equali tate Patris ad paupertatem nostram descendit, extenuatũ æstimatumq; esse infra Barrabbã, nouissimũ virorum: & in hunc contemptum descendisse, vt nos ab homicidarũ principe, ad est, diabolo, liberaret, & in gloriam suam tra duceret. Hanc vocũ insaniam Ieremias in persona Christi (capite 12.) prædixit, Reliqui domum meam, dimisi hę reditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius: facta est mihi hæreditas quasi leo in sylua, dedit contra me vocem. Hæc hæreditas, Iudæi sunt, teste Dauide Psal. 46. Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob quam dilexit. Hoc in iudicio coram Pilato præside, hæc hæreditas dedit vocem suam, non secùs atq; leo suos rugitus, dum feras venatur. Nam hic feras capere volens, horribiliter rugit: huius rugitu feræ perterritæ cadunt, & solo leonis clamore superãtur ac rapiunt. Vnde Oseas cap. 11. dixit, Leo eructauit, & quis non timebit? Nõ absimilr modo Synagoga quasi leo in sylua aduersus Christum facta est. Nam (vt Cyrillus ait) quamuis Christus nullo terrore perculsus sit (expers enim formidinis Deus est) clamoribus tamen suis Christum Synagoga interfecit.

Mundi proprietas.

Christus infra Barrabbã extenuatur.

Hæreditas Christi.

Synagoga leonis collata.

[ERAT autem Barrabbas latro.] Signanter ista adiecit noster Euangelista, vt ob oculos iniustitiam & impietatem Iudæorũ ponat atq; exaggeret. BARRABBAS interpretatur Filius confusionis vel ignominiæ. Huius insignis latronis vita nomini correspondet.

Barrabbas.

L. Et exclamauit simul vniuersa turba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabbã. Iterum autem Pilatus loquutus est ad eos, volens dimittere Iesum, R. & ait, Quid igitur vultis faciam Regi Iudæorũ, M. qui dicitur Christus? R. At illi rursus clamauerunt omnes, dicentes,

centes, L. Crucifige, crucifige eum, R. Pilatus verò, M. præses, L. tertiò dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo: Corripiam ergo illũ, & dimittam. At illi, M. magis clamabant, dicentes, Crucifigatur, L. & instabant vocibus magnis, postulantes vt crucifigeretur: & inualescebant voces eorum.

CAPVT XIX.

[a] Flagellatur Christus & coronatur spinis. Matth. 27. Marc. 15. b.

TVnc ergo apprehẽdit Pilatus Iesum, [a] [1] & flagellauit. Et milites plectentes coronã de spinis, imposuerũt capiti eius: & veste purpurea [2] circundederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant, Aue Rex Iudæorum & dabãt ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, & dixit eis, Ecce adduco vobis eũ foras vt cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam. Exiuit ergo Iesus portãs coronã spineam, & purpureũ vestimentum. Et dixit eis, Ecce homo. Quũ ergo vidissent eũ Pontifices & ministri clamabant dicẽtes, [b] Crucifige, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. Responderũt ei Iudæi, Nos legẽ habemus, & secũdum legem de

[b] Iudæi petunt Christũ crucifigẽdũ.

1 Flagellauit, &c.) Romanorum more factum, qui agẽdum in crucem flagris prius cædebant.

2 Circundederũt.) Induerunt eum.

bet mori, quia Filium Dei se fecit.
Quũ ergo audisset Pilatus hunc sermonẽ, magis timuit & ingressus est prætorium iterũ: & dicit ad Iesum, [c] Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respõdit Iesus, [d] Nõ haberes potestatẽ aduersum me vllam, nisi tibi datũ esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius [e] peccatũ habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autẽ clamabant, dicentes, Si hũc dimittis non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se Regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus autẽ quũ audisset hos sermones, adduxit foras Iesum & sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autẽ Gabbatha. Erat autẽ parasceue Paschæ hora [j] quasi sexta: & dicit Iudæis, Ecce Rex vester. Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Respondерunt Pontifices, Non habemus Regem, nisi [4] Cæsarem. Tunc ergo [f] tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperunt autẽ Iesum, & eduxerunt, & baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ

c Pilatus timẽs interrogat Christũ.

d Potestas à Deo. Rom. 12. a.

e Peccatum Iudæ.

j Quasi sexta. Id est, instabat meridies.

4 Hoc loco Cæsar significat imperatorem Romanũ.

f Christus cruci figendus traditur Iudæis. Matt. 27. d. Marc. 15. b. Luc. 23. c.

Caluariæ locum, Hebraicè autem Golgotha, vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autẽ Iesum. Scripsit autem Pilatus, & posuit super crucem. Erat autẽ scriptum, [g] Iesus Nazarænus Rex Iudæorum. Hunc ergo titulũ multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè & Latinè. Dicebãt ergo Pilato Pontifices Iudæorum, Noli scribere Rex Iudæorũ; sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Respõdit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. Milites ergo quũ crucifixissent eum, acceperũt vestimenta eius (& [h] fecerũt quatuor partes, vnicuiq; militi partẽ) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper cõtexta per totũ. Dixerũt ergo ad inuicẽ. Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit, Vt Scriptura impleretur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meã miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerũt. Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Quũ vidisset ergo Iesus matrẽ & discipulum stantem quẽ diligebat dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus: deinde dicit discipulo: [i] Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus in suã. Posteà sciẽs Iesus quia omnia cõsummata sunt, vt cõsummaretur Scriptura, dicit, Sitio. Vas ergo erat positũ aceto plenũ: illi autem [k] spongiam plenã aceto, hyssopo circunponentes, obtulerunt ori eius. Quum ergo accepisset Iesus acetum, dixit, consumma-

g Titulus crucis.

h Vestimenta Christi diuidũtur. Matth. 27. d. Marc. 15. b. Luc. 23. c. Psal. 21. c.

i Matrẽ commẽdat Ioannĩ Christus. Psalm. 68. c.

k Potatus aceto Christus, moritur.

Universidad de Deusto Biblioteca

tum est: & inclinato capite tradidit spiritum. Iudæi ergo (quoniã parasceue erat) vt non remanerẽt in cruce corpora Sabbato (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatũ vt [1] frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura & alterius qui crucifixus est cũ eo. Ad Iesum autem quum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc vt scriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo. Et iterũ alia Scriptura dicit, Videbunt [5] in quem transfixerunt. Posthæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathea (eò quòd esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primùm, ferens mixturã myrrhæ & aloës, quasi libras centum. Acceperũt autem corpus [m] Iesu & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, ortus: & in orto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat, Ibi ergo [6] propter parasceuem Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

1 Crura latronibus frangunt.

Exod. 12. g. Num. 9. b. Zachar. 12. c.

5 In quẽ, &c.) q. d. cõiecit oculos in cũ cuius latus lancea perforabant.

m Sepelitur Christus.

6 Propter, &c.) id est, quòd parasceue iam vrgeret ad vesperam.

Tunc

Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. CAP. XIX.

TVNC, scilicet post clamorem Iudæorum, & vbi tentatis omnibus intelligeret Pilatus se nihil proficere apud furẽtem Iudæorum populum: nam diligentissimam nauauit operam, & nullum non mouit lapidem, vt semet à reo explicaret: apprehendit IESVM, vt quod suprà dixit (emendatum siue castigatum dimittam) exequatur: sed nihil proficit, dum impietate, qua flagellat innocentem, impietati Iudæorum studens mederi: nos tamen eius liuore sanati sumus. Pilatus in gratiã vulgi, & vt auram popularem caperet, putans se saltem hac occasione liberaturum innocentem, per ministros apprehendit IESVM, & pro more Gentium, apprehensum flagellauit. Nam Iudæorum mos non fuit flagellare homines. Hanc flagellationem fururam per Gentes Dominus ipse prædixit Matthæi cap. 20. Tradetur enim Gẽtibus ad illudendum & flagellandum. Conductitij pecunia ministri in orto apprehẽderunt Dominum, cuius sanguine nunc nõ saturantur, quòd illum Iudæorum persuasione summo persequerentur odio. Ecclesiastici cap. 12. Inimicus si inuenerit tẽpus, nõ saturabitur sanguine. Proinde Pilatus quum hanc flagellationem, bona, vt dicunt, intentione fieri iusserit, electo hoc minore malo vt maius vitaret, nimirum innocentis homicidium, venitne excusandus? Nequaquam: nam non sunt facienda mala, vt eueniant bona. Quòdque malum per se est, quale est innocentem cognitum talem affligere, non potest bonum esse. Iniuste igitur IESVM flagellauit. Obserua: Hæc est primæ iudicis Pilati sententia, qua CHRISTVS flagellis adiudicatur, quæ iniusta est, vt vt prudẽtissima à sapientibus huius seculi videatur. In Pilato legitur captatæ auræ popularis exemplum, qui in gratiam furentis & insani vulgi flagellat innocentem Christum. Tametsi gratissima fuit Deo Patri hæc oblatio flagellationis, qua se Filius pro nobis flagellatum obtulit: peccauit tamen Pilatus, huius flagelli minister. Interim dum mundus sua operã in flagellando CHRISTO exer-

Pilatus seruiés vulgo, fit iniquus.

Christus flagellis cæsus.

Flagellatio ex more gentium est.

Pilatus excusandusne est flagellãs Christum vt à morte ipsum liberaret.

Malum per se non potest rectum fieri.

Flagellatio Christi iniustissima licet obiecta Deo fuit gratissima.

Sub impiorū operib⁹, Deus suū opus exequitur.

cet & agit, Dominus nec sua negligit, qui pro more habet vt sub impiorum operibus (quibus pij afficiuntur) suum opus exequatur, & fructum producat copiosissimum. Exemplo erit venditio Ioſephi, qui quum à fratribus insons pro ipsorum libidine, multis expositus esset periculis, & tandem impiè vēditus, Dominus Deus suū opus subijhac venditione est exequutus, dum Ioſephum tandem ad dominium super fratres euexit. Ad hunc modum, dū Iudæi sua opera iniquè flagellando Christum, agunt, Deus non negligit sua: flagellis enim sui Filij innocentis, piorum

Ioſephi vēditio, vehiculum ad gloriam.

Christus suis flagellis, piorū flagella sanctificauit.

afflictiones & flagella sanctificat, & omnibus pio contingentibus flagellis fauet. Præterea his flagellis Dominus declarauit qua cōditione adoptiui filij in hoc mūdo tractabūtur: nā si proprio Filio Pater nō pepercit, sed illū flagellari passus est: proculdubiò patietur & filios adoptiuos varia cruce & flagellis affligi. Quē enim Dominus diligit (ait Sapiēs) corripit: et flagellat oēm filiū quē recipit.

Flagellationis Christi fructus

M. Milites autem præsidis suscipientes Iesum, R. duxerunt eum in atrium prætorij. M. & cōgregauerūt ad eū vniuersam cohortem.

Militum Pilati crudelitas.

[ET milites plectentes coronam de spinis, imposuerūt capiti eius.] Milites præsidis qui in atrio aderant (quorum plerosque Iudæi pecunia conduxerant ad sæuitiam grauissimam exercendam) tam sanguinario spectaculo multam de suo ad malum prono ingenio addiderunt crudelitatem: nam flagellatum, & à planta pedis ad verticem vsque exsum, contemptu quodam corona è spinis contorta coronant. Audi pie lector sponsam in Canticis cap. 3. dicentem, Egredimini filiæ Ierusalem, & videte regem Salomonis in diademate quo coronauit eum mater sua, non vtique virgo illa incorrupta Maria, sed ferox illa nouerca synagōga: quæ huic non auream, sed spinis instructam coronam capiti eius imposuit.

Christus à synagoga coronatus.

[ET veste purpurea circundederunt eum.] Ludibrij causa exutum induunt purpuream siue coccineam chlamydem, vt quem die ramorum siue palmarum excepérat honorem ab his qui clamabant Osanna, Benedictus qui venit, euerterent.

M. Et posuerunt arundinem in dextra eius &

& veniebant ad eum, et genu flexo ante eum, R. adorabant eum, M. et illudebāt ei, R. et cœperunt salutare eum.

Christus stultitia factus mundo.

[ET dicebant, Aue Rex Iudæorum.] Hoc loco Christus fit stultitia, inter spinas enim ridetur & subsannatur à mundo. Cur ita? Mūdus coronas habet aureas, interdū ferreas, quibus significatur regnum & imperium mundi subsistere potentia, splendore & nobilitate carnali. Iā quum videt Christum inter spinas spinis coronatum, humilem & abiectum, ironicè dicit, Aue Rex Iudæorum, illudit, contemnit: est illi Euangelium stultitia. Nam audiens Euangelium polliceri liberationē ab omnibus afflictionibus, & interim videns Christum Euangelij authorem inter spinas afflictū, simul & credentes in ipsum infirmos esse, & in afflictionibus mori, irridet, & vocat Christianos stultos & amentes. Porrò sub hac coronatione nonnihil mysterij latet: adumbratur enim his ceremonijs, Christi regnum non esse de hoc mūdo, hoc est non splendescere potentia & pompa carnali, sed esse spinosum & purpureum, id est afflictionibus & passionibus obnoxium, quandiu pij hic agūt. Sub pressuris tamen ex fide certi sunt de fauore Dei Patris per Christū, cōfitentur se esse reges & victores mortis, diaboli & peccati.

Mundus illudit Christo spinis coronato.

Euangelium est mūdo stultitia.

Christiani mūdo stulti.

Regnum Christi spinosum & purpureum.

[ET dabant ei alapas.] Veritatis illusores non solùm verbis agebant, sed & verberibus: nempe alapas impingebant. Obserua: Hæc omnia mala Dominus mansuetissimè toleranit, vt eius liuore à peccatis nostris liberaremur & sanaremus: simúlque nos, qui nihil sumus, superbos tamen & feroces animos gerimus, doceret lenitatē, & in aduersis tolerantiam.

Christi liuor liberatio à peccatis.

M. Et expuentes in eum, acceperūt arundinē, & percutiebant caput eius: R. & ponentes genua, adorabāt illū. Et postquā illuserunt ei,

[EXIVIT ergo iterū Pilatus foras, & dicit eis.] Obserua adhuc pij & vtvt reo patrocinantis iudicis exemplum: qui quanquam in gratiam Iudæorum Christum innocentem flagellarit, eique permiserit illudi, tamen illum peragere reum, & morte perdere non vult sine le-

Pilatus adhuc flagellato parcit.

gitimæ causæ cognitione prodit itaque foras Præses, experturus an populi furorem lenire posset. Porrò si leges ciuiles spectauerimus. Iure nunc Christus liber esse debet nam vni causæ vnam duntaxat pœnam decernunt. Quū igitur Christus latæ sententiæ pœnam persoluerit, impiū fuit rursus in ipsum animaduertisse.

Pœna vna, vni causæ decernitur.

[ECCE adduco vobis eum foras, vt cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam.] En memorabile testimonium innocentiæ Christi, quam verè testatur Pilatus, dicens ECCE adduco vobis hominem foras, vt oculos vestros satietis tam miserando spectaculo, vt cognoscatis quam miserè (idque in vestram gratiam) sit flagellis dilaceratus, consputus, & spinis coronatus, vt quum nullā causam mortis in eo repererim, hoc tam miserabili spectaculo conquiescatis, & tam vehementer accensos in eū animos vestros mitigeris. Obserua Non veretur Pilatus peccatum suum profiteri, nam Christum iniuriā flagella tum palam prædicat, eò enim IESVM foras à prætorio abducit, vt rem ita se habere omneis cognoscant.

Testimonium innocentiæ Christi.

Pilatus fatetur peccatum suū, dicēs, Ecce adduco, &c.

[EXIVIT ergo Iesus portans spineā coronam: & purpureum vestimentū.] A præside Christus foras producitur sicut erat ornatus, vinctus, flagellatus, consputus, & spinis coronatus, gestans pallium purpureum.

[ET dicit eis, Ecce homo.] Pilatus, qui æquitatis studio ad commiserandum commouetur, hæc cum magna commiseratione pronuntiauit, exibens Christum populo: En hominū nouissimū, abiectū, consputū, flagellis cæsum, dilaceratum, corona spinea ornatum, & ab omnibus illusum. En virum habetis de quo vester Esaias cap. 53. præmonuit. Non est species ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum. Hæc vos moueant, oro, ad pietatē & misericordiam. Huic tam misero condonate & ignoscite: iam vt abiectus est, non potest se Regē fateri. Si huic inuidetis, iam parcite, quia modis omnibus cæsum videtis. Si quid deliquit, satis superque examinatus est, & suopte sanguine expiatus. Obserua: Tametsi Pilatus hæc ad mitigandos Iudæorum animos diceret: sub ijs tamen latebat magnum mysterium: nimirum, ECCE HOMO, in quo omnes homines iustificandi & saluandi: hæ sunt plagæ propter peccata nō huius hominis innocētis, sed omniū qui peccauerūt in Adā. Psal. 128. Supra dorsum meū fabricauerūt peccatores. Esa. cap. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, Ecce verè agnus Dei qui tollit peccata mundi. Ecce qui totus traditus est in salutē hominis, vnus pro omnibus, qui solus omnium expiare peccata potest.

Pilati oratio ad commiserādum.

Mysteriū sub his verbis, Ecce homo.

[QVVM ergo vidissent eū Pontifices & ministri, clamabāt dicētes.] O magnā cæcitatem & duritiē in Pontificibus, qui nō satiati sanguine, totū necare ac mactare volunt! Neq; enim innocentia, neq; studio æquitatis, neque Christi miseria, & eius tā miserabili spectaculo (quo quantā vis barbarorum feritas mitescere poterat) ad cōmiserandum commouentur, qui magis accensi sunt, vt quod cœperāt perficeretur: nā metuebant Pontifices sanguinis sitibundi, ne si Christus tam immania passus dimitteretur, subinde versis populi (vt facilè fit) sententijs & studijs, tantæ immanitatis inuidia in sua ipsorū capita recideret. Quare Pontifices cum ministris pluſquàm immani vociferatione, & tumultu insano clamabant. Obserua in hoc clamore studiū pontificū pro interitu veritatis. Rursus agnosce hoc loco Pontifices hostes & inimicos Christi atq; veritatis, qui in falsa religione præpollēt, esse capita & incendia furoris in populo & fæce plebis,

Pontificū cæcitas & duritics.

[CRVCIFIGE, crucifige eum.] Hæc est tumultuosa mundi & impiorum aduersus Christum & veritatem vociferatio, qua non absimili postea vsi sunt Ethnici aduersus Christianos, Ad bestias, ad bestias, Tollantur sacrilegi. Obserua hoc loco veritatem non inuenisse gratiam apud suos osores.

Clamores aduersus pios.

[DICIT eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim nō inuenio in eo causam.] Pilatus prudētia & grauitatis studio Iudæos excellēs, cōtēdit trāsferre culpā à se in Iudæos. Arbitramini vos Iudæi, me impiæ cædis ministrum fore? Egóne contra ius ipsum tantum nefas committam, vt innocentem occidam? Egóue propter improbos vestros clamores ero innocentiæ carnifex tam insignis? Putatis me vestra vociferatiōe territū, defiguare impiū homicidiū? Hactenus seruitū est vestro odio,

Pilatus cōtendit culpā à se in Iudæos trāsferre.

odio,non vltrà sæuiam aduersus innocentem. Ego iuris administrator sum, non alienæ inuidiæ vindex & vltor: non sum innocentiæ carnifex. Proinde quum ego hunc innocentem comperiam, non inuenio inter meos iuris peritos legem quæ innocentem occidat. Quòd si legem apud vos habetis,quæ talem cruci affigendum dicat,vos hunc hominem adducite,& si videtur,crucifigite. Nolo hoc meum tribunal & prætorium innocentis hominis sanguine impiari: ego legum authoritate solùm nocentes punio, & facinorosos cruci addico. Nihil in hoc homine dignum cruce reperio,vos solo clamore & tumultu in illum agitis,nullo argumento probatis illum quicquam aduersus Cæsarem commisisse. Non satis est reo crimen obijcere, nisi & sufficienti argumento conuincatur. Quare quum solis clamoribus & odio, non autem legitimo iure,hæc tota res agatur,non addicam illũ cruci.Obserua memorabile testimonium innocẽtiæ Christi iam toties à Pilato pronuntiatũ, Ego non inuenio in eo causam.Et vt ait Petrus Act.cap. 3.Quem vos tradidistis & negastis ante faciem Pilati,iudicante illo dimitti.Exẽplo Christi docemur sic crucem feramus, vt etiã qui nos infectantur, cogantur nostram profiteri innocentiam. Huc pertinet quod scribitur 1.Petr.capite 3. Vt confundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem.

Tribunal non est innocẽtiæ carnifex.

Reus aut absoluendus aut testibus conuincendus.

[RESPONDERVNT Iudæi, Nos legem habemus, & secũdum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.] Quum Iudæi præsidem audiunt destitui causa,ipsumque veluti appellantem ad ipsorũ regem: ne aliquo pacto Iesus elaberetur è manibus, commenti sunt crimen(quod apud iudicem legis imperitum, graue videri posset) & legem suã producũt,aduersus quam Iesus(licet nihil aduersus Cæsareas leges)cõmisisset. Nam,inquiunt, habemus legẽ, Leuit.cap.24.Qui blasphemauerit nomen Domini,morte moriatur. Et Deuter. cap.13.Si surrexerit in medio tui Propheta falsus,occidetur. Hic autem non solùm pseudopropheta est, verũ etiã nominis Dei blasphemator,quoniam se fecit filium Dei, & sibi diuinitatem arrogans,in Deum fuit blasphemus.Obserua Iudæorum malitiam:præmittũt legem causæ,vt Pilatum legum authoritate terreãt,quò eò facilius causam postẽã recipiat. Rursus aduerte cõmentum ipsorum:falsam adducunt causam: quia Iesus nõ se fecerat Filiũ Dei,sed re vera erat æternùm genitus à Patre,multisque portẽtis talis declaratus est, vt Paulus docet Rom.cap.1. Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute,secundum Spiritũ sanctificationis ex resurrectione mortuorũ Iesu Christi Domini nostri. Rursus ad Philipp.ca.2. Nõ rapinã arbitratus est esse se æqualem Deo. Et apertissimis verbis Dauid Psal. 2.docuit. Filius meus es tu,ego hodie genui te. Et vox illa cælestis,Hic est Filius meus dilectus,in quo mhi complacui,ipsum audite. Obserua: Iudæi miracula & opera stupendã,quæ prẽter Deũ alius nemo facere potest,tacẽt.

Iudæi accusant Iesum blasphemiæ.

Iudæorũ malitiæ & commentum.

Christus nõ fecit Filiũ Dei.

Christus declaratus Filius Dei.

[QVVM ergo audisset Pilat⁹ hunc sermonẽ,magis timuit.] Quum ad manũ & in promptu non haberet Pilatus quod respõderet,audiens hũc sermonẽ, scilicet Iesum se Filiũ Dei facere,magis timuit:ne si esset Christus Dei Filius,aliquando lueret contemptus & irreuerentiæ pœnas.Gentilis erat Pilatus pro more Gẽtium ac Ethnicorũ fidem habẽs:apud quos tum fabulis poetarum erat proditum,& vulgò credebatur deos è cælo descendere, & rursus ascendere:quosdam item ex Deo & homine natos,semideos haberi. Adhæc Romani etiam imperatoribus suis Dei nomen donabant,& aras eis constituebant.

Gentilis vanitas de dijs.

Imperatoribꝰ aræ constituebantur.

[ET ingressus est prætoriũ iterum.] Errore itaque gentili timens ne forte Iesus vnus esset ex filijs deorum, seorsum abducit Iesum à turba in prætorium,certitudinẽ exploraturus,ne impius in deos suos videretur.

[ET dicit ad Iesum, Vnde es tu?] In primis rogat Pilatus vnde esset Iesus:non adeò vt pietatem disceret,quã quòd deorum supplicium timeret,& se ex ancipiti discrimine liberaret:aut vt cognita gentis origine, refelleret quòd Filius Dei videri affectasset.

[IESVS autem responsum non dedit ei.] Curiosius Pilato roganti vnde & quis esset,Iesus: nihil respondit:Rogabit quispiam,Cur docẽdi occasionem negligit Christus: quum ad salutem Pilati pertineret scire vnde & quis esset Christus?Cur igitur saluti eius nõ cõsuluit? Hoc suo silẽtio docuit Christus vanã & frustraneam esse eruditionẽ,quæ non pietatis amore,sed supplicij timore auditur.

Amore nõ timore suscipiẽda doctrina.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Herodi cur Christus nihil responderit.

auditur. Nō enim rogabat Pilatus vt pietatis auditor esset, & pietatem disceret: sed timore perculsus, ne deorum supplicium sentiret. Rogat non ex fide, sed potius honestate quadam ciuili. Similiter Herodi roganti nō studio discendæ pietatis, & veritatis cognoscendæ, sed desiderio rerum nouarum cognoscendarum, nihil respondit.

[DICIT ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te: & potestatem habeo dimittere te?] Pilatus hominis etiā in capitis periculo existētis silentiū admiratus, dixit, Qualē te cōperio? hominem proculdubio suæ salutis negligētissimū: Si iest dū répus maximè vrget vt loquaris, negligis tuā ipsius salutē? An nō vides te in capitis periculo cōstitutū? quū me iudicē habeas tāto studio tibi fauentē & patrocinātē, nihilque magis habentē in votis, quàm vt tibi vitā lucrifaciā, cur mihi non loqueris, vt te absoluam? An nescis me huius regionis Præsidē, & ob id mihi ius vitæ & necis in te esse? Si hos nescis, intelligito ex mea voluntate pendere, vtrū in crucē suffigaris, an à causa liberēris. Hoc loco Pilatus typum gerit omniū illorū, qui quū etiā innocentia accusatorū cognoscunt, tamē vel vno verbo, vel quacunque saltē leui occasione offensi, pro imperio & animi fastu minātur innocētibus mortē. Obserua: NESCIS quia potestatem &c. verba sunt fastuosi, inflati & tumidi animi. Præsumptionis est, sibi de potestate in pios cogitos tales, præsumere. Quis nesciat potestatē absoluēndi & puniēdi traditā esse magistratibus? Quis tam cæcus, qui nō videat Christū inter manus Pilati positū? Poterat igitur Pilatus illū absoluere: quum Iudæis non esset fas (vt dicūt) quēquam occidere, & suo exercitu potētior esset Pilatus, quàm vt aliquis Christū violētia, præter suam sentētiā, opprimere potuisset. Vtut prudēs videretur Pilatus, hac tamen voce visus est impius. Legitimè Christū à causa liberare & absoluere poterat.

Iudicis authoritas.

Pilati impietas.

[RESPONDIT Iesus.] Nihil eorum quæ præses expectabat, respondit Iesus: sed id quod pios in cruce & variis afflictionibus valde consolatur pronuntiauit: mundum scilicet nihil potestatis habere in pios, nisi dispositione ac permissione diuina.

Mundus sola permissione in pios potestatem habet.

[NON haberes potestatem aduersum me vllā, nisi tibi datum

bi datū esset desuper.] Ne suo silentio Christus, crimen sibi impositū agnoscēret, & se ob aliquod demeritū Pilato subiectū esse, respōdit, Sum quidē inter manus tuas, & tuo tribunali sistor: sed quòd habeas potestatē, à Deo est: quòd verò abutaris, est à Satana. Tu quidē iuxta leges ciuiles potestatē habes: sed in me nullā haberes potestatē, nisi permissum esset ab eo, cuius potestas oēm humanā potestatē superat. Data quidē tibi est potestas at ea lege, vt legitimè illa vtaris, nimirum in laudē Dei, bonorū scilicet protectionē ac laudē: ità verò & vltionē malorū. Nō est data, vt illa abutaris, & innocentē affligas & perdas. Est tua potestas in paricidas, sicarios, & publicæ tranquillitatis perturbatores. Vt non est lex iusto posita, ita magistratus nō habet ius gladij nisi aduersus iniustos. Quòd si te in me (quē agnoscis innocētē) necis potestatē habere dixeris, quid amplius habes, quā quod quiuis homicida efficere potest? Quēadmodū enim nihil iuris in hominē latro aut insidiator habet, qui tamē interim insidiari & occidere potest: ita nec tu legitima potestate in me quicquā iuris habes: nimirū neq; Cæsarē, neq; leges eius, tuo ipsius testimonio læsi. Quòd verò potes me interficere, id nō fit nisi Patre permittente, cui ita placitū est, vt crucifigar & moriar. Hæc dum facit & permittit, vtitur malo ministro ad sui glorificationem.

Magistratuū vsus à Deo, abusus à Satana.

Potestatis vsus non abusus est à Deo.

Gladij ius est in impios.

[PROPTEREA qui me tradidit tibi, maius peccatū habet.] Nō absoluit Christus Pilatum à peccato, sed illius peccatū cum peccato Iudæorū confert. Nam tametsi faueret Pilatus innocentiæ Christi, peccauit tamē quòd permiserit se Iudæorum improbitate rapi. Eóque grauius est Iudæorum quàm Pilati & magistratus ciuilis peccatū, propterea quod Scripturarum Moysi ignarus erat Pilatus, publicam solùm tranquillitatem prospiciens. Iudæi verò docti ac legis scientes erant, solo aduersus veritatem odio moti. Peccat quidem Pilatus, damnans innocentem: grauiùs tamen peccant Iudæi, tradentes Christum innocentem Pilato præsidi damnandum.

Iudæi grauius peccauerunt quàm Pilatus, adigēdo Christum cruci.

[ET EXINDE quærebat Pilatus dimittere eum.] Quum Pilatus audito CHRISTO agnouisset ipsius modestiam & innocentiam nullámque potestatem se habere nisi à Deo Patre: Iudæorum verò malitiam, & san

Pilati fauor erga Christū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sanguinis sitibundum animũ Christũ item nihil mortis periculo commotum, quod non nisi voluntarius potestati eius seipsum dedisset, & mortem subiret: nullum non mouit lapidem vt Christum à causa liberaret, & absolutum dimitteret. Obserua hoc loco fauorem Pilati & iustitiam.

[IVDAEI autem clamabant, dicentes.] Hic clamor non amore Cæsaris fiebat, quem pessimè oderant Iudæi, aduersus quem tam frequentes excitarunt seditiones, sed vt sanguine & odio Christi, suos expleant animos, prætexunt nomen Cæsaris. Hi re vera typum gerunt eorum qui minis magistratus superioris adigunt inferiorem magistratum ad persequendam veritatem.

[SI hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.] Authoritate superioris magistratus comminantur Pilato, redeuntes ad primam calumniam & crimen falsò impositum, quod non est ipsi totum negligere, Si hunc absolueris ô Pilate, nõ quæris gloriam Cæsaris, vnde & Cæsaris inimicitias tibi parabis. Si nihil curas, & ad te non pertinet, quod in Deum nostrũ peccauerit, hoc te moueat & ad te pertineat quod in Cæsarem peccauit.

[OMNIS enim qui se Regẽ facit, contradicit Cæsari.] Rationem à neglecta Cæsaris gloria sumptam adducit, cur non sit absoluendus & dimittendus Christus: Quia faciendo se Regem dehonestauit Cæsarem, Quisquis (inquiũt) iniussu Cæsaris, regnum sibi vendicat, Cæsaris maiestatem lædit. At iste facit se Regem, quem si dimiseris, non es amicus Cæsaris, qui Cæsaris hosti faueas.

Pilatus timore feruili occupatus.

[PILATVS autem quum audisset hos sermones.] Audiens Pilatus coniuratos Pontifices ac Pharisæos, reliquámque multitudinem, occlamantes HOS sermones, Scilicet se non fore amicum Cæsaris, si Christum dimisse rit: perspicientésque Sacerdotum & Pharisæorum odium in Christum implacabile, & mirabilem Principum ac populi consensum in vnius hominis necem, interim Iesu innocentiam (qui præ humilitate ac tenuitate sibi ipsi deesset) obseruans: nec ignorans plerósque falsi criminis accusatos apud Cæsares, inuidia fuisse periclitatos, & se modis omnibus nauasse operam vt innocẽtiam Christi apud primos Iudæorum tueretur: sed quò magis quærebat

Pilatus priuatæ vtilitati obsidens, fit iniquus.

rebat eum absoluere, eò maior seditio oriebatur, decreuit apud se consultius esse illorum odio seruire, ne si absolueret eum occasionem se traducendi præberet calumniatoribus apud Cæsarem, tanquam fauisset Cæsaris hosti, vnde à magistratus sui functione dejiceretur. Obserua Pilatum iudicem, & prouinciæ Præsidem priuata vtilitate victum, vt Christum cognitum innocentem condemnet.

[ADDVXIT foras Iesum.] Pilatus inconstans & populi acclamatione fractus, produxit Iesum foras veluti reum: licet hactenus nullius legitimi iudicij forma esset obseruata ad Iesum peragendũ reum. Pilatus producens Iesum foras, suæ impietatis fit locupletissimus testis. Nã qui frequentiùs publicè professus est se nihil causæ in Iesu reperisse, nunc ad inimicorum Iesu voluntatem defertur, & pro ipsorum libidine seruit.

[ET sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostros, Hebraicè autem Gabbatha.] Vt apertiùs Christum damnaret, & omnibus esset conspicuus, in habitu iudicis sedit Pilatus pro TRIBVNALI, (Est tribunal locus eminentior in quo residebat qui ius tribubus reddebat) in lato loco qui Græcis dicitur λιθόστρωτος, quasi dicas lapide stratum. Hic locus eminens, lapidibus stratus erat Ierosolymis, iudicio accommodatus, λίθος enim, Lithos, non Lichos, Græcis lapis est, & στρώννυμι, sterno: inde στρωτὸς dicitur, quod quocunque modo stratum est, & στρῶμα quod insternitur. GABBATHA autem, Hebræa quidem vox est, sed habet Syriacam aut Chaldæam terminationem, interpretatur collis seu eminens locus.

Tribunal. λιθόστρωτος λίθος Στρώννυμι Στρωτὸς Στρῶμα

[ERAT autem parasceue Paschæ.] Erat dies Veneris feria sexta, præcedens Pascha, id est, dies qui proximè diem Paschæ antecedebat, quo sanctificabant se Iudæi, & parabant quæ ad festum requirebantur. PARASCEVE, præparationem significat.

Parasceue.

[HORA quasi sexta.] Id est, instabat meridies. Marcus ait, Erat hora tertia & crucifixerunt eum. Nihil puguantiæ est inter hunc Euangelistam dicentem, Erat hora quasi sexta, & Marcum, Erat hora tertia, si obseruaueris diem distributum fuisse in horam matutinam, quam Primam dicũt, siue matutinam siue manè, quæ apud nos

Christus quota diei hora crucifixus.

Dies in treis distributus partes.

Hora prima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hora tertia. Hora sexta. Hora nona. Hora vndecima.

decurrit ab hora sexta matutina, siue à primo diloculo ad ad nonam exclusiue: horam tertiam, quæ intercidit ab hora nona vsque ad meridiem: horam sextam, à meridie ad tertiam vsque: & horam nonam, quæ vespertinam includit, id est, quartam pomeridianã horam, quam Euangelium vndecimam, id est, vespertinum tempus vocat. Quum itaque à Ioanne dicitur, ERAT hora quasi sexta, id est, circa finem secundæ portionis diei, quæ portio vocatur hora tertia. Quicquid igitur inter tertiam & sextam factum est, hora tertia factum esse dicitur, propterea quòd nondum sexta aduenerit. Vnde Ioannes non ait, Erat sexta, sed QVASI sexta, significans adhuc esse tertium horam, vt Marcus ait. Has diei portiones speciatim obseruatas indicat vel parabola conducentis operarios in vineam suam, Matthæi cap. 20. Nec mirari debes quòd Lucas post verbum Christi. Hodie mecum eris in Paradyso, adhuc scribat, Erat autem ferè hora sexta: nam multa tunc post condemnatum Iesum festinantibus impijs ad Christi crucem & illic conuitia super conuitia iacientibus, simul facta sunt pauco tempore, quæ simul scribi non potuerunt.

M. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens, [a] Nihil tibi & iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum, propter eum.

a Nihil, &c.) Quasi dicat, Nequid rei tibi sit cũ iusto illo, id est, nihil agas aduersus iustũ illũ. Christus non prodijt ad crucem regali sceptro insignitus.

Pilatus non ignarus innocentiæ Christi.

[ET dicit Iudæis Pilatus, Ecce Rex vester.] Latenter illis exprobat quòd egregij & insignes sint impostores, dũ Regem accusant qui diuitijs careat, seruis constiparus nõ sit, qui nullã præ se ferat magnificentiam, nullum ornatũ, & insignia nulla Regis habeat, non auream coronam, nõ sceptrum, non purpurã aut id genus aliud quicquam: vnde videri facilè poterat illorũ impostura. Quasi diceret, Vos cõtenditis hunc se Regẽ vestrum fecisse: videte eũ, vt nihil tale præ se ferat. Obserua Pilatum adhuc cõmiserentem super Christum innocentem, vt nullam habeat excusationem, quòd eum fugerit Christi innocentia. Rursus aduerte quàm animo inuito Pilatus obsequatur furori Iudæorum, qui tametsi Pilato minati fuerint indignationem Cæsaris, omnem tamen nauat operam, si quo pacto

pacto fieri posset vt innocens liberetur.

[ILLI autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum.] Repetunt eadem. Sunt enim impiorum voces aduersus pios quas ingeminãt, vt iudicis animũ alioqui in Christi innocentiã satis propensum, eòq; ad absoluendum procliuem, in suam sententiam trahant. Obserua istos in furore persistere, & veritatẽ ac æquitatẽ, nullam cõmiserationem mereri. Placebat profectò Iudæis hæc mors ignominiosa. Sperant enim fore vt crucis ignominiã prorsus reddant abominabilem Christi memoriam, adeo vt nemo illius doctrinam postea profiteri auderet.

Impijs suos clamores ingeminant aduersus pios.

Cruce putant udæi extinguendã Christi doctrinam.

[DICIT eis Pilatus.] Adhuc seipsam exerit in Pilato æquitas, qui contendit superare terrorem (quem illi de Cæsare iniecerant) & sua ipsorũ ignominia eos frãgere.

[REGEM vestrum crucifigam?] Ironicè ista profert, illorum pertinacem insaniam irridens, vt ab innocentis cæde reuocet. Hoc in Gentis Iudaicę contemptũ & ignominiam recidet, quæ Regem suum ad crucem adegerit. REGEM (inquit) VESTRVM, id est, hominem tantæ apud vos authoritatis, in crucem sustigam?

[RESPONDERVNT Pontifices.] Applaudunt Pontifices Cæsari, quem tamen, quòd regni Iudæ occupator esset, perditum vellent.

[NON habemus Regẽ nisi Cęsarẽ.] Cæsarem appellãt Põtifices, si Pilatus Christũ dimiserit. NON habemus inquiunt, Regẽ, nisi Cæsarẽ, cui tributa pẽdimus, cuius imperiũ agnoscimus & suspicimus, à quo toti pẽdemus, ob cuius nomẽ nolumus hunc seditiosum, & nominis regij affectatorẽ, inter nos regnare. Quod nisi in nostrã veneris sentẽtiã, qua hunc cruci addixeris, Cęsarẽ appellamus, apud quẽ te accusabimus, vt hostiũ Cæsaris fautorẽ, & tibi rebellionis crimẽ contra Cæsarẽ impingemus. Senties profectò sentes tuo quidẽ malo, quàm perperã & malè tuis rebus sit consultũ, nisi istũ hominẽ à nobis viris multa religione & æquitate claris, è quibus totius religionis Iudaicæ & legis Mosaicæ cardo pẽdet, quorũmq; cõsiliũ errare non potest, tot modis damnatum è medio sustuleris, & cruci suffigendum tua sententia pronuntiaueris. Hæc à Dauide prænũtiata sunt Psal. 2. Quare fremuerũt gentes & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges

Cæsar Rex Iudæorum.

Iudæi à Pilato ad Cæsarẽ appellant.

terræ,& reliqua in hoc Psalmo, quæ Petrus Actorum cap. 2. Iudæis exprobrauit. Rursus Psal. 34. Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me. Dissipati sunt, nec compuncti corde, sequitur. Frenduerunt super me dentibus suis. Paulò post dicitur, Dilatauerũt super me os suum, dixerunt: Euge euge, viderũt oculi nostri: paucis vero interiectis, est, Deuorabimus eum: nimirũ Christum, non contenti supplicijs, flagris, conuitijs & id genus. Observa: Tanta fuit vlciscendi libido, vt sese vltro in perpetuam addicerent seruitutem, vt Iesum libertatis authorem & assertorem extinguerent.

Vindictæ animus in Iudæis.

M. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua [a] lauit manus coram populo, dicens, [1] Innocens ego sum à sanguine iusti huius, [2] vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit, Sanguis eius [3] super nos, & super filios nostros. R. [b] Tunc Pilatus volẽs satisfacere populo adiudicauit fieri petitionem eorum: L. Dimisit autẽ illis Barrabbam, qui propter seditionem & homicidium missus fuerat in carcerem, quem petebant: R. Iesum verò flagellis cæsum L. tradidit voluntati eorum, R. vt crucifigeretur.

a Pilatus lauat manus tanquam innocens.

b Pilatus quæris hominibus placere.

1 Innocens, &c.) id est, iustum hunc nõ interficio.

2 Vos videritis.) quasi dicat, Videte, expendite apud vos rem exactius.

3 Super nos, &c.) quasi dicat, imputetur nobis mors ei⁹. Vel si quæ pœnæ dandæ erunt ob eius mortem, illas dabimus & filij nostri.

[TVNC ergo.] TVNC, id est, postquam audiuit appellantes Cæsarem, nisi Christum morti adiudicaret, Iudæorum clamoribus victus, & priuatam vtilitatem honesto præferens, dum suæ famæ apud Cæsarem, vnius innoc

innocentis capite, putat consulere, pronuntiat sententiam, Iesum esse crucifigendum.

[TRADIDIT eis illum, vt crucifigeretur.] Sua sententia Pilatus instabilis & iniquus iudex, Dominũ Iesum supplicio crucis adiudicauit, iuxta voluntatem Iudæorũ, ita sine iure & ratione fieri postulantium. Non quidẽ vt Iudæi illum crucifigerẽt, quia potestatem eius rei nullam habebant, sed vt ad eorum nutum à suis seruis crucifigeretur. Pronuntiauit sententiam Pilatus, qui potestatem habebat innocentem liberandi, & non fecit: quòd timuit, ne scilicet suo magistratu destitueretur, vt solet (teste Salomone) impijs contingere, accidit illi. Nã Pilatus posteà à sua præfectura eiectus est, vt author est Iosephus, lib. Antiquit. 18. ca. 7. ac tantis malorum cladibus cruciatus est, vt propria se manu transuerberans, nefariam vitã vi abiecisse referatur, authore Eusebio in Ecclesiastica historia, lib. 2. cap. 7. Adeò certum est Domini iudicium, vt tametsi bonitate & longanimitate ipsius tardet, & serò veniat, non tamen auferatur. Non desunt qui formã sententiæ hanc transcribant: quam quia ex Scripturis sacris, vt non habeo, ita parum probo, præter eam, quæ titulo crucis significare videbatur, nimirum, Iesum Nazarenum Regem Iudæorum, nostro iussu flagris cæsum, iubemus crucis subire supplicium.

Pilatus iniquus damnat Christum.

Pilati mors & vitio.

M. Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, & postquàm illuserũt ei, exuerũt eum chlamydẽ, & induerunt eũ vestimẽtis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent.

[SVSCEPERVNT autem Iesum, & eduxerunt eum.] Milites & apparitores præsidis cum gaudio (quo gratificari Iudæis videbantur, à quibus pecuniã acceperant, vtãti facinoris ministri essent) susceperũt Iesum suis vestibus cõsuetis ornatũ, quem funibus & catenis vinciunt, ne quid ignominiæ decisset & vinctũ abduxerũt foras vt crucifigerent. Hæc erat hora & potestas tenebrarũ, nõ quòd impij Christo præualeãt, sed quòd exinaniuerit se forma serui accepta, & factus sit obediẽs Patri vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Atq; in hanc horã venit Christus, vt te & omnes pios vnà se cum per mortem ad vitam du

Christus flagellatus vincitur catenis.

Hora tenebrarum.

Universidad de Deusto Biblioteca

cat. Danda nobis opera est, vt nos ipsos per fidē reperiamus in hac Christi abductione, quam nostræ salutis causa peregit: vbi nostram deflcamus infirmitatem, quæ tanta est, vt Christum (qui Filius Dei est, in cuius ore non est inuentus dolus) adegerit in crucem.

L. Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur.

[ET baiulans sibi crucem.] Exaggeratio est crucis Christi, qui adiudicatus ignominiosissimæ neci, solus lignum, cui suffigiendus erat, suis humeris ferendum imposuit: vt præcedat, & nos sequamur, nostram in ipso ferē tes crucem. Nam si quis (inquit ille) vult post me venire, tollat crucem suam, & sequatur me. Et omnis qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Quod nihil aliud significat quam mundo propter Deum renuntiare, & huic corporali vitæ, bona quæ per fidem speramus, anteponere. Neque solùm exemplo, verumetiā ministerio crucē nobis prætulit. Illam ferre debebamus nostro peccato debitam crucem: cui ferendæ quùm impares essemus, illam ab humeris nostris accepit, & in suos transtulit, quā quū sequeretur maledictio (iuxta id quod Deuter. cap. 21. scribitur, Maledictus omnis qui pendet in ligno) suscepit in se, & nostram maledictionem in benedictionem mutauit, testificante Paulo ad Galat. cap. 3. Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum (quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno) vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo IESV.

Christus solus crucē nobis debitam portat.

Maledictionē nostram Christus in benedictionem mutauit.

Christus factus maledictum.

M. Exeuntes autem inuenerunt hominem quendam [a] Cyrenæum, nomine Simonem, Rpatrem Alexandri & Rufi, prætereuntem. L. & venientem de villa: M. hunc apprehenderūt & [1] angariauerunt vt tolleret crucem eius: L. & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierū, quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas dixit,

[a] Simon Cyrenæus.

[1] Angariauerunt, &c.) adegerunt.

Iesus, [b] Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros quoniam ecce venient dies in quibus dicent, Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipiēt dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos: quia si in [2] viridi ligno hęc faciūt, in arido quid fiet.

[b] Mulieres Ierosolymitanę.

[2] Viridi, &c.) id est succulēta arbore.

[ET VENIT in eum qui dicitur Caluariæ locū. Hebraicè autē Golgotha.] Ventū est ad eū locū delectū, in quo ex more, facinorosi capitalīq; supplicij plectebātur) funestū & execrabilē ad Septentrionalē partē montis Sion: q; in eo iacerent capita hominū damnatorū. Nam q; nonnulli dicunt illic sepultū Adā. vnde loco inditū sit vocabulū, id rejcit Hieronymus, quū Adam, (lib. Iosue, cap. 14.) egatur sepultus in Arba iuxta Hebron, qui locus dictus ab Ierusalem, octo miliaribus. Induit hoc nomē ita vulgari more Syriacam linguā Golgoltha, pro quo nos legimus Golgotha, abiecto altero t: atq; ex re, cui locus dicatus erat, hoc nominis accepit. Nā Hebraice dicebatur Golgoltha: Græcè, κρανίου τόπος, Latinè, Caluariæ locus. Caluaria totum caput carne nudū tā de brutis quàm de hominibus dicitur. Tametū Ieronymus reijciat quòd hoc loco sepultus fuerit Adam, obiter tamen referam verba Chrisosto. mi in hunc locum scribentis, Exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locus: vbi quidam dicunt Adam & mortuum & sepultum esse, & IESVM vbi mors dominata est, ibidem trophæum erexisse, hoc est crucem, quam tulit contra mortis tyrannidē. Hactenus ille. Quid si aliquando sepultus ibi fuerit Adam & ideo Caluariæ locum dictum esse, quia caput humani generis sepultum fuit, hoc profectò pium est, & congruè creditur, quia ibi erectus sit medicus, vbi iacebat ægrotus: & dignum erat vt vbi occiderat humana superbia, ibi se demitteret & inclinaret diuina misericordia. Pia est hæc meditatio.

Caluariæ.

Adę sepulchrum.

R. Et dabant bibere myrrhatū vinū, M. cū felle mixtū: & quum gustasset, noluit bibere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Christo cõsputo & crucifixo magnum obseruatur mysterium.

[VBI crucifixerunt eum.] Huc vsque arma suis humeris, vt miles optimus, Christus tulit: quibus, hoc est cruce, hostem strauit, victor aduersus peccatum, mortem mundum, & Satanã manens. Si pius huc prospexerit, grã de obseruabit mysteriũ: impius verò magnum ludibriũ, nimirum hominem cruci, ignominiosissimo & maximè maledicto supplicio suffixum. Hæc pius vt suam salutem cum gratiarum actione excipit, impius verò ridet, & pro stultitia ducit. Locum elegerũt maximè ignominiosum, nimirum cadauerum receptaculum. At ad hęc infima Dominus volens seipsum demisit, vt ex infimis & ipsa sordidie nos ad munditiem ac puritatem erigeret. Lõgè enim aliam habet scalam Christus quàm mundus. Vult enim mundus gloriã ad gloriam, diuitijs ad diuitias, & honore ad honorem conscendere: at Christus nos euehit ignominiã ad honorem, crucè ad quietem, paupertate ad diuitias, stultitia ad sapientiam, abiectione ad gloriã. Mundus alta petit: Christus verò humilia quærit. Obserua paucis admodum verbis: Euangelista tam horrendum spectaculũ absoluit. Rursus exuitur Christus vestibus quas violenter trahunt: vnde refricato vulnere sanguis ebullit, stillat, & abundè in terram labitur. Cicatrices, plagæ, ac omnia vulnera, flagris, barulatione crucis, spinis ac vepribus renouãtur. Cuius nomine hæc passus est? non suo, sed meo. Parce IESV Christe: has pœnas commerui. Tu tua gratia hæc volẽs pro me passus es, & meum in te trã stulisti peccatũ. Da mihi IESV Christe, vt hoc in me semper sentiam beneficium, & æternùm gratias agam. Hos tam acerbos dolores præsensit Ieremias Threno. cap. 1. Multi sunt gemitus mei, & cor meum mœrens. & cap. 2. Effusum est in terra iecur meum super cõtritione filij populi mei. Rursus Dauid Psal. 68. Quoniam quem tu percussisti persequuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderũt. Et Psal. 87. Vt intingatur pes tuus in sanguine. Hæc indicant adeò sanguinem Christi effusum. Christus totus vt totus sanguine maduerit, dum nudatur, & myrrhatum datur vinum, crux, claui, locus figendæ crucis, & alia id genus immania tormenta apparantur. Alij interim rident illudunt capto, alius dentibus frendet, alius intentat minas, alius euaginato ense dura verba & opprobria pronunciat. Tantis violentis manibus apprehendunt Christum, cruci suffigũt, & in altam crucem erigunt, ne quid opprobrio deesset.

Mundus alijs ad gloriã scalis vtitur quã Christus.

Christi vulnerum refricatio ad crucem.

Piorũ meditatio de cruce.

Sanguis Christi peressusus.

Christus totus sanguine maduit.

Christi illustres.

[ET cum eo alios duos hinc & hinc: medium autem Iesum.] Non satis erat Iudæis crucifigere Christum in loco immundissimo, nisi conferrent eum cum latronibus, quasi inter alios facinorosissimum, & vt nocens ex flagitiosorum consortio æstimaretur, videretúrque crimen esse commune quibus commune erat supplicium. Sed ita prędixerat Propheta Esaias cap. 23. Et vidimus eũ nouissimũ virorũ. Et ca. 53. & cũ sceleratis reputatus est.

Latronibus cõsertur Christus.

R. Et impleta est Scriptura quæ dicit, Et cũ iniquis reputatus est. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. L. Iesus autẽ dicebat, Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.

[SCRIPSIT autem titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Nazarænus, Rex Iudæorum.] Quo testatam Iudæorum malitiam. & Christi pendentis innocentia Pilatus faceret, apposuit titulũ, id est literas quæ summam facinorũ condemnati comprehenderent. Quum enim reliquis duobus suos pro meritis titulos Pilatus addidisset, parti crucis prominenti supra caput Christi, titulum hunc iussit affigi IESV Nazarænus Rex Iudæorum. Hoc titulo voluit se vlcisci de Iudæis, partim vt ipsorum dementiã manifestaret, qui suũ Messiã crucifixerãt, partim vt gloriã Christi defenderet. Ordinarãt enim Iudæi cruces ad hunc modũ, vt quũ medius esset IESVS, hinc atq; hinc septus latronibus, ab omnibus putaretur latro: sed hoc titulo manifestauit, non vna & altera, verũ triplici lingua ipsum esse non latronẽ, sed Regẽ Iudæorũ. Nequit enim fons omnis puritatis, humanis sordibus inquinari. Obseruandũ proculdubiò venit diuinũ cõsilũ, & admirãda sapiẽs Dei prouidẽtia, qui abiectissimis vtitur instrumẽtis ad sua opera cõplẽda. Ná quoniã mors Christi omnibus Hebræis, Græcis, & Latinis prędicãda erat, & Christus pro omnibus hominibus veniisset saluator, Pilatus veluti primus Christi Apostolus factus, hoc tã admirabile mysteriũ descripsit: quèadmodum & eodem die latro ille ad quem dictum est. Hodie

Titulus sentẽtiæ Christi.

Pilatus titulo Christi se vlcisci voluit de Iudæis.

Dei prouidentia abiectis instrumentis vtitur ad opus suum complẽdum.

Mundo opera Dei sluita sunt.

mecum eris in Paradyso, primus visus est Martyrii & miles, qui dicebat, Vere hic Filius Dei erat, primus Confessor factus est. VIqueadeo stulta videntur Dei opera, vt huius mundi sapientes confundantur.

Quare tribus linguis cõscriptus titulus.

[HVNC ergo titulũ multi legerũt Iudæorũ: quia prope ciuitatẽ erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptũ Hebraice, Græce, & Latine.] Diminutus, vt opinor, appositus est titulus, tribus præcipuis linguis scriptus, vt omnũ Gentiũ & linguarũ Dominũ ac principẽ Christũ esse prædicaret. Ipsi enim (inquit) Daniel cap. 7.) honor & regnũ datus est, & omnes tribus & linguę ipse seruiẽt. Et (vt Paulus ait ad Philipp. cap. 2.) In nomine IESV, omne genu flectitur, cęlestiũ, terrestriũ & infernorũ: & omnis lingua cõfiteatur, quia Dominus noster IESVS Christus in gloria est Dei Patris. Hæc epigraphe Pharisæis inuidiosa, & locus, qui Caluaria dicitur, vicinus esset vrbi: & vel caluo prętereũtibus esset cõspicuus à multis Iudæis legebatur, quibus IESV Nazaræni nomen hac lectione innotuit.

Christi crucifixi.

[DICEBANT ergo Pilato Pontifices Iudæorũ. Noli scribere, Rex Iudęorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum.] Quum ignominiosissimè hactenus Iudæi cum Christo egissent, pessime habuit illos titulus ille, quòd honorificentior esset quàm vellent: adeò impium & vehemens erat studium abrogandæ gloriæ Christi, cui vni omnis gloria & honor debetur. Contendunt itaque, cum prælusse de mutando titulo, ne scriberetur, Rex Iudæorum. Nunquam enim (inquiunt) Rex iste fuit, quẽ nos in Regem nunquam fuscepimus: sed quia sibi regnũ Iudæorum & nomen Regis vsurpasset. Consci profectò erant de morte Christi & agnoscentes se suum Messiam præter meritum crucifixisse, volunt hanc ignominiam coram posteris, mutatione tituli delere. Obserua. Hic titulus, REX Iudæorum, vergebat eis in ignominiam.

Titulus Christi Iudæis ingratus vergẽs in ipsorum ignominiam.

[RESPONDIT Pilatus, Quod scripsi, scripsi.] Pilatus diuina ordinatione adductus (non enim fuit in omnibus Pilato diuinitus permissum aduersus Saluatoris gloriam furere) non vult mutare titulum, qui sanè verum Euangelium Christi continebat: quo scilicet prædicabatur verus ille esse & indubitatus Messias, Rex Iudęis missus. En pie & Christiane lector, vide IESVM Christum etiam

etiam in media morte cœpisse ad gloriam exaltari, & regnum suum auspicari. Iam præses illud futurum, hac Scriptura præludebat, vt Christiani nominis professio, quam extinguere conabantur Iudæi ad Gentes credulas (hoc est quæ oliuæ, siue Iudæis insererentur, & veri essent Iudæi, id est, confessores nominis salutiferi) demigraret. Vt stabile & glorioſum, velint nolint Iudæi, manet regnum Christi: ita inuitis Iudæis manet immutatus titulus.

Euangelia ex titulo crucifixi cõtentum.

Christi exaltatio etiam in media morte. Iudæis confessor.

[MILITES ergo quum crucifixissent eum, acceperũt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem & tunicam.] Postquam Dominus Iesus in crucem suffixus est, nudo corpore, quemadmodũ mos erat, milites prædis qui Christum crucifixerant, pro more parriebantur inter sese vestimenta Iesu (nam hoc vel lut in operarum præmium illis cedebat) fecerũntq; quatuor ex illis partes, vt vnicuique militi pars vna cederet. Aut vestitũ exteriorem ex variis partibus consutum sic dissuerunt, vt suam portionem quisque ferret. Aut quatuor fortasis erant vestimentorum partes, quemadmodum nos fere quatuor partibus præter tunicã vestimur, scilicet indusio, tibiali, pectorali & pallio. Magis mihi placet reliquũ vestitum à tunica partitũ esse in quatuor partes, vt vt dissutus fuerit. Obserua: Quatuor illæ partes ostendunt quatuor fuisse apparitores qui Christum in crucem suffixerunt.

Vestimentorũ Christi diuisio.

[ERAT autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem, Non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit.] Supererat TVNICA, non illa consuta & exterior, sed interior corpori vicinior. Hęc quia inconsutilis erat, id est, ita à summo vsq; ad imũ contexta, vt dissuta inutilis esset, visum est illam non dilacerare, sed sortiri de illa, quæ cui sors fauisset, tota contingeret. IN CONSVTILIS. Hæc tunica vnitatem Ecclesiæ repræsentat.

Tunica inconsutilis.

[VT Scriptura impleretur, dicens, Partiti sunt vestimẽta mea sibi: & super vestem meam miserunt sortẽ.] Vestimentorum diuisionem, & pro vestimentis sortilegium confirmat Euangelista, authoritate Prophetæ, nequis illa temerè euenisse putaret. Malo quidẽ & imprudẽti animo

Prophetarum & Scripturæ certitudo.

nimo hæc à militibus gesta sunt qui licet mysterium & Dei in hac re consilium non intelligerent, subseruiebant tamen vaticinio Prophetarum, vt rerũ euentibus ipsum esse qui venturus erat, crederemus. Non poterat Christus mentiri de seipso, apud Danidem (Psalmo 21.) dicẽs Partiti sunt vestimẽta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Ad hunc modum impleta est Scriptura, quæ nõ ardua & magna solùm, sed parua quoque prædixit, vt ab omnibus certè ad veritatem deducti non erraremus

[ET milites quidem hæc fecerunt.] His verbis Euangelista docet certissima esse quæ prædixit Propheta: imò ne minimum quidem iota prætereuntem, quod non impleatur. Matthæi cap. 5. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum, aut vnus apex nõ præteribit à lege, donec omnia fiant. Luc. cap. 16. Facilius est autem cælum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere. Adhuc viuo pendente Domino, hãc vestimentorũ partitionẽ & de illis sortilegiũ fecerũt milites.

M. Sedentes que seruabant Dominũ ibi. R. Prætereuntes autem blasphemabant eũ, mouentes capita sua, & dicentes, M. Vah qui destruis tẽplũ Dei, & in triduo illud reædificas, salua temetipsum: Si Filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes Sacerdotũ deridebãt eũ, illudentes cum, R. ad alterutrum cũ Scribis & Pharisæis dicebant, L. Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluũ facere. R. Si Christus Rex Israël est, L. Dei electus. R. descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus ei, M. Confidit in Deo: liberet eũ nũc si vult. Dixit enim, quia Filius Dei sum. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant, R. & conuitiabantur ei. L. Illudebãt autẽ ei & milites accedentes, & acetum offerẽtes ei, atque dicẽtes, Si tu es Rex ille Iudæorũ, saluum

saluum te fac. [a] Vnus autẽ de his qui pẽdebãt latronibus blasphemabat eum dicens, Si tu es Christus, saluũ fac teipsum & nos. Respondẽs autem alter, increpabat eum, dicẽs, Neque tu times Deum, [1] qui in eadem damnatione es? Et nos quidẽ iustè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gesit. Et dicebat ad Iesum, Domine, memẽto mei, dum veneris in regnũ tuum. Et dixit illi Iesus, [b] Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradyso.

a Latro blasphemans.

1 Qui in eadẽ, &c.) quasi dicat, quum sis simulis generis supplicij dãnatus, offẽdis tamen te Deum non timere, quũ supplicij socio detrahis.

b Latro fidelis saluatur.

[STABAT autem iuxta crucem Iesus, mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophę, & Maria Magdalene.] Quum neque cruce neque morte Christi scandalizentur hæ sanctæ mulieres, signũ est magnæ cõstãtię in ipsis. Nõ longè & procul, sed iuxta crucẽ adstant, rei exitum expectantes, interim meditantes. In schola patientiæ, veluti optimæ discipulæ mirabilem Christi patientiam cõtemplabantur, & suauissimam excipiebant doctrinam. Obserua: facit Christus quod faciendum admouet, & exemplo suo ministros suos instruit præceptor bonus, vt à filijs pijs impendatur cura parentibus, tanquam lignum illud vbi erant fixa membra morientis, etiam fuerit cathedra magistri docentis. Ex his didicerat Paulus, quod 1. Timothæi cap. 15. scripsit, Si qui suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Quid autem tam cuique domesticum quàm parentes filijs, aut filij parentibus?

Virgo cũ suis Christũ in cruce cõtẽplatur. Patientiæ schola.

Domesticorũ habẽda cura.

[QVVM vidisset ergo Iesus matrem, & discipulũ stantem, quem diligebat.] Christus reipsa honorandos docet parentes, volens nos suo exemplo vsque ad extremũ spiritum omnem habere debere curam eorum, qui nos genuerunt. Obserua. Quũ & aliæ astarent mulieres, ad solam matrem oculos deflexit, & illius curam egit. Quũ Iesus matrem gladio doloris in animo tactam vidisset, filiali pietate motus, mœstam consolatur, eámque matrẽ moriturus agnoscit: qui aquam in vinum mutaturus, eã non agnouit: illud sanè ex ea susceperat, non hoc. Hic videmus

Honorãdi parentes exẽplo Christi.

Simeonis prophetia completa.

demus impletum esse verbũ Simeonis Lucæ ca. 2. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit. Et discipulũ QVEM diligebat, id est, cuius consortio & familiaritate præ cæteris vtebatur. Pro more suo Ioannes seipsum speciali dilectionis signo nominauit.

[DICIT matri suæ, Mulier ecce filius tuus.] De cruce Iesus matrem suã conspiciens, in genere ait, MVLIER, vt constantiam Virginis Mariæ cõmendaret: quę tametsi mulier sit, vas infirmũ, & multo angatur dolore, tamen desperabundè nõ cõcutitur cruce & morte filij sui. ECCE (huius vocis significatio capitis & oculorũ nutu explicatur) FILIVS tuus: Hic Ioãnes tibi loco filij erit. Charitatis profecto est, qua Christus matrẽ suã Ioanni cõmendat. Vnde tanti præceptoris exemplo parentes morituri filios suos adhuc impuberes sic commendare debent cognatis & amicis superstitibus: nam quæ mandantur in extrema vitæ hora, altiùs & tenaciùs animo hærent.

Ioanni virgo cõmendatur. Quæ instante morte cõmendãtur, tenacius hærent.

[DEINDE dicit discipulo, Ecce mater tua.] Exemplũ solicitudinis in Christo pro externa matris Virginis sustentatione. ECCE (inquit) MATER tua. Quasi diceret: Ioannes, quem præ cæteris dilexi, ego commendo tibi matrem meam ea fide curandam, ac si esset mater tua.

Ioannis erga virginẽ Mariam.

[ET EX illa hora accepit eam discipulus in suam.] Græcis legitur εἰς τὰ ἴδια, id est, in sua, id est, in suum ius, siue ad se, vt Ioannes eius curam haberet. Suscepit eam in sua (ait Augustinus) non prædia, quæ nulla possidebat, sed officia, quæ propria dispensatione exequenda curabat. Suscepit itaque ex eo tempore Ioannes erga Iesũ matrem affectum filij, per omnia curam illius agens.

L. Erat autem ferè sexta, R. & facta hora sexta, L. obscuratus est sol, & tenebræ factæ sunt super[a] vniuersam terrã, vsque ad horã nonã: M. Et circa horã nonã clamauit Iesus voce magna, dicens, Eli, eli lamasabachthani, R. quod est interpretatũ, Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me! Et quidam de circũstãtibus audientes, dicebant, Ecce, Eliam vocat:

a Synecdoche nã de tota Iudæa tãtum intelligitur.

M. cæteri verò dicebant, Sine, videamus an veniat Elias liberans eum.

[POSTEA sciens Iesus quia omnia cõsummata sunt: vt consummaretur Scriptura dixit, Sitio.] Quum Christus intelligeret omnia quæ sibi admandauerat Pater peracta esse, & nihil superesse quod ad legitimã victimã pertineret: vt hoc quoq; perficeretur quod prænũtiauerat Scriptura. Dederũt in escã meam fel, & in siti mea potauerũt me aceto: de cruce clamauit SITIO. Quo verbo humanæ naturæ suppliciiq; nõ simulati veritatem declarauit: nam qui hoc supplicij genere cruciantur, propter exhaustũ per vulnera sanguinem, ardentissima discruciantur siti. Contemplatus hoc loco diuus Bernardus ait, Domine, quid est quod sitis? Nõne sitis magis quàm crux ipsa excruciat? De cruce taces, ex siti clamas. Quæ igitur sitis illa? Nõne sitiebas salutem animarum nostrarum, gaudium nostrum?

Sitis in Christo veritatẽ humanitatis ostẽdit.

[VAS autẽ positũ erat aceto plenũ. Illi autem spongiã plenã aceto, hyssopo circũponentes obtulerũt ori eius.] Circunstantias non omittit Euangelista quæ ingratitudinem & malitiam Iudæorum exaggerãt. Aderat illic vas vino acido plenum, quod pro more ad mortem acceleranda morituris datur. Milites igitur admouerant ori Christi spongiã aceto plenam & ligno hyssopi appositam, vt biberet. Hic locus nobis aperit quomodo mundus pios tractet in extrema eorum necessitate: Vt hoc loco potat Christum, ita & omnes pios Christo adhærentes & auxilium petentes. Adhuc enim hodie in pauperibus omni auxilio destitutis, vox Christi auditur, SITIO: sed vinũ acidum mundus largitur, afflictos contemnit, ridet, atq; adeò conuitiatur. Obserua: Tametsi apud Marcum legas illos accepisse vinum, hic verò acetum, Matthæum item & Marcum meminisse arundinis, Ioannem verò hyssopi tantùm, nihil tamen pugnantiæ est inter Euangelistas, quum illa omnia facta sint, licet non ab vno scripta sint Euangelista.

Vinũ acidum mortem accelerat.

Pijs sitientibus, mundus acetũ porrigit.

[QVVM ergo accepisset Iesus acetum.] Accepit acetum, sicut prædixit Psalmus. Potauerunt me acero, &c.

Christus omnia consummauit.

[DIXIT, Consummatum est.] Iam Iudæorum potestas

stas sæuiendi in me, finem accipit. Et nihil amplius pœnarum exoluendum restat. Non expectent Iudæi alium qui plura faciat. Quicquid officij mihi Pater imposuit, plenissimè ac perfectissimè exequutũ est. Obijciet quispiam: Quomodo consummatum est, quum nondũ mortuus fuerit, & maximè necessaria fuerit mors Christi pro peccati nostri expiatione: & resurrectio, pro nostri iustificatione? Roma. cap. 4. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrã. Quum igitur mors sit peccatorum ablutio, & inter cætera Pater iniunxit vt satisfaceret pro peccatis totius mundi, quomodo dicuntur omnia esse consummata? Respõdeo, dixit, CONSVMMATVM EST, quod proximus morti esset in opere eõsummationis. Supererat solũ animã exhalare: & omnia iam parata erant, vt ad cælestes thesauros hauriendos inuitaremur, & audiremus vocem hanc, Consummatum est. Venite & videte, absorpta est mors in victoria.

Peccatorum ablutio.

M. Et clamans iterum voce magna Iesus. L. ait, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens.

[INCLINATO capite, tradidit spiritum.] Quũ tempus iam esset (inquit Cyrillus) vt etiam Spiritibus apud inferos predicaret (venit enim vt tam viuorũ quã mortuorũ dominaretur) morte pro nobis suscepit, & hãc naturæ nostræ propriã passionẽ sponte subijt secundũ carnẽ (quãuis vt Deus, vita naturaliter sit,) vt spoliatis inferis primitiæ dormientiũ & primogenitus (vt scripturæ dicunt) mortuorũ factus recursum ad vitã naturæ nostræ largiretur. Obserua, capitis inclinationẽ signum esse instantis mortis, & verè morientis: nam abeunte calore naturali, absumptóq; carnis vigore, & anima, quæ corpus sustinet, abeũte, naturaliter fit capitis inclinatio. TRADIDIT spiritum, id est, mortuus est, tradens animã Patri. Quare & verus non putatiuus fuit homo: verè passus est, non putatiuè. Hic solutũ est Adæ debitũ, & mors morte vorauit. Hæc non intelligit caro, nõ capit humana ratio, nihil horum credit. Quis quæso vnquã sapiẽs huius seculi iin animum suum inducere & sibi persuadere posset, Deũ vsque

Christus apud inferos prædicauit.

Inclinatio capitis, signũ verè morientis.

Tradere spiritum, est mori.

Solutio debiti Adæ.

Mors mortẽ vorauit.

vsque adeò conniuere impijs, quibus permiserit Christum tantum virum, prædicatum Filium Dei, & tam magna patrantem miracula, tam misere trucidasse? Quis in hoc tam turpiter morienti, & tam ignominiosè animam exhalanti, persuaderet sibi vitam cælestem eámq; perpetuã initiũ habuisse? In his omnibus cæca est caro, & prorsus horum omniũ ignara est humana ratio. Dominus Deus pro more habet, vt sub alieno & diuerso opere sua proficiant opera. Mors est alienum opus à vita: sub hac morte Christi, opus Dei, quod est viuificatio Ecclesiæ, initium habuit, multũmque promouit dum ex hac veluti radice, siue arbore crucis, tam ingentes ac patulos produxerit ramos, sparsos quidem antrorsum vsque ad Adam & retrorsum spargendos vsque ad consummationem seculi. Hæc significauit Christus, Ioan. cap. 12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autẽ mortuum fuerit, multum fructum affert. Quum adhuc Christus penderet in cruce, nondum apparebat ædificium Ecclesiæ, solum hic videbatur mors, sepultura, crux, & alia mortis signa. Non secùs atque principio iacti grani in terram, nihil fructus futuri, sed solum granum mortuum, & id abiectum conspicitur: sed vt aduenientẽ æstate vides fructum sementis erumpere: ita & posteaquàm resurrexit Christus, ex Christo conspecto arido & abiecto in cruce, erupit viua Ecclesia. Hæc mors Christi, vita est: nam hac morte Christi satisfactum est pro peccato, siue auferetur peccatum. Iam quum mors ipsa nihil iuris habeat in nobis, nisi ob solum nostrum peccatum, operæpretium est quòd cum hac morte Christi deletum sit peccatum, abolita sit mors, & concessa vita, implerúmque sit quod prænuntiauit Prophetia. Absorpta est mors in victoria: Ero mors tua, ó mors.

Caronõ potest credere Christum mortuũ, & esse Filium Dei.

Mors Christi initiũ vitæ cælestis & perpetuæ.

Diuina opera sub alieno opere promouẽt.

Vita sub morte.

Ecclesia viua è Christo conspecto arido in cruce.

Mors Christi, est vita nostra.

M. Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumẽtis post resurrectionem suam venerunt in san-

ctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræmotu, & his quæ fiebant, R. & quod sic clamans, expirasset, M. timuerunt valdè, dicentes, Verè Filius Dei erat iste, L. verè hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebātur. Srabāt autē omnes noti eius à longè hæc videntes, M. Erant autē ibi [a] mulieres multæ à longè quæ sequutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi R. minoris, M. et Ioseph mater, R. & Salome, M. mater filiorum Zebedæi: R. quæ quum esset in Galilæa, sequebātur eum, et ministrabant ei: et aliæ multæ, quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam.

a Mulieres quæ Christo ministrauerāt victum.

[IVDARI ergo, quoniam parasceue erat, vt nō remanerēt in cruce corpora Sabbato, (erat enim dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur.] Pro more suo hypocritico & simulata sanctitate, Iudæi excolabant culicem, & camelum glutiebāt. Nam minimum præceptum, nimirum præceptum ciuilitatis scriptum Deut. ca. 21. Quando peccauerit homo quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: curiosiùs obseruare cōtendebant, interim maxima præcepta cōtemnentes, imò totam alioqui legem præuaricantes. Simulata igitur religione propter Sabbatū, & quia parasceue Paschæ erat, adeunt Pilatum, vt ipsius iussu crura frangerentur pendentibus, quo mors acceleraretur, deinde corpora sepulturæ mandarentur: ne sui spectaculo diem illum festum magnum Sabbati funestarent. Legem seruare fingentes, legis authorem interemerunt: Sabbatū honorare studentes, ma-

Iudæi minima curātes præcepta, maiora cō temnunt.

tes, magnæ diei Dominum occidunt. Magnum profectò simulatæ sanctimoniæ in Iudæis exēplum, qui conscientia mala, & pollutis manibus in sanguine innocentis, sanctitatem simulant.

[VENERVNT ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cū eo.] Annuente Pilato, vt impietati Iudæorum obtemperarent milites, venerunt Caluariam, vbi vtriusq; latronis crura fregerunt, quos adhuc viuentes repererant, vt citiùs mortem oppeterent, & propter diem festum è ligno tollerentur.

[AD Iesum autem quum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.] Quum ventū est ad Iesum, non fregerūt eius crura, putantes id superuacaneum esse, quòd iam illum viderent exanimē. Eò enim frangebātur, vt qui pendebat, citiùs animā exhalaret.

Cruris fractio mortem accelerat.

[SED vnus militum lancea latus eius aperuit: & continuò exiuit sanguis & aqua.] Vnus militum (Longinus nomine, vt refert Augustinus in manuali cap. 23.) nequid deesset quin Christus fieret omnium nouissimus, Iudæis gratificaturus, mortuo insultat, & Christi mortui latus lancea aperuit. Hic miles eorum typū gerit, qui ne mortuis quidem pijs parcunt. Protinus ex vulnere profluxit sanguis & aqua, mysterium sanè redēptionis pretio sanguinis, & regenerationis lauacro aquæ. Obserua. Non dictum est percussit, aut vulneraut (ait Augustinus) sed APERVIT, vt illic quodammodo vitæ ostium panderetur, vnde sacramenta Ecclesiæ manauerunt, sine quibus ad vitam (quæ verè vita est,) non intratur. Idq; iam olim præfiguratum erat, in eo quòd Dominus Genes. capite, 6.) præcepit Noē, vt in latere arcæ foramen pararet patentius: quo animalia quæ diluuij interitum effugere deberēt, ingrederentur. Et sicut Eua viuentium mater è dormientis Adæ latere est desumpta: ita planè soporato iam Adamo illo cælesti in ara crucis capite inclinato, spōsa illius Ecclesia, mater fideliū, sumpta est ex eius latere. Præter naturam est, vt è corpore vulnerato fluat aqua: sed in his fide videmus benedictionis mysticæ ac sancti baptismatis originem quandam atque primitias. Declarāt sanè quòd Christi mors nos abluat à peccatis, & quod eadem vitam credentibus largiatur æternam: Baptismus

Longinus. Iudæi etiā in mortuū sęuierunt.

Redemptionis mysteriū in Christi latere aperto.

Sacramēta Ecclesiæ ex aperto Christi latere manauerūt.

Sacramentum Ecclesiæ, methodus ad vitam.

Ecclesia de latere Christi, vt Eua de costa Adæ.

Baptismatis vis & energia.

enim aqua constat: in sanguine vita est hominis. E Christo igitur mortuo vita & consolatio manant nã sanguini inest vita, & aqua interdum consolationem significat.

Certitudo passionis Christi.

[ET qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est eius testimonium. Et ille scit, quia vera dicit, vt & vos credatis.] Occupatio est: ne quis dubitaret de historia passionis Christi quam hactenus Ioannes enarrauit: aut ambigeret hunc e fluxum aquæ & sanguinis contigisse, legem historiographorum (quæ est scribere visa) Ioannes affert, dicens se oculatum testem. QVI dixit, id est, oculatus testis huius mysterij, TESTIMONIVM perhibuit, de passione Christi, quam literis mandauit: ET verum est eius testimonium, quia de visis & auditis testimonium perhibuit: ET ille scit quia vera dicit: videndo & audiendo expertus est. Non dixit, vt sciatis, sed, VT credatis: scit enim qui vidit: cuius testimonio credat qui non vidit. Finis huius enarratæ & scriptæ passionis Christi à Ioanne est, vt credamus. Huc pertinet quod scribit in 1. sua Epist. cap. 5. Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Sequitur, Et Spiritus est qui testificatur quia Christus est veritas: & tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua & sanguis: & hi tres vnum sunt.

Historiographorum lex.

Euangelij à Ioanne scripti finis est, vt credamus.

[FACTA sunt enim hæc, vt Scriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit, Videbunt in quem transferunt.] Posteaquàm suum produxit Ioannes testimonium, ne videretur solus testis, Moysen adducit: ne quis temerè, sed iuxta Scripturæ vaticinia crederet contigisse. HAEC, scilicet, quòd latus perfossum sit & crura Christi non fregerint. Mandauit Moyses. (Exodi cap. 12.) ossa agni Paschalis neque frangi neq; comminui debere. Quum itaq; agnus ille Christum verum agnum adumbrarit, cõueniebat ossa in vero agno non minui: cuius sanguis credentes seruat à morte: huiúsque mysticus esus nos ab AEgyptiaca seruitute, hoc est à mundi cupiditatibus & peccati tyrannide liberos transmittit in terram cælestem. Alter locus citatus est Zacha. cap. 12. (quod caput, totum est de passione Christi, & fructu eius) Videbunt in quem pupugerunt. Venturus est olim Iesus Christus in maiestate sua cum eodem

Ossa Christi in cruce non comminuta.

dem corpore, quo in cruce pependit: quod tametsi glorio sum fuerit exponetur tamen vulneris vestigium etiam incredulis videndum, quibus exprobrabit latus fontemq; ipsum abunde pro omnibus profluentem frustrà ipsis fuisse apertum & effossum, dum illius haustum (quo sanari poterant) gratis oblatum neglexerunt.

Vulneris Christi vestigium incredulis videndum exponetur in iudicio.

R. Post hæc autem quum iam sero esset factum, (quia erat parasceue, quæ præcedit Sabbatum) L. Ecce M. venit quidam homo, R. nobilis, M. dives, L. vir bonus & iustus, qui erat decurio, nomine Ioseph ab Arimathæa ciuitate Iudæ. Hic non consenserat consilio & actibus eorum, R. qui expectabat & ipse, regnum Dei. M. Hic, R. audacter introiuit, L. & accessit ad Pilatum. Post hæc rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathæa, eo quòd esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorũ: vt tolleret corpus Iesu.

Ioseph Arimathiensis petijt à Pilato corpus Iesu.

Arimathæa ciuitas.

Existimans Iudæorum iram extinctam, quod in crucem suffixus Christus animam exhalasset, Ioseph Arimathiensis, oriundus ab Arimathæa ciuitate Iudæorum, vir dives, senator & bonus & iustus animos addidit: & qui hactenus propter metum Iudæorum fuerat discipulus Iesu occultus (sanxerant enim Iudæi vt quisquis se profiteretur discipulum Iesu, submoueretur à Synagóga) omnem metum excussit, quod latebat exeruit, & se Iesu discipulum opere manifestauit. Nã sumpta audacia adijt Pilatum, cui notus erat, & honorem debitum magistratui tribuens petijt ab eo, vt sibi liceret de cruce tollere corpus Iesu, & sepulturæ mandare. Pilatus Iosephi votis annuit. Obserua humanitatis & fidei exemplum in hoc Ioseph, qui cruce & morte Christi non offenditur, sed illi etiam mortuo bona fide inseruit. Agnosce rursus Iudæorum impietatem: quæ non siuebant impunè & absq; periculo doctrinam Christi amplecti.

R. Pilatus autem mirabatur si iam obijsset,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& accersito Cẽturione interrogauit eũ, si iam mortuus esset, et quũ cognouisset à Cẽturione.

[ET permisit Pilatus.] Quum resciisset Pilatus Iesum mortuũ, permisit Iosepho de cruce tollere corpus IESV, & sepelire.

R. Ioseph autem mercatus sindonem.

Corpus Iesu de cruce à Iosepho sublatũ.

[VENIT ergo & tulit corpus Iesu.] Ex fide veluti ex causa, simul & singulari humanitate ac vero & pio zelo motus Ioseph, abijt ad crucem, & corpus deposuit.

Nicodemus.

[VENIT autem & Nicodemus qui venerat ad Iesum nocte primũ.] Accesit interim alter pollinctor & funeralis officij adiutor Nicodemus ille, primas inter Phariseos habẽs, clãcularius IESV discipulus. Ipse enim vitan di gratia Phariseorũ inuidiã, priùs noctu venerat ad IESVM, quẽadmodũ supra ca. 3. visum est. Adsunt pollincto

Pollinctores funeris Christi.

res duo, ambo nobiles, ambo iusti, ambo potẽtes hic senatores, ille Phariseus, ambo fideles, eodem & magno animo ducti: q freti fauore prẽsidis, audẽt mortuo supremũ honorẽ exhibere, quẽ viuũ palã conuenire nõ audebãt. Nũquã sanè tam iniquũ & malũ fuit tempus, quin Dominus suos & seruarit & liberarit. Exemplo erit Heliæ tempus, quòd tametsi oppleta essent ferè omnia idolis & prophetarũ nece, reseruarat tamẽ Dominus septẽ milia virorum qui non curuauerant genua ante Baal. Similiter tempore

Dominus etiã pessimo tẽpore suos seruat & liberat.

tenebrarũ & mortis Christi, regnabant scandala, impietas, & in Christum diffidentia. Alij impiè Christum damnarunt, alij abnegarunt, alij fugerunt, alij cõuitiati sunt, alij nihil boni suspicabantur de ipsõ, quòd eum tã turpiter, ac miserè mori viderẽt: tamẽ duo insignes pietate viri, nobiles & reipubl. Iudaicæ primores, qui in fide permanserant, nihil aduersariorum impietate moti, sese hoc loco produnt, verõsque se esse discipulos manifestãt, & neglectis suis diuitijs, primis honoribus, magistratibus & bona existimatione, (vt dicitur) apud Phariseos & summos Sacerdotes, vt Christo (quem anteà clanculariè, nunc verò palàm confitentur) inseruiant, variijs se expe unt periculis. Quid illos huc perduxit? Fides, & singularis in Christum amor.

Iosephi & Nicodemi fides in Christum.

[FERENS mixturam myrrhæ & aloës quasi libras centum.] Tametsi amorem suum in IESVM declararent, videntur tamen solùm affecti erga IESVM, vt purum hominẽ, & magnũ quendam Prophetam, quũ talia afferrẽt aromata, quæ potissimùm longo tẽpore possent corpora à putrefactione seruare. Solennem & magnificam his rebus volunt esse sepulturam, vt sepeliãt Iesum, non vt condemnatum, sed vt virum magnum & Prophetam eximiũ. Solet frequenter honos viuis exhibitus nonnihil adulationis secum ferre. At honor qui vltrò mortuis offertur, certissimum est virtutis testimoniũ. Attulit itaque Nicodemus vnguentum ex myrrha & aloë mixtum, ad libras fermè centum, quantũ corpori magnificè cõdiendo sufficiebat. Obserua, ex hoc opere magnifica sepulchra non damnari, modò ex fide fiãt. Iuxta enim fidem viuã, nõ autem quantitatẽ, sumptũ aut speciẽ æstimãda metiendáve sunt opera. Vnde vidua (Luc. cap. 21.) duo minuta in gazophylaciũ mittens, plus æstimationis retulit, & boni operis fecit, quã omnes qui aderãt diuites.

Nicodemus curat sepulturã Christi magnificam.

Sepelitur Christus nõ vt condemnatus, sed vt magnus & Propheta.

Sepulchra magnifica nõ dãnantur.

Fides mensura operum.

[ACCEPERVNT ergo corpus Iesu, & ligauerunt eũ linteis, cũ aromatibus.] Sublatũ è cruce corpus Ioseph, & Nicodemus cõmuni officio aromatis vndique obleuerunt, cõditúmq; & oblitũ inuoluerunt in sindone mũdat & ne vnguentum defluere, linteis obuinxerunt. Obserua: Per iustos qescit in sepulchro mortuus, q viuus ab iniustis agitabatur. Rursus aduerte: hic noua, mũda, & odorifera sunt omnia. Facesse hinc Pickarde stupide, cũ tuis asseclis: & attende, quisquis es, qui perire putas quicquid in mortuos confertur. Si ita res habuisset, non permisisset, vtique Christus sic corpus suum inungi. Hæc igitur dicere, Quorsum ista sumptum funebrium perditio? vox est Iudæ indignantis vnguentum in corpus Christi impensum: clamantis quoque, Venundatum illud denarijs ducentis distribui debere pauperibus: sed vt Euangelista dixit Iudam non dixisse, quòd pauperum curam haberet, sed quia loculos portabat, & fur erat: ita, opinor, istos inuehi aduersus tam sanctas & pias ceremonias, nõ amore pauperum, quos, vt vt dicant se illorum studiosissimos, ne in minimo quidem iuuant, sed vt studio auaritiæ sua marsupia impleant.

Corpus Iesu aromatis oblitum.

Pickardorum error.

Sepulturę sumptus non damnandus.

[SICVT mos est Iudæis sepelire.] Non sepeliunt vt condemnatum, sed magnifice id honoris deferentes Domino IESV, velut magno viro & prophetæ, sicut est mos Iudæis sepelire eximium & integrũ virum. Nondum de illo quicquam altius sentiebant, nisi quòd innocẽs ac integer, Deoque charus esset: cuius monimento id honoris defereudũ esset, qui oppressus inuidia virtutis, damnatus esset: quod non rarò viris multa virtute, proborúmque morum integritate clariș cõtigit. Obserua: Non frustrà dixit Euangelista, Sicut mos est Iudæis sepelire. Admonuisse enim voluit in huiusmodi officijs (ait Augustinus) quæ mortuis exhibentur, mortem cuiusque Gentis esse seruandum. Hic apparatus inibi absolutus perfectúsque est, ne quis suspicaretur posteà corpus mutatum fuisse.

Sepeliendis mortuis mos patriæ seruandus.

M. Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda.

[ERAT autem in loco vbi crucifixus est Iesus, ortus.] Singulari quadam dispensatione factum est, vt Caluariæ proximus esset ortus, vbi sepeliretur Christus. Quemadmodum in orto Adam peccauerat, ita in orto capitur Christus, vt Adæ peccatum diluat, & cõsummatis omnibus deuicta morte Adæ, in orto sepelitur & resurgit. Iam vt passio & mors Christi nostra sunt, ita & sepultura eius nostra est, testante Paulo ad Rom. cap. 6. An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, morte eius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Coloss. cap. 2. Consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexisti per fidem &c.

Ortus in quo Christi sepulchrum.

Quæ Adamus in orto amisit, Christus in orto restituit.

Baptismo nobis cõfert Christus suæ mortis sepulturæ, & resurrectionis vim.

[ET in orto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat.] Signanter Euãgelista adiecit hæc. In orto sepeliendus erat Christus, qui omnis viriditatis & vigoris author est. Quod sequitur, tametsi casu factum esse videatur, facit tamen ad certitudinem & fidem resurrectionis Christi declarandam. Nouum erat monumentum, ne si Christus in vetus sepulchrum positus fuisset, cauillari potuissent aliumex eo monumento resurrexisse. Rursus nouum erat, nuper e solido lapide exci-

Nouitatis monumẽti ratio.

ex cisum, vnde non poterat monumentum dici ab aliquo suffossum: in quo quum solus Christus repositus fuerit, non poterat credi alius ex eo resurrexisse. Decuit Christum in nouo monumento sepeliri, quia vetera vt typica, per eum antiquari cœperãt. Obserua diuitias paupertatis Domini propter nos. Vt enim nõ habuit domum in vita, ita nec habuit sepulchrũ post mortẽ, sed in alieno reponitur & quũ nudus esset, à Iosepho sindone vestitur.

Paupertas Christi propter nos.

[ET ergo propter parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentũ, posuerunt Iesum.] Quasi dicat Euãgelista, instabat finis parasceues, & Sabbatum illucescebat secundum præceptum. (Leuitici, cap. 23.) A vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra. Appropinquabat enim finis horæ nonę, vel si mauis, vndecimę, vltimæ scilicet portionis diei, quæ sexta apud nos pomeridiana fuisset: parúmque aberat à clangore tubæ, qua significabatur initium magni Sabbati: in quo prorsus cessandum erat à parẽtatione & quouis alio opere. Propter igitur tam breue tempus ne insepultum corpus relinqueretur, minimo negotio in proximum monumentum reposuerunt: maiorem (si per parasceuen licuisset) impensuri sepulturæ honorẽ & honorificentiorem quæsituri locum, vbi eum posuissent.

Hora nona.

Vndecima hora.

Tubæ clãgor ad designandũ Sabbati principium.

M. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abijt. Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, R. Ioseph, M. sedentes contra sepulchrum, R. & aspiciebant vbi poneretur. L. Et dies erat parasceues, & Sabbatum illucescebat. Subsequutæ autem mulieres quæ cum Iesu venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus Iesu. Et reuertentes parauerunt aromata & vnguenta: & Sabbato quidem siluerunt, secundum mandatum: M. altera autẽ die, quę est post parasceuen, (Sabbato nimirum magno) conuenerunt prin-

cipes Sacerdotum,& Phariſęi ad pilatum,dicentes,Domine,recodati ſumus quia ſeductor ille dixit adhuc viuēs,poſt tres dies reſurgā:iube ergo cuſtodire [a] ſepulchrum vſque in diē tertiū,ne forte veniant diſcipuli eius,& furentur eum,& dicāt plebi, ſurrexit à mortuis: & erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus, Habetis cuſtodiam:ite, cuſtodite ſicut ſcitis.Illi autē abeūtes munierunt ſepulchrum,ſignantes lapidem,cum cuſtodibus.

a Sepulchrū Chriſti.

Finis hiſtoriæ Paſſionis Chriſti.

CAP. XX.

[1] Sabbati.) Sabbatorum, id eſt, primo die hebdomadæ hoc eſt poſtridie paſchę.

VNA autem [1] Sabbati, [a] Maria Magdalene venit manè,quum adhuc tenebræ eſſent,ad monumentum,& vidit lapidem ſublatum à monumēto. Cucurrit ergo & venit ad Simonē Petrum, & ad aliū diſcipulum quem amabat Ieſus,& dicit illis, Tulerunt Dominum de monumento, & neſcimus vbi poſuerunt eum. Exit ergo Petrus & ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem [b] duo ſimul: & ille alius diſcipulus præcucurrit citiùs Petro,& venit primus ad monumentum.Et quum ſe inclinaſſet, vidit

a Maria Magdalenæ ad ſepulchrum. Mar.16.a Luc.24.a

b Petrus & Ioannes cucurrunt ad ſepulchrum.

vidit poſita linteamina,nō tamē introiuit. Venit ergo Simō Petrus ſequens eum,& vidit linteamina poſita, & ſudariū quod fuerat ſuper caput eius,non cū linteaminibus poſitum,ſed ſeparatim inuolutū in vnū locum. Tunc ergo introiuit & ille diſcipulus qui venerat primus ad monumentum:& vidit,& credidit:nōdum enim ſciebāt [2] Scripturam,quia oportereet eum à mortuis reſurgere. Abierunt ergo iterum diſcipuli [3] ad ſemetipſos. Maria autem ſtabat ad monumentum foris,plorans. Dum ergo fieret, inclinauit ſe & proſpexit in monumentum,& [4] vidit duos angelos in albis, ſedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu. Dicunt ei illi, Mulier quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt Dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum. Hæc quum dixiſſet: conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem, & non ſciebat, quia Ieſus eſt. Dicit ei Ieſus, Mulier quid ploras? quem quæris? Illa exiſtimans quia [5] ortulanus eſſet,dicit ei, Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum, et ego eum tollam? Dicit ei Ieſus,Maria: Conuerſa illa dicit ei Rabboni, quod dicitur

2 Scripturā) ſub.quæ teſtabatur quòd oporteret, &c.

3 Ad ſemetipſos)id eſt, domum ſuam.

4 Vidit) Videt.

5 Ortulanus,) id eſt, cuſtos & curator orti eſſet vbi ſepulchrū erat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur Magister. Dicit ei Iesus, [c] Noli me tangere, nōdum enim [d] ascedi ad Patrē meū. [e] Vade autem ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad Patrem meū & Patrē vestrū, Deū meum & Deū vestrū. Venit Maria Magdalene annūtiās discipulis, quia vidi Dominū, & hæc dixit mihi. Quū ergo

c Iesus Magdalenā alloquitur.
d Resurrexit Christus.
e Christus Magdalenā discipulis apostolā designat.

6 Vna) id est, prima die hebdomadæ, quæ Christianis dicitur Dominica.

serò esset die illo, [6] vna Sabbatorū, & fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum venit Iesus, & stetit in medio, & dicit eis, [7] Pax vobis. Et quū hæc dixisset, ostendit eis manus & latus: Gauisi sunt ergo discipuli [f] viso Domino. Dixit ergo eis iterum,

7 Pax, &c.) Hebræorū salutandi formula.

f Christus conspicitur ab Apostolis. Mat. 16. c Luc. 24. f 1. Cor. 15. a

Pax vobis: Sicut misit me Pater, & ego mitto Vos. Hæc quum dixisset, insufflauit, & dicit eis, [g] Accipite Spiritum Sanctum: [8] quorū remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim, [9] qui dicitur [10] Didymus, nō erat cū eis, quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli, vidimus Dominum. Ille autem dixit eis, Nisi videro in manibus eius [11] fixuram clauorū, & mittā digitum meum in locū clauorum, & mittā manū meā in latus eius, non credam. Et post dies octo, iterū erāt discipuli eius [12] intus, & Thomas cū eis.

g Apostolis datur Spiritus Sāctus & claues. Mat. 18. c

8 Quorū) quotcunque.
9 Qui dicitur) eni cognomen erat.
10 Didymus) id est, Gemellus.
11 Fixurā) Vestigiū vel foramen.
12 Intus) id est, cōclusi & abscōditi domi.

eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis, Pax vobis. Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuū huc, & vide manus meas, & affer manū tuā, & mitte in latus meū, [h] & noli esse [13] incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei, Dominus meus. & [i] Deus meus. Dicit ei Iesus, Quia vidisti me Thoma, credidisti: Beati qui non viderunt & [k] crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt [14] vt credatis: quia [l] Iesus est Christus Filius dei, & vt [m] credentes vitam habeatis in nomine eius.

h Thomas corripitur à Christo.
i Christus Deus.
k Credere. Infra. 21. g
l Iesus est Christus.
m Fructus fidei viuæ, vita æterna.

13 Incredulus) infidelis.
14 Vt credatis, &c.) id est, ille vocatur Iesus, est ille rex filius Dei.

EPILOGVS NARRATAE PASSIONIS, cum parascene ad Resurrectionis cognitionem.

PASSIONEM Domini nostri Iesu Christi noster Euangelista hactenus descripsit, qua animaduertimus Christum iuxta exteriorem speciem nouissimum virorum, hominem nimirum extremè abiectum, & à Deo longissimè derelictum. Post has autem ignominias & tam crudelem crucem, subijcit gloriam (qua declaratur Filius Dei) nimirum resurrectionem Christi potentissimam & glorioſissimam victoriam, contra pontentissimos hostes, diabolum, mūdum, peccatum, mortem, infernum, æternam damnationem. Venim Christus chirographum nostrum (quod est conscientia peccatorum nostrorum)

Summa passionis Christi descriptæ à Ioanne.
Christus nouissimus virorum cognitus.
Antichristi.
Chirographū delicti Christ⁹ abstulit.

rum) vna secum cruci affixum, è medio sustulit, & sangui-
Cõscientiæ pax sanguine Christi facta. ne suo omnem cõscientiæ nostræ accusationem deleuit: ita etiam nos simul secum per resurrectionem viuificauit, vt peccato & morte absorptis, iustitiæ & vitæ participes fieremus. Nam Paulus Romanorum capite sexto, do-
Resurrectiõis fructus. cet hunc esse genuinum resurrectionis vsum & fructum. Si enim (inquit) complãtati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Atque vt Christus per resurrectionem in regnum patris ad dexteram eius intrauit, ita & quotquot Christo fide viua adhærent, sũtque membra eius, vnà cum Christo regnum Patris intrant.

Vna autem Sabbati. CAP. XX.

Sabbatum. Dies dominicus.

VNA die Sabbati: VNA scilicet inter septem dies, non primo die, quia non licuit Iudæis exire & parentare, quare exierunt quando licuit: licuit autem primo die Sabbatum sequente, nobis hic dies Dominicus est.

Magdalena cũ vnguento petit sepulchrum.

[MARIA Magdalene venit.] Transacto Sabbato magno, noctu Maria Magdalene (de qua Dominus ejecerat septem dæmonia) parauit vnguenta, & aromata ad condiendum Præceptoris corpus, quæ oblita verbi Christi de sua resurrectione, venit ad monumentum.

Magdalenæ feruor ad vngẽdũ Dominum.

[MANE quum adhuc tenebræ essent.] Feruor quidã, simul & desiderium videndi corporis Dominici, & vngẽdi, commendãtur in Magdalena, nimirũ surrexit mane, idque facit QVVM adhuc essent tenebræ, id est, priusquã plenè diluxisset. Matth. cap. 28. dicit, Vespere autem Sabbati quæ lucescit in prima Sabbato, id est, mane profundo crepusculo, cum adhuc essent tenebræ. Ergo VESPERE Sabbati, &c. id est, nocte dũ transisset Sabbatũ, quæ nox vergit in Dominicam, quam vocamus diem. Quod Marcus dixit, Exorto iam sole, significat, apparente die, quod fit sole nostro hemispherio vicino: alioqui nõ permisisset summo diluculo. Opinor Marcũ postquã dixerat valdè mane, id est, summo diluculo, non fruſtrà addidisset, Exorto iam sole, forte propter Gentes quæ diẽ à manè incipiunt: ne suspicarentur Christũ nõ surrexisse tertia die, quẽ cõstat tertio die summo diluculo resurrexisse nempe

Crepusculum, profundũ matutinum.

Vespera sabbati.

Gentes diem à mane incipiũt. Christus summo diluculo resurrexit.

nempe in terræ motu facto, illucescente prima Sabbati, vt ex Matthæo perspicuum est: Vt Christo mortuo terra tremuit, ita ipso resurgẽte terræ motus factus est, de quo Præmonuerat Aggæi vaticinium, cap. 2. Rogabit quispiã quomodo alibi dicitur, Tribus diebus & tribus noctibus erit Filius hominis in corde terræ, quũ vix duabus noctibus in sepulchro quieuerit? Respondeo: Synecdoche est, vt partem pro toto intelligas. Nam quũ partem primę & tertiæ diei in sepulchro iacuerit, dicitur totum diem iacuisse primum, secundum & tertium. Eadem figura dixi mus iter duarum hebdomadorum, cum noctibus quiescamus, & interim ad diuersoria diuertamus.

Terræmotus in morte, & resurrectione Christi.

Triduũ sepultura Christi. Synecdochica loquutio. Synecdoche.

[AD monumentum.] Obseruarat locum Magdalena, in quem Ioseph & Nicodemus reposuerant Dominũ, eò nunc venit portans aromata ad vngendum Dominũ.

[ET vidit lapidem sublatum à monumento.] Summo diluculo diei Dominicæ surrexerat Dominus, & lapide & sigillis adhuc impositis. Sed quum id manifestari operæpretium esset, post resurrectionem, ministerio angeli monumentum aperuit, & ita res credita est. Matth. cap. 28. Et ecce terræmotus factus est magnus: angelus enim Domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Quum Magdalena vidisset lapidem magnũ, quo occlusus fuerat aditus monumenti, submotum, ac sepulchrum patère, mox suspicata est corpus Dominicum furatũ, & aliò transmissum, vbi honorificẽtiùs sepultum foret. Videbatur enim illic pro aliquo tempore à Iosepho positũ, vt transacto Sabbato, iusto funere decoraretur. Sed quia lapis sublatus erat, hoc Magdalenæ debuit esse signum Christi verè à mortuis regressi. Sed quum illa non esset adhuc firma in fide, non miror si hoc in negotio nihil viderit. Nam infidelitas perpetuam habet cæcitatem sibi comitem.

Sepulchrum Christi lapide & sigillis obsignatum. Angelus sepulchrum Christi aperuit. Magdalena ita ægra sepulchrũ non credebat Christũ resurrexisse.

Infidelitas comitem habet cæcitatem.

[CVCVRRIT ERGO, ET VENIT AD Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem diligebat Iesus.] Posteaquàm vidit Magdalena reuolutum lapidem, neque intrauit, neque introspexit, sed resiliens à monumento nondum inspecto, ex animi desyderio, aut potiùs adhuc incredulo (quòd non crederet Dominum resurrexisse, sed aliò trãslatum, vt magnificentiore sepultu

sepultura donatur) cursim venit quæstum ad Simonem Petrũ, apud quem erat & ille discipulus quem diligebat IESVS. Tacens Ioannes nomen suum, consueta periphrasi illud explicat.

Magdalena ad Petrum & Ioannẽ abit.

[ET dicit illis.] Habebat Mariam grãdis admiratio cum timore, ne amissus esset Dominus, & deficiente spiritu propter cursum, ardentissimo affectu loquuta est, nullam præmittens salutandi formulam: sed mox vt Petrũ & Ioannem vidit, tremula & interrupta voce ait.

[TVLERVNT Dominum de monumẽto & nescimus vbi posuerunt eum.] Sublatus est (inquit) Dominus è monumento nunc vacuo, & cuius lapidem reuolutum vidi, sed quo transtulerint eum, qui sustulerũt, nescio. Beatus Augustinus ait nonnullos codices Græcos habere. Tulerunt Dominum meum, quod ab ea dictum esse putat propensiore charitatis vel famulatus affectu.

Petrus & Ioãnes ad sepulchrum Christi, adhuc fide infirmi.

[EXIIT ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum.] Voce Magdalenæ excitati discipuli, quos, licet modica & per quàm tenuis de resurrectione fides habebat, tamen ingenti adhuc sic dilecti præceptoris desiderio capti, prodiere foras. Si Christum resurrecturum credidissent, domi mansissent. Audita Maria, putant illum sublatum, ob id exeunt ad monumentum.

Cursus ad monumentũ.

[CVRREBANT autem duo simul.] Hic rursus studium quoddam in discipulis erga Christum significat.

[ET ille alius discipulus præcucurrit citiùs Petro, & venit primus ad monumentum.] Contendunt simul cursu Petrus & Ioannes ad monumentum: sed discipulus ille dilectus Iesu, Petrum vicit cursu, priórq; peruenit ad monumentum. Vehementior Ioannes currit, quia Christo familiarior. Obserua modestiæ exemplum in Ioanne, qui suum nomen tacet.

[ET quum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiuit.] Prior cucurrit Ioannes ad monumentum, sed cùm reperisset ostium apertum, & circunflexo corpore prospexisset in monumentum, si vacuum esset, & obseruasset Dominũ abesse, ac linteamina aromatibus oblinita (quibus corpus fuerat obuolutũ) esse relicta, non introiuit fortassis timore correptus, aut vt Petro tardiùs sequenti rem nouam nuntiaret, ne audaciùs & nimis

mis festinaret. Si enim in ciuilibus nimia festinantia corripitur, quantò magis & in spiritualibus? Festinare quidem debemus, non torpescere: sed festinemus consilio non impetu, prudentia non furore, deliberatione non libidine. Obserua Ioannem citiùs currentem, & ad sepulchrum priùs venientem, adumbrare nobis illos qui citiùs ad Euangelium conuertuntur. Rursus aduerte: POSITA linteamina resurrectionem manifestant: nam si qui corpus furati fuissent, neque reliquissent linteamina, neque sudarium inuoluissent & seorsim in vnum locum reposuissent, sed vt erat corpus suis sudariolis & linteaminibus obuolutum, abstulissent. Propterea consultò prẽmonuit, quòd quum multa myrrha esset sepultũ, (quæ non minus quàm pix corpori linteamina conglutinat) vt quum audierimus sudaria in sepulchro relicta, furto abreptum corpus non arbitremur. Non enim fur adeò stultus fuisset vt in re superflua tantum laborasset.

Festinandum est maturè.

Linteamina sepulta in sepulchro.

Venit ergo Simon petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum.

Tandem Petrus aduenit, qui ex Ioanne re audita & cognita, vt tardior quidẽ & posterior in cursu, ita audacior fuit pariter & curiosior ad totam rem perueſtigãdam & intelligendam. Nam non cõtentus pro foribus manere, aut in monumentum prospexisse, qui posterior aduenit, prior ingressus est monumentum, vbi certò vidit nullum inibi esse corpus, sed sola linteamina iuxta morẽ & ritũ sepeliendorum funerũ apud Iudæos, quẽ pro resurrectionis symbolo obseruabant. LINTEAMEN primum erat id in quo ponebãtur vnguenta, & corpori proximũ erat, eiq; adhærebat. Aliud linteamen externũ erat, quod instar circa corpus instar sedẽtis in sepulchro collocatum, quasi ad resurrectionem paratum, ligari solebat. SVDARIVM linteamen erat capiti obuolutũ, quo designabant eam quam induerant de resurrectione spem bonam. Obserua exemplum fortitudinis in Petro, qui audet prior in

Petrus cursu tardior Ioãne.

Linteaminum diuersitas.

Sudarium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gredi sepulchrũ. Rursus aduerte hæc omnia nominatim & diligẽter nec frustra scripta esse ab Euangelista, sed vt ostẽdat multis signis Christũ verè resurrexisse: Nã si non resurrexisset Christus, sed ab alio surreptus fuisset, nõ remãsissent sudaria & linteamina, sed simul ablata fuissent, si non ob pretiũ rerũ, certè ob id quòd non tãtum otij fur habuisset ad detrahenda corpori vnguenta, quouis visco tenaciùs inhærentia, & suo quæque loco digerenda.

[TVNC ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentũ, & vidit & credidit.] Ioannes qui solus ingredi non audebat, vt vidit Petrũ tam diligẽtẽ perspectorẽ ingressum, partẽ formidinis ademit, & monumentũ est ingressus. Videns autẽ nullũ vsquam esse corpus, sed corporis spolia & exuuias sic sepolitas, credidit, scilicet Christũ sublatum esse, sicut dixerat Maria. Hunc sensum huius loci indicat sequens ætiologia, Quia Ioannes nondum sciebat Scripturam de resurrectione.

Scriptura noua in cordibus Apostolorũ.

[NONDVM enim sciebant Scripturã, quia oportuit eũ à mortuis resurgere.] Neq; veterẽ certè nouerant adhuc scripturã, quæ certò prædixerat futurũ, vt Iesus moreretur & resurgeret die tertio manè: (Psal. 56. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, exurgã diluculò) neq; nouam, quã Iesus Christus in cordibus Apostolorũ scripserat: cuius testimoniũ perhibet Matth. ca. 20. Filius hominis (ait Veritas ipsa) tradetur principibus sacerdotũ & Scribis, & cõdemnabunt eum morte: & subdit, Et tertia die resurget. At nondum erat Spiritus datus, quo sensum scripturarũ acciperẽt, ne quis putet suo sensu diuinas scripturas intelligere siue veteres siue nouas. Quærẽdus est ipsarum sensus, Spiritu Dei authore, & ipsum suggerẽte. Non ergo (ait Augustinus) Ioãnes Christum credidit resurrexisse, quẽ nesciebat oportere resurgere. Quid ergo vidit? quid credidit? Vidit scilicet mane monumentũ, & credidit quod dixerat mulier, eũ de monumẽto esse sublatum. Ideò quando Dominũ de resurrectione dicentem discipuli audiebãt, quanuis apertè diceretur, cõsuetudine audiendi ab illo parabolas, non intelligebant, & aliquid aliud eũ significare credebãt. Hactenus ille. Quanquam Iesum frequẽter de sua resurrectione narrantẽ audissent, tamen ea animis eorum penitus non insederant: & si quid

Spiritus scripturarum doctor.

Fides discipulorũ Christum audientium de resurrectiõe loquentem.

quid inhæserat, id metus ac tumultus crucis excusserat.

[ABIERVNT ergo iterum discipuli ad semetipsos.] Ioãnes & Petrus ferè desperatiores quàm in Christi morte, quòd nullũ in sepulchro reperissent corpus, sola ité vidissent sepolita linteamina, ex metu redierũt AD semetipsos, id est, domũ suam, nõ solùm illi, sed & qui dispersi erant, citiùs in vnũ redeunt, non ignorantes iram Iudæorum aduersus Christi discipulos. Vnde nec sibi tutum putabant diutiùs circa monumentum immorari.

Petrus & Ioãnes de sepulchro desperatiores redeũt.

Discipulorũ infirma fides.

[MARIA ergo stabat ad monumentũ foris plorans.] Recedentibus discipulis, ad fores monumẽti manet Maria, quã stare facit amor magistri, & plorare cogit vehemens dolor, quia sublatũ æstimabat, quẽ quærebat. Qui humano fauore & carnali auxilio destituuntur, non est quòd despondeant animos, sed si in vocatione sua (ad quã vocauit illos Dominus) perdurarint, nunquam in periculis relinquẽtur desperati: verùm certò consolationẽ perseuerantes accipient. Exemplo erunt filij Israel in deserto potu & cibo destituti, qui tametsi ob murmur ingrati essent, tamẽ in Domini vocatione durantes & manẽtes, auxiliũ à Domino acceperunt: nimirũ cælitus mãna deplutum, & aquã è petra fusam. Helias cibo destitutus, tamen non relinquẽs vocationẽ Domini, à coruis pascitur. Rursus Moses vocantem Dominũ sequens in montẽ per quadraginta dies, verbo Domini pastus est. Perseuerãs itaq; Maria in vocatiõe Domini, fructũ perseuerantiæ nõ amittit. Venerat ad monumentũ deferẽs secũ aromata, & vnguẽta quæ parauerat, vt sicut anteà pedes viuẽtis vnguẽto pretioso vnxerat: sic & nunc totũ corpus defuncti & vnguẽto vngeret, & aromatibus cõdiret. Et sicut priùs ad pedes eius lachrymas fuderat, fleuerat priùs, & lachrymis pedes Domini rigauerat: nũc quũ se nõ posse hãc vocationẽ exercere vidit, stat ad monumentũ cogitabũda, si quomodo reperire possit Dominũ, cui se ministrã exhibeat: tandẽ nõ destituitur cõsolationibus, interim tamẽ facta est exanimis, imò & insensibilis. Sẽtiens non sentiebat, videns non videbat, audiens nõ audiebat, sed neq; ibi erat vbi erat, quia tuta ibi erat vbi magister erat: de quo tamẽ, quòd vbi esset, nesciebat, ideò intolerabilẽ habẽs dolorẽ, & nõ inueniens quem quærebat consolatorẽ vehemẽter

Magdalena ad monumentum plorans.

Perseuerantes in sua vocatione nunquam à Domino destituuntur.

Helias pastus. Moses 40. diebus à Deo pastus.

Perseuerantia Magdalenæ in quærendo Dominum.

Magdalenæ fletus & dolor.

Universidad de Deusto Biblioteca

plorabat. Obserua, Euangelista ostendit per reticentiam Magdalenam reuertisse ab vrbe, quum Petro & Ioanni nuntiasset, verùm solam, non comitatã alijs mulieribus.

[DEVM ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum.] Manens in officio & vocatione sua, quærens mortuum quem viuum dilexerat, vt exanime corpus vngeret, postquàm viuente frui non dabatur, circunspectat, si qua spes inueniendi corporis affulgeret, quum ingredi monumentum non auderet, obliquato capite prospexit ipsa in monumentum.

Angeli in christi sepulchro cõspecti.

[ET vidit duos angelos in albis, sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum erat corpus Iesu.] In media desperatione & periculis magnis consolationem accipit, nimirum visionem angelorum blanda lætáque specie diuilim intra illam sepulchri ædiculam sedẽtium. Alterum vidit vbi caput Iesu erectũ steterat: alterum vbi pedes collocati fuerant. Missi erant angeli vt testarẽtur de resurrectione Christi: quos decuit albis vestitos esse, quia morte & resurrectione Christi, nigra ablata & remota erant. Alba vestimenta significant Euangelium, quod pro suo officio albos, hoc est acceptos & gratos Deo homines facit. Aut vidit angelos in albis, vt quę passa erat dæmonia & impuros angelos, benignitate Iesu Christi, bonos cerneret in habitu puritatis: non enim albor aliud designat quàm puritatem.

Alborũ vestimentorum significatio.

[DICVNT ei illi.] Mœrorem Magdalenæ leniunt angeli, dum plorantem vltrò compellant, quorum lætus & alacer ac placidus aspectus aliqua ex parte pauorem solicitudinis ademit. Obserua officium angelorum esse ministrare nobis.

Angelorũ ministerio Magdalena solatur.

[MVLIER, quid Ploras?] Vt occasionem consolandi Magdalenam, & instituendi illam de resurrectione Christi habeant, quærunt angeli causam ploratus. MVLIER (in genere vocant infirmum vas) QVID est quod PLORAS? Quasi dicerent, Quid ploras, quum potius gaudere deberes?

Mulier vas infirmum.

QVIA tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.] Vehementia quadam flagrantis amoris erga Christum ebria, mox causam sui fletus angelis aperuit. QVIA sustulerunt, inquit, Dominum meum, nec scio vbi posuerũt eum. Suspicabatur enim quod quidam clancularius discipulus Iesu curasset noctu transportandum corpus, ne in manus Iudæorum veniret, & in mortuum adhuc desæuirent, tanta erat ipsorum rabies. Tametsi adhuc incredula esset quòd Christus resurrexisset, tamen verba fidei loquitur, dicẽs DOMINVM meũ, dum ne mors Christi etiã ignominiosa ipsam offenderit, quominus crederet Christum Dominum. Obserua vehementiam amoris: Mortuum amat, & Dominum appellat, nihil adhuc sperat de resurrectione, hoc solùm malè illam habet, quòd adempta esset corporis copia.

Magdalenæ opinio de Domino non inuento in sepulchro.

Feruor amoris in Magdalena.

[HAEC quum dixisset, conuersa est retrorsum.] Dum talia responderet, ex vultibus angelorum (nam vultu, motu, & gestu significabant Dominum adesse) suspicata est aliquem astare à tergo, Vt anxia erat in quærendo corpore Domini, nõ expectat angelorum responsum, sed illico cõuersa est retrorsum. Obserua in Magdalena exemplum dilatæ & suspensæ consolationis, quæ longis variisque ambagibus à consolationibus suspenditur: vt doceamur & discamus crucem patienter ferendam, donec consolationem accipiamus.

Crux patienter ferenda.

[ET vidit Iesum stantem, & nõ sciebat quia Iesus est.] Habet incredulitas cæcitatem comitẽ: non credit adhuc Christũ resurrexisse, ideò incredulitas impedit quominus Maria Christũ cognoscat: agnoscit tamen illum pro suo captu. Quẽ igitur fuerant angeli venerati Iesum Maria videt, non tamẽ agnouit quod Iesus esset. Nam ne primo eã aspectu perterreret, vili & cõmuni specie apparet Obserua: Docemur hoc loco Christũ esse nobis abscondi-tum, quando externa eius species & persona tantùm cõsideratur. Ad hunc modũ Christus discipulis fuit spectrũ, Matth. cap. 13. Rursus aduerte: Quando Euangelium in externa humilitate à nobis consideratur, est nobis mysterium internam & suauem afferens consolationem.

Magdalena videns Dominũ, non videt.

Christus incredulis abscon-ditus.

Christus non ex cortice & specie externa cognoscẽdus.

[DICIT ei Iesus.] Vt ostendat nobis Christus quàm necessaria sit gratia Dei præueniens opus nostrum, præuenit mulierem. Qua in re philanthropiam eius obseruamus, qui sua bonitate dignatur infirmos præuenire, & illis loqui, vt eos posteà soletur.

Gratia præueniens necessaria operi nostro.

[MVLIER quid ploras?] Blandiusculè Mariam Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stus alloquitur: & eisdem verbis quibus angeli, illam appellat: addens illum animum, vt ipsam à fleru reuocet. Est ne apud me quo te hoc tã vehementi mœrore leuem:

[QVEM quæris?] Dum huc & huc circunspectas, videris quempiam quærere, cuius præsentia animum tuum leniret. Si quid hac in re possum, dicito, obsequar.

[ILLA existimans quia ortulanus esset.] Pro suo captu Maria Dominum agnoscit, non IESVM: sed quia in ortis est, & ob oculos ortos habet, suspicatur loquentem sibi, ortulanum esse, cultorem ac custodẽ eius loci in quo erat monumentum. Obserua: antequã Dominus sese nobis verbo aperiat, iuxta nostram carnalem imaginationem nobis apparet. Vt enim quod per conspicilium ob oculos positum videmus, eiusdem coloris cuius est conspicilium nobis apparet: ita no bis videtur Deus pro nostræ opinionis colore. Exemplo est cognitio quã habuit hoc loco Maria, quæ nõ fide, sed carnali conspicillio prospectans Dominum iuxta sui conspicilij colorem, hoc est iuxta suam imaginationem suspicata est Dominum esse ortulanum, cui & ortulanus apparuit. Fide igitur in vertebum Dei, veluti optimo & limpido conspicilio vtendum est nobis, vt cognoscatur Deus.

Christus ortulanus visus.

Christus nobis talis est qualem nobis credimus.

Deus fide conspiciendus.

Fides est conspicillum nostrum.

[DICIT ei, Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum, & eum tollam.] Adeò difficile est credi tu Christum resurrexisse à mortuis, vt adhuc incredula fuerit Magdalena Dominũ suum rediuiuum fuisse. DOMINE, (hãc voce capta beneuolentiam, & muliebri simplicitate loquitur) si tu asportasti eũ, dicito mihi vbi calueris eum, & ego tollam eum. Suspicatur asportatum fuisse clanculariè corpus Iesu à quodam amico ne adhuc in ipsum mortuũ sæuirent Iudæi: Pergit in ea sententia qua putat asportatũ sunus, non parũ proprijs viribus asseri bens, quibus opinatur se posse alio tollere corpus. vbi pro animi sui sententia ipsum suis odoriferis aromatibus cõdiret, & honorificentiori sepulturæ mandaret.

Resurrectio creditu difficilis.

Magdalenæ sententia de nõ inuento Iesu in sepulchro.

[DICIT ei Iesus, Maria.] Verbo & voce cognita ac familiari Christus sese Mariæ aperuit: dicens enim duntaxat, MARIA, sui notitiam illi concessit, & statim cognitus est. Nam sicut Iudæis aliquando innotescebat, aliquãdo etiam præsens incognitus erat, ita etiam loquens quãdo

do voluit, innotuit sicut nũc Mariæ, se cognobilem fecit. Quare dum prædicatur nobis ab angelis, id est prædicatoribus, solùm quidẽ læta audimus nempe Christum regnare triumphatorem esse mortis & inferorum: sed hæc ipsa credere non possumus, nisi Iesus ipse sese nobis prodat, vt habeamus testimoniũ spiritus, & simus θεοδίδακτοι, id est docti à Deo. Obserua hoc loco Christum nõ ex specie siue persona externa, sed ex verbo & fide cognosci. Rursus aduerte quomodo vocatio Dei illuminat, & conuertit, facitq; nõ solùm Deũ inuenire, sed etiã cognoscere solùm Christum esse fidei magistrum ac doctorem.

Christus se Mariæ cognobilem reddit.

Christus nõ cognoscitur nisi doctis à Deo.

Fide & verbo nõ à specie externa cognoscitur Christus.

Vocationis dei vis & energia.

[CONVERSA illa dicit ei.] Audito verbo magis interna quàm externa aure, CONVERSA est, id est credidit, & Dominum agnouit, subitòque gaudio rapta, nomine solito compellare vult discipula præceptorem, dicens.

Christus solus fidei doctor.

[RABBONI, quod dicitur magister.] Præ nimio præceptoris amore & gaudio quod rursum carne præsentem videt Dominum, salutat RABBONI, quod Syris sonat magister, simúlque non immemor veteris familiaritatis, procidit, volens illius pedes osculari.

Rabboni.

[DICIT ei Iesus, Noli me tangere.] Verisimile est Magdalenam cultu adhuc carnali voluisse amplecti & osculari pedes Domini, lachrymis pro more suo rigare, suis aromatibus CHRISTVM vngere, & eius personæ tanquam homini inseruire: vnde plenam fidem de præceptore rediuiuo nondum induerat. Quare Dominus videns eam, carnalem sui præsentiam, plus æquo admirari, animúmque eius ad cælestia amplexúque fidei erigere volens, à tactu sui eam repellebat dicens, NOLI ME TANGERE: quia glorificatum nondum me credis, non carnali tuo tactu, sed spiritualis hoc est fide, me tãges, id est cognosces. Quanquam synceriter & flagranter me ames, tu tamen nihil adhuc magni de me sentis, quæ opinaris me non in aliud reuixisse, quàm vt more solito agã cum amicis ex mortuo viuus. Ignoras me immortale corpus gestare, longè maiore cultu, quàm facis, tractandum. Idem re vera corpus est quod cruci suffixum vidisti, sed iam immortalitatis gloria cõdecoratum est. Carnali adhuc affectu ductaris: hunc si exueris, & spiritalẽ indueris

Magdalena visio Domino rediuuo, adhuc infirma erat in fide.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tactus suauissimus, fides.

me tactu tibi suauissimo, hoc est fide tanges.

Prohibetur magdalena tãgere Christũ.

[NONDVM enim ascendi ad Patrem meum.] Potest hæc oratio dici ætiologia cur non velit tangi Christus à Maria, argumento ab incredulitate Mariæ sumpto, quæ nondum credebat resurrexisse, ne ipsum rediturũ ad patrem. Quasi diceret, Noli me tangere, quia glorificatũ nondum credis, quem inquiris ablatum. Aut, ideò indigna es quæ me tangas, quia NONDVM ASCENDI, id est tuo iudicio nondum resurrexi, nec credis me ad patrẽ rediturum. Potest legi hæc oratio per parenthesim, vt rationem eius, quod præcedit nõ afferat, sed referatur ad id quod sequitur. Dic eis, Ascendo, &c. Quia frequens Christus dixerat discipulis, Vado ad Patrem, vado ad eum qui misit me: ne sui dissimillimus (vt non potest) videretur, sed fidelis & iustus, seipsum negare non potens, ne promissis discrederẽt discipuli, Apostolam designat Magdalenã, dicẽs, Vade tu, certò crede me resurrexisse, sed nõdũ ascendisse ad patrẽ meũ: noli te occupare in me tangendo. nondum enim discedo: nam totos quadraginta dies apud vos futurus sum, quibus licebit per otium me tangere: sed potiùs festina ire ad fratres meos Apostolos, quibus in memoriam reuocabis ea quæ antequàm morerer, me facturũ promisi. Promisi quidem me ad patrem abiturum, quod tamen non faciam, nisi priùs eos videro. Respondebit quispiam, Nonne Christus erat apud patrem quum emittendo spiritũ, dixerit, Pater, in manus tuas cõmendo spiritũ meũ? Et iuxta promissionẽ ad exauditum latronẽ factam, Hodie mecũ eris in paradyso? Respõdeo: Semper apud Patrem erat (Ioan. cap. 1. Et verbum erat apud Deum:) sed de ascensione humanitatis in cælũ, quã subinde quadragesima die completurus erat, loquitur.

Magdalena in digna Christũ tangere.

Magdalena apostola designata.

Christus iuxta humanitatem cælũ ascẽdit.

[VADE autem ad fratres meos.] Tu meæ resurrectionis certior facta, diligenter abi consolatura desolatos ob meam mortem, amicos meos Apostolos, quos sicut & omnes in me credentes, mea morte & glorificatione feci fratres meos. Psal. 21. Annuntiabo fratribus meis nomen tuum. Item Hebr. cap. 2. Et filios Dei, Ioan. cap. 1.

Credentes facti fratres Christi & filij Dei.

[DIC eis.] Crede, & prædicã fratribus meis hoc Euãgelium, me scilicet per resurrectionem intrare in gaudium, & gloriam Dei patris, & me in omnia Paterna bona

Homo, vas & instrumentum ecclaceum.

na ingredi, ac tam latum regnum occupare, atque Pater occupat. Obserua: Magdalena mulier & infirmum vas, hoc loco typum gerit omnium prædicatorum, per quos tanquã per testacea vascula, & infirma instrumenta, Deus tam pretiosos thesauros suos aperiri & distribui finit. Rursus hic locus suauissimam nobis vehementer infirmis consolationem affert, quum fide videmus Christum imprimis resurrectionẽ suam & abitionem manifestasse etiã infirmo vasculo, nimirũ mulieri omnium infirmorum typum gerenti: simúlq; declarasse omnes pios & credentes factos esse suæ hæreditatis participes. Rursus aperte quàm aperta fiant mirabilia Dei consilia, qui infirma huius mundi, nimirum Magdalenam elegit, vt fortia confundat. Apostoli enim in hoc ministerium à Christo electi erant, vt Euangelium orbi annuntiarent. Sed ecce mulier infirmum vas fit Apostolorum Apostola. Hoc enim modo consueuit Dominus magnifica sua opera per abiectos & infirmos perficere, vt solus glorificetur.

Christi diuitiæ credentibus resurrectione cõmunicatæ.

Dei cõsilia mirabilia.

Deus potentissimos imbecillimis expugnat.

Scopus vocationis apostolorum.

Magdalena apostolorum apostola.

[ASCENDO ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.] Narra fratribus meis me per resurrectionẽ gloriosum esse, & ire ad dexteram Patris, id est ad plenissimam possessionem regni patris, nõ mei tantùm, sed & vestri, hoc est qui meus & vester est pater. MEVS quidẽ per naturã & essentiã: VESTER autẽ per adoptionẽ & gratiã. Et est Deus meus psonaliter, & æterna generatione: sum enim Deus verus de Deo vero. Aut Deus meus secũdũ quòd naturã humanam assumpsi. Aut Deus autẽ vester, creatione, prouidẽtia, cura & cultu. Aut Deus meus (ait Augustinus) sub quo & ego homo sum: Deus vester, inter quos & ipsum, mediator sum. Quare quòd introitus meus in regnum patris, vester est introitus: siquidem hunc introitum vobis meo sanguine paraui, quo vos feci filios patris mei, fratres meos, hæredes patris mei, & cohæredes meos. Hæc suauissima nobis credentibus afferunt consolationem, quando fide intelligimus nos habere Deum patrem: cuius nunc per Christi glorificationem, regni cælestis participes & Dei hæredes facti sumus. Vnde cognoscimus nos per Christum vicisse peccatum, mortem, mundum, infernum, & Satanam: quandoquidem in Christo illis potentiores & valen

Christi ire ad dexteram Patris

Deus Pater cõmunis Christo & credẽtibus.

Deus, Deus Christi & credentium.

Christus mediator dei & hominum.

Christi introitus in cælũ cõmunicatur credentibus.

Credentiũ cõsolatio.

Victores sumus per Christum.

lentiores facti sumus. Quis igitur (ait Paulus Rom. 8.) accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus IESVS qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro vobis. Obserua ex his prædicatorum officium, quòd est prædicare & annuntiare credentes & pios omnes beneficio Christi factos esse fratres Christi, hæredes Dei & cohæredes Christi: item Christum ascendisse ad Patrem suum, quem sua glorificatione fecit nobis Patrem: Christum item factum dominum peccati, mortis, mundi, inferni, Satanæ ac damnationis: item, nos Patri reconciliasse, gratiam inuenisse coram Patre, iustitiam & vitam æternam: item CHRISTVM effecisse quòd Deus nostri curam habeat, velitque nos tueri diuinà sua potentia. Rursus ex his colligere licet definitionem Euangelij, quod est doctrina annuntians CHRISTVM ascendisse ad Patrem suum & Patrem nostrum, ac Deum suum & Deum nostrum. Quicquid consolationis totum Euangelium habet, hoc loco expressum est.

Prædicatorū officium.

Euangelij definitio.

[VENIT Maria Magdalene, annuntians discipulis, quia vidi Dominum, & dixit mihi hæc.] Commendatur in Magdalena cùm fides tum charitas: fides quidem, quæ statim CHRISTI verbis acquieuit: charitas verò, quòd quæ audiuit & credidit, alij simul ad salutem communicat. Nam reuersa ad discipulos, renuntiauit se vidisse Dominum, & quæ suo nomine referri iusserat, retulit, quòd eos iam fratres appellaret, & seipsos præpararent ad excipiendas cælestes illas promissiones, quibus ante supplicium illos ad animi constantiam pellexerat, nimirum, Vado & venio ad vos, & gaudebit cor vestrum. Modicum, & iam non videbitis: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem.

Magdalena fides & charitas commendata.

Magdalenæ prædicatio.

[QVVM ergo esset serò, die illo vna Sabbatorum.] Eodem die quo Magdalena resurrexisse Dominum fratribus Apostolis narrauit, hoc est prima die hebdomadæ, quæ Christianis dicitur Dominica, quum iam esset vesperа.

[ET fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum.] Clanculum sub vesperam in ipso die resurrectionis congregati sunt discipuli, qui ob sęuitiã Iudæorum, neque audebant luce cõuenire, neque sui cœnaculi fores reserare, tanta erat illorum timiditas. Hæc nobis ex parte manifestant quanta fuerit potentia & consolatio Paracleti: nam antequam Apostolorũ corda obsignasset, fores timiduli & fluctuabundi claudebant, in publicum prodire non audebant: at vbi exceptus ab ipsis, reuelatúsque est Paracletus, non solùm fores reserabant, verùm etiã foras intrepidi prodibant, Christum publicè palámque prædicabant, nihil veriti, neque mundi tyrannidem, neque tormenta neque carceres, neque mortes neq; infernũ, neque ipsos omnes Satanas: quę omnia minoris fecerunt quàm formicarum aciem: imò adeò potens & suauis erat Paracleti consolatio, & virtus in ipsis, vt illa tanquam stulta, vanas nugas ac mera ludibria riderent.

Apostolorũ timiditas.

Paracleti consolatio & potentia.

Apostoli post receptũ Spiritũ in alios viros mutati.

[VENIT Iesus.] Timor qui propter Christũ Apostolorũ corda occupauerat, nõ prorsus fuit vanus inuitabat eũ in Christũ vt suos viseret, cõsolaretur, pacẽ largiretur, & ipsorũ corda suo obsignaret spiritu. Nõ pulsauit fores, sed ianuis clausis repente sua natura & omnipotẽtia, natura rerũ superata ingressus est ad discipulos: vt hoc suo ingressu ostẽdat se quoque ita è sepulchro resurrexisse, lapide adhuc super sepulchrũ existẽte. Moli enim corporis (ait Augustinus) vbi diuinitas erat, ostia clausa nõ obstiterunt, Ille quippe eis nõ apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. Nemo igitur quærat quomodo ianuis clausis corpus Domini penetrauit, quum nõ hic agatur de homine nudo, vt nos sumus: sed de omnipotente Filio Dei qui rerũ naturæ non subiacet, vt ex alijs quoque miraculis manifestum est. Omnem enim rationem & mentem excedunt quæ operatus est, Lazarum à mortuis excitauit, super mare veluti super aridam ambulauit, Paralyticum deplorato morbo triginta octo annos decumbentem, sanauit, ventis & mari imperauit. Hæc omnia credenda, non autem rationibus quærenda veniunt: quæ si non comprehendis, tui ingenij imbecillitatem & impotentiam, non autem ipsius resurgentis omnipotentiam & virtutẽ excellentissimam argue. Caue igitur ne à recta digrediaris fide.

Timor Apostolorũ inuasit Christum vt suos viseret.

Christ' ianuis clausis ad discipulos ingressus.

Creaturæ omnes Christo subiectæ.

Credenda nõ autem ratione quærẽda sunt Christi opera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fide. Et potiùs quia foribus clausis Christus ingressus est, ipsum esse Deum naturâ crede, non alium quam illũ qui ante crucis supplicium cum discipulis vt homo conuersabatur. Hunc passum, quem hic Christus absoluit, per clausum ostium confecit pertransito ligno & lapide: neutro tamẽ violato aut læso ad discipulos subintroijt. Quo significatum est quánam ratione Dominus corda nostra subeat, vt in nobis sistat iter. Id verò fit per verbi ministerium, vnde id occlusas penetrare fores, est quando per verbum & prædicationem Dominus corda subintrat, nulla parte contrita læsa ve: aduentu enim verbi Dei, conscientia non offenditur, neque intellectus vel cordis vel externorum sensuum qnicqnam corrumpitur. Hoc certè verbi Dei virtus operatur.

Aductus Christi modus in corda nostra

Verbi Dei virtus.

[ET stetit in medio.] Non in angulo, sed in medio consternatorum stetit, vt omnibus conspicuus esset, & illis omnem adimeret pauorẽ. Illud STARE, nihil aliud est præterquàm quòd in cordibus nostris ipse stet: illic in medio nostrum est, vt noster sit, quãtusquantus illic ster. Porrò quando sic in medio corde nostro consistit, continuò audimus amabilem vocem quæ conscientiam ita compellat, Tu modò pacata sis, nihil subest periculi, peccata tua dimissa sunt, neque tibi quicquam nocebunt.

Christus stare dicitur in cordibus credentium.

Vox Christi pacificãtis cõscientiam.

[ET dixit eis.] Blanda, notáq; voce Christus suos salutauit, confirmans ipsorum animos, ne dubitarent de resurrectione, quam habebant (vt cap. 24. Lucas refert) pro deliramento.

Christus suos blandè cõpellat & confirmat.

[PAX VOBIS] Suæ mortis & resurrectionis fructũ primo loco Dominus discipulis (quorum corda neque tranquilla, neque tuta erant) offert, PAX vobis. Hanc nobis ademerat primus, hãc restituit secundus noster Adã. Hęc est pax illa de qua Paulus (ad Philip. ca. 4.) loquitur. Et pax Dei quæ exuperat omnẽ sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu. Paulus nõ aliam vltra omnẽ mentem Christi pacẽ intelligit, quàm Christi spiritũ, cuius qui particeps est, omni bono repletur. Vbi igitur hæc pax, siue hic Christi Spiritus est, illic demũ merã gratiam, nullã iram: solam misericordiam, nullum peccatum: solam vitam, nullam mortem: solum cælum, nullos inferos esse oportet. Hæc est vera pax quæ cor

Resurrectiõis fructus primo loco discipulis oblatus.

Pax adempta restituta est.

Vbi Christi Spiritus, ibi pax & bonorum copia.

Pacis Christi officium.

cor pacificat atque componit, non prosperitatis tempore cæterùm in media aduersitatis tempestate, vbi foris mera bella comparuerint. Mundana pax consistit in eo, vt externum tollatur malum, quod disidium excitat, vt si hostis vrbẽ obsideat, aut morbus te afficiat, inquieta videntur omnia, sed si desciuerit hostis aut morbus, pax restituta est. At longè alia est pax Christiana, quæ cõtrario fertur ordine: nam vtvt foris permaneat infortuniũ seu inimicus, ægritudo, inopia, peccatum, Satanas, mors, illa omnia in promptu adsint, & nullum non lapidem moueant vt expugnent animum, & circumcirca metentur castra, & in obsidionem strenuè agant, adhuc tamen intus in pectore pax, fortitudo, & consolatio resident, vt nullo admodum aduerso tangatur, imò maioris animi & alacritatis sit præsente malo, quàm absente. Hæc est illa pax, quæ est supra humanæ rationis & omnium sensuum captum. Nullam enim ratio humana pacem comprehendere nouit, quàm mundanam siue externam: nec intelligere potest aliquam esse pacem, si præsens aliqua fuerit aduersitas: at vbi spiritus aduenerit, externam aduersitatem permanere sinit: confortat autem personam, & ex pusillanimitate intrepidum cor efficit, ex timiditate audaciam, ex inquieta pacatam tranquillámque conscientiam: vt in eiusmodi rebus talis homo cõfidat, animo auctus & alacris sit, in quo alioqui totus orbis attonitus est. Vnde hoc tibi accidit? Ex fiducia in Christum: quando te ex animo totum illi consecras & commitis, certò statuens apud te, ipsum fidelem & iustum esse in promissis. Nouit certè qui sunt sui, quos non est desertur-us, & quorum capillus de capite non peribit, adeò ipsi de nobis cura est. Obserua: conueniẽtissimè Christus pacis nomine suos salutat: vt quod iam impetrauit, nũc verbo distribuat. Verbo enim dona Christi distribuuntur, & à nobis fide viua excipiuntur. Nihil enim mihi profuerit Christum, dona impetrasse, nisi in fide periero. Nam si in Christum credidero, oblatum donum accipio: sin incredulus fuero, donum respuo. Huius salutationis PAX vobis, sensus videtur esse: ac si diceret. Omnem metum exuite: credite me (quem vobis conspicuum habetis) resurrexisse, vt tranquillæ sint cõscientiæ vestræ: Ego enim

Pax mundana.

Pax etiã in profunda aduersitate.

Fiducia in Christũ tranquillat conscientiam.

Christ⁹ quod impetrauit, verbo suis distribuit.

Verbo dei, bona Christi distribuuntur.

Salutandi formula. Pax vobis, quid Christus significauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hebræorũ salutandi forma.

quibus adsum,hos meo Spiritu conseruo. Obserua: hunc ipsum salutandi modũ habuerunt Iudæi,vt dicerent inter se שלום לך Scalom lecha,Pax tibi. Docuit idem discipulos suos Christus Matth. capite 10. & iussit vt in quancunque domum intrarent,in primis salutarent, dicentes,Pax huic domui.

Discipuli ad resurrectionis persuasionem verbo & signis adducti.

[ET quum hoc dixisset,ostendit eis manus & latus.] Christus discipulos ad fidẽ de resurrectione duobus medijs,verbo scilicet & signis,adducit. Verbum est, Pax vobis:signa sunt, Latus & manus. Ne igitur spectrum aut aliud corpus esse suspicarentur discipuli (quanquam appertisset tempus in quo ineffabili gloria corpus suum apparere deberet)ipsum tamen per dispensationem illis ostendit, exhibuitque in manibus clauorum vestigia, & in latere militaris lanceæ cicatricem, & quale prius habebat, ne aliud corpus esse videretur, quàm quod de ligno pependit. Quòd gloriam corporis (si illam explicare Christus voluisset) ferre non potuissent oculi discipulorum,id facile intelligemus,si transfigurationis eius meminerimus:quando (vt scribit Matthæus capite 17.) facies eius rutilauit vt fulgor,& vestes eius albæ vt nix apparuerunt:quæ Petrus,Iacobus & Ioannes videre non ferentes,in terram ceciderunt. Ex dispensatione igitur (ait Cyrillus) non indebita sui corporis gloria, sed in prima figura Christus in medio discipulorum stans cernebatur ne aliud corpus,quàm quod de Virgine assumpsit, resurrexisse putarent, quàm crucifixum & mortuum fuit.

Dispensatione Christi corp⁹ glorioſum sensibus discipulorum expositum est.

Mors in solã carnem Christi potestatem habebat.

Mors enim in solam carnem habebat potestatem. Quomodo igitur mors victa est, si mortuum Christi corpus non surrexit? Aut vbi mortis imperium retrusum est, si idipsum quod morte cecidit, non reuixit? Resurrectio igitur,mortis tyrannidem fregit. Hac salutatione & hoc spectaculo Christus fidẽ discipulorum confirmauit,mœrorem ademit,& animos exhilarauit. Proinde hac ostensione manus & lateris,duo Christus insinuat: alterum vt aperiat ex quibus rebus vult à nobis cognosci, nimirum e cruce,& supplicio,quod nostri gratia passus est: alterũ, quòd studet his signis: lætere scilicet & manu inuitare, confirmare, & certiores reddere discipulos de resurrectione.

Resurrectiõe, fracta est tyrãnis mortis.

Christus quid designauit ostensione vulnerum.

GAVI

Gaudiũ discipulorum, fructus visi Christi suscitati.

[GAVISI sunt ergo discipuli viso Domino.] Reipsa is qui est omnium pax,& fecit vtraque vnum,confirmat sermonem suum. Dixerat ante paucos dies suprà capite 16. Modicum,& iam non videbitis me: & iterum modicum,& videbitis me:& gaudebit cor vestrum, & gaudiũ vestrum nemo tollet à vobis. Hanc promissionem nunc implet. Hoc gaudium, est fructus ex dulci verbo Christi sequutus. Est enim GAVDIVM res cognata animi sedati ex fiducia. Hoc gaudio testabantur discipuli iam animos suos de resurrectione Christi cõfirmatos esse, neq; ampliùs dubitare de certitudine resurrectionis. Experti sunt spem viuam non esse confusibilem, quandoquidem hac salutatione audita, charitas Dei diffusa est in cordibus ipsorũ per Spiritum Sanctum qui datus est ipsis. Obserua discipulos non solùm propter præsentiam personæ Christi,verumetiam propter confirmationem ex pace acceptam,hoc cælesti gaudio perfusos.

Gaudium quid est.

Spes non confundit. Roma. 5.

Salutatio repetita confirmatiores reddit discipulos.

[DIXIT ergo eis iterum,Pax vobis.] Vt confirmatiores suos redderet Christus, quorũ infirmitas non poterat nõ magna esse ex cruce & morte Christi, atque vt ad munus,quod mox illis impensurus erat, feliciùs obeundũ paratiores expeditioréſque faceret, repetit salutationis verba,Pax vobis. Hæc dum facit Dominus, dat proculdubiò per Prophetam promissam pacẽ super pacem. Scribitur Esaiæ cap. 27. Faciet pacem mihi,pacem faciet mihi. Futuri orbis doctores & diuinorum mysteriorum ministri aduersus mundum & omnes Satanas, multa puniendi pace veniebant,vt tranquilli in cõscientijs, posteà aliorum cõscientias tranquillare scirent.

Apostoli muniti pace munire ei vt alios ita quitarent.

Christi missio & Apostolatus.

[SICVT MISIT ME Pater, & ego mitto vos.] Non de missione illa æterna de qua dicebat Dominus Ioannis capite 16. Exiui à Patre, & veni in mundum, verùm de suo Apostolatu & officio,cuius gratia huc venit,id est,factus est homo,mediator Dei & hominum iuxta voluntatem sui Patris. Cur in mundum venit? Respondeat magnus Apostolus & Dei Patris legatus, Ego (inquit) de cælo descendi, non vt facerem voluntatem meam, sed eius qui misit me, Ioannis capite sexto. Rursus cap. 3. Non ideò misit Deus Filium suum vt iudicet mundum, sed vt mundus saluus fiat per ipsum.

Matth.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.cap.9.Nõ veni vocare iustos,sed peccatores. Ioãnis cap.4.Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me.Idem cap.6.Sicut misit me viuens pater, ita & ego viuo propter Patrem. Et cap. 8. Qui misit me, mecũ est.Hæc omnia satis superque Apostolatum Christi manifestant.Horũ verborum sensus esse videtur,ac si Christus diceret, Vt authore Patre hoc munus obiui, quo eius voluntatem orbi aperirem,& omnium salutem operarer:ita & ego mitto vos discipulos, legatos & ministros meos,vt omnibus,me authore,salutem ministretis.

Apostolorum sanctio & officium.

Impetrata quidem sunt per me remissio peccatorum, vita,iustitia,cælum,& omnia Patris bona,sed nondum distributa.Bonorum meorum & thesauri mei cælestis distributionem ac distributionis munus vobis commendo Ego bona fide nomen Patris glorificaui:vos simili fide consentientes, ite in mundum vniuersum, & Patris, noménque meum prædicate, Euangelium annuntiate, Patrem per me orbi conciliatum & placatum, remissionem peccatorum,cælorum apertionem, Satanã victum & ligatũ in abyssõ,expulsas tenebras, & lucem orbi vniuerso me authore illucescere.Pater misit me, nõ ad perdendas animas hominum,sed ad saluandum:non vt aniles fabellas & commentitias nugas & somnia annuntiem:non dominandi imperandive gratia missus sum: non vt ministrer,& vt huius seculi voluptatibus incumbam,misit me,sed vt volũtatem eius faciens,& Euangelium annuntians,nihil non periculi subeam, & in cruce suffigar pro omnium salute. Ita & ego mitto vos in mundum,non vt ministremini,sed ministretis:non in destructionem, sed in ædificationem:non vt commenta hominum & somnia,sed Euangelium annuntietis:non vt dominemini,& volupè in hoc mundo viuatis,sed vt seruiatis,& si res ita poposcerit, magis omnibus affligamini. Colligamus ex his discipulos designatos,fuisse Apostolos,seu missos esse à Christo ad eandẽ doctrinam,eandẽ vitæ probitatẽ & eadẽ pericula :similiter & verbi ministerium consistere in doctrina Euangelij,vitæ integritate,& communibus cũ Christo periculis. Obserua verbũ MITTERE quo certè ostenditur Apostolos aliàs nihil habituros fuisse potestatis vel dignitatis,iuxta illud Pauli Romanorũ cap.10.Quomodo prædicabunt nisi mittantur?sicut scriptum est,Quàm speciosi pedes Euangelizantium pacem,prædicantium bona. Et ad Hebræos capite quinto.admoner neminem sibi assumere debere honorem nisi à Deo vocatus fuerit, vt Aaron.

Apostolica sanctio verbo mittendi expenditur.

Apostoli distributores thesauri & bonorum Christi.

Apostolatus Christi.

Episcoporum sanctio qualis esse debet.

Verbi Dei ministerũ subsistentia.

[HAEC quum dixisset.] Posteaquàm discipulos Apostolatus dignitate insigniuit,& sacros mysteriorum gubernatores ordinauit,simul donauit illos suo Spiritu, vt confirmaret,& obsignaret missos & vocatos ad tam cæleste munus obeundum.

Apostoli ordinati & Spiritu donati.

[INSUFFLAVIT.] Medijs & signis libenter vtitur Christus, vt nobis media cõmender.Discipulis enim potuisset sine flatu dare Spiritũ Sanctũ,sed id nõ facit,quo doceat media non esse negligenda.Hic flatus Christi externus, non erat Spiritus Sanctus, sed signum Spiritus Sancti tantùm:non secus ac columba, in cuius specie apparuit ille in Christi baptismo:aut nubes illa lucida quæ in transfiguratione visa est, atque linguæ igneæ quæ apparuerunt super Apostolos dispartitæ. Ad hunc itaq; modum hic flatus Christi signum erat in quo datus est discipulis Spiritus Sanctus:atq; hoc signo sensibili Dominus significabat quòd intus in cordibus Apostolorũ operabatur. Huius rei typum habemus Geneseos cap. 2. quando Deus inspirauit spiraculum vitæ,& factus est inde homo in animam viuentem. Ita & hoc donandi erant Spiritu Apostoli, vt qui dona à Christo impetrata, orbi distribuerent.nihil aliud in suo ministerio spirarent quàm quæ Spiritus ipse suggereret. Visibiliter Spiritum dedit discipulis antequàm ad Patrem ascenderet, vt intelligerent fideles(ait Cyrillus) ipsum esse qui virtute Spiritus omnia creauit, & hominem ex nihilo ad esse produxit. Deus enim pater per proprium verbũ de limo terræ, (vt scribitur Geneseos capite secundo,) hominem formauit, anima decorauit,& sui Spiritus participatione muniuit: insufflauit enim in faciem eius spiraculum vitæ. Verùm quoniam in mortem ex inobedientia decidit,& priscum decus homo amisit,formauit ipsum rursus Deus pater,& in nouam reduxit vitam per Filium, qui morte carnis suæ,mortem destruxit, & reditum nobis ad incorruptibilitatem largitus est. Vt ergo ipsum esse discamus, qui

Media ad finẽ non sunt contennenda.

Christi flatus in discipulos.

Signum quo ostenditur Spiritus datus.

Spiritũ dedit christus visibiliter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritus Sãcti visibilis donatio ostẽdit christũ creatorem.

ab initio naturam nostram creauit,& Spiritu sancto signauit,rursus in ipso signo renouande naturæ,sufflatione Spiritum discipulis largitur: vt quẽadmodũ creati ab initio sumus, sic etiam renouemur. Et quemadmodum ad imaginem Creatoris factus tunc homo est similiter etiam nunc participatione Spiritus ad imaginẽ Creatoris renouetur. Hactenus ille.

Sacramẽti forma operatur quod significat Potestas excellentiæ.

[ET dicit eis.] Quũ Christus pronuntiat verbum,simul & operatur quod dicit,& significat. Hanc enim virtutem habẽt verba & formæ sacramentorum, vt operentur quod significant:idque fit ex Christi authoritate & instituto: quam authoritatem vocant potestatem excellẽtiæ:discipulorum verò ministerialem. Signo igitur & verbo vtitur Christus vt certiores eos faciat eius doni quod recipiunt.

Spiritus Sanctus tertia persona in diuinis.

Spiritus à Patre & Filio.

[ACCIPITE Spiritum Sanctũ.] Hac insufflatione, hisque verbis Christus ostendit Spiritum Sanctum tertiã esse in diuinis personam,simúlque declarat Spiritum Sanctum non Patris solius esse Spiritum, sed & suum (vtvt Greci contrarium dixerint) quod suprà capi. 16. aperuit, dicens, ille clarificabit me, quia de meo accipiet. Etiam per Esaiam cap. 57. declararat, Spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam. Dat igitur Christus proprium,& quod suum est,& non alienum. Respõsabit aliquis:Quum dixerit Christus (suprà cap.16.) Expedit vt ego vadam:nam, nisi abiero, non veniet ad vos Paracletus: si autem abiero, mittam eum ad vos: qui fieri potuit, dederit suum Spititum etiam visibiliter,quum nondum ad cælos ascendisset? Ipse verax est,mentiri non nouit. Respondeo:iuxta donorum rationem dicitur dari Spiritus, qui ante resurrectionem datus est discipulis ad gratiam doctrinæ & sanandorum corporum. Mar. cap. 9.& Luc. cap. 10. In die resurrectionis datus est illis,quo potestatem super

Spiritus dicitur dari iuxta donorum rationem.

Christi

Christi corpus mysticum acciperent, ligandi scilicet & soluendi peccata, siue datus est ad opus ministerij in sacramento pœnitentiæ. Quod sequens appendix insinuat, Quorum remiseritis,&c. Non enim hoc die in omni perfectione & plenitudine Spiritum acceperunt,quum iusserit eos Dominus expectare adhuc,(Act. cap. 2.)& non discedere ab Ierosolymis,sed expectare promissionem Patris,&c. quod in die Pentecostes impletum est. In die Pentecostes datus est in cõfirmatorem, ductorem in omnem veritatem, & obsignatorem. Quanquam Apostoli illuminati essent ad verbum per Spiritum Sanctum, haberéntque aliquam verbi cognitionem,& aliquo modo crederent, essentque aliqua ex parte parati ad quædam pro verbo subeunda pericula: erant tamẽ adhuc infirmi fide, & animo pusillanimes,alioqui Dominus ad Patrẽ ascendens non exprobrasset incredulitatem, & duritiem cordis ipsorum, Marc. cap. vltimo. Donatus itaque est die Pentecostes Spiritus Sanctus in confirmatorem, doctorem & obsignatorem. Suprà cap. 14. Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcũque dixero vobis. Rursus cap. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere,sed non potestis portare modò:quum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Obserua, lector,quomodo non omnia portare poterant, & quàm essent infirmi ante diem Pentecostes, qua receperunt Spiritum. Vnde factum est vt qui ne hiscere quidem audebant, domi latebant tremebundi, statim à recepto Spiritu Sancto in Pentecoste prodierint in publicũ, & imperterriti nomen IESV & sacrosanctum Euangelium prædicauerint.

Apostolis ante & post resurrectionem ad diuersa ministeria receperunt Spiritum.

Spiritus vt confirmator & ductor in veritatem datus die Pentecostes.

Apostoli in Pentecoste imperterriti facti sunt timorem exuentes.

[QVORVM remiseritis peccata, remittuntur eis.] Declarat CHRISTVS quod genus spiritualium donorum discipulis dederit his verbis, Accipite Spiritum Sanctum. Quãquam solius Dei sit peccata remittere.doctore Esa.cap.43. Ego sum (inquit) ego ipse sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Quis enim trãsgressorẽ legis liberare potest,nisi qui Dominus legis est? Tamẽ ô admirabile mysterium,& lætum nuntiũ! Qui Deus & homo est

Dei solius est remittere peccata.

Potestas remittendi peccata hominibus cõmunicata.

Apostoli cooperatores & ministri Christi.

Confessio peccatorum sacerdoti facienda, à Christo est.

Iesus Christus, salutarem illam remittendi peccata potestatem vasis testaceis, hoc est pusillis & infirmis hominibus communicat. Hos cooperatores & ministros ordinat ad remissionem peccatorum: in his ponit verbum reconciliationis (2. Corinth. cap. 5.) pro quo legatione funguntur. At quomodo remittentur peccata, nisi cognoscantur? Quomodo cognoscentur, nisi peccata sua homines confiteantur? Conspicuum igitur est fidelibus Dominum ex his verbis insinuasse confessionem peccatorum faciendam esse. Ergo confessio, & propriorum peccatorum manifestatio, est iuris diuini. Quòd si rogaueris cui declaranda veniunt peccata, siue cui facienda est, peccatorum confessio, & deregenda conscientia: certè ijs quibus ait Christus: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Quare credendum est & constanter apud te statuendum, peccata tibi remitti per meritum passionis Christi, cuius simul & resurrectionis particeps efficeris per verba sacerdotis

Absolutionis beneficium.

absoluẽtis. Obserua quod dixit, REMITTVNTVR eis: Quasi dicat, Ministri estis: dum remissa per vos fuerint, erunt & à Deo remissa: cuius authoritate hac in re fungimini. Rursus aduerte: quum dicit QVORVM, neminem excipit. Non dicit, Remissa dixeritis aut monstraueritis aut declaraueritis: hoc enim non esset remittere, sed Remiseritis, authoritate remittendi siue absoluendi vobis concessa. Hæc appendix, REMITTVNTVR eis, insinuat diuinam efficaciam operantem in ipso ministro remittente & absoluente.

Remitto, verbum, potestatem importat.

Deus operatur in ministro remittente peccata.

[ET quorum retinueritis, retenta erunt.] Quasi dicat, Quos indignos iudicaueritis, non absoluetis: siue, quibus absolutionẽ sacramentalẽ iure & instinctu Spiritus Sancti negaueritis, ea gratia negabitur illis. RETINERE PECCATA, est gratiã sacramentalẽ denegare authoritate Spiritus accepti. Infideli & incredulo retinentur peccata: accedentẽ enim ad Deum oportet credere quia est, siue fide impossibile est placere Deo. Soli igitur verè rescipiscenti communicãdum est absolutionis beneficium: indigno autem siue incredulo negandum est.

Retinere peccata.

Absolutionis beneficium resipiscenti communicandum.

[THOMAS autem vnus ex discipulis duodecim.] Lucas narrat duos qui Emaus redierant, inuenisse eadem hora vndecim congregatos, quum tamen hic locus Ioannis insinuet Thomam abfuisse. Huic obiecto respondens Augustinus, putat Thomam abijsse antequam veniret Iesus. Sed cur dicitur Thomas, vnus ex duodecim, quum suspensus esset Iudas? Respõdeo, DVODECIM, positum est pro Apostolis. Similiter & Vndecim: licet illic nõ omnes adfuerint, qui priùs duodecim dicebãtur. Et Paulus antiqua appellatione sub nomine Duodecim, appellat Apostolos. 1. Corinth. 15. Deinde inquit, visus est illis duodecim: quum tamen duodecim: tunc non fuerint. Erat Thomas ex numero duodecim quos Dominus peculiariter delegerat ad munus Euangelicæ prædicationis.

Vox Duodecim posita pro Apostolis.

Thomas è numero duodecim.

[QVI dicitur Didymus.] THOMAS Hebraicè, Græcè Didymus. Latinè Gemellus appellatur: id est, ille qui cum alio, vno & eodem partu nascitur, vt Castor & Pollux apud poëtas: & in Sacris, Iacob & Esaũ.

Thomas. Didymus. Gemellus.

[NON erat cũ eis quando venit Iesus.] Quũ ista à Domino cæteris discipulis in vnũ cõgregatis agerentur, solus aberat Thomas. Quasi dicat Euangelista, Si præsens fuisset Thomas, fortassis & cũ alijs credidisset. Quũ abfuerit Thomas quando Christus sufflans dixit, Accipite Spiritũ Sanctũ: quorũ remiseritis, &c. quomodo & quãdo illius potestatis factus est particeps? Respõdet Cyrillus huius dubitationis promotor, Dicimus, inquit, virtutẽ Spiritus Sãcti ex intẽtione dantis Christi in omnes discipulos perrãsisse: non enim quibusdã, sed omnibus discipulis dedit. Quare liberalitate dãtis, nõ solùm præsentes, sed etiã absentes Apostoli Spiritũ Sanctũ acceperunt. Quòd autẽ nõ violẽta, sed tuta veráq; ista ratio sit, authoritate Sacræ Scripturæ mõstrabimus. Præcepit Dominus Moysi (Num. cap. 11.) vt eligeret seniores septuaginta, illósq; adduceret ad ianuam tabernaculi, & tũc se descensurũ, & cũ ipsis colloquuturũ, accepturũ quoq; de Spiritu Moysi, & daturũ illis. Quo facto descendit Dominus in nube, & dedit illis de Spiritu Moysi, super quos vt quieuit Spiritus, cœperũt ipsi prophetare, & nõ desierũt. Aberãt tamẽ duo ex illis septuaginta Heldad & Medad qui remãserãt in castris: super quibus etiã requieuit Spiritus Domini, quoniã & ipsi cõscripti fuerãt. Qui tamẽtsi nõ essent ingressi tabernaculum, prophetabant tamen etiam in castris. Iosue

Thomas abeerat quum insufflauit Christus in discipulis. Virtus Spiritus Sancti ex intẽtione Christi, collata est etiam Thomæ absenti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò mysterij virtutē ignorās, ac secundū Dathā & Abiron facere illos putans, rogabat Moysen vt Heldad, & Medad à prophetando vitaret. Hoc recusauit Moyses, sustinens & pati paratus, etiam si vniuerso populo Spiritū suum daret Dominus ad prophetandum. Quòd si Deus gratiam hanc tantam per electionem Moysi ab ipso legislatore electis cōtulit & donauit in veteri lege, qua frōte quis negabit electos à legislatore Euangelico, etiam absentes gratiam Spiritus Sancti cōsequi? Licet ergo abfuerit Thomas ab eo loco vbi reliqui in vnum congregati erant, non tamen à participatione Spiritus decidit, quum de numero esset eorum quibus dignitate Apostolatus decoratis Spiritus debebatur.

[DIXERVNT ergo ei alij discipuli.] Quum redijsset Thomas, vidit gaudio gestientes discipulos, qui renuntiant quid, dum abesset, vidissent.

Thomæ narratur Christus rediuiuus, visus.

[VIDIMVS Dominū.] Simplex & cū absoluta assertione est hæc prædicatio visi Christi, qui à morte surrexit.

Thomas non credit resurrectionem.

[ILLE autē dixit eis,] Thomas dicētibus Dominum resurrexisse nihil credens, non quòd illos mendaces existimet, sed resurrectionem impossibilem putans, & suspicatus illos aliquo phāsmate ludificatos fuisse, respōdet,

Hominum vanitas.

[NISI videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, nō credam.] Quemadmodum Euāgelistæ multis verbis lapsum Petri descripserunt, nō animo exprobrādi errati, sed vt doceremur quā vani simus in pollicitationibus, & præsumptione quam de nobis induimus, dum nobis placemus, & nostras vires aliquid esse putamus: ita hoc loco Ioannes multis explicat Thomæ incredulitatem, nō libidine traducendi peccati: sed vt ostendat quàm vanus sit genius carnis in Thoma adumbratus. Hæc enim cōtinent periphrasim omniū rerum sensibus subiectarum, per quas humana ratio vult certificari de veritate & certitudine verbi antequàm credat. Nā ratio primum vult videre, & palpare, posteà credendum sit priùs quàm videas & palpes. Quare quæ hoc loco Thomas dicit, sunt verba ipsissimę rationis & incredulitatis. Quasi dicat Thomas: Spectrū aliquod vos ludificauit: existimatis me tam facilē, vt simplici vestro verbo

Credendum priusquam videndum.

Thomæ argumentū ex carne.

bo sim contentus, & mihi persuadeam Dominum rediuiuum, & vos illum vidisse, nisi huius rei meos ocellos locupletissimos testes habuero? Imò ne his quidem testibus contentus, nisi in manibus eius vestigia clauorum expertus fuero, manum quoque meam lateri apposuero, & vulnus lanceæ deprehendero, non credam. Magna est Thomæ incredulitas, qui neque sodalibus de resurrectione Domini testantibus credit, neque legem (Deuter. cap. 19.) excipit, quæ iubet in ore duorum aut trium testium omne verbum stare. Sed hæc incredulitas ex dispensatione diuina ad nostræ fidei confirmationē profecit. Nostra enim credulitas in illius incredulitate promouet. Obserua, signum pertinaciæ, est simplici verbo nolle credere, sed velle priùs signa & res externas quibus certificēris, & subinde credas. Rursus aduerte, Non est cōtentus Thomas experimēto visus, nisi & tactū addiderit, Hęc omnia certè ipsius incredulitatem exaggerēt, cui Christus eò conniuet vt fides nō tā illius quā nostra stabilius firmaretur.

Testimonij certitudo.

Pertinaciæ signum.

[ET post dies octo, iterū erant discipuli eius intus, & Thomas cū eis.] Singularis est hæc Christi philanthropia, qui neque Thomam incredulum reijcit, imò ne reprehēdit quidem acriter, sed illius infirmitati per omnia se accommodat, vt illum lucretur, expectatque aliquantisper, nimirum octo dies, vt interim à discipulis edoceretur, & ijsdem auditis in maius traheretur desiderium, & magis in fide confirmaretur. Post dies igitur octo à resurrectiōis die, hoc est die dominico qui octauus est, vtriusque cōnumeratis extremis, rursus in vnum conuenerunt discipuli, Thoma adhuc incredulo præsente: iure igitur (ait Cyrillus) sanctæ cōgregationes die octauo in Ecclesijs fiunt. Obserua hoc loco Christi exemplum, quò docemur quomodo à nobis tractandæ sint conscientiæ infirmæ, quibuscum patienter agendum est & aliquantisper tolerandum, donec aliquando nostra institutione perfectiores atq; firmiores fiant.

Octauarum dies celebratus.

[VENIT Iesus ianuis clausis.] En magnam CHRISTI clementiam, qui pro vna oue errabūda dignatur ad illā venire, quæsitam inuenire, inuētam sanare, & in caulas reducere. Nihil non facit vt quod à Patre accepit, nō pereat: magna enim sua potentia domū (cuius ianuæ

Christi vehemens erga nos amor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

clausæ erant) intrat, omnibus conspicuus apparet, salutat, & vulnera ostédit: vt vnum Thomam saluum faciat.

[ET stetit in medio.] Ianuis clausis venit, & more solito STETIT IN medio suorum, quibus visibiliter simul atque inuisibiliter apparuit: inuisibiliter quidem vt Deus, visibiliter autem in corpore. Præbuit enim discipulis carnem suam tangendam, vt firmiter credamus, quia templum suum vere suscitauit.

Caro Christi redituri palpanda Thomæ offertur.

[ET dixit eis, Pax vobis.] Eadē salutandi forma (quæ prius congregatos salutauit) est visus, vt vel ex ipsa salutatione non solum ipsum agnoscerent, sed & confirmatiores essent ipsorum animi de resurrectione, PAX VOBIS Si pacem vultis, credite me resurrexisse. Meæ enim resurrectionis fructꝰ est, pax: Credite igitur verbo meo de resurrectione.

[DEINDE dicit Thomæ.] Salutatis discipulis, mox ad Thomam Christus sermonem direxit: quem vt doceret se esse eum qui nihil nescit, & præsentem fuisse quum verba incredulitatis fratribus narraret, non expectat vt Thomas aliquid tale roget, sed primo verbo, quod desiderabat tractandum offert. Obserua Christi bonitatem, qui quum sciret Thomæ incredulitatem non ex malitia & fermēto Pharisaico, sed ex imbecillitate humana profluxisse, ipsum sanare & fidelem reddere dignatus est.

Pharisaica incredulitas insanabilis.

[INFER digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.] Infirmitati Thomæ Christus se accōmodans, vt eum lucretur, facit illi copiam experiendi quod fratribus dixerat, eisdémque verbis ad id agendum inuitat. Quando non satis est tibi, ô Thoma, audisse à tam multis & fide dignis, qui testantur se & vidisse & audisse me redituum, nisi meæ resurrectionis, tuis sensibus omnibus certior fias, nisi figuram clauorum in manibus videris, en vide clauorū & lanceæ vestigia: & miseris digitum tuum in fixuram clamoaum, ecce, infer digitum tuum in vulnera clauorum, & inspice ac experire vera ferri vestigia: & admoueris manum tuam in latus meum, en contrecta lanceæ vulnus, & manum tuam intromitte: & posthac noli alijs in rebus esse perinde incredulus, sed simplici verbo quálibet tuis sensibus incredibile

Christus thomam in fide stabilit.

Resurrectio creditu difficilis.

dibile fuerit, crede: quū expertus sis hoc ipsum de me redituo, quod tibi prorsus incredibile iudicabas. Obserua quàm difficile est credere resurrectionem: nec mirum: quia resurrectio secedit à rationis iudicio & capacitate. Rursus aduerte Dominū signis manu duxisse Thomā ad fidem, vt intelligamus signa propter nostram infirmitatē instituta esse, quæ adeo magna est, imò maior est quàm vt permittat nos simplici verbo credere, nisi signis etiam visibilibus adiuti fuerimus. Quare verissimum est quod scribit Augustinus, Homo ante peccatum videbat. Deum intelligebat, & illi fidebat: at post peccatū homo Deum capere non potest, nisi medio aliquo adiutus.

Miracula præter infirmitatem.

Infirmitatis nostræ grauitas.

Homo medio indiget vt Deum videat.

[RESPONDIT Thomas & dixit.] Vbi palpauit Thomas latus Saluatoris, & ictum militaris lanceæ curiosiùs pertractauit, clauorúmq; fixuras diligentiùs vidit, agnouitque faciem & solitam Domini vocem, mox plena cōceptáque fide exclamauit.

[DOMINVS meus, & Deus meus.] Mirabilis & supra rationis captū est hæc metamorphosis. Quis vnquā sua ratione & quantlibet ardua philosophia assequi potuisset, ex tam pertinaci incredulitate, tantam futuram fidem: & ex tam infideli & incredulo, factum esse fidelissimum, qui quò fuerat ad credendum difficilior, ita nemo clarius Christum Deum & hominem esse professus est. Tangendo, abundantiùs tactus est: nam tacto Domini corpore, tactus est diuinitate, & impleta est pax qua Dominus domum ingressus, illos salutauit. Rursus impleta est iussio, qua dixerat, Noli esse incredulus, sed fidelis. Veræ enim fidei luce discussis totius infidelitatis tenebris, duas naturas & vnā hypostatim vnius Christi docuit. DOMINI vocabulo humanam designat naturam: nam de hominibus dicitur Dominus, vt paulo antè, Domine, si tu sustulisti illum, &c. simúlque insinuat Christum resurrexisse, (quia secundum humanitatem resurrexit) & sua virtute ostendisse se Dominum super peccatum, mortem, Satanam, & infernum. Dei nomine, diuinam substantiam professus est, & ita vnum & eundem esse Dominum & Deum. Hominem igitur vidit ac palpauit, & Deum confessus est. Obserua: Hic est vnus locus in quo palam Christo, Dei vocabulū tribuitur. Sunt cer-

Thomæ fides & cōfessio de Christo.

Dominus. Christus Deus & homo à Thoma dictus.

Christus apertè dictus Deus.

tè innumera argumenta in libris noui Testamenti, qui bus perspicuè liquet fidelibus & pijs mentibus Christum Deum pariter atque hominem esse, tamen infrequens erat per eam ætatem aperte Christum dici Deum. Et vix illius ætatis aures hoc tam cæleste mysterium laturæ erant. Rursus aduerte: Cum articulo Græcis vtrumque nomen Dominus & Deus legitur: ne quis nostra, vel angelorum similitudine, sed singulariter ipsum Dominum & ipsum Deum dici existimet. Multi enim, ait Cyrillus, & in cælo & in terra dij & Domini sunt, vt docet Paulus, 2. Corioth. 8. Singulariter autem Thomas vt Dei veri filium ipsum Dominum & ipsum Deum appellat: quod & laudauit Dominus, & id docere suos est adhortatus. Rursus aduerte: Vehementissimam emphasim confessionis Thomæ insinuat vox illa, MEVS. Qui enim ex animo (quemadmodum Thomas) cõfitetur Deum suũ, omnia sua abnegat, & quæ Dei sunt, possidet: nam is in Christo est, quem fide viua induit, & Christus in eo, vt ipse suprà monuit, Qui credit in me, in me manet, & ego in eo. Rursus meditare, quum vides Thomam ex maximè incredulo factum esse tam insignem professionis

Confiteri Deũ soium.

Christianæ confessorem, & Paulum factum iuratissimum Christi & Euangelij defensorem, qui initio Ecclesiæ ferocissimus erat persequutor, procul dubiò credenda sunt hæc Dei mirabilia iudicia in hoc descripta esse, vt meditãtes discamus cognoscere singulare & eximiam Dei bonitatẽ, q nigra in cãdida, & malũ in bonũ vertit.

Credendũ simplici verbo.

[DICIT ei Iesus.] Thomæ professionem amplexus est, sed credendi difficultatem correxit. Vult enim Dominus vt simplici verbo credamus, nec peramus externa signa pro certitudine verbi siue Euangelij. Atque vt Thomas apertè Christum Deum & hominem testatus est, ita & Dominus hoc suo responso se Deum esse confirmat, & Gentium vocationem tacitè significat.

[QVIA VIDISTI ME Thoma, credidisti.] Quia signis externis certior factus es, eò Thoma, (nimirum tu me vidisti, audisti, & contrectasti) meam tibi persuasisti resurrectionem, & me rediuiuum credis, dicens, Dominus meus & Deus meus. His verbis confirmat CHRISTVS Thomæ professionẽ. Respõsabit quispiam:

piã: Paulus Heb. ca. 11. ait, Fides est substantia sperandarũ rerũ, argumentũ nõ apparentiũ. Nõ igitur rerũ præsentiũ est fides, quod tamẽ hoc loco significatur. QVIA vidisti me, credidisti. Respõdeo: Thomas aliud vidit, aliud credidit: vidit & tetigit hominẽ, & credidit Deũ: tactus enim corporis quod dudum in cruce mortuum pependerat, testabatur verum hominem resurrexisse, & ipsius facies agnita cum occultorum conscientia subministrabat argumentum cognoscendi diuinam in ipso virtutem.

Fides non est rerum præsentium.

Thomas aliud vidit, & credidit.

Diuinitas Christi à Thoma quomodò cognita.

[BEATI qui non viderunt & crediderũt.] Suauissimã hæc verba pijs oĩbus (qui Christũ præsentẽ in carne nõ viderũt) cõsolationẽ afferũt, quũ audiunt beatos fore, qui simplici verbo crediderint, neglecto interim ratiõis cõsilio, contẽpto sensuũ applausu, posthabita etiã præsentia Christi in carne, & miraculis sepositis. Hanc credendi occasionẽ & beatitatẽ nobis præstitit Thomas, q prætulit fidẽ ex signis paratã, fidei ex simplici verbo habitæ. Quasi diceret Christus, Credis quia vidisti, Thoma. Beati erũt qui quũ nõ viderint, crediturí sunt: & quod nõ credideris nisi periculo sensuũ facto, alijs credẽdi occasio erit. Credẽt enim Gentes meã resurrectionẽ, quã tamen oculis nõ viderunt. Quãto igitur minùs viderũt & crediderũt, tanto beatiores erunt. Firmiter igitur fide teneamus quod tactu experiri nõ datur, quibus (tametsi visu & sensibus nõ experti fuerimus) tandẽ glorioſius videre dabitur, quã Thomas & sodalitiũ illud Apostolicũ tũc vnquã viderint. Huc pertinet quod scribitur 1. Ioã. cap. 1. Quod vidimus & audiuimus, annũtiamus vobis, vt & vos societatẽ habeatis nobiscum. Quasi dicat Ioannes, Nolite animos despondere quasi vos infeliciores nobis arbitremini, q Dñm perinde atq; nos, nõ videritis: modò credideritis, societatẽ nobiscũ habebitis. Visus nõ hãc nobis peperit felicitatẽ, (multi enim viderant Dominum, qui retrò abierunt) sed fides in eum: quæ quum vna sit & nobis communis, eundem consequemur fructum.

Beati qui simpliciverbo crediderunt.

[MVLTA quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorũ suorũ, quæ nõ sunt scripta in libro hoc.] Tametsi hæc in genere de signis & miraculis quæ IESVS per totam vitam suam fecit, intelligi possint tamẽ Chrysostomo & eius abbreuiatori videtur hoc loco

Ioan

Ioannes dicere de signis post resurrectionem: ideò addidit, IN conspectu discipulorũ, quibuscũ solis post resurrectionẽ est versatus. Visum est Ioanni pauca hæc scripsisse signa, q̃ illa putauerit fuisse satis auditoribus ad excitandã cõfirmandámq; fidem de resurrectiõe. Vsus enim signorũ seu miraculorũ, est ad fidẽ prouocare, & illã confirmare. Sacramentorũ verò est, promissa Christi bona distribuere. Ad hæc, visus est Ioannes cõsiderasse, q̃ quibus nõ crediderit, neq; pluribus credet: qui verò hæc acceperit, nõ indigeret plurib⁹ ad assequẽdã & cõfirmãdã fidẽ.

Miraculorum vsus.

Sacramentorũ vsus.

[HAEC autem scripta sunt, vt credatis.] Sui Euangelij intentionẽ siue finalẽ vsum aperit. Hæc, inquit, à me ædita sunt, vt habeatis fidem viuam, vt verbo credatis. Eundem finalem vsum de verbo scripto Apostolus Roma. cap. 15. habet, Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.

Scopus Euangelij Ioannis. Verbi scripti vsus.

[QVIA Iesus Christus est Filius Dei.] His verbis Ioannes declarat quid credendũ sit, & qualis nostra fides esse debeat. Credẽdũ est q̃ Iesus Nazarænus de quo hoc Euangeliũ scriptum est, est Christus. id est, Messias in lege & Prophetis promissus. Filius Dei nõ adoptiuus, sed naturalis. Hæc qui credit, vtranq; in Christo fatetur naturã, diuinã scilicet & humanã. Mysterium item redemptionis & salutis humanæ per ipsum. Credit Christum saluatorem nostrum, interpellatorem pro nobis, gubernatorem nostrum, & æqualem Deum cum Patre Deo.

Fides nostra qualis esse debet. Quid à nobis credendum.

[ET VT credẽtes, vitã habeatis in nomine eius.] Nomen Iesu est, Filius Dei, redemptio, salus æterna, vita, sanctificatio & iustitia. Non satis fuerit credere Iesum esse Messiã & Filiũ Dei: hoc enim credũt impij & dæmones: sed credendũ est illũ esse Filium Dei, iustitiã & sanctificationem, ac nos per illum solũ, siue per nomen eius, hoc est per eius virtutem habituros vitã æternã, quæ est vitæ fidei res cognata siue effectus. Quare si quis rogauerit, quid est CREDERE? Est certò statuere Iesum esse Christũ Filium Dei, & per illũ habere vitã æternam. Imprimis Euangelio nobis nuntiatur Iesus esse Messias ille à Prophetis promissus, de semine Dauid, propitiator, iustificator, peccatorum remissor, saluator, & vita æterna. Hæc salu-

Iesu nomen.

Vita æterna fidei vitæ res cognata.

Credere quid sit.

Euangelio q̃ nobis nuntiatur.

salutaris doctrina prædicatur confirmata miraculis & signis. Quid igitur superest nobis nisi ex animo tam synceram excipiamus prædicationem, hoc est credamus, & per NOMEN, id est, virtutem eius, vitam assequamur æternam: hoc est contradentes nos totos ei qui iustificatio, salus, redẽptio, & iustitia est: eius membra per hanc fidem viuam efficiamur, & participes omnium bonorum ipsius facti, æternũm cum ipso beati viuamus.

Doctrina salutaris.

CAP. XXI.

a Piscãtibus Petro & aliis apparet Christus.

POSTEA[1] [2] manifestauit Iesus se iterum [2] ad mare Tiberiadis: manifestauit autem sic. Erãt autem simul Simon Petrus, & Thomas, [3] qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi: & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus, Vado piscari: Dicunt ei, Venimus & nos tecũ: & exierunt & ascenderunt in nauem, & illa nocte nihil prendiderũt. Manè autem iam facto stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, [4] nunquid pulmentarium habetis? Respdõerunt ei, Non. Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ [b] multitudine piscium. Dicit ergo discipuli

1 Posteà) post hæc.

2 Ad mare) iuxta lacum.

3 Qui dicitur) qui cognominatur gemellus.

4 Nunquid) nõquid habetis quod comedi possit, vel nunquid obsonij habetis.

b Piscium multitudo.

discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Simon Petrus quũ audisset quia Dominus est, tunica succinxit se, erat enim nudus, & [c] misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt. Nõ enim longè erant à terra, sed quasi cubitis duocentis trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderũt prunas positas & piscẽ superpositum, & panem. Dicit ei Iesus, Afferte de piscibus quos prẽdidistis nũc. Ascẽdit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenũ magnis piscibus, centum quinquaginta tribus: & quum [f] tanti essent, non est scissum rete. Dicit ei Iesus, Venite, & prandete. Et nemo audebat discumbentiũ interrogare, Tu quis es? scientes quia Dominus est. Et venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter. [6] Hoc iam tertiò manifestatus est Iesus discipulis suis, [7] quũ surrexisset à mortuis. Quum ergo prãdissent: dixit Simoni Petro Iesus, Simon Ioãnis, diligis me plus his? Dicit ei, [d] Etiã Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oues meas. Dicit ei iterũ, Simon Ioãnis, diligis me? At ille Etiam Dñe, tu scis quia amo te. Dicit ei iterum, Pasce agnos meos, Dicit ei tertiò, Simõ Ioannis, amas me?

c Petrus in aquã se demittit.

f Tanti) tot.

6 Hoc iã) hac iã tertia vice.
7 Quũ surrexisset) reiurrexisset.

d Amor in Christũ pastori Euangelico necessarius.

Cõtristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò Amas me? & dicit ei, Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oues meas. Amen, amen dico tibi, quũ esses iunior, cingebas te & ambulabas vbi volebas: quũ autẽ senueris, [e] extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet quò tu nõ vis. Hoc autẽ dixit significãs qua morte [8] clarificaturus esset Deũ. Et quũ hæc dixisset, dicit ei, Sequere me. Conuersus Petrus vidit illũ discipulũ quẽ diligebat Iesus, sequentẽ, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine, quis est qui tradet te? Hũc ergo quũ vidisset Petrus, dixit Iesu, Domine, hic autẽ, quid? Dicit ei Iesus, [9] Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me [10] sequere. Exijt ergo sermo inter fratres, quòd discipulus ille nõ moritur: & nõ dixit ei Iesus, Nõ moritur: sed, Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hoc: & scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, [11] nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

e Petri mors prædicitur. 2. Petri 1.c

8 Clarificaturus) glorificaturus, protestãdo scilicet deũ esse veracem, qui misisset Christũ promissum à se p Prophetas, & Iesum esse illũ Christũ promissum.

9 Sic.) Vet. Si quasi dicat. etiamsi velit eum seruare superstitem vsq; ad reditũ meũ, qd tua refert? aut si nolo eũ interfici eo supplicij genere quo afficiẽtis, quid ad te?

10 Sequere) imperauit pro futuro sequẽtis, more Hebræorum. Ioannes. Suprà, 13.c Suprà 20.g

11 Nec ipsum &c.) Nec ipse opinor mundus caperet eos, qui scriberentur, libros.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Posteà manifestauit Iesus se iterum ad mare Tiberiadis. CAP. XXI.

Vale vltimum Christi.

CIRCA finem præcedentis capitis Euangelista librum suũ clausit epilogo, in quo præcipuam conscripti sui Euãgelij causam repetijt. Nunc verò ex charitatis feruore subiungit adhuc vnam manifestationem in signum certum quòd Christus à mortuis resurrexit. Deinde quia Christus non erat ampliùs cum discipulis in hac vita præsentialiter, addit Ioannes vltimum vale à Christo relictum, quæ commendatur officium ad quod vocati erant: nimirum vt pascerent oues Christi optimo illo Euangelij pabulo ad vitam æternam. Post octo dies à resurrectione ne qua suspicio animis discipulorum insideret, quòd præstigium aut spectrum fuisset, quod die resurrectionis & octauo die à resurrectione viderant, tertiò iam Dominus liberè discipulis iuxta lacum, qui dicitur Tiberiadis, suis discipulis se conspiciẽdum exhibuit.

Corpus glorioſum ex diſpenſatione videtur.

Non enim perpetuò & familiariter versabatur cum illis quemadmodum ante mortem solebat, nec omnibus, sed suis tantùm quum volebat conspicuus erat. Verbo MANIFESTAVIT, insinuat quòd nõ nisi ex dispensatione & permissione videbatur, propterea quòd incorruptibile corpus erat & immortale. Loci meminit Euangelista,

Tiberiadis lacus.

AD mare Tiberiadis, vt certitudinem promissionis ab angelo factæ (Matth. cap. 28. Præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis,) ostendat: deinde vt significet discipulos magna ex parte timorẽ ex morte Christi conceptum excussisse, qui iam liberè huc atque illuc diuerterent. Hic lacus Tiberiadis erat in Galilæa, de quo diximus suprà, capite. 6.

[MANIFESTAVIT autẽ sic.] In hunc modũ Christus ad littus laci Tiberiadis se conspiciendum exhibuit.

[ERANT autem simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo.] Quo tutiores à Pharisæis essent discipuli, abierunt in Galilęam. Congregati erant aliquãdo multi, nimirum Simon Petrus, & Thomas (qui præ alijs confirmatione magis opus habue

habuerant) præterea à Natanaël, cui patria Cana Galilææ, vbi IESVS verterat aquam in vinum. Huius fidẽ & confessionem primo capite suprà abundè docuimus. Ad hæc duo filij Zebedæi, Ioannes & Iacobus maior, cúmq; his alij duo discipuli Christi, quorum nomina tacuit Euangeliographus. Hi septem artis erant piscatoriæ.

Petrus ante pẽtecoſten piſcatione vixit.

[DICIT eis Simon Petrus, Vado piscari.] Bono sanè spiritu Petrus se ire piscatum dicit: nam videns se præsidio Domini destitutum, per quem nutriri consueuerat, ex amicorũ vltronea benignitate, redit ad pristinam artẽ, vt sibi manibus victum pararet, ne quenquam grauaret, aut otiosus cuiusquam liberalitate nutriretur. Nondũ Spiritu donatus erat, vt prædicaret: quare nec æquũ erat vt ex Euangelio viueret, qui Euangelio non seruire. Rediens ad piscaturã, non respicit ab aratro semel accepto, sed obsequitur voluntati diuinæ, ne in otio viuat, & quẽpiam grauet. Ephe. capite quarto, Qui furabatur, non amplius furetur, magis autem laboret manibus, operando quod bonum est, vt possit impartiri ei qui opus habuerit. Nondum Petrus & alij laborabant in ministerio Euangelij, proinde redibant ad capturam piscium. Hic locus perspicuè docet Ecclesiasten posse arte sua victum necessarium quæritare, seruata suæ functionis integritate, si aliundè non habeat. Deinde docemur licere pro rationis tempore vti opibus artificijs, & id genus donis, non vt illis animum apponamus, sed vt otium fugientes, voluntati diuinæ obsequamur.

Eccleſiaſtespotest manibus victum quæritare.

[DICVNT ei, Venimus & nos tecum.] Quia eiusdem artis erant cum Petro, & labor res honesta est, sequuntur, veluti ab antesignano piscatore inuitati.

[ET exierunt, & ascenderunt in nauem.] Sub noctem exierunt domum, quoniam luce nondum satis tutum erat in publicum prodire, simúlq; nauim conscenderunt. Obserua media qualiaqualia fuerint, non esse contemnenda, quibus opus habemus ad nostros labores.

Labor eſt in præcepto.

[ET illa nocte nihil prendiderunt.] Dominus præcepit laborem, nõ vt authorem benedictionis, sed vt instrumentum quo Dominus benedictionem suam nobis abundè largitur, si modò ex animo in Deum laboramus. Solus Deus est qui incrementum rerum dat, ait Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare rantisper labor noster est irritus, dum sine Christo laboramus, & in labore Dominum non videmus. Videmus autem Christum per fidem. & loquentem ac consolantem nos laborantes. Audi Deum per verbum, hoc est Christum, per quem vnicum vt adeundus, ita audiendus est Pater. Quid dicit verbum? Pater vestit te, Pater nutrit te. Itaque si ex hoc verbo credito cœperis laborare vere Dei in labore tuo perspicies, qui tui laboris fructum dabit copiosissimum, effundens in laborem tuum omnē suam benedictionem. Colligamus ex his: inanes sunt & vani labores nostri ad victum, nisi accesserit Dei benedictio. Gene. cap. 3. Terra erit maledicta in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi, &c. Quare vt non ferat nobis terra spinas & tribulos, sed det & producat victum operæpretium est accedat Dei benedictio, sine qua neque fructus neq; victus continget. Non absimili modo inanis erit Euangelistæ opera, nisi CHRISTVS hominis conatum bene fortunet.

Laborinostro quando adest Deus.

Benedictio.

[MANE autem iam facto stetit Iesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est.] Quum iam diluxisset, Christus in littore stetit, prospectans discipulos laborantes, à quibus non est agnitus, partim ob longiorem intercapedinem, partim ob diluculum siue lucem adhuc anceps, partim quia statim noluit agnosci.

[DICIT ergo eis Iesus, Pueri, nunquid pulmentarium habetis?] Non agnouerunt quia Iesus est. Cur ita? Quia nos natura Christum non nouimus: sed opus est antequā illum agnoscamus præueniat nos ipse sua gratiā, & nobis prior loquatur. 1. Ioan. 4. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum sed quoniam ipse prior dilexit nos. Pro sua ergo singulari erga nos bonitate prior suos blandè compellauit, vt multo labore eodémque inani fatigatos consolaretur: ipsi enim cum multo sudore vanæ piscationi totam noctem produxerant. Pueros itaque siue filiolos vocat, illósque è littore alloquutus, ait, NVM quid obsonij habetis? Quæstio est de victu, qua Christus prius aperit discipulis suis penuriam, antequam iuuet eos cibo, vt discipuli gratiam cognoscant, & discant admirari potentiam eius, qui potest dare victum, vbi non est victus. Pro more habet Dominus ducere ad

Deus prior nos diligit.

cere ad necessitatis cognitionem, antequàm benedictionem afferat. Obserua: Quum dicitur, Nunquid, &c. insinuatur confessio penuriæ seu necessitatis. Rursus aduerte: PVLMENTARIVM, Græcis dicitur προσφάγιον, quod inter cibos sumitur in similitudinem pultis factum, hoc est quod pulmenti vicem præbet, siue quod pani additur, Gallicè, *Toute sorte de pitance, viande, ou potage.*

Pulmētarium.

[RESPONDERVNT ei, Non.] Neque de facie (quod adhuc esset lux anceps) neq; voce Dominum agnoscentes, suspicantur quendam esse mercatorem qui ad littus venisset, mercaturus pisces, quos prendidissent. Rogati itaque responderunt se nihil habere quod venderetur, quum nihil cepissent.

[DICIT eis.] Quum omnia desperata essent, Christus benedicere & adiuuare cœpit: atque vt paulatim declararet quis esset, ait.

[MITTITE in dexteram nauigij rete, & inuenietis.] Suo verbo discipulis addit animos, iubens iacere rete in dexterum nauigij latus: & ne operas differant, promittit victum, dicens, ET inuenietis. quasi dicat: Quod hactenus nihil potuistis, modo inuenietis.

[MISERVNT ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.] Paruerunt iubenti, & ex fide in verbum, miserunt Apostoli rete in dexteram nauigij partem. Mox tanta multitudo piscium capta est, vt rete vix potuerint ad scapham protrahere. Hæc nobis adumbrabant multitudinē hominum, quæ Apostolorū prædicatione ex mundo vniuerso adiungenda erat Ecclesiæ. Rursus hoc facto docemur, vt certi fiamus benedictionem Domini fortunare quicquid ex fide in verbum agimus. Non absimile est quod scribitur Lucæ cap. 5. Respondens Petrus ait, Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Et quum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum. Obserua: Christus non parcè & ieiunè sed copiosè dat victum laborantibus ex fide. Ergo & nos ex præcepto Christi laborantes sub fide ac spe certa accipiendi victum, non deficiet victus copiosus. Rursus aduerte: multitudo piscium

Benedictione Domini cūcta fiunt prospera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

commẽdat nobis diuitias & liberalitatem Christi. Item, causa tam copiosi victus, est benedictio Domini.

Christi liberalitas.

[DICIT ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro.] Hac periphrasi Ioannes seipsum appellat: & modestiæ gratia, ne videatur priuatam gloriam quærere, tacet nomen suum, qui dum rem nouam attendit, nimirum quòd per totam noctem laborantes nihil cepissent, postea ingentem piscium multitudinẽ ad nauim traxissent, statim causam intelligens, & Dominum adesse cognoscens, Petrum submonet, qui totus ad trahendum rete addictus erat.

[DOMINVS est.] Ex verbo & verbi effectu ac officio Ioannes Dominum adesse cognoscens, ait, Petre, is qui è littore stans iussit laxare rete, est Dominus. Hunc suspicabãtur mercatorem esse. Verè & Dominus & mercator erat: ipse enim suo sanguine pretioso nos redemit & recreauit, vt in ipso noua essemus creatura.

Christus mercator.

[SIMON Petrus quum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se, erat enim nudus.] Petrus feruens amonica succinxit se, erat enim nudus.] Petrus feruens amonica succinxit se, erat enim nudus.] Petrus feruens amon

Universidad de Deusto
Biblioteca

minis Christiani professionem euademus.

Christianorũ naufgium.

[ALII autem discipuli nauigio venerũt.] Communi nauigio cæteri discipuli nauigant, vt se cognito & audito Christo socios præbeant. Obserua effectũ viuæ fidei siue cogniti Christi esse, discipulos nauigio venisse ad Christum: simúlque aduertendum est, diuersa esse media veniendi ad Christum. Quemadmodum enim ex discipulis alius nauigio, alius sine scapha, sed se in lacũ misit, vt Petrus, & ad Dominum venerunt: ita in Christianismo alius hac vocatione, alius alio donatus munere, alius egregijs donis ditatus, alius vili artificio iuxta mundi opinionem, sed grato coram Deo, donatus, doctore vno et eodem Spiritu, (qui operatur omnia in omnibus) nauigat & appellit ad Christum salutis portum. Non parum refert qua fide ad Christum accedas. Nam si vocatione siue ministerio vili quidem & contempto iuxta mundi opinionem, fungaris: feruentiore autem fide vocationem tuam siue ministerium tuum exerceueris, nihil minus Petro, qui miraculo aliàs super mare ad Christum peruenit, aut alio maioribus donis illustri, cuius fides nõ est tua maior, ad Christum peruenies. Mõtes enim trãsferre, pedibus super mare ambulare dæmones eijcere, et huiusmodi, nihil est, authore Paulo, (1. Corinth. 13.) nisi adsit viua fides siue charitas: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habuero, nihil sum, &c. Accessus igitur ad Deum, est fides viua, sine qua impossibile est placere Deo. Ad Hebr. capite 11. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est: & inquirentibus se remunerator sit.

Vocatio varia.

Christus salutis portus.

[(NON enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis,) trahentes rete piscium.] Argumento à possibili rationem adducit cur Petrus se in lacum miserit, & alij nauigio venerint trahentes rete. Non longè aberant à littore, sed cubitis plusminus ducentis, nolentes victum benedictione Domini habitum relinquere: trahebãt rete piscibus onustũ. Aduerte: Hæc oratio, NON longè erat à terra, sed quasi cubitis ducẽtis, claudẽda est paréthesi. Aduerte: hic Cubitus, siue hoc Cubitũ, est curuatura brachij vbi lacerto iũgitur: & accipitur pro mensura cõstante ex sex palmis, digitisq; quatuordecim, vt author est Vitruuius

Cubitus.

Vitruuius lib. 3. Sesquipes, hoc est pes vnus cum dimidio. ficit cubitũ. Pes est sexta pars altitutinis in corpore nostro: Cubitus quarta. Est præterea cubitus regius, qui maior est communi cubito tribus digitis, authore Herodoto lib. 1. Est & cubitus geometricus q tãtũ valet quãtũ sex nostra cubita, vt Origenes & Augustinus tradiderũt.

Sesquipes. Pes.

[VT ergo descenderunt in terram, viderũt prunas positas, & piscem super positum, & panem.] Cognouerãt Dominũ quòd immensam piscium copiam sentientes, viderũt rete non esse scissum. Vbi autẽ in terram descenderũt, rursus subministratũ est illis argumentũ cognoscẽdi Dominum adesse: nimirum viderunt in littore prunas viuas & piscem impositum, præterea panem. Hæc nõ ex subiecta materia fecerat Dominus, quẽadmodũ ante crucem fecit propter quandã dispensationẽ, quãdo satiauit multa hominum millia: sed de nouo creauit. & ministerio angelorũ hoc prandium suis retia trahẽtibus, & iuxta verbum eius laborãtibus apparauit, vt doceret tritam ac vulgo iactatã sententiã. Diu expectaueris, donec assã columba in os tuum aduolet, verisimam esse, si illam ad impij laborem & otiosi torporem applicueris: sed locum non habere, si ad piorũ laborem respexeris, vt hic locus manifestat. Nam vbi descenderũt in terrã discipuli, & à pio labore venerũt, mox inuenerunt non solùm piscem assum, sed etiam panẽ. Nec semel hoc beneficium pijs cõtigit: nã Israelitis vocationem suam sequẽtibus in deserto cõplutum è cælo est mãna, ventus cõturnices adduxit, & petra aquam ministrauit. Heliã vocationem Domini sequentẽ, coruus, auis alioqui rapax, pauit. Abacue Danielẽ in medio leonũ constitutũ. & lõga laborantẽ inedia. ministerio angelico è Iudæa in Babylonẽ delatus pauit Danielis cap. 14. Pijs igitur ex fide laborãtibus, & vocationẽ suã syncerè & fideli animo sequentibus, non est defuturus Dominus. Fidelis est qui promisit se omnibus pijs adfuturũ. Psal. 144. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Quam promissionem verisimã esse in multis probauit & obsignauit miraculis: sunt enim Miracula, obsignationes promissionũ Dei. Obserua: illis diuinitatis miraculis & officijs christ⁹ se Deũ esse testabatur. illorũ enim officiorũ & miraculorũ vsus erat vt discipuli

Prandium miraculose apostolis apparatum.

Victus in fide laborantibus non deest.

Israelitæ pasti.

Petra aquam dedit.

Helias à corui pastus.

Daniel inter leones pastus.

Miracula sunt promissionis Dei obsignationes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

agnoscerent Dominum verè resurrexisse à mortuis.

[DICIT eis Iesus, Afferte de piscibus quos prendidistis nunc.] Tametsi miraculo apparatũ esset prandium, ea præsertim causa, vt manifestaretur resurrectio, tamen iussit IESVS vt afferrent & ipsi de suis piscibus quos modo cepissent, vt doceat præsentia victus media & occasiones quando adsunt, non esse contemnenda: vbi autem desunt, tamen potens est sine occasione victus dare illis victũ: vt hoc & alijs frequenter, sicut paulò antè docuimus, manifestauit miraculis. Rogabit quispiam: Cur Dominus non ait, Afferte de piscibus quos ego prendere vos feci? Respõdeo: ea est bonitas Spiritus vt in Scriptura (cuius ipse author est) adscribat nobis opera, quæ tamẽ in nobis & per nos Deus operatur, nõ vt hinc nobis placeam', sed vt ipsum glorificem', & in vocatiõe nostra & officio humiliter cũ timore & tremore contineamur.

Opera etiam Dei in nobis quomodo nostra dicuntur.

[ASCENDIT Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus.] Vt audiret Petrus Christũ iubere de piscibus piscatis afferri, mox in nauim reuersus est, & cœpit trahere in terrã rete plenũ magnis piscibus, numero centũ quinquaginta tribus. Hæc numeri circunstantia commendat liberalitatem & benedictionem Christi à victu copioso. Labor Petri in trahẽdo, docet laborem Apostolorum nõ fuisse vanũ: attulerunt enim piscationis (authori, hoc est ei q iussit mitti rete in dexterã nauigij) pisces numero centum quinquaginta tres. Centenarius autem numerus (vt Cyrillo videtur) Gentium multitudinem significat: is enim numerus plenissimus est, qui decem decadibus constat. Quare & Dominus (Matth. cap 18.) dicens se habere centum oues, insinuabat plenitudinem rationalium creaturarum hoc numero significari. Rursus fertilissimũ agrũ producturum centum affirmabat, plenitudinem fertilitatis probatæ animæ sub ostendens. Idem opinatur quinquagenarium numerum significare Iudæos, qui crediderunt crediturique sunt. Subduplus enim est hic numerus ad centenariũ, & longè abest à plenitudine. Ternarius numerus Trinitatem adumbrat. Coniunctim numerus scriptus est, quia coniunctim intelligitur, sunt que vnum omnes pij & credentes in Deo per Christum cuius iussu & vir

Labor fructuosus.

Centenarius numerus.

Quinquagenarius.

Ternarius.

& virtute ad perfectionem & plenitudinem trahuntur.

[AT quum tanti essent, non est scissum rete.] Exaggeratio potentiæ Christi, & accessio miraculi est, quòd quum esset copiosa piscium multitudo, eorumque ingentium tam onusto & graui pondere non est scissum rete.

[DICIT eis Iesus, Venite & prandete.] Vt IESVS aperiret discipulis se verum esse hominẽ, non phãtasma, qui iam se suorum sensibus tangendum exhibuerat, cibum & iam cum illis capere voluit, vnde suos ad apparatum prandium inuitauit. Hoc facto nobis adumbratur, quod post multos pro Euangelio labores, quibus vocati vehementer sudarunt, tandem cum Domino recumbent æternùm in gloria victuri.

[ET nemo audebat discumbentium interrogare, Tu quis? scientes quia Dominus est.] Quum iam augustiore specie tueretur Dominum, & ex re ipsum esse scirent, cum silẽtio ac timore reuerenter admirabantur, certò statuẽtes apud se quòd adesset Dominus: propterea nihil de præsentia Domini dubitantes, non interrogant. Obserua hoc loco signum grati animi, quum fide videas discipulos copia bonorum Christi, neque turgere, neque inflatos esse, sed suo Domino congratulabundos.

Gratitudo.

[ET venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis, & piscẽ similiter.] Discubuit IESVS cum discipulis, quibus suo more distribuit panem suis manibus fractum, similiter & piscem. Lucas refert ipsum cum discipulis comedisse quod verum esse credo. Atque licet omne quod comeditur in secessum vadat & alteretur, illud tamen in Christo rediuiuo locum non habebat quomodo comederit, non est nostrum dicere: virtute tamen diuina & inuisibili consumebãtur edulia, ad confirmationẽ resurrectionis tantũ assumpta, Hac ciborũ distributione docebat suos Christus quos pastores Ecclesiæ delegerat, vt gregẽ Dominicum nõ alia quàm ab ipso tradita doctrina pascerent.

Edulia à Christo rediuiuo sumpta quomodo absumpta.

[HOC iam tertiò manifestatus est Iesus discipulis suis, quũ surrexisset à mortuis.] Nõ his significare vult Ioannes Christũ hactenus solùm ter apparuisse, qui certè frequentius apparuit: sed quòd hic erat tertius dies quo se IESVS per interualla præsente Ioanne suis conspiciendum exhibuit. Non enim assiduè cum illis versabatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Additur QVVM surrexisset, &c. Quasi dicat, in hoc iam tertiò manifestatus est, vt eum resurrexisse certò crederent discipuli eius.

Christus vltimum vale dicens suorũ fidem cõfirmat.

[QVVM ergo prandissent.] Peracto prandio cœpit IESVS expẽdere vltimum vale, quod hinc abiturus suis relinquit discipulis: illud erat, commendatio officij commissi. Interrogat quidem non vt discat, sed vt doceat, & manifestet aliorum fidem: quemadmodũ inquirit Matt. capit. 16. Quem dicunt homines esse Filium hominis? et vt explicaret quod facto significabat, quum panem accumbentibus distribuebat. Huius inquisitionis Christi de dilectione Petri summa est: Non sunt ad prædicationis officium admittendi, qui prius manifesta confessione suum amorem erga Christum & Euangelium non fuerint testati. Qui enim fieri potest verbum syncerè prædicent, quando in animis hostes verbi sunt? Quare in eligendis verbi prædicatoribus, ante omnia curandum est, vt cùm doctrina pura, tum syncerus erga Christum animus cognoscantur. Valde igitur periculosum est passim sinere quosdam hoc fungi munere, qui ne abecedario quidem nomine digni sunt: vix à limine sacras salutarũt literas, & inuerecundi audent suggestum conscendere.

Ecclesiastę partes.

Prædicatorũ confessio.

[DIXIT Simoni Petro, Iesus.] Potissimum & ante reliquos Christus Petrum alloquitur, non solùm semel & iterum, sed & tertiò, vt memoriam abnegationis aboleret: & terna negatio æquali confessionis numero compenseretur. Atque vt significaret illum habiturum principem locum in ministerio Euangelico, Os orat Apostolorum & princeps ait Chrysostomus. Propterea & Paulus eum præter alios visurus, Hierosolymam ascendit.

Christus cur tertio Petrum rogat.

Apostolorum os Petrus.

[SIMON Ioannis, diligis me plus his.] Christus vnũ interrogat, volens vnius voce, summæ erga se charitatis professionem ædi, vt per vnum cæteri cognoscerẽt quales ad pastoricium regimen accedere debeãt. Quo igitur indiuulsius tenaciúsque animis eorum qui gregi Dominico præfeciendi sunt præcipua erga Iesum (qui pro grege commisso mortem operiit) adhereat charitas, facta est hæc inquisitio dilectionis. Accepnonem enim ministrorum præcedere debet inquisitio dilectionis erga Christum seu verbum. Simon Ioannis, diligis me plus quàm

Dilectionis erga Christum inquisitio sacrãda ecclesiastæ.

quàm hi me diligunt? Quæstio est de ardentiore & maiore erga Dominũ charitate. Nam quũ maiorem Dei clementiã Petrus in se fuisset expertus, iure optimo maiori amore effici debebat, & cui multa remittũtur, multùm diligit. Tametsi enim capto Domino omnes discipuli magna perculsi formidine fugerint, maius tamẽ fuerat Petri crimen, qui breuissimo in tempore Christum negauit. Quare iure à Petro maior reperitur dilectio. Græcis legitur ελωαρίωτ, id est, simon Iona, quanquam in nonnullis legatur ιωαννῦ, id est, Ioannis, quemadmodum in Luca Vnde apparet Bar-Iona, quod apud alios inuenitur per contractionem fuisse scriptum pro Bar-Iohanna: nam ea ætate vulgò Chaldaica lingua vtebantur.

Petri de sui erga Christum amore cõfessio.

[DICIT EI.] Petrus in schola Christianæ philosophiæ aliquot annos iam versatus, & solito circunspectior factus, de sua vnius conscientia respondet, interim taces quantùm cæteri amarent Dominum, quòd illorum animos exploratos non haberet.

[ETIAM Domine, Tu scis quia amo te.] Exemplum modestiæ in Petro legimus, qui non arroganter de se sentit, conscius sibi suæ infirmitatis, animũ enim suum (cuius Dominum etiam testem audet facere) detegit: quantus esset aliorum amor, tacet: ne temerarius videatur. Non enim Petri erat, scire, plusne an minus quàm illi, diligeret Dominum. Domine, (inquit) quanto te alij prosequantur amore nescio, quantum ad me attinet, certus sum quòd te amo. Hoc non ignorans, qui etiam mentium humanarum secreta nosti. Obserua Petrum humilius respondisse hoc loco quàm ante Domini supplicium, qui se illic alijs prætulerat, certè arroganțius dicens (Matth. cap. 16.) Et si oẽs alij scandalizati fuerint in te, ego te nũ negabo. Nũc post eius lapsum & pœnitentiam, agnoscamus eius humilitatem, & quantum in disciplina Christiana feliciter promouerit. Tametsi maiorem præ alijs ostenderit dilectionẽ, quãdo alijs nauigio aduenientibus, ipse impatiẽtia desyderij in mare se miserit, vt citius ad Dominũ veniret, id tamẽ nõ est ausus asseuerare, quòd iam didicisset solius Christi esse, scire an verè amemus. Rursus aduerte: Quãquã apud Latinos Amo vehemẽtius sit quàm Diligo: interpres tamen his

Amo & diligo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Confessionis Petri vsus.

bis vsus est verbis citra discrimen (vt indicauit Augustinus li. de Ciuitate Dei 14.) nequis arbitratus subesse mysterium in hac varietate frustrà philosophetur. Rursus aduerte: Vsus confessionis in Petro de sua dilectione est, quòd declararet animum suum erga Christum committentem ei curam pastoralem. Huic pastoricio magistratui neq; quisquam se immisceat nisi vocatus sit, vt Aarõ, neque hoc se propria virtute dignum putauerit, quum si exillimauerit se aliquid esse, nihil sit. Siquis enim vnquã dignus fuerit, fan'eloannes Baptista fuit, quo inter natos mulierum non surrexit maior: nihilominus tamẽ (suprà cap 1.) negat tanto officio se dignum, vt vel corrigiam calcei Christi soluat, hoc est vt Christi verbum tractet ac prædicet.

Corrigiã Christi soluere, qd

Amoris veri in Deum argumentum.

[DICIT ei, Pasce oues meas.] Si me amas (inquit Christus) vt profiteris, puri, & synceri verbi pabulo pasce agnos meos, qui mihi charissimi sunt, & pro quibus sanguinem meũ fudi. Talem quoq; exhibeas te erga illos, qualem ego me erga vos præbui: hoc enim tibi erit argumentum perfecti amoris in me. Solus & vnicus est pastor omnium, Iesus Christus, qui vt solus est Filius Dei nihilominus hanc gratiam communicat credentibus in se, vt filij Dei sint: ita solus pastor quidem est, hoc tamen officium communicat ijs quos ad annuntiandum Euangelium vocat. Pij & fideles, sunt oues. Euangelium per Apostolos administratum, Pascua sunt. Pastor, officij & laboris nomen est potius quàm dignitatis. Quemadmodum ad verum pastorem duo præcipuè sunt necessaria, pera & baculus: ita ad ministrum Euangelij duo requiruntur, syncerum verbum & authoritas abigendi falsos doctores. Alterum ordinis est, alterum iurisditionis. Ad verbum spectant absolutio & sacramẽta: ad abiectionem, excommunicatio. Pastores igitur & verbi ministri, purè prædicent Euangelium, distribuant candidè sacramenta: absoluant à peccatis petentes ac confitentes, & aperte flagitiosos aut falsa docentes post vnam & alteram monitionem abigant, & excommunicent. Obserua. PASCE, non occide & mactа, AGNOS, non vrsos & leones, sed homines agnis simillimos, & eos quidem MEOS, quos meo sanguine acquisiui. PASCE igitur, id est rege vt pastor

Epiſcoporum functio.
Pastor.

Oues.
Pascua.
Episcopo necessaria.

Euangelij ministra necessaria.

Pascere.

pastor régit gregem. Cõmittuntur enim nõ deuorandæ sed pascendæ exemplo piæ vitæ, & Euangelicæ doctrinæ pabulo, siue lac desyderabunt, siue solidum cibum.

[DICIT ei iterum, Simõ Ioannis, diligis me?] Rursum interrogat Petrum Dominus, vt aperiat neque vnum testimonium neque vnam confessionem de dilectione erga Christum & Euangelium sufficere, sed opus esse seria & diligenti inquisitione dilectionis erga Christum, antequam ad munus & officium suum ministri Euangelij admittantur.

[AT ille, etiam Domine, tu scis quia amo te.] Pergit Petrus confiteri se amare Christum, huiusque amoris testem facit inquisitorem Dominum, Amo (inquit) Domine: scis ipse quod amem te.

Episcopus qualis esse debeat.

[DICIT ei iterum, Pasce agnos meos.] Non facit Christus Petrum Dominum, non principem, non regẽ, sed pastorem esse iubet, non ad destructionem sed ædificationem. Reges gentium dominantur eis, & qui potestatem habent super eas, benefici vocantur. Obserua. Dominus non meminit lanæ & lactis, quæ tamen gratæ omnes debent pastoribus, vt ne pastor sua sectetur, sed aliorum. Rursus de hœdis & porcis, quibus margaretæ non sunt obiiciendæ, nihil meminit, sed de ouibus, id est piis ac credentibus & verbum desyderantibus.

Christus cur ouium præcipuè meminit.

[DICIT ei tertio, Simon Ioannis, amas me?] Tertia hæc inquisitio commendat nobis, vt instituamus serium & diligens examen de confessione dilectionis ministrorum Euangelij, antequam acceptentur ad sacrum ordinem & adeò cæleste munus ac officium. Hæc terna de dilectione erga Christum inquisitio, significat neminem idoneum esse sacerdotio, nisi qui neglectis omnibus, nihil amat, nisi Christum, hoc est veritatem, innocentiam, & pietatem.

[CONTRISTATVS est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me?] Indoluit Petrus, molestè ferens rogationem tertiò repetitam. Timuit fortassis Petrus, suspicionem ne quam malã de eius dilectione haberet Christus.

Sacerdotij idoneitas.

[ET dicit ei, Dñe, tu omnia nosti: tu scis quia amo te.] Quanquam Petrus sibi conscius esset quòd vehementer amaret Dominum, tamen quia post magnifica illa promissa

missa (Et si oportuerit me tecum mori, non te negabo) negauerat Dominum, timens ne recidat, diffidit sibi, & syncerè ac prudenter respondens, totam fiduciã in eum transfert, cui soli fidẽdum est. Domine, inquit, quum omnia nuda & aperta sint in cõspectu tuo, & nihil te fugiat, cur hoc toties interrogas? Scis ipse quòd amem te.

Petro cõmittuntur oues.

[DICIT ei, Pasce oues meas.] Petre, oues quas meo sanguine redemi modò ad Patrem rediturus, tibi pascendas committo: hoc munus & officium pastoricium obito, Qui mihi ter charus es, quas habeo charissimas habeto charas oues. Pastorem igitur age, non Dominum, pasce vt serues. Qui gregem sibi commissum habent, obtestor imprimis meminerint à Petro ter hoc loco exactum esse amorem erga Christum, non quẽlibet amorem, sed ardentiorem cæteris, deinde ter item commissam illi curam gregis: quo significatum est quam studiosè oues suas Petro pascẽdas cõmiserit. Quare nihil antiquius & optatius pastor habere debet, quàm incolumitatẽ gregis sibi crediti, pro cuius salute non solùm suas facultates contemnet, huius mundi honores postponet, suos affectus negliget (quod magnum quidem synceri amoris argumentum erit) verum etiam si necessitas postularit, pro sui gregis salute non dubitabit vitam propriam in discrimen adducere, quod erit absolutæ charitatis certissimum documentum.

Pastoris studiũ & cura.

Episcoporum partes.

[AMEN amẽ dico tibi.] Hic locus est de crucis præmonitione, afferens consolationem aduersus scandala crucis. Posteaquàm igitur Christus Petrum designauit pastorem, præmonet illum de cruce ac consolatur, ne vbi cœperit cõmissum suum officium exercere, & postea in crucem non præuisam inciderit reddatur pusillanimus, quo sic vel vocationem suam deserat propter crucem, vel in medijs afflictionibus addubitare incipiat de veritate Euangelij. AMEN iniureiurando affirmat quod prædicationem crux sequetur. Illud etiam atque etiam tibi confirmo ô Petre, quòd aliquando præstabis quod nunc de dilectione erga me, & meum Euangelium profiteris. Horum summa est: Nisi ames Christum, non pasces: si pasces, crux sequetur.

Crux, Euangelij comes.

[QVVM esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas:

lebas: quum autẽ senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet quo tu nõ vis.] Ne prima facie Christus Petrum terreat, satis obscurè loquitur de cruce, cuius hic locus, singularis est periphrasis. IVNIORES dicimur antequã susceperimus aut profiteamur Euãgeliũ, quæ ætate nihil periculi & crucis imminet nobis à mundo, quẽ nõ auersamur. DVM autẽ senuerimus, id est in Euangelio promouerimus, tunc hanc nostram professionem Christianam crux sequetur: ET ducet quo non volemus. Quia crux carni molesta est, caro ægrè fert crucem: carni mors nũquam adlubescit, & nolle mori carni cognatum est. Hoc nolle Christus in humeros suos trãstulit, vt vinceret: siquidẽ totũ se in nostris sordibus volutauit, vt nos ab illis liberaret. Quare vt Christus hoc nolle in se vicit (vt in carne nostra maneat eius aliquod vestigiũ) ita per fidẽ victoria in nos transfertur, & spiritu fidei hũc affectũ ita mortificamus, vt etiã velimus pro Euãgelio mori vtvt caro nolit mori, Spiritus tamẽ vult. promptus est, cupit dissolui & esse cũ Christo. Videtur certè Christus elegãti metaphora ab ætatibus carnalibus mutuata, fidei ætates describere. Nam inter homines fit vt prima ætate nucibus, pyris, pomis & pilis oblectentur: & re vera facilius his rebus promissis in officio obedientiæ, quàm virgis & importuna parentum austeritate continentur. Huiusmodi ludicra illis conceduntur donec adolescant, & laboris sint patientes. Quum enim ad labores ferendos idonei sunt, ducuntur quo nolunt, hic ad gymnasium, iste ad agrum colendum, ille ad artificium manuarium: Ita & fides suas habet ætates, in quibus non absimiliter fit: nam prima ætate rebus minimis inescamur, & his veluti ludicris quibũsdam pueri adhuc & infantes oblectamur, donec in Christo grandescamus. Tunc vbi in Euangelio promouimus, & solidioribus cibis vescentes facti sumus fortiores, & euacuauimus quæ erant paruulorum, mundus nobis crucem proponit, & ducimur frequentiùs quo nolumus. Volumus quidem ex fide, sed caro refugit. Sentio enim (ait ille) aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Vetus Testamentum pueritia erat, quæ indigebat Pedagogo, ait Paulus: puerilia enim erãt omnia illa terra Ca-

Iuniores.

Senes.

Mortẽ nolle, in nobis Christus vicit.

Affectus nolle mori, victus à Christo.

Fidei ætas.

Pueritia, vel Testamentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra Canaam, iustitia legis, & regnum carnale præ his quę sunt in nouo, vita æterna, iustitia vera & spiritualis. Nouum cœpit cruce, nouum Testamentum est tempus senectutis, authore Paulo. Nos sumus in quos fines seculorum venerunt: in quo sanè relictæ sunt nuces, relicta ludicra omnia, & proposita crux: doctore Domino, Qui vult post me venire, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me, Vnde (vt narrat Paulus Hebręo. cap. 11.) alij distenti sunt nõ suscipientes redẽptionẽ, vt meliorẽ inuenirẽt resurrectionẽ: alij verò ludibria & verba experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Ad hunc modum videtur Petrus educatus. Principio Christus gaudium illi & sodalibus proposuit, quo oblectarentur, dicens, Non possunt filij sponsi lugere dum sponsus cum ipsis fuerit, Matth. cap. 9. & alias Luc. cap. 22. Quando misi vos sine sacculo & opera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, nihil. Vidi & cum alijs Petrus transfigurationem Christi. Hæc certè puerilia videntur, si ad futuram bonorum & gloriæ cælestis reuelationem respexeris. Vbi posteà senuit & grandæuus factus est Petrus, crucẽ est passus, qua ad Christum euectus est. Obserua: Manuum extẽsio crucifixionẽ Petri significabat. Rursus aduerte ex hoc loco quàm inuitè anima corpus relinquat, & licet voluntas constans & firma sit, natura tamen est imbecilla.

Manuũ extẽsio in Petro.

[HOC autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum.] Humanitatis & singularis amoris exemplum in Ioanne, quia ænigmati addit interpretationem. His verbis (inquit) Iesus significabat quo mortis genere Petrus esset olim glorificaturus Deũ. Siquidem admodum senex, vltimo Neronis anno ductus est ad crucem, quam libenter ob eximium amorem erga Dominum suũ, pertulit, licet caro prorsus illam fugeret. Quàquam crux habita fuerit ignominiosissima, gloriosa tamen & beata facta est post Christum passum: neque timenda venit: quandoquidem si pro Christo & Euangelio fuerit, ex animo amplexenda est, gloriam & victoriam secum portans, dum pro eo morimur, qui prior pro nobis in cruce est mortuus. Obserua: VOX CLARIFICATV

Petrus vltimo Neronis anno passus.

Crux gloriosa per Christũ.

CATVRVS, referenda est ad prolationem verborũ Christi. Scripsit enim Ioannes hoc Euangeliũ mortuo Domitiano, ante quem regnauit tyrannus ille Nero: cuius vltimo vt diximus anno, passus est Petrus. Rursus aduerte finalem effectum crucis esse clarificationem Dei: vnde non dixit moriturus, vt intelligamus mori pro Christo, gloriam esse & honorem. Quare pro Euangelio alacriter & patienter crux est suscipienda.

Euangeliũ Ioannis quo tempore scriptum.

Crucis vsus.

[ET quum hæc dixisset, dicit ei.] Hactenus examinatus fuit Petrus de sua erga Christum dilectione: deinde præmonitus est de sua vocatione & cruce, qua clarificaturus esset Deum: nunc admonetur ad exequutionem dilectionis confessæ, & iunctæ vocationis, quæ consistit in sequendo Christo. Quid enim prodesset ad aliquod vocari munus & officium, nisi illud strenuè & gnauiter obiremus? Exequendum igitur nobis est id ad quod vocati sumus.

Vocatio exequenda.

[SEQVERE ME.] Curam iterum & familiarem affectum Dominus Petro ostẽdit: Quasi diceret: Quandoquidem tibi ita futurum est, vide vt me sequaris, & æquo animo præuisam tibi diuinitus mortem excipias; turpissima quidem morte condemnaberis. Itaque para te ad afflictiones futuras, & respice in tuam vocationem quam exequeris, sequendo me tam in doctrina quàm in vitæ moribus: Nunc iubeo vt me sequaris: crucifixus sum, sequeris me per crucem. Qualis ego pastor, talis & tu sis: & non solùm mortem non formides, sed & lætus obeas, si ouium necessitas exposcit. Quod autem hoc, SEQVI mori significet, per se satis clarum est, neque aliter discipuli tum exceperunt.

Petrus iussus sequi Christũ.

Sequi Christũ.

[CONVERSVS Petrus, vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem.] Neque rectà prospicit, neque sequitur Petrus, qui à tergo & retrò oculos vertit. Qua in re visus est curiosus. Hoc quidẽ vitiũ curiositatis Græci πολυπραγμοσύνην vocant. Et est curiositas respiciens in alienas vocationes, omnium pessimũ vitium, quo præsente nemo æquo animo fert suam vocationem, omnes irrũpimus in vocationes alienas, occupamus sæpe publica ministeria & negotia, aut ad minus obtrectationibus proscindimus, vnde posteà infinita mala emergũt,

Curiositatis vitium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sæpè totius religionis. sæpè totius regni, sæpè totius reipublicæ interitus. Obserua modestiam Ioannis nomẽ suum non exprimentis, sed periphrasi illud significantis: cuius vsus est, vt illa Ioannes fidem suo Euangelio conciliet.

Charitatis munus.

His verbis QVEM diligebat, &c. ostendit solam charitatem seu fidem viuam verè Christo dilectos reddere discipulos, quia & Spiritum Sanctum per eandem accipiunt.

[QVI & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine, quis est qui tradet te?] O felicitatẽ maximam! fides viua siue charitas pectus Christi possidet, hoc est possidet omnia bona Christi, & sola vero omnium rerum intellectu est prædita. Credentibus enim in Christum Deus omnia cum illo donat, Roma. cap. 8. Credentes igitur in Christum super pectus Christi recumbunt, hoc est ipso fidunt & fruuntur, vt bono proprio ipsis à Patre donato, quemadmodum Ioannes super pectus Christi reclinauerat se, magna libertate atque securitate, ipso velut lecto vsus. Obserua hoc loco viuæ fidei fructum, quæ homines super pectus Christi reclinat, & securissima donat quiete, vt nihil omnino iam timeant neque peccata, mortem, infernum aut Satanam: recumbunt enim super vitam, gratiam, atque felicitatem possident: denique quæcunque vel in cælo vel in terra bona sunt, quanquam adhuc in fide non reuelata & aperta possessione. Dixit super PECTVS, non sinum, aut brachia, vt significaret fide viua illustratos, habere sapiẽtiam Dei & Christianam. Vnde Paulus 1. Corinth. cap. 2. Nos, inquit, sensum Christi habemus. Item, Spiritualis indicat omnia, & à nemine iudicatur. Et (2. ad Corinth. 4.) docet Paulus ei qui conuersus est ad Christum, ablatũ esse Moysi velamẽ. Huc respexit Moses, dum in lege sua mandauit in omnibus sacrificijs animalium, Sacerdoti dari pectusculum, vt proprium eorũ. Qui Christo adhærent, Sacerdotes, id est, Christiani fiunt, & ex Deo nascuntur, 1. Petr. cap 2. ideo pectus ipsis in omnibus debetur, id est, sapientia: & ita propter bona Spiritualia & potentia, Petrus vocat illos regale Sacerdotium, gẽtem sanctam & populum acquisitionis. Rursus hoc loco memoratur Ioannes ille fuisse discipulus qui Iesu dixerit, Domine, quis est qui tradet te? Per hoc adumbratum est, quod qui viuam

Pectus Christi possidere.

Credentiũ in Christum diuitiæ.

Fides viuæ fructus.

Sacerdotibus data pectuscula à Mose, Christianorũ figura.

Pectus debitũ Christianis.

quod qui viuam habet fidem cognoscit quam sequi debet doctrinam adulteram ac proditricem reijciens, & veram ac catholicam cum pia matre Ecclesia amplexans.

[HVNC ERGO quum vidisset Petrus, dixit Iesus.] Natura carnis manifeste seipsam in Petro exerit. Prona enim est semper in alienam vocationẽ respicere, & aliena curare, quæ nihil ad se attinent: interim sua negligere. Id quod grauissimè punitum est in vxore Loth, vt eo exemplo admoneamur, ne semel admota ad aratrum manu, retrospiciamus. Cuilibet certè sua placere debet vocatio, vt alijs nihil inuideat, aut grauatim ferat, si ipsos æquare nequeat. Adeò generale malum est, vt nemo sua sorte sit contentus. Vnde Ethnicus dixit,

Fertilior seges est alieno semper in arvo:
Vicinúmque pecus grandius vber habet.

Carnis natura.

Cuilibet sua vocatio vitæ fastidio est.

Semper aliena nobis, nostra plus alijs placent. Qui mercator, est laudat institutum exercentis artem sedentariũ, quòd quietè & tranquillè re sua fruatur, quũ ipsum oberrare per orbem oporteat, & nunquam turbis & strepitu vacare. Contrà, qui artem sedentariam exercet, institutum mercatoris admiratur, vt quod diuitias adducat, & hominem reddat celebrem, qui inter homines sit aliquo numero. Cuilibet sua viuendi ratio fastidio est, & alienam suspirat. Si maritus est, laudat cœlibem, si cœlebs est, laudat maritum: si in functione est Ecclesiastica, arridet ei prophana: si in prophana fuerit, placet Ecclesiastica. Neque fit vt Deus res ita temperet, quod ipsis probetur, & velint ipsi seruire in eo instituto, eóq; munere quod ipsi diuinitus obuenit. Deponamus igitur per fidem fastidium, vt qui in nostra sorte & vocatione viuamus: omni molestia liberabimur, si crediderimus Deum iustè atque cum summa æquitate mundum gubernare, & vnicuique eam sortem dispensare, quæ ei sit commodissima, vt commodiorem atque feliciorem ipse sibi deligere nequeat. Huiusmodi fides animum tranquillat, contentum reddit & omne fastidium submouet, quę si abfuerit, & homo secundum sensum suum & existimationem iudicat, omnia fastidio & molestia vitiantur. Sentit varia incommoda, & eò impatientiæ prorumpit, vt contra Deum murmuret, perpetuúsq; per omne vitam murmu-

Inuidia. Nemo sua sorte contentus.

Vocatio vnicuique cõmodissima à Deo dispensata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rator maneat, quales Iudæis in deserto: inde nihil aliud referens quàm quod sibijpsi amaram reddit vitam suam, & simul gehennam vltrò asseiscit.

Curiositas in aliena respiciens.

[DOMINE, hic autem quid?] Hæc sunt verba curiositatis vitij in nostra natura hærentis, quo in aliorum vocationes respicimus, nec nostra contenti sumus vocatione. Sciens itaque Petrus de sua morte, rogat Christum an Ioannem mortis suæ comitem haberet. Quasi diceret, Quo exitu Ioannes mihi charissimus vitam hanc clausurus est? Extendam solus manus, cingar solus, ducar solus quo nolo?

Voluntas Dei vocantis nos, non aspernanda.

[DICIT ei Iesus.] Corrigens Petrum Dominus, damnat in nobis curiositatem: hortatúrque vt quisq; suam vocationem ad quam vocatus est, curet, & diligenter exequatur, nec sit ad aliorum vocationes curiosus: Omnes verè Christiani glorificant Deum, sed alius sic, alius aliter. Erat Petrus sua cruce: Ioannes inueniet suam, ego meam, tu quoque tuam. Quãdo alius te ducet quo tu non vis, vide tunc ne asperneris voluntatem Dei.

Petri curiositas a Christo arguta.

[SIC eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere.] Quum Christus magna Petro communicasset (ait Chrysostomus) nimirum orbis curam demandasset, martyrium prædixisset, & maiorem erga eum dilectionem testatus esset, voluit Petrus Ioannem in martyrio socium & collegam, dicens, HIC autem quid? Hanc superuacuam Petri curam de morte alterius corrigens, visus est ad hunc modum dicere, ait Cyrillus, Audisti Petre, quæ ad te attinent, cur alia quæris? cur diuinæ iustitiæ secreta rimaris? Nam si etiam vellem minimè istum mori, quid tu vnquam emolumenti, aut quid consolationis cõsequereris? Hactenus ille. QVID ad te, quò ille eat, aut ad quid ipsum destinauerim? Sequere tu me, sine vt cum ipso agam vti mihi fuerit visum. Quid si vellem eũ sic manere, velles ideò etiam tu manere, neq; me sequi? Putas me abs te idem velle, quod ab illo? non ita. Cura tu & obserua quid tibi dico, ille quoque inueniet quid ipsi statutum est. Multos & varios volo habere ministros, neque eodem ministerio fungi quoslibet, Petre, interrogas quod non debes, scire vis quod ad te nihil attinet, indecenti cupiditate teneris: at spiritalis homo, qui Spiritu

Spiritu Dei ductatur, nequaquam curiositate & desiderio cognoscendæ rei nihil ad se pertinentis, tangitur. Tu respice in tuam vocationem, non alienam. DONEC veniã, id est, donec placeat mihi vt eum vocẽ, TV ME sequere. Quasi dicat: ne respice in alios. Docemur hic vt in nostris vocationibus nos Christo committamus, neglectis alijs omnibus. Vtinam omnes hanc insculptam in animis haberent sententiam, vt vnusquisque disceret in suam vocationem respicere, Huc pertinet quod Paulus scribit Roma. cap. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Græcis legitur ἐὰν, id est, SI, non SIC, Et est conditionalis oratio nihil definiens, hoc tantum insinuans quòd ad Petrum non spectabat, si Iesus vellet Ioannem manere vsque ad suum aduentum. Obserua: hoc loco, MANERE non significat simpliciter nõ mori, sed non mori ad exemplum Christi.

Conditionalis oratio nihil definit.

Manere.

[EXIIT ergo sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur.] Tametsi lõgo tempore discipuli in schola Iesu Christi versati essent, tamen adhuc ignorantia laborabant, & omnium dogmatum Christi capaces non erant: nondum enim venerat ille Spiritus doctor & illuminator deducturus illos in omnem veritatem. Hæc discipulorum ignorantia suauissimam nobis affert consonem contra nostræ infirmitatis scandala, ne despondeamus animos, & desperemus de gratia Dei: siquidem non est inconueniens discipulum Christi quædam ignorare Ex hoc igitur sermone SI enim volo manere, &c. ortus est rumor, quòd discipulus ille Iesu dilectus, non esset moriturus violenta morte, sed permansurus in vita, donec veniret Dominus iudicaturus viuos & mortuos. Hoc enim futurum breui omnes opinabantur.

Curiosum inquirere de morte Ioannis.

[ET non dixit ei Iesus, non moritur: sed, Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?] Interpretatio est verborum Christi, SI EVM volo manere, quid ad te? quæ de vocatione intelligenda sunt, non de morte Ioãnis. Quòd verò hic nonnulli se torquent, an Ioannes obierit mortem, nécne, perspicuè docet hic ipse Euangelista, Dominum noluisse vt istud sciremus. Quare curiosum fuerit & vanũ istud inquirere. Ait enim, NON dixit Iesus, non moritur ille discipulus, neque tamen exprimit an mori

debuerit.in dubio ita relinquit. Imo etiam si Christus sine conditionali dixisset, Volo vt maneat donec veniam, adhuc intelligi posset, ipsum die nouissimo quum venturus Dominus est, moriturum. Nunc autē ait, SI EVM volo manere.non exprimens quid velit. Quum itaque sermo ille conditionalis nihil definiat de morte Ioānis, curiosum fuerit & vanum aliquid hic certi definire. Ad hæc incertum est vtrum intellexerit aduentum hoc verbo, VENIAM, an nouissimum, quādo indicaturus est viuos & mortuos: an illum de quo suprà cap. 14. dixit, Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos: an illū de quo meminit Lucas cap. 12. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. Quod dictum videtur de aduentu eius in morte cuiusque. Proinde quum ad Petrum dixerit. Quid ad te pertinet de his scire? proculdubio neque ad nos attinet inquirere & hæc scire: ne inquirentibus nobis dicatur, Quid ad vos? quemadmodum Petro, Quid ad te?

Aductus Christi multiplex.

[HIC est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc.] Discipulus de quo inter fratres permanauit rumor quòd non moreretur, est ille ipse discipulus qui testificatur, hæc in hoc Euāgelio contenta sic esse gesta, quæ non sua, sed Iesu Christi authoritate scripsit, quo certius ac latius ad omniū notitiam diffundantur. Meminit frequenter dilectionis qua à Christo diligebatur, insinuans causam propter quam scribendo hoc Euangelio operam nauauerit, quòd Christus commiserit hoc opus ei qui præ cæteris diligebatur.

[ET scimus quia verū est testimoniū eius.] Argumēto à legibus historiæ, quę sunt visa, audita, & experta scribere, suam Euangelicam historiam confirmat. Interfuit enim omnibus sermonibus, miraculis,, passioni, & his quæ post resurrectionem acciderunt. Fidenter de seipso ait, quòd vera dicit: non enim scripsit ab alijs audita, sed quibus ipse interfuit, ideo certus de veritate, hæc scripsit. Nam non fuisse à Veritate dilectus, nisi longē ab omni falsitate esset remotus. Ad hunc modum de se loquuntur Apostoli Act. capite 2. Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius omnes nos testes sumus.

Historię leges.

[SVNT autem & alia multa quæ fecit Iesus.] Occupatio est

tio est. Non sum palpo, ait Ioannes: præceptori non adulor. Nam quum multa eorum quæ magnificè gesta sunt à præceptore, prætermittam, id argumento est quòd non adulor. Proinde qui ignominiosa omnia in mediū protuli, & non tacui quòd eum seductorem, impostorē, prævaricatorem legis, & dæmoniacum nuncuparunt, adulari non visus sum. Palpones enim & gratiam hominum venantes contemptibilia tacent, & quæ ad ipsorum gloriam faciunt, solum narrant. Deinde hac occupatione suum Euangelium claudit, qua sui scripti breuitatē excusat. ALIA MVLTA: intelligit tam dogmata quæ Christus loquutus est, quàm facta fecit.

Palpones.

[QVAE si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.] Si dogmata & gesta Christi ordine enumerentur, & explicentur: non putauerim maximam librorum copiam ac multitudinem posse illa continere. Insignis est hæc hyperbole qua exaggerat Ioannes multitudinem & dogmatum & factorum Christi. Quemadmodū hyperbolice loquimur quum quempiam dicimus niue albiorem, & vento aut aquilis velociorem, non vt fallamus auditores, sed vt illius eximium candorem, & alterius maximam velocitatem explicemus. Ita Ioannes sentiens increbilem vim multitudinem librorum, hyperbolicè est loquutus, non vt fallat, & mendacium dicat, sed vt explicet quòd si quis ea, quæ fecit, & dixit Iesus, singulatim conaretur enarrare, immensa voluminum vis nasceretur. Tantum literis proditum est, quantum putarunt Scriptores Sacri Euangelij, tam ad mores, quàm ad dogmata sufficere, & ad salutem consequendam satis esse, per Iesum CHRISTVM, cui honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Hyperbole.

FINIS.

OMNIA IVDICIO ECCLESIAE
SVBMISSA SVNTO.

LVGDVNI,
Excudebat Ioannes Pidæius.

INDEX RERVM, ET VERBORVM LO-

cupletißimus Alphabetica ſerie digeſtus.



Abel pius ſuũ Cainũ ſemper habet 676
Abire retrò 393
Abitus Chriſti 809
Abitus & reditus Chriſti 812
Abitus chriſti cognitus, affert pijs gaudium 1002
Abith vel Niſan, menſis Martius 1038
Abrahã vidit diẽ Chriſti 467.538
Abrahæ anni ante Chriſtũ 539
Abrahæ commendatio 516
Abrahæ fides 670.229
Abrahæ fides comendatur 514
Abrahæ filij 465
Abrahæ ſpiritus 513
Abſcondit ſe Ieſus 702
Abſolutionis beneficium 1140
Abſolutionis beneficium reſipiſcenti cõmunicandum, ibidem
Accedere ad Patrem. 818
Acceſſus ad Deũ per Chriſt. ibidẽ
Acceſſus ad Patrem per Filium 489
Accipere 161
Accipere miſſum à Chriſto 761
Accipere, verbum: quũ de perſonis Trinitatis loquimur 937
Acceptio perſonæ non eſt apud Chriſtum 26
Acclamatio congratulatoria 715
Acclamatio inuocatoria ibidem
Acclamatio Chriſti qua inuitatur Pilatus ad Euangelium 1069
Actiones Chriſti non omnes ſub præceptum cadunt 374
Adam audito deo fugit 476
Adamus quæ in orto amiſit, Chriſtus reſtituit 1112
Adam perdidit vitam 600
Adæ ſepulchrum 1095
Adami hæreditas, tenebræ 408
Adduco, verbum 612
Admirari 428
Adoptati qui dicuntur 167
Adoptionis poteſtas 28
Adoptiui filij q in Chriſto ſũt 76
Adorare 203.545
Adorare in veritate 206
Adorare in Spiritu & veritate ibi.
Adoratio vera 180
Adoratio, eſt Spiritꝰ operatio 207
Adorationis ratio ibidem
Aduentus Chriſti multiplex 1174
Aduentus Chriſti in corda noſtra modus 560
Aduentus Chriſti cauſa 960
Aduerſarij ad Chriſtum verba de eius teſtimonio 281
AEnon 158
AEternum ab æterno 382
Affectiones exercent 485
Affectus in Chriſto volũtarij 782
Affectus, nolle mori, victus à Chriſto 1167

Universidad de Deusto
Biblioteca

Affectibus nõ succumbendũ 674
Affines Christi infideles 404
Afflictiones 253.914
Afflictiones Euangelizantiũ 911
Afflictiones extra Christum non veræ 870
Afflictiones in prædicando Euangelio 913
Afflictiones nos robustiores reddunt 869
Afflictiones non casu 550
Afflictiones non fato, sed pro bona Dei voluntate 245
Afflictiónes nõ semper sunt signa Dei irati 650
Afflictiones pro nomine Christi gloriosæ 900
Afflictiones propter Christũ 854
Afflictiões ꝓpter gloriã dei 660
Afflictiones sunt ne perpetuò peccatorum causæ 548
Afflictiones theca bonorum Dei 806
Afflictionum antidotum 627. 808.995
Afflictionum partes 733
Afflictorum consolationes 730
Afflictis necessaria in Christum fiducia 965
Afflictos cõsolari opera est Spiritus 662
Afflati Sancto Spiritu 623
Agnus brutus 305
Agnus Dei 355
Agni Paschalis præparatio 703
Agni Paschalis victima 57
Agricola 863
Agricola Deus 867
Agricolæ officium ibidem
Alborum vestimentorum significatio 1156
Alimenti conditiones 379
Allegoriæ Christi de flumine interpretatio 448
Allegorizandi anxia ratio nõ probatur 193
Ambitionis incommoda 511
Ambulare 744
Ambulare in luce 743
Ambulare in templo 619
Ambulare in tenebris 744
Ambulatio Christi sup mare 322
Amen, amen 118
Amen, amen quid est 85
Amici 887
Amici Christi 864.885
Amodo, particula 821
Amo & diligo 1163
Amare vel odire animam 700
Amor Christi vehemẽs erga nos 1143
Amor in Christum pastori Euangelico necessarius 1150
Amoris feruor in Magdalena 1165
Amor nõ vulgaris Apostolorum in Christum 831
Amoris veri in deũ argumẽtũ 576
Amore non timore suscipienda doctrina 1085
An iudex in peccato possit iudicare 475
Anabaptistarum error 403
Anagoge 193
Anagogæ vsus 194
Anagoga à cibo corporeo ad spiritalem 212
Anagoga à cibo corporali 326
Anagoga de panibus 305
Andreæ commendatio 72
Andreæ fides 305
Andreæ incredulitas de paucis panibus 305
Andreæ prima prædicatio 74
Angelus 233.701
Angelus aquam piscinæ mouebat 340
Angelus Christum cõfortãs 1033
Angelus quid dicitur 88
Angelus quomodo factus diabolus 522
Angelus sepulchrum christi aperuit 1119
Angeli in christi sepulchro conspecti 1157
Angeli ministri 736
Angeli vigiles 240
Angelorũ bonorũ ministeria 240
Angelorũ malorum immissiones 240
Angelorum ministerio in sepulchro christi Magdalena consolationem accipit 1156
Angelorum ornatus 522
Angelis tribuitur facies 241
Angelos ascendere & descendere super christum quid est 87
Anima 615.628.728
Anima christi turbata 732
Anima fœtida vt Lazarus excitatur 587
Anima pro vita 602
Animæ pars siue portio superior 16
Animam odire 729
Animam ponere pro ouibus 612
Animæ è monumentis ad iudiciũ 201
Animæ in sanguine christi oblatæ sanctificantur 1012
Animal 380
Animalis homo 368
Animales 623
Animus feruens in oratione 955
Animi tranquillitas 854
Animorum affectus, gestu corporis indicantur 55
Annas socer caiphæ 1043
Annas cõtendit manifestare christum esse hæreticum 1047
Annæ & caiphæ simulata religio 522
Annæ minister impegit alapam christo 1049
Antichristus 555
Antichristus in nomine suo veniet 194
Antichristi 1117
Antichristi præambulones 10
Antidotũ aduersus cerinthianos & Ebionitas 66
Apodixis 380
Apollinarij hæresis 143
Apologia à calumnijs 528
Apologia christi aduersus Iudæos 254
Apologia christi de sabbato non violato 428
Apologia christi quòd sit vnum cum Patre 574.631
Apophthegma 473
Apostolatus christi 562
Apostolatus fructus 890
Apostolatus optimi signũ & vsus 878
Apostolica functio verbo mittendi expenditur 562
Apostoli 730.967
Apostoli à christo creati in doctores & prædicatores 1009
Apostoli à Iudæis ad Gentes 186

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostoli à Spiritu docti 931
Apostoli ante & post resurrectionem ad diuersa ministeria receperunt Spiritum 1139
Apostoli carne infirmi, potentissimi Spiritu & doctrina 910
Apostoli cooperatores & ministri Christi 1140
Apostoli cur dicti ministri 403
Apostoli dehortantur Christum à repetenda Iudæa 654
Apostoli distributores thesauri & bonorum Christi 1034
Apostoli dormiunt 510
Apostoli fugiunt 1042
Apostoli humani 1039
Apostoli infirmi indigebant paracleto 847
Apostoli in orbem mittendi, prius confirmandi erant 1009
Apostoli in Pentecoste imperterriti facti sunt, timore exuentes 1139
Apostoli, in periculis maris tentati 319
Apostoli messores 216.218
Apostoli ministri nō magistri 183
Apostoli mundi 760
Apostoli odio habiti à mūdo 968
Apostoli, officium Christi habent 219
Apostoli ordinati & Spiritu donati 1010
Apostoli ordinati prædicatores & doctores orbis 1010
Apostoli organa Spiritus 925
Apostoli post receptum Spiritum in alios viros mutati 1154
Apostoli post resurrectionem, quę prius incognita, clariùs cognouerunt. 117
Apostoli quare nihil petierūt præsente Christo in carne 956
Apostoli scandalizati 1031
Apostoli testes idonei de persona & doctrina Christi 910
Apostolorum authoritas 1010
Apostolorum electio 778
Apostolorū functio & officiū 562
Apostolorum obedientia 309
Apostolorum opinio de regno Christi ante receptum Spiritum 942
Apostolorum carnalis opinio de via ad gloriam 654
Apostolorum os, est os Spiritus Sancti 1009
Apostolorum os, Petrus 1142
Apostolorum & Prophetarum vnum gaudium 217
Apostolorum pectora rudia 850
Apostolorum tentatio magna 319
Apostolorum timiditas 1152
Apostolos ex illiteratis fecit Christus 82
Apostolis Christus omnes subiecit 1009
Apostolis datur Spiritus Sanctus & claues 1116
Apostolis nihil defuit 1031
Apprehendere 635
Apud 8
Aqua baptisterij 241
Aqua cælestis ibidem
Aqua duplex 198
Aqua piscinæ 241
Aqua piscinæ cur turbabatur ad sanandum 241
Aqua quomodo regenerare potest 131
Aqua terrestris 198
Aqua viua 179.448
Aqua viua est Spiritus Sanctus, siue dona ipsius 198
Aqua viua opinione Samaritanæ 195
Aquæ significatio 133
Architriclinus 103
Argumentum carnalium aduersus Christum 501
Argumētū quo cognoscimus nos à Patre diligi 960
Argumentum quo plebei dixerūt Iesum Messiam 440
Argumentū quo probatur Iudęos non esse filios Dei 519
Argumenta carnalium diffluadentium lectionem Scripturarum, soluuntur 208
Argumenta Christi & carnis 68
Argumenta cōtra studiosos sacrarum literarum 400
Arimathæa ciuitas 1109
Arma mundi 1033
Arma regni mundi 1040
Arriani 256
Arrianorum confutatio 982
Arrianorum error 967
Arrianæ hæresis occasio 977
Arrius 626.858
Arrij confutatio 634
Arrij error 9.733.858
Arrij error vbi cœpit, & quàm latè vagatus 900
Arrogantiæ & ambitionis supercilium 432
Articulorum fidei summa 977
Ascendere in cælum quid est 148
Ascendendi ad Deum gradus 149
Ascensionis Christi fructus 941
Ascensurus ad Patrem Christus 914
Ascensus ad Deum 149
Ascensus Christi 858
Ascensus Christi per crucem, fructus 923
Ascensus in cælum propter defectum à cælo 148
Asina subiugalis 716
Asinus 720
Asinus indomitus 716
Astu respondent parentes cæci 568
Athei 951
Attractio 352
Attractus diuini signum 353
Auaritia radix omnium malorū 397.1045
Auaritia sacerdotium annum & vænale fecit ibidem
Audire 592.682
audire à Patre 355
Audire verbum 264
Audire verbum promissionis 613
audire vocem Dei 1069
Auditor disciplinæ Christianæ 506
Auditores verbi à Christo audito confirmandi 222
Augustini locus citatus 22
Augustius aliquid facie humana in Christo cognitum 454
Auris animæ 684
Aures Dei 173
Auricula Malcho abscissa 1025
Auxesis 574.723
Auxilium Deus differt non aufert 652
Auxilium aduersus pusillanimitatem 148
Azymorum prima dies 765

Universidad de Deusto
Biblioteca

BAbylonica meretrix 1007
Baptista, Apostolus & Prophe ta 55
Baptista baptizat 123
Baptista cur se Prophetam negauerit 49
Baptista declarat quis sit Chri stus 66
Baptista discipulos remittit ad Christum 162
Baptista docet discipulos suo se non esse Christum 124
Baptista, Elias 47
Baptista etiam tacente, opera testimonium perhibent de Christo 277
Baptista huius Euangelij testis producitur 19
Baptista lucerna 136
Baptista lucerna ardens & lucens 284
Baptista minuitur 165
Baptista minuitur vt promoueat Christi gloria 61
Baptista nullum fecit signum 637
Baptista officio angelus 19
Baptista produbus 58.163
Baptista plusquàm Propheta 449
Baptista, quomodo vox clamantis 50
Baptistæ authoritas apud populum 44
Baptistæ authoritas & de Christo testimonium 35
Baptistæ commendatio 19
Baptistæ constans testimonium 46
Baptistę constantia in testimonio de Christo 160
Baptistæ doctrina est certa, etiam citra miraculum 638
Baptistæ gaudium impletum 165
Baptistæ officium 51
Baptistæ officiũ ex Propheta 51
Baptistæ prædicationis scopus 60
Baptistæ testimoniũ de seipso 50
Baptistæ fidele testimonium 65
Baptismus multiplex 806
Baptismatis vis & energia 1108
Baptismus ad salutem necessarius 134
Baptismus Christi 177
Baptismus Christi amplior & perfectior Baptismo Ioannis 183
Baptismus Christi vim resurrectionis habet 65
Baptismus, ianua regni Dei 101
Baptismus Ioannis, præparatio erat ad Spiritum 62
Baptismus Ioãnis qualis fuit 65
Baptismus verus ante Pentecosten 184
Baptistismi Ioannis vsus 149
Baptismi Ioannis & Christi differentia 51
Baptismi Christi certitudo 62
Baptismi fructus expenditur 135
Baptismi necessitas 135
Baptismi sacramentum 134
Baptismi virtus 131
de Baptismi virtute obseruãda 47
Baptismo nobis confert Christus, suæ mortis, sepulturæ & resurrectionis vim 1112
Barabbas 1074
Barabbæ insignes colores 1072
Barabbam petunt Iudæi 1028
Beati qui simplici verbo credunt 1147

Beatitudinis locus fide cognoscendus 1020
Ben Cuziba mẽtitus Christũ 294
Benedictio à Christo 538
Benedictio & sanctificatio 310
Benedictio mẽsæ & ciborũ, 311
Beneficium non confertur in inuitum 394
Beneficia maxima quibus à Deo donati sunt Iudæi 240
Benignitas Christi erga Iudã 783
Benignitas Christi ega Thomam 817
Betha bara 54
Bethania 646
Bethania à Ierusalem distat stadijs xv. 468
Bethesda 239
Bethleem patria Dauid 452
Bethsaida 77.239
Blasphemare 631
Blasphemia est plures facere deos 256
Blasphemia in Christum 427
Blasphemus 630
Boni pastoris officium 602
Bonum omne à Deo 161
Bona per Christum in nobis 890
Brachium domini 747
CAecitas grauissima 582
Cæcitas impiorũ causa persequutionis piorum 807
Cæcitas insatiabilis 583
Cæcitatis & iniustitiæ causæ 584
Cæcitatis Iudæorum causa 572
Cæcitatis miserrimum genus 546
Cæcus à Christo doctus credit in ipsum 545
Cæcus interrogatur à Pharisæis 543
Cæcus natus ad gloriam Dei 542
Cæci apologia pro Christo 290
cæci euãgelici ardẽs animus 579
Cæci euangelici cõfessio de Christo 580
Cæci euangelici fides 558
Cæco formantur oculi 557
Cæci qui 545
Cæcos esse 583
Cælum 144
Cælum in Scriptura variè accipitur 336
Cælum apertum videre 86
Cæli nomen ibidem
Cælorum apertio ibidem.
Cæsar Galilæis imperabat 225
Cæsar Rex Iudæorum 1091
Caiphas 690
Caiphas interrogat Christũ 1126
Caiphas prophetat Christo moriendum 643
Caiphæ prophetia 1043
Calcaneus 780
Calcaneum leuare 779
Calix, mortem designat 1041
Caluaria 1095
Calumnia Phariseorum 567
Canõ ad vniuscuiusque opus cognoscendum an ex Deo sit 424
Cantica ante quadragesimum annum non legebantur 932
Cantus & psalmodia in ecclesia commendatur 970
Capharnaum 106.225
Capharnaũ, Christi ciuitas 225
Copio, verbum 514
Captiuitas 510
Captiuitas vera 511
Caput omnis sensus origo 999
Carceris Ioannis incertus dies &

Universidad de Deusto
Biblioteca

mensis 215
Carnale consilium 414
Carnalis opinio 389
Carnale regnum 846
Carnalium disceptatio de Eucharistia 361
Carnalium opinio de Eucharistia 338
Carnalium ratio ad Christū 338
Carnaliter intelligere 390
Caro 297.122
Caro,id est homo 102
Caro cæca in rebus Christi 958
Caro cæca in rebus Dei 353
Caro carnem,& spiritus spiritum generat 136
Caro Christi 298.808
Caro Christi,organum diuinitatis 378
Caro Christi,organū salutis 557
Caro Christi rediuiui palpanda Thomæ offertur 1144
Caro Christi traijcitur in stomachum nostrum 372
Caro vera Christi 31
Caro Christi vere cibus esse probatur 503
Caro Christi viuifica 368.378
Caro Christi viuificat & deificat 377
Caro Christum odit 154
Caro & ratio humana in rebus Dei cæca 301
Caro hypocritica 629
Caro in Christo sanctificata 502
Caro,mors est 389
Caro nihil prodest 387
Caro nō aliorum,sed solius Christi viuifica 388
Caro non potest credere Christū mortuum & esse filiū Dei 1107
Caro orare non nouit 878
Caro prorsus ignorat nativitatē Christi 29
Caro quid in Christo quærit 316
Caro renascētiā nō cognoscit 140
Caro scholā Christi nō nouit 495
Caro sibi tantum & placet & studet 329
Caro sola sine spiritu non prodest 388
Carnis argumentum 571
Carnis argumentum de potentia Christi 678
Carnis argumenta 186
Carnis argumenta aduersus potentiam Dei 194
Carnis argumentationes verbo promissionis soluuntur 916
Carnis cæcitas 130
Carnis cæcitas in rebus Euangelij 942
Carnis expurgatæ figura ibidem
Carnis incredulitas 807
Carnis iudicium 305
Carnis natura 1170
Carnis noīe cur vsus sit,quū totus Christus sit in Eucharistia 363
Carnis nomine hoīes dicūtur 891
Carnis nostræ effectus 136
Carnis stultitia 677
Carnis voluntas 28
Catabaptistarum error 604
Cathecumeni 26
Cathecumenis non communicatur Eucharistia 119
Cathena inuisibilis 453
Causa finalis confessionis Euangelij 752
Cedendū aliquando furori 185

Cedron 1030
Cephas,vox Chaldaica quid signi ficat 4
Ceremoniæ externæ 207
Ceremonijs Cur Deus Iudæos onerauit 232
Ceremonię solēnes,miracula 299
Certitudo passionis Christi historiographorum lex 1108
Charitas est omnis sanctitatis substantia 1088
Charitas in pauperes 659
Charitas Marthæ 670
Charitas non otiosa 73
Charitatis fructus 798
Charitatis ingenium 120
Charitatis munus 1170
Charitatis non fictę signum 831
Charitatis partes 78
Cherinthij hæresis 9
Chirographum delicti Christus abstulit 1117
Chorea 96
Choreæ & saltationes in nuptijs licitę 97
Chrysostomus 371
Chrysostomi locus 3701
Christiana constantia nihil pueri le habet 310
Christiana doctrina ignara supercilij 70
Christianæ philosophiæ idoneus auditor 204
Christianę religiōis liberalitas 73
Christianæ vnitatis descriptio 1000
Christianæ vnitatis, pprietas 998
Christianissimi titulo tantum non gaudendum 399
Christianitas 1014
Christianus hypocrita 867
Christianus non moritur 532
Christiani optimi status 285
Christiani regni oppida & arces 1066
Christiani veri signum 795
Christiani vita qualis esse debet 981
Christiano vno dolēte, reliquiomnes pij dolent 1013
Christiani Apostolorum discipuli 505
Christiani membra vnius corporis 998
Christiani mundo stulti 1081
Christiani veri 307
Christiani vnum sunt in Deo per Christū,& quomodo 597
Christianorum afflictiones sunt Christi 1015
Christianorū arma 807. nauigiū 1158 refectio 352.tutela 986. vinculum 999.vnitas 997
Christianorum vnitas inexpugnabilis 999
CHRISTVS 866
Christus à Deo 575
Christus à Deo esse probatur 617
Christ.à Galilæis suscipitur 181
Christus à paricida ad paricidam mittitur 1050
vt Christus à Patre huc missus,ita & à Christo Apostoli in mundum missi 901
Christ.à synagoga coronat' 1080
Christus ab officio cognoscendus 634
Christ.Abrahamo maior 534
Christus ad dexteram Patris pro nobis 813

Christ.ad Herodem missus 1070
Christ.ad Samaritanam 189
Christ ad templum die festo ascē dit 419
Christus ad tempus Dei potentiā dissimulauit 468
Christ. adulteræ accusatores reprimit 473
Christ.æquè potest absens corpore atque præsens 672
Christus,agnus 55
Christ.amari cœpit,vthomo 1015
Christ.ambulat super aquas 319
Christus animal non est 382
Christus animis, Cæsar vrbibus dominatur 1061
Christ ante Abraham 540
Christ.an Baptistam 36
Christ.apertè dictus Deus 1146
Christ.appellat ad Patrē q; mundus contēptor sit Euāgelij 1021
Chri.apud inferos p̄dicauit 1104
Chri.apud Samaritas resedit 221
Christus causa vitæ credentibus collatæ 381
Christus charitatē à Patre habet, natura vt Deus , dilectione vt homo 1021
Christ. cœnat apud Martham cū lazaro 698
Christus cognoscendus Deus & homo 978
Christ.cōmunis saluator 716
Christ.cōfertur latronibus 1097
Chri.cōspicitur ab Apostolis 1116
Chtistus conspuitur & alapis cæditur 1055
Chri.cōstās in obeūda morte 1037
Christus cōtemptus à suis 349
Christus coram pilato 1027
Ch ristus corā Herode tacet 529
C hristus credendus & sentiendus nobis Deus 11
Christus crucifigendus 465.70
Christus crucifigendus traditur Iudæis 1076
Christus cur à Nazareth sine miraculis egressus 223
Christus cur aduersarijs obuius venit,quos aliquando fugit 1035
Christus cur alapam incutienti,re sponderit 1050
Christus cur dictus saluator mundi non vnius gentis 222
Christus cur huc venit 810
Christus cur die festo conscendit Ierosolymam 238
Christus cur interdū aduersarios fugit 655
Christus cur miranda suæ addidit doctrinæ 299
Christ.cur tertio Petrū rogat 575
Christus cur visus in cruce derelictus 945
Christus de doctrina damnata ab Anna appellat ad publicum testimonium 1047
Christus de facie ante Baptismū Ioanni incognitus 59
Christ.de torrēte in via bibit 508
Christus Deus 10.1030.1117
Christus Deus & homo 5
Christus Deus & homo à Thoma dictus 1145
Christus Deus,natura Iudex 145
Christ.Deus,p̄ quē omnia facta t
Christus discipulis animos addit aduersus pericula,& crucis scandala 920
Christus diuersorium proprium non

ron habuit 71
christus donis ad nos continuo venit 819
christus ducitur ad Annam deinde ad caipham 506
christus est in electis ibidem
christus est thesauri Patris repositorium 992
christus & animo & ore confitendus 73
christus & Ecclesia sunt vnū corpus 163
chri.& Pater cooperatores 255
christus etiā ante mūdum glorio sus,cur rogat clarificari 983
christus etiā corda scrutatur 943
chri.explicat qs verus panis 339
christus factus maledictum 1094
chr.facto doctrinā cōfirmat 1949
chri.facies Dei placati 490.974
christus factus est maledictum 30
christus facit volūtatē Patris 236
chri.fallit lapidare volētes 541
chri.fatetur se Messiā esse 1055
christus fatigatus 188
christus fide aspiciendus 320
christus filius Dei 235
christus flagellatus vincitur catenis 1093
christus flagellis cęsus 1079
christus flagellis suis piorum flagella sanctificauit 1080
christus fons 50
christus fugit regnū mundi 316
christus factus sacrificiū pro nobis 1002
christus frugaliter conuiuentibus adfuit 97
christus gloriam ab hominibus non accepit 293
christus gratia & veritate declaratus Filius Dei 1085
chri.gaudiū inauferibile 949
Christus hæreseos & seditionis à Pontificibus accusatus 10.416
Christus heri & hodie 23
Chri.homo cōstitutus iudex 145
Christus homo dat cibum perennem 328
Chi.homo factus, accepit claritatem 1017
Christus homo,vitam propter Patrem habet 381
Christus hominem nouit 3
Christus hominū testimonio non indiget 283
Christus humana non indiget opera 964
Christus ianuis clausis ad discipulos ingressus 559
Christus imago Dei viua 41
Chr.in Apostolis clarificatus 993
Christus in cruce omnes ad se traxit electos 65
Christus in desertū sequēdus 313
Christus in Eucharistia 364
Christus in Iudæa 123
Christ.in nobis participatione naturali 371
Christus in nomine Patris operans 622
Christus in nomine Patris venit 293
Christus in nuptijs aquam in vinum conuertit 91
Christus in orto 1023
Christus in populo latuit 251
Chri. in sermone seu verbo oblatus 530
Christus in terram spuit 556

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christ. incredulis absconditus 556
Christus infirmitatis humanæ obnoxius erat 188
Christus infirmitates nostras volens assumpsit ibidem
Christus infirmus pro nobis 31
Christus infra Barabbam extenuatus 1074
Chr. iniuriarũ patiẽtissimus 1049
Christus innotescit maior Ioanne 183
Christus inuitat ad gratiam & iustitiam 445
Christus Iudæis contemptum sui opprobrat 193
Christus iudex quia Filius hominis 260
Christus iurat in re seria 128
Christus iurat Amen 360
Christ. iustificationis author 144
Christus iuxta humanitatem cælum ascendit 1128
Christus lapidibus petitur 540
Christus lassus potum petit à Samaritana 178
Christ. lauat pedes Apostorũ. 759
Christus loquitur Apostolis de ascensione sua ad Patrem post resurrectionem 913
Christus lumen 744
Christus lux 480
Christus, lux non otiosa 22
Christus lux omnium hominũ 15
Christus magister vitæ 391
Chri. magister & Dominus 774
Chri. matrẽ cõmendat Ioãni 1077
Christus mediator 29. 567
Christus mediator à Patre ordinatus 148
Christus mediator Dei & hominum 558
Chri. medicus vbi necessitas 645
Christus medicus alius à Galeno 246
Christus methodus glorificandi Deum 792
Christus morborũ omnium medicus 225
Christus morte & resurrectione potens suos seruat 1001
Christus morte nobis locum parauit. 812
Christus Mose maior 340
Christus natus rex ex rege 1068
Christus neque scandalizat neque crimen occultum reuelat 190
Christus Nicodemum erudit 145
Chri. Nicodemũ obiurgat 140
Christus nihil non fecit pro omnium salute 341
Christus nobis talis qualis creditus 718. 1126
Christus nõ accusat nos apud Patrem 285
Christus non cognoscitur nisi doctis à Deo 1127
Christus non erat mendicus 190
Chri. nõ est dissensiõis author 452
Christus non est solus 486
Christus non ex cortice & specie externa cognoscendus 556
Chri. nõ facit se æqualem deo 256
Christus non participatione vitæ dicitur viuere 382
Christus non prodijt ad crucẽ regali sceptro insignitus 1090
Christus non quæsiuit suã voluntatem 285
Chri. non se fecit Filiũ Dei 1085
Chri. nõ venit ad cõdẽnãdũ 486

Christus non verborũ seriẽ, sed animos loquentium respicit 279
Christus nos inuitat dupliciter ad manendum in se 875
Christus nostras induit infirmitates 416
Christus nostro nomine ludibriũ factus 1051
Christus nouã musicã attulit 649
Christus nouissimus virorum cognitus 1117
Christus omnes ad se trahit 371
Christus omnia cõsummauit 903
Christus omnia Patri tribuit 129
Christus orat 971
Christus orat pro Apostolis 967
Christus orat vt discipuli tẽtationibus non cedant 1005
Christus orat vt homo 971
Christus orbi cognitus, etiã inter accensas tædas, Iudæis incognitus 1036
Chri. orbi propositus salus 316
Christus ortu lanus visus 1126
Christus, ostium 589
Christus pedes peregrinus 188
Christus per antonomasiam 74
Christus per mortem glorificatus 501
Chri. per orbem glorificatus 936
Christus per quem bona omnia consequimur 397
Christus, per quem creatio, etiam creator est 12
Christus per Spiritum in credentibus habitat 170
Christus per suum spiritum nobis loquitur 841
Christus petra scandali 581
Christus piorum curã habet 606
Christus piorum vita 668
Christus plenitudinem spiritus habuit 168
Chr. plurali numero loquitur 142
Christus Pontifex & Sacerdos noster 1010
Christus post ascensum ad patrem mundo præsentius adest 922
Chri. potatus aceto, moritur 1077
Christus prædicatus ab orbe condito 18
Christus precatur 680
Chri. primò Annæ sistitur 1042
Christus prior seruiuit vt ipsi seruiremus 769
Christus prior vocat 189
Christus pro omnibus rogauit & satisfecit 990
Christus probat se Messiam 621
Chri. probatur esse Deus 831
Chr. probatur nõ esse peccator 564
Chri. probatur verus panis, omnibus sanctis præstare 359
Christus promissis nos ad se inuitat 598
Christus propter formas crucis mundo incognitus 59
Christus prouocat ad legem 430
Christus prouocat ad resurrectionem 115
Christus purus esse probatur 574
Christus purus etiam peccatores diligit 651
Christus quæ in suis loqui dicitur 841
Christus quæ Moses obscurè tradidit, aperta facit & docet 1048
Christus quæ operatus est vltimo suæ prædicationis anno 645
Christus quærendus in ipso 491

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus qualc regnum administraturus venit 316
Christus qualis in magno iudicio miseris apparebit 262
Christus qualis nobis 395
Christus qualis nobis propositus credendus 280
Christus qualis rex 468.619.316
Christus qualem nobis donat Spiritum 907
Christus qualē se dixit panē 361
Christus quare animā posuit pro ouibus 604
Christus quare asciuit testimoniū Ioannis 284
Christus quare dictus panis 336
Christus quare huc venit 983
Christus quare odio habitus 404
Christus quare pro discipulis rogat 1004
Christus quare se filium hominis respondet agnoscenti Deum 88
Christus quare suos prænonuerit de abitu suo ad Patrem 1002
Christus quare voce commendauit pios Patri 1003
Christus quare voluit asinæ insidere 717
Christus quibus dominatur 1067
Christus quibus se promittit,& totum contradit 876
Christus quid designauit ostētione vulnerum 561
Christus quid digito in terra scripsit 475
Christus quid est 145
Christus quid hominibus manifestauit 984
Christus quid sua oratione petijt 976
Christus quid sua doctrina quæsiuit 424
Christus quod impetrauit verbo, suis distribuit 560
Christus quomodo clarificatus 791
Christus quomodo diligit suos 880
Christus quomodo nobis vita & lux 17
Christus quomodo vnitatem accepisse cum Deo dicitur 1017
Christus quos suos esse dixit 764
Christus quota diei hora crucifixus 1089
Christus quomodo profecisse dicitur 35
Christus relicta turba in montem secessit 300
Christus respicit Petrum 520
Christus resurrectio & vita 666
Christus resurrexit 1116
Christus reuelatus 814
Christus,rex 84
Christus rex Iudæorum 1027
Christus rex spiritalis non aulicus 69
Christus rogat per crucem glorificari 975
Christus salutis portus 1158
Christus Samaritanæ Messiam se declarat 209
Christus sanguinem sudat 510
Christus scandalum Iudæis:stultitia gentibus 29
Christus scit omnia 765
Christus seipsum Marthæ declarat 666
Chri.se totum nobis deuouit 719
Chri se videri,tangi,manducari, & dentes carni suæ infigi permisit 367
Christus sepelitur 1078
Christus serenat & illuminat 320
Christus sessor nobis necessarius 616
Christus similitudinibus oblectatus 594
Christus sistitur præsidi 1063
Christus solus dat vitam 598
Christus solus,bonus pastor 307
Christus solus crucem nobis debitam portat 1094
Christus solus fidei doctor 557
Christus solus potest dicere, Scio vnde veni 484
Christus solus vitis vera 873
Christus sponte se tradidit pro ouibus 586
Christus stare dicitur in cordibus credentium. 560
Chri.stultitia factus mūdo 1071
Christus subsistens Dei Patris verbum 717
Christus summo diluculo resurrexit 1118
Christus suo exemplo piorum afflictiones lenit 898
Christus suo silentio aduersariorum insidias frangit 472
Christus suos blandè compellat & confirmat 560
Christus suos cōmēdat Petri 1000
Christus suos consolatur 944
Christus suis compatitur 998
Christus suos in fide probat 303
Christus suos resignat in manum Patris 666
Christus suos vt pupillam oculi seruat 998
Christus suorū curam habet 455
Christus tacet 106.1071
Christus,templum 115
Christus testimoniū maius quam Baptistæ habet 277
Chr.totus sanguine madid⁹ 1096
Christus totus sub vtraque specie 372
Chri.verbo cognoscēdus 321
Christus verè filius Dei 84
Christus verè liberat 510
Christus verè medicus 328
Christus verè mundi saluator 222
Christus verè sponsus 163
Christus veritas 818
Christus via 817
Christus via ad cælum 814
Christus via ad Patrem 263.819
Christus victor 625
Christus vinctus traditur Pilato 1056
Christus vita & vitæ fons 100
Christus vir animæ, & Ecclesiæ sponsus 58
Christus,vita omnium 14
Christus vitæ exemplar absolutū proponitur 911
Christus vitam credentibus communicat 381
Christus vltimum vale dicēs,suorum fidem confirmat 1161
Christus vniuersalis propheta 315
Christus vnus est,non duo 808
Christus voce se Mariæ cognobilem reddit 1127
Christus vocatus spiritus 387
Christus volens permisit se capi, non autem discipulos 1038
Christus volens legi subditus 108

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus volentem à gratia non excludit 450
Christus vox, verbum & doctrina Patris 422
Christ. vt Deus semper cum Patre ad quem vt homo vadit 443
Christus vt homo rogat 832
Christus vt homo rogat, vt Deus donat 989
Christus vt Pontifex orat 976
Christi abitus ad Patrem 799
Christi aduentus 25
Christi aduentus propter peccatores 150
Christi aduentus vtilis 149
Christi amandi causæ 905
Christi auxilium necessariũ 874
Christi beneficia erga Iudæos 317
Christi benignitas erga homines 147
Christi cũ serpente collatio 146
Christi & Baptistæ collatio 636
Christi & diaboli antitheſis 524
Christi & Solis collatio 480
Christi euntis ad mortem, animus 1029
Christi hypostasis vna non duæ 579
Christi liberalitas 1156
Christi verbum, Patris est 986
Christo à Patre dati qui dicuntur 503
Christo adhærere 869
in Christo consputo & crucifixo magnum obseruatur mysteriũ 541
Christo credunt multi propter miracula 93
Christo donati, sunt electi 985
in Christo duæ naturæ 338
Christo duo debemus 634
Christ. gustato abijciturterra 210
Christo insiti 920
Christo omnia aperta 385
à Christo pro nobis infirmitates susceptæ 31
Christo quomodo inserimur 332
de Christo varia vulgi opinio 29
in Christo victoria 185
Christum à Patre clarificari 369
Christum à Patre gigni, venire, & redire 766
Christum accepisse mandatum à Patre 757
Christum ambulare super mare quid est 320
Christum clarificari quid est 983
Christum cognoscere esse verbũ & ab æterno, quid iuuat 10
Christum crescere 165
Christum esse in nobis & nos in illo 380
Christum esse in Patre, & Patrem in Christo 826
Christum esse lucem mundi 556
Christum facere opera Patris 633
Christum facere voluntatem Patris 214
Christum habẽs, duplici dono ornatur 720
Christum habens, est cõsummatus in bonis 1018
Christum honorificare 235
Christum ire ad dexteram Patris, quomodo intelligendum 558
Christum manere in nobis 873
Christum mitti 346
Christum non esse solum 487
Christum præsentem abesse 856
Christum recipere 25
Christum recipere, est donum Dei 26
Christum recipientis fructus 755
Christum sanctè rogat adultera 478
Christum sanctificare se 101
Christum sanctificare se quomodo intelligendum 1011
Christum sequi 730
Christum sequutus, non impingit 657
Christum spernere 756
Christum vadere ad Patrem 492. 828. 929
Christum videre. 948
Christum videre & audire 1667
Christum videre nos iterum suo spiritu 900
Chutæi 212
Cibus Christi 181
Cibus permanens 327
Cibus verus 378
Cibi & potus conditiones in manducatione spiritali 379
Circuncisio ex patribus 429
Circuncisio non violat sabbatum ibidem
Circunstantiæ præceptorũ Christi non omnes in præcepto 374
Ciuitates Christi 317
Clamare 714
Clamor 753
Clamor christi in suscitatione Lazari 684
Clamores aduersus pios 1083
Clarificatio christi in cordibus nostris 935
Clarificare 734
Claritas christi duplex 1021
Claritas Christi vnde cognita 983
Clauis scripturæ 639. 274
Clauium ecclesiæ vsus 686
Cœna in domo Simonis, Bethaniæ apparata 704
cœna typica completa, Christus veram celebrauit 773
cœnæ ordo 782
cœnæ nouissimæ soli duodecim accubuere 374
Cogitatio malitiæ 608
cogitatiões nostræ instabiles 571
cognatio carnalis nihil ad spiritũ 412
cognationi in rebus Dei non est locus 99
cognatorum Christi carnale consilium 410
cognitio 821
cognitio æqualitatis Patris & Filij vnde 635
cognitio fit similitudine 43
cognitio mutua Christi & ouium 611
cognitio propriæ prædestinationis 347
cognitio viua 865
cognitio viua Patris & Filij 587
cognitio viua quã necessaria 980
cognitio viua quomodo dicitur vita æterna ibidem
cognitionis Christi fœcunditas 978
cognitionis Dei gradus 610
cognitionis veræ fundamentum in Christo 578
cognitionis veritatis gradus 506
cognitione viua cognoscendus Pater & Filius 977
cognoscere 502. 978
Cognoscere Christum 611. 823

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cognoscere verè Christum 987
Cognoscere Deũ sibi propitiũ 353
Cognoscere filium christum 489
Cognoscere Patrem Deum ibidẽ
Cognoscere veritatem 506
Cohors pro præsidijs 510
Collatio Christi & Adæ 509
Collatio iudiciorum Spiritus & mundi 929
Collatio manuæ & panis vitæ 358
Colloquium Christi cum Samaritana Apostolis admirandũ 209
Colores discipulorũ Christi 781
Columba in Spiritus Sancti missione vnde 708
Columba vera Spiritũ Sanctum designans 62
Colũbæ erga pullos affectus 636
Comminationes diuinæ non sine conditione 100
Communicatio sub vtraque specie éstne necessaria 372
Cõmunicauit Christusquibusdam sub specie panis tantum 373
Communio duplex 388
Communio sanctorum 1013
Communis res 1011
Commune habere cum Domino 770
Comprehendere 41
Comprehensio 536
Concilium 688
Concio cælestis 143
Concupiscentia alienarum rerum prohibita 425
Conditio quando in oratione intelligenda 954
Conditionalis propositionis veri 529 537
Confessio Apostolorum 297
Cõfessio mulieris humiliatæ 477
Confessio peccatorum sacerdoti facienda, à Christo est 1140
Confessionis Petri vsus 116
Cõfidere Christo quid 965
Cõfiteri Deum solum 114
Conscientia peccata 149
Conscientiæ pax, sanguine Christi facta 1118
Conscientiam reddere tranquillã 171
Conscientiarum carnifices 477
Consensus 608
Consilium Iudæorum de Lazaro interficiendo 712
Consilium Pharisæorum contra Christum 643
Consilij mali pernicies 691
Consolatio aduersus timorem de necessitate rerum 262
Consolatio aduersus timidulos de prædestinatione 145
Consolatio afflictorum è cælo allata 894
Consolatio contra nostram indignitatem 953
Consolatio contra rigorem mandatorum 882
Consolatio in afflictione 321
Consolatio in paupertate 311
Consolatio in solo Christo 446
Consolatio magna in afflictionibus 908
Consolatio piorum 736.895 933.964
Cõsolationis piorũ summa 1018
Consolationes cõtra scandala crucis 730 662
Consolator
Conso

Consolatur suos Deus etiam in rebus desperati 532
Conspirationis Iudæorũ in Christum occasio 256
Consuetudo liberandi captiuum vnde orta 1073
Contemperatio spiritalis 378
Contemptores Euangelij, Deum contemnunt 501
Contemptus rerum vulgarium, quanuis optimarum 223
Controuersia de negatione Petri diluitur 1054
Conuertibilia 517
Cooperatores christi 623
Cor humanum, res lacera 971
Cor syncerum in orando 953
Corda etiam malorum in manu Dei 456
Coriolanus 653
Corporaliter de Deo dicta, mysticè intelligenda 173
Corpus, carcer animi 41
Corpus Christi 340
Corpus Christi in missa 363
Corpus Christi quomodo nobis vita est 377
Corpus Iesu aromatis oblitũ 1111
Corpus Iesu de cruce à Iosepho sublatum 1110
Corpus nostrum carne Christi alitur 371
Corporis christi præsentia discipulos defendebat 919
Corporis officia 41
Corporũ & morũ cognatio 896
Corrigiam Christi soluere quid 1164
Creatio 328
Creatura rationalis 22
Creatura noua in Christo 838
Creaturæ omnes Christo subiectę 559
Creaturã suã Deus non odit 89
Creaturas suas Deus honorat 557
Credenda non autem ratione quę renda sunt Christi opera 559
Credendum, antequàm oremus 669
Credendũ priusquã videndũ 1142
Credendum non propter miracula 446
Credendũ simplici verbo 1146
Credens habet vitam æternã 149
Credens in Christum, Spiritum, accipit 199
Credens non esurit 341
Credens viuit 101
Credenti omnia possibilia 559
Credẽtes à Christo assumpti 814
Credentes amici Dei 889
Credentes facti fratres Christi & filij Dei 1128
Credentes fiunt naturæ Christi participes 27
Credentes in Christum victores fiunt 739
Credentes multi 750
Credentes ob Lazarum suscitatũ 700
Credentes, palmites 866
Credentes sunt domini 854
Credentes sunt templum Spiritus 836
Credentium bona 492
Credentum consolatio 558
Credentium opera 447
Credentium præmium 353
Credentium in Christum diuitiæ 1170

Universidad de Deusto
Biblioteca

Credentibus christus se credit 209
Credentibus promissa vita 347
Credere 680.1117.1369
Credere alicui & in aliquem 753
Credere christo 294
Credere Iesum esse Messiam 451
Credere in christum 341.332. 827.926
Credere in filium Dei 578
Credere in nomine Iesu 118
Credere in nomine Vnigeniti 152
Credere in nomen christi 129
Credere quid est 1149
Credunt christo aliquot Iudæi 324
Credunt multi 588
Credimus vt cognoscamus 305
Crepusculũ, profundum matutinum 1118
Cruris fractio, mortem accelerat 1107
Crux abitus ad Deum 493
Crux æquanimiter ferenda 728
Crux, causa gaudij 856
Crux comes veritatis 572
Crux christi ex zelo 112
Crux est schola pietatis 1004
Crux, disciplinæ christi schola 95
Crux, Euangelij comes 1165
Crux gloriola per christum 1169
Crux initium exaltationis 741
Crux patienter ferenda 556
Crux paucos habet constantes 1044
Crux, via ad gloriam 654
Crux, via ad Patrem 920
Crucis commendatio 793
Crucis encomium 728
Crucis scopus 974
Crucis supplicium à solo prætide dicendum 1063
Cruci cedunt omnes, nisi adfuerit dominus 1053
Crucem esse viam ad gloriam difficillimum cognitu 921
Crucem sustinere non est virium humanarum 801
Cruce putant Iudæi extinguendam christi doctrinam 1091
Cubitus 1159
Cultor Dei 575
Cultus Dei ibidem
Cultus extra Ierusalẽ habiti pro idololatria 203
Cultus & cultor spiritalis 206
Cultus pius 204
Cultus sine verbo Dei nõ præferendus 204
Cultus spiritualis ibidem
Cura est Deo de nobis 948
Cura christi de sua Ecclesia 1023
Curiositas in aliena respiciẽs 1171
Curiositatis vitium 1069
Aurioſum inquirere de morte Ioannis 1174
Cursus ad monumentum 1120
Cymbalum cæleste 734

DAemonium habere 427.527. 528
Daniel inter leones pastus 573
Dauidis ciuitas 717
Dauidis filius 89
Dauidis obedientia 954
De, particula 937
De supernis esse 252
Decorum christi 989
Decretum mutandum in turpi vo 771
Dedicatio templi in nobis quando fit 618
Defensio modestissima 1050
Defensio pro gloria Dei 628
Demonstrare pro Dare 259
Demonstrare pro reuelare 260
Denarius 708
Denarius diurnus 810
Denarij ducenti valent 20 aureos 305
Denarij trecenti valẽt triginta solatos 354
Deorsum 495
Derelicti non credunt 748
Descendere de cælo 143
Desertum 313
Desperationis verbum 661
Desperationem rerum sequũntur conuitia 533
Desyderium audiendi Euangeliũ 323
De sursum, quid significat 165
Deus corda intuetur 83
Deus cur verus dictus 980
Deus deus Christi & credentium 558
Deus differt auxilium, vt maiorẽ gratiam sentiamus 307
Deus fide conspiciendus 1126
Deus fide in christo quærendus 437
Deus homo factus vt dij essemus 510
Deus humanis sensibus non est subiectus 356
Deus impiorũ conatus in bonum conuertit 1050
Deus impotentissimos imbellissimis expugnat 1101
Deus in locis sacris habitare dicitur 419
Deus inuisibilis 40.292
Deus mente colendus 207
Deus nobis, qualem credimus 10
Deus nulla ad viuum imagine deliniari potest 172
Deus omnia per christum operatur 992
Deus omnia per solum Filium largitur 169
Deus omnia sua in christum, & christus in suam ecclesiam contulit 1015
Deus operatur in ministro remittente peccata 564
Deus Pater christi 465
Deus Pater communis christo & credentibus 558
Deus Pater quomodo in filio glorificatus 791
Deus per magistratus plura quàm per alios agit 993
Deus petit aquam à nobis 109
Deus pios tentari finit ad vtilitatem 455
Deus præuenit nos 719
Deus prior nos diligit 1155
Deus prior nos dilexit 840
Deus prior nos quærit 252
Deus pro bona sua voluntate agit 749
Deus punit nõ vt perdat sed emendet 551
Deus quærendus per christũ 993
Deus, quid est 632.837
Deus quõ trahere dicitur 355
Deus se nobis creatione manifestat 12
Deus Spiritus est 232
Deus sua opera sub specie mundi

Universidad de Deusto
Biblioteca

contraria operatur 241
Deus verax 168
Deus videtur oculis cordis seu fide 356
Deus vnus 257.631.979
Deus vnus in trinitate 140
Dei bona licèrne vsurpare 630
Dei consilium mirabile 1128
Dei est noscere omnia 961
Dei gloria in Christo maxima
Dei imago 172
Dei instrumenta ad suam gloriam 651
Dei nomen, Qui est. 497
Dei opera secus quàm ex mundi opinione 671
Dei posteriora videre 41
Deisimus 39
Dei solius est remittere peccata 563
Dei vterus 40
Dei vultus 16
Deo curæ sumus 977
Deum agnoscere 536
Deum illabi mẽtibus nostris 786
Deum loqui 520
Deum manere in nobis 872
Deum nemo vidit vnquam 2.39
Deum venire ad nos 843
à Deo fiunt multa, quæ nõ licent hominibus 281
à Deo habemus omnia 17
Diabolus 396
Diabolus cur princeps mundi 738
Diabolus intrat in hominem 786
Diabolus Iudas 297
Diabolus non habet quicquam in Christo 860
Diabolus pater 466
Diabolus peccati author 765
Diabolus quare dictus princeps mundi 860
Diaboli colores 522
Diaboli desyderia 521
Diaboli filius, mendacium 523
Diaboli magnæ vires 789
Diaboli mancipium 991
Diaboli origo 521
Diaboli plaustra 523
Diaboli potentia 738
Didymus 594
Dies 556
Dies, dominicus 10
Dies, Christus 655
Dies Christi 338
Dies Christi horas habet 655
Dies Hebræis incipit hora sexta nostri vespertina 1059
Dies hominis 744
Dies in tres distributus partes 1089
Dies Iudæorum 72
Dies, ministerium Christi 554
Dies, præsens vita ibidem
Dies, tantisper nobis dum viuimus ibidem
Dierum scœnopegiæ obseruatio 445
Diffidẽs nõ audit vocẽ Dei 145
Diffidentiæ signum 856
Dij dicti non læsa maiestate diuina 632
Dilectio 804.864
Dilectio Dei 237
Dilectio & gaudium res cognatæ 856
Dilectio germana 845
Dilectio, pro fructu dilectionis accepta 1024
Dilectio proximi non sine dei dilectione 884
Dilectio qua patet diligit Christũ vt hominem, gratuita 892
Dilectio qualis in præcepto 885
Dilectio vera 884
Dilectionis archetypus 895
Dilectionis ardentissimæ signum 885
Dilectionis erga Christum inquisitio facienda ecclesiastæ 1163
Dilectionis probatio 862
Dilectionis qua diligimur à Deo argumentum 886
Dilemma 45
Diligendi forma 893
Diligere & seruare sermonem 843
Diligit nos Deus in Christo & per Christum 506
Dinæ constupratæ vindicta 187
Dipsades 545
Discessus Christi ad Patrem mũdum cælo coniungit 912
Discipulus dei quis dicitur 356
Discipuli ad resurrectionis persuasionem verbo & signis adducti 561
Discipuli agitati in mare 293
Discipuli baptistæ Christo inuident 160
Discipuli Christi occulti 418
Discipuli Christi vnde cognoscũtur 762
Discipuli dei 506
Discipuli scandalizati recedunt à Christo 297
Discipulorum animi præparãtur ad miraculum 302
Discipulorũ baptistæ inuidia 159
Discipulorũ Christi decorũ 1004
Discipulorum humiliatio 774
Discipulorum ignorantia ante acceptum Spiritum 720
Discipulorum indignatio 707
Discipulorum nota & signũ 506
Discipulorum officium 164
Discordia multiplex 565
Discredens in vno, in nullo credit 370
Discretionis iudicium 293
Discumbere 303
Dispensatione Christi corpus gloriosum sensibus discipulorum expositum est 1110
Dispersio 444
Dissensio in turba ob Christũ 407
Dissensio propter Christum 586
Dissidium inter Iudæos & Samaritanos vnde ortum 191
Diuinitas Christi 18.803
Diuinitas Christi ab operibus declarata 12
Diuinitas Christi à Thoma quomodo cognita 1147
Diuinitatis Christi probatio 119
Diuinitatis Patris & Filij communis 257
Diuinitas figuram non habet 173
Diuitiæ Christi credentibus resurrectione communicatæ 1128
Diuitiæ regni Christi 718
Diuitiæ vnde 312
Do, verbum, potestatem importat 337
Dare ad mensuram 204
Datum à Patre Filio 350
Dario siue traditio 661
Docere 850
Docet Iesus populũ in tẽplo 462
Doceri à Deo 293

Universidad de Deusto
Biblioteca

Docibiles Dei 353
Docilis quis dictus 355
Docti à domino 354
Doctor internus 427
Doctores vanam gloriam non aucupentur 424
Doctrina Christi 501
Doctrina Christi elancularia non fuit 1047
Doctrina Christi, Patris doctrina est 421
Doctrina Christi publica 383
Doctrina Christi verax 515
Doctrina Dei 176
Doctrina discipulis pferēda 1047
Doctrina Euangelica à deo profecta 1018
Doctrina Euangelij diuinitus tradita 846
Doctrina Euāgelij, est christi 900
Doctrina hominū, litera mortua 106
Doctrina orbi inaudita ante natū Christum 796
Doctrina salutaris 1149
Doctrina Spiritus 838
Doctrinæ Christi confirmatio à Patris authoritate 903
Doctrinæ Christi summa 18
Doctrinæ certitudo, argumento à publico loco 1048
Doctrinæ impiæ natura 599
Doctrinæ malæ pernicies 691
Doctrinæ repetitæ vtilitas 67
Domesticorum habēda cura 1101
Domicilium Christi in Capharnaum 323
Dominus 395.647.761.1145
Dominus etiam pessimo tempore suos seruat & liberat 1110
Domini benedictione cūcta fiūt prospera 1155
Domus 512
Domus Dei 111
Domus orationis 92
Dona & vocatio sine pœnitentia 239
Dona Dei in pretio habenda 314
Dona, pro bona Dei voluntate distribuuntur 637
Domorum Spiritus copia 447
Domorum author deus, ministri Apostoli 355
Dormire 640
Dormitio, signum sanitatis 659
Duodecim, vox posita pro Apostolis 564

Ecce, particula 222.676.717
Ecclesia de latere Christi vt Eua de costa Adæ 1107
Ecclesia viua è Christo conspecto arido in cruce 1105
Ecclesiæ authoritas 195
Ecclesiæ functiones vsque ad consummationem seculi 891
Ecclesiæ membra fide sumus 395
Ecclesiæ sancta institutio de communione sub altera specie 195
Ecclesiæ vnitas, thesaurus Christi 1016
Ecclesiastes potest manibus victū quæritare 1153
Ecclesiastes quàm irreprehensibilis 525
Ecclesiastæ officium in cibandis conscientijs 214
Ecclesiasticæ partes 1162
Ecclesiasticæ quales esse debent 610
Edentulorum natura 384

Edendum vt viuamus 327
Educere oues 593
Eduliā Christo rediuiuo sumpta quomodo absumpta 1161
Egestas nulla, vbi satietas æterna 342
Egredi 598
Egressus ab AEgypto 240
Electi aberrant quidem, sed non pereunt 626
Electi ante mundi iacta fundamēta 344
Electi in Christo viuunt 624
Electi Patrem per Christū agnouerunt 984
Electi per Christū in Christo 810
Electi qui dicuntur 345
Electorum diuitiæ à Patre per Christum 986
Electorum & reproborum discrimen 617
Electio 864
Electio duplex 889
Electio non est violenta 292
Electio qua elegit nos Deus, gratuita 890
Electionis certitudo 345
Electionis diuinæ signum est auditio Euangelij 347.985.1069
Elias præcursor Domini 47
Eliæ currus igneus ibid.
Elisæus Galilæus 460
Emor vendidit agrum 187
Emphasis 841
Enallage 142
Encænia 618
Epanaphora 11
Ependites 1156
Ephrem 644.695
Epilogus eorum quæ narrauit Christus 882
Epinicium 644
Episcopatus, res bona 1043
Episcopatum desiderans bonum opus desyderat 609
Episcopus qualis esse debet 1165
Episcopo necessaria 1164
Episcopi sordidis negotijs vacui 258
Episcoporum functio 1164
Episcoporum officium 479
Episcoporum partes 1165
Episcoporum secessus à turba-orationi aliquantisper vacent 161
Epicuræorum opinio de offlictionibus 550
Epicureorum hæresis 23
Errorum origo 639
Esaias de communi saluatore 340
Esaiæ vaticinium impletum 959
Esaiæ visio de gloria Christi 750
Esse de, quid infert 938
Esse de substantia Patris vel Filij 337
Esse de terra 166
Esse ex Deo 526
Esse in Filio 129
Esse in mundo 994
Esse lucem 754
Esuries 341
Et, particula, nota est illationis 10
Et, pro Enim 538
Et, pro, id est 37
Et pro Tamen 429
Euangelicæ curationis finis 252
Euangelicæ doctrinæ cognoscendæ modus 423
Euangelica mandata 840
Euangelica professio non est delica

Universidad de Deusto
Biblioteca

licata 915
Euangelistarum mos 558
Euangelistarum promiscuæ loquutiones 27
Euangelium 614.757.1068
Euangelium quid est 321
Euangelium à Iudæis in orbem deriuatum 205
Euangeliũ dicitur testimoniũ 167
Euangelium doctrina vniuersalis 468
Euangelium est doctrina publica 1047
Euangelium est mundo stultitia 1081
Euangelium gentibus incognitum ante glorificatum Christum 728
Euangelium, gladium quem confirmat, non administrat 477
Euangelium impietatis reuelatio 737
Euangelium Ioannis quo tempore scriptum 1169
Euangelium lætum est 649
Euangelium lege perfectius 796
Euangelium mundo ænigma est 957
Euangelium mundus odit 17
Euangelium non est causa carnalis libertatis 199
Euangelium non ex magnatum authoritate æstimandum 456
Euangelium non lædit quæ sunt Cæsaris 1065
Euangelium nunquam sine Spiritu 758
Euangelium pro lydio lapide habendum ad explorandam doctrinam 1008
Euangelium desyderãtibus nihil deerit 173
Euangelium quale apud carnem 746
Euangelium seruare 530
Euangelium sine Spiritu non verè prædicatur 975
Euangelium solũ est doctrina viuifica 555
Euangeliũ talione nõ vtitur 1041
Euangelium titulo crucifixi contentum 1099
Euangelij à Ioãne scripti finis est vt credamus 1108
Euangelij Ioannis summa 115
Euangelij certitudo 421.501
Euangelij cibus 318
Euangelij cognitio 210
Euangelij definitio 1152
Euangelij docendi gradus & ratio 931
Euangelij fortuna ñ24
Euangelij fructus 951
Euangelij crediti fructus 745
Euangelij impedimenta 626
Euangelij minister idoneus 708
Euãgelij ministris necessaria 116
Euangelij officium 115 507
Euangelij reuelati officium 926
Euangelij sigilla 300
Euangelij summa 70.264.396
Euangelij virtus 1048
Euangelio plus, quàm parentibus debetur 329
Euãgelio quid nobis nũtiatur 149
Ex euãgelio aliquid accipere 605
Euangelizare nobilius quàm baptizare 184
Eucharistia 359
Eucharistia, est panis vitæ 362

Eucha

Eucharistiæ efficacia & significatio 375
Eucharistiæ manducatio necessaria 775
In Eucharistia considerandæ efficacia, & significatio 375
Eucharistiam recipiant soli rationis capaces 196
Eucharistiam recipiens, mãducat carnem, & bibit sanguinem Dei 37
Eucharistiã recipientis fides ibíd.
Exaltatio Christi 501
Exaltatio Christi etiam in media morte 1099
Exauditio expectanda 651
Exauditio iuxta Spiritum 956
Exauditio orationis Christi 983
Exauditio dilatio, probatio est fidei 665
Exauditionis promissio 831
Excæcatio 582
Excelsa in Scripturis cur reprehẽduntur 203
Exclusiuæ dictionis natura 979
Excommunicatio 568
Excommunicatio apud Iudæos 916
Excommunicatio duplex 568
Excõmunicatio Pharisæorũ 577
Excommunicationis vsus 569
Excommunicantur qui Christo credunt 544
Excommunicantur qui confitentur Christum 568
Exemplar vitæ quale debet esse 911
Exhortatio Christi ad humiliationem nostri 775
Exhortatio Christi ad metendum 216
Exhortatio Christi ad patientiam 794
Exhortationis necessitas 506
Existentes in monumentis 215
Exitij impiorum aggrauatio 903
Exitus Christi siue missio temporalis 988
Exitus Filij duplex 864
Expedit, verbum 690
Extra Christum sola caro 819
Extraneus testatur Christum innocentem 1070
Ezechias serpentem æneum fustulit 177

FAcies terræ renouata 839
facie ad faciem videre 41
Facere absque Synagõgis 916
Facta, id est parata 764
Factores legis 755
Falx messoria 219
Falx Spiritus 869
Fames Christi, & cibus 214
Fames & mora bilem in nasum conciunt 306
Fames spiritalis 231
Fasciæ sepulchrales 685
Fasciæ sepulchrales quid adumbrant 686
Fauor Dei nobis præsentissimus 769
Fauor Christi agentibus necessarius 874
Fauoris diuini argumentum 888
Fauoris diuini signum 855
Fermentati inuidia 623
Festa Iudæorum de die in diem translata 1058

Festinan

Universidad de Deusto
Biblioteca

Festinandum est maturè 554
Feuda regni Christi 1068
Fici mysterium 83
Fidenti in Christum nihil incommodatur 1014
Fides 159. 182. 202. 235. 46. 552. 750. 803. 295
Fides à Deo 17
Fides, ad vitam est ianua 357
Fides catholica Christus Deus & homo 84
Fides copulat, intellectus viuificat 450
Fides de Christo qualis habenda 498
Fides discipulorum Christum audientium de resurrectione loquentem 555
Fides, donum Dei 352
Fides, donum Spiritus 740
Fides è verbo non magnatum authoritate comparanda 457
Fides duplex 745
Fides cælestia aperit 495
Fides de Trinitate 825
Fides est causa veræ intelligentiæ 203
Fides est conspicilium nostrũ 1126
Fides est fructus orationis Christi 1015
Fides & caro aliter res quærũt 325
Fides etiã modica efficax est 561
Fides ex Scripturis 447
Fides firma 2125
Fides grandescens 230
Fides historica 877
Fides humilia quærit 706
Fides in Christum 123
Fides in Christum à Patre 295
Fides in Christum, est opus Dei 331
Fides in Christum, via ad Patrem 494
Fides infantilis 229
Fides initiũ dom[a] spiritualis 369
Fides magnifica 395
Fides Marthæ 641
Fides mensura operum 111
Fides mortua 129
Fides mũdum conuincit 92
Fides non est rerũ præsentiũ 1147
Fides non erubescenda 728
Fides nostra qualis esse debet 1148
Fides oculus spiritalis 12
Fides peccatam reddit conscientiam 825
Fides promissionem respicit 665
Fides propriè dicta 146
Fides quare dicitur opus Dei 332
Fides, signum tractus diuini 332
Fides, situla ad hauriendum 446
Fides suos habet gradus 85
Fides, tactus suauissimus 1128
Fides tarda in discipulis 659
Fides, vehiculum nostrum 1117
Fides vera de Christo 672
Fides vita æterna 124
Fides, vitæ respondeat 370
Fides viua 575. 927
Fides viua domiciliũ Christi 170
Fides viua mox erumpit 210
Fides viua necessaria ad salutem 895
Fides viua, non otiosa est 877
Fides viua sufficitne absque sacramentali manducatione 369
Fides vnde pendet 717
Fidei effectus, surgere & venire ad Christum 337
Fidei ætas 1167
Fidei

Fidei cæci infirmitas 561
Fidei definitio 331
Fidei fructus 106. 559. 665.
Fidei gradus 335
Fidei infirmæ verba. 664
Fidei obiectum 579
Fidei obiectum est Deus 1013
Fidei pabula 416
Fidei præmium 817
Fidei proprietas 101
Fidei quasi per ætates incrementum 22
Fidei triumphus 559
Fidei viuæ energia 209
Fidei virtus 152
Fidei viuæ fructus 147 151
Fidem nostram Deus probat 1170
Fide & verbo, non à specie externa cognoscitur Christus 1127
Fides viua nobis contingit verus cibus 330
Fiducia apostolorum confirmanda 600
Fiducia certa est 103
Fiducia in Christum fauorem meretur 1003
Fiducia in Christũ præcipua pars orationis 952
Fiducia in Christum tranquillat conscientiam 560
Fiduciæ natura 149
Fiduciæ virtus 320
Filiatio, qua dicimur & sumus filij Dei, est à Filio 67
Filioli 762. 793
Filia Sion dici 718
Filius 465
Filius à Patre 418
Filius antè secula 6
Filius cum Patre omnia habet cõmunia 290
Filius cur verbum dicitur 851
Filius Dei assumpsit humanam naturam 30
Filius Dei, id est Deus 84
Filius Dei, imago Dei 329
Filius eadem vult & operatur atque Pater 349
Filius est vnum cum Patre 1016
Filius expressa Patris imago 259
Filius, facies Dei 23
Filius germanus 519
Filius hominis 59
Filius imago Patris 824
Filius mortuos suscitat 260
Filius in Patre, Pater in Filio 825
Filius Patri coæternus 6
Filius Patri cooperatur 258
Filius Patri obediens 504
Filius quãdo à Patre glorificatus 974
Filius similis Patri 329
Filius solus Patrẽ cognoscit 536
Filius splendor, & imago Patris 6
Filius voluit homo fieri, vt homo ex Deo nasceretur 941
Filij arcana à Patre natiuitas nulla similitudine plenè adumbratur 9
Filij Euangelij liberi 513
Filij descensus in mundum 345
Filij opera non dissimilia operibus Patris 508
Filij potestas eadem cum Patre monstratur 348
Fili potestas excitandi mortuos 260
Filio contempto, contemnitur Pater 901

Universidad de Deusto
Biblioteca

Filium audire à Patre 888
Filium Dei esse à deo aliter quàm creaturæ sunt 225
Filium Dei quare oportuit hominem fieri vt index fieret 146
Filium Dei venisse 902
Flium esse in sinu Patris 40
Filium esse missum 438
Filium exire à Deo 962
Filiũ facere omnia quæ Pater 141
Filiũ habere iudiciũ à Patre 262
Filium in Patre esse 635
Per Filium quærenda & perscrutanda omnia 263
Filium scire Patrem 438
Filium videre Patrẽ facientẽ 257
Filij adoptati 27
Filij Dei duplices 632
Filij Dei qui effici quomodo possimus 26
Filij Dei qui 27
Fili Dei qui Christo credunt 17
Filij & amici 887
Filij promissionis 513
Finis & fructus aduentus Christi 1068
Flagellatio ex more gentium est 1079
Flagellatio Christi iniustissima licet, oblata Deo fuit grauissima ibidem
Flagellatiõis Christi fructus 1080
Flere 675
Flendum in peccatis etiam grauissimis cum Petro, non cum Iuda desperandum 1052
Fletus ob mortuos non reprehensus 663
Fœdus Domini nobiscum 844
Fœnum quid signat 308
Foras eijcere 344
Fornicatio 466.519
Forsitan 194
Forsitan pro vtique 490
Fortuna piorum 965
Fortunæ non ad scribendæ afflictiones 551
Fratres Domini 409
Fremitus 782
Fructus recepti spiritus 909
Fructus vocis Dei auditæ 1069
Fructum no n ferre 868
Fructus afferre 869
Fructus fidei viuę, vita ęterna 1117
Fructus veniẽtiũ ad Christũ 447
Fuga in tempore commendabilis 185
Fugere 607
Fugere in propria 983
Functio ecclesiastica ad finem seculi 611
Functio episcoporum qualis esse debet 502
Furem venire 599
Fures 585.590
Furti commendatio apud Germanos 471
Futurum aliquid prædicitur quia futurum 1081

Galilea à Christo supra Iudęos nobilitata 435
Galilæa gentium 186
Galilæus Christus ibidem
Galilæi à Iudæis præstantiores 224
Galilæi ab Hierosolymitis contempti 451
Galli cantus 1053
Garizim mons 187
Gastrimargi Iudæi 333
Gaudium 539.805.864.946 1040
Gaudium Christi 731
Gaudium Christi, dicitur piorum tutela & consolatio 1002
Gaudium christi discipulis optatum 883
Gaudium discipulorũ, fructus viti christi suscitati 539
Gaudium fructus est fidei 273
Gaudio gaudere 164
Gaudium mundi quid est 883
Gaudiũ plenũ per orationem 957
Gaudium quomodo in afflictionibus 854
Gaudij nomine quid intelligendum 864
Gazophylacium 491
Gemitus christi 571
Gemitus inenarrabiles 955
Generatio carnalis 29
Generatio duplex ibidem
Generatio ineffabilis 6
Genezareth 296
Gentes Christo credituræ 586
Gentes diem à mane incipiunt 115
Gentes & Iudæi non agnoscunt christum 321
Gentes & Iudæi non verè cognoscunt Patrem Deum 1023
Gentium primitiæ 725
Gentium vocatio 512.723
Gentiles volunt christum videre 700
Gentilium error 684
Gentilium vanitas de dijs 1005
Genus christi 435
Germanorum filiorum genius 157
Gestus externi affectuum indices 970
Gladius pastoris Ecclesiastici Glaudius priuatis nõ publicis personis interdictus ibidem
Gladij ius est in impios 1087
Gladium accipere quid est 1041
Gladiũ cur portabat Petrus 1039
Gloria 721
Gloria Christi 32.61.92.
Gloria Dei 548.752
Gloria Deo 544
Gloria & opus Dei 879
Gloria hominum diuersa à gloria Dei 702.751
Gloria Patris est salus electorum 976
Gloria per crucem 414
Gloria per mortem 725
Gloria pro Christi potentia 105
Gloria quam Christus dedit Ecclesiæ 1016
Gloria vana fugienda 562
Gloriæ nomine quid intelligit Scriptura 1016
Gloriæ Patris & Filij nexus 981
Gloriam accipere ab inuicem 153
Gloriam Christi verbo & fide hîc intelligimus 504
Gloriam comitatur inuidia 183
Gloriam Deo dare 570
Gloriam Dei imminui nunquam ferendum 528
Gloriam mundi contemnimus, cognita Christi gloria 1021
Gloriam quærere 542
Gloriatio popularis 514
Non Gloriandum de Deo citra Christum 519
Glorificare 973
Glorificare Patrem 820

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glorificare Patrem in Filio 879
Glorificatio Christi 792
Glorificationis Christi hora 970
Glorificationis instrumenta 790
Grabatus 247
Gradatio afflictionum 917
Gradatio miraculorum 638
Gradus ad salutem 583
Gradus nostri ad Spiritum Sanctum 907
Græci 444
Granum frumenti 700.726
Gratia 38
Gratia duplex, iustificans & quæ non iustificat 637
Gratia etiam nõ quærentibus oblata 189
Gratia præueniens 69
Gratia præueniens necessaria 207
Gratia præueniens necessaria operi nostro 556
Gratia sacramentalis 370
Gratiæ sensus extra necessitatem minor 99
Gratiam pro gratia accipere 37
Sub Gratia esse 887
Gratias agere 681
Gratia regit Christus, id est bene dixit 165
Gratiarũ actio visitatissima Christo 311
Gratitudo 563.1161
Graue fidei argumentum 458
Habere abundantius 900
Habere partem cum Christo 771
Hærent tenacius quæ instante morte commendantur 545
Hæresum pharmacum 10
Hæreticorum exitium ibidem
Hæreticorum iacula retorquenda 11
Hæreticorum notæ 935
Hæreditas Christi 851
Hæreditas hic cœpta cognoscenda 980
Hebræorum salutandi mos 851
Hebraica phrasis 17.994
Hebraismus de vsu temporũ 837
Helias pastus 1159
Helias à coruo pastus 173
Hermon mons 717
Herodes & Pilatus facti amici 1071
Herodes vult signa videre 1071
Herodis rumor ex errore 47
Herodi cur Christus nihil respon derit 1086
Hieronymis locus 558
Hierosolyma, vbi est piorum cœtus 204
Hierosolymitani etiã multis adiuti donis, verbum non susciput 124
Hierusalẽ in tribu Beniamin 158
Hiems 619
Historiæ leges 1174
Historiographi officium 26
Homicidia 522
Homo animalis 354
Homo deest beneficio Dei 23
Homo derelict⁹ à Deo qualis 1053
Homo mendax & vanus 437
Homo noster duplex 92
Homo nouitatis cupidus 711
Homo propter Christum manducatum vitam habet 381
Homo res caduca 120
Homo sine medijs non cognoscit 59

Homo,

Homo, vas & instrumentum testaceum 1128
Hominis ingratitudo 24
Homini non fidendum 120
Hominem nouum induere 129
Homines externa mirantur contemptis domesticis 1149
Homines nati consumere fruges 213
Homines operibus probantur 154
Homines terreni 495
Hominum cura est de victu 302
Hominum inescatio 373
Honor quo Pater & Filius delectantur 264
Honorificare 264
Hora 406.464
Horæ apud Iudæos, prima, tertia, sexta, nona, vndecia 1089.1090
Hora Christi 225
Hora crucis 733
Hora impiorum 656
Hora nona & vndecima 1113
Hora sexta 188
Hora tenebrarum 1093
Horã Christi aduentasse 439.491
Horæ, Apostoli 655
Horæ diei duodecim 640
Hortus adami 1032
Hortus in quem Iesus abijt ibidẽ
Hospitalitas 302
Humanæ vires in rebus Dei nihili 352
Humani generis duæ pestes, mendacium & homicidium 522
Humani ingenij tarditas 213
Humanitas Christi 218
Humanitas Christi carnalis omniũ bonorum in nos 872
Humilia fide consyderanda 350
Humilia primas habent apud Deum 186
Humiliatio Christi 290
Humiliatio nostri magni fit 769
Humilitas Christi 415
Humilitas Christi & abiectio 19
Humilitatis commendatio 560
Humilitatis origo 706
Humor Christi 875
Hydria 101
Hyperbole 1175
Hypocrisis 970
Hypocrisis execrabilis 567
Hypocriseos antidotum 119
Hypocriseos comes, timor 441. 1034
Hypocrisi nihil sceleratius 1062
Hypocrita 779
Hypocrita perpetuò timens 156
Hypocritæ lucem fugiunt 1057
Hipocritarum modus 473.707
Hypocritas cognoscere difficile 707
Hypocritica salutatio 469
Hypostasis 143
Hyram rex Tyriorum 186
Hysterologia 706
Iacob adorans in Garizin 203
Iacob Israel dictus 81
Iam, particula 152
Ianua in cœle Dei 589
Identitas summa in vna substantia 9
Idioma prodit quis cuias sit 520
Idiotismus Prophetarum 98
Iesus, nomen naturæ & officij in Christo 254
Iesus est Christus 411.1117
Iesus asinæ incidens ingreditur Ierusalem 700

Iesus declarat se Christum filium Dei 579
Iesus fugit Iudæos 643
Iesus fugit Iudæos homicidas 403
Iesus Magdalenā alloquitur 1116
Iesus tristis lachrymatur ob infidelitatem Iudæorum 642
Iesus se esse messiam fatetur Samaritanæ 180
Iesu nomen 79.1148
Iesum esse in nobis 839
Iesum sequi 68
Ignaui non tundent, sed deglubūt oues 605
Ihasa 714
Illuminatio 203
Illuminationis fructus 24
Illusores Christi 1097
Imago Dei 174
Imago Spiritus nobis per Christum restituta 747
Imagines non sunt vnius generis 172
Imagines sanctorum non auferendæ 173
Imaginū fructus & cultus 175.176
Imaginum vsus 174
Imbecillitas virium humanarum in Petro cognita 1044
Impatientia 552 553
Imperatoribus arx constituebatur 1085
Impetratio 893
Impietatis genius 707.1073
Impij aduersus voluntatem Dei 889
Impij Christū non peruident 347
Impij inexcusabiles 757
Impij nesciunt Patrem Deū 902
Impij non valentes verbis veritatem expugnare, fugiunt ad verbera 1057
Impij quare semper bonos oderunt 676
Impij semper egentes 304
Impij sua ipsorum voluntate retrò abeunt & pereunt 392
Impij suos clamores ingeminant aduersus pios 1091
Impiorum excitas 901.918
Impiorū clamores aduersus pios 917
Impiorum furori quandoque cedendum 518
Impiorum genius 356
Impiorū manus in manu Dei 439
Impiorum operibus, Deus suum opus exequitur 1080
Impiorum retributio 147
Impiorū tēpus semper paratū 415
Impiorum vltor 529
Impiorum voces blasphemæ 508
impijs nunquam deest quod contra veritatem prætexant 455
Impijs quod timent, accidit 69
Impingere 658
Impleri & saturari sunt effectus Christi 313
Impossibile homini, possibile est apud Deum 137
Impudentia 519
Impunitas peccatorum obcæcat 470
Incarnari 30
Incarnatio ibidem
Inclinatio capitis signū verè morientis 1104
Inclinatio Christi in terram 472
Incredulitas 925
Incredulitas, dānationis causa 152

Incredulitas Iudæorum inexcusabilis 524
Incredulitatis aconitum 152
Incredulitatis effectus 350
Incredulitatis Iudæorum causa 622
Incredulitatis natura 563
Incredulitatis pœnæ 748
Incredulus iudicatur 151
Incredulus non viuit 144
Increduli, quia indignos se præstant 342
Incredulorum exitium 171.181
Indefetisse docendum 360
Indignitas nostra fatenda 770
Indociles 354
Indolis optimæ signum 156
Indormire 531
Indulgentiæ plenæ à pœna & culpa 34
Inedia, tentatio grauis 302
Inferorum portæ fide franguntur 365
Infidelis est qui contemnit manducationem Eucharistiæ 377
Infidelitas comitem habet cæcitatem 1119
Infidelitatis effectus 152
Infidelitatis exitium 926
Infidelitatis genius 306
infidelitatis partes 565
Infidelitatis supplicium 99
Infirmitas ad gloriam Dei 640
Infirmitas non ad mortem 649
infirmitas ob peccata 234
Infirmitatis nostræ grauitas 1145
Infirmitates Christi 674
Infirmorum consolatio ab exemplo Petri 76
Infremitus Christi 673
Ingenium animi Christiani 220
Ingenio rudes calcaribus indigēt 261
Ingratitudo 161
Ingratitudo Iudæorum 636
Ingratus, qui bona perire sinit 314
Ingredi 598
Ingressus Christi in Ierusalē 716
Ingressus Christi triumphalis in Ierusalē fide meditandus 717
Ingressus in Ecclesiam 590
Ingressus pastoris in Ecclesiam qualis esse debet 596
ab initio esse 5
Iniuria qua via repellenda est 1040
Iniustitiæ arguti 928
Innocenti patrocinandum 1070
Innocentia Christi 860
Innocentia commendat doctrinā 525
Inobedientiæ exitium 340
Insitio Christiana 890
Insita 686
Instrumenta Dei 692
Instrumenta impietatis 802
Instrumenta mūdi ad gloriā 650
Intellectus 818
Intellectus loci, Nisi manducaueritis carnem 368
Intellectus mūdi de regno Christi 960
Intentio recta 960
Interitus hypocritarum 875
Interrogatio Iudæorū fallax 621
Interrogatur Iesus an sit Christus 587
non Intrare 589
Intrare per ostium 589
Introire per Christum 598
Introitus Christi in cælum cōmu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nicatur credentibus 558
Intuitus Christi 75
Intuitus sacramenti non tam efficax quàm receptio 371
Intuitus sacramenti non sufficit, necessaria est manducatio 361
Inuenire 73
Inuidia 1175
Inuidiæ malum semper vrens 582
Inuidiæ proprium 441
Inuocatio 552
Ioannes 761
Ioannis discipuli sequuntur Christum 3
Ioannes docebat Christum venisse ibidem
Ioannes Euangelista quare exordio abstinuit 5
Ioannes interpretatur, in quo est gratia 20
Ioānes super Domini pectus 784
Ioannes testatur lucem Christum venisse 1
Ioannes vnde cognouit Iesum esse Christum 3
Ioannis cura erga Virginem Mariam 1102
Ioānis Euāgelistę modestia 1044
Ioannis intentio 39
Ioannis testimonium de Christo 253
Ioanni Virgo commendatur 1102
Iona 75
Ionæ signum 1012
Ioseph pater Iesu 80
Ioseph Arimathiensis petijt à Pilato corpus Iesu 1109
Iosephi & Nicodemi fides in Christum 1110
Iosephi sepultura 187
Iosephi venditio, vehiculum ad gloriam 1080
Ira Dei 124
Ira Dei reuelata 901
Iram Dei manere super aliquem quid est 171
Iræ fratrum acerbissimæ 455
Iratus animus 553
Iratorum insania aliquantisper vitanda 91
Ireneus 371
Iscariota 706
Ismaelitæ 514
Israel, peculium Dei 239
Israelita verus quis 82
Israelitæ pasti 1159
Israelitarum regia 187
Iudæ tribus nobilis 236
Iudæa 653
Iudæus confessor 1180
Iudæi à Iuda 158
Iudæi ab Abrahã degenerant 514
Iudæi à Pilato ad Cæsarem appellant 1091
Iudæi abominantur Samaritanos 190
Iudæi accusant Iesum blasphemiæ 1084
Iudæi ad horam in Baptista exultarunt 284
Iudæi ad lapides prouocant 628
Iudæi aliquot credunt 465
Iudæi cæci 249
Iudæi cæci & sanguinis sitibundi 416
Iudæi Christum non agnoscunt, quem tamen vident & loquentem audiunt 1036
Iudæi conuicti 283
Iudæi cur Euangelio non credunt 521
Iudæi dicti peculium Christi 25
Iudæi dissimiles Abrahæ 515
Iudæi etiã in mortuum sæuierũt 1107
Iudæi filij diaboli 521
Iudæi grauius peccauerunt quàm Pilatus, adigendo Christum cruci 1087
Iudæi humilitate Christi scandalizati 434
Iudæi inexcusabiles 902
Iudæi legem Dei suis traditionibus postponunt 1058
Iudæi malo animo Christũ quærunt 416
Iudæi mancipia carnis 539
Iudæi mendaces 537
Iudæi minima curantes præcepta, maiora contemnunt 1106
Iudæi nõ cognouerũt Patrẽ 536
Iudæi nigra in cãdida vertũt 903
Iudæi personam Christi cognoscere noluerunt 436
Iudæi petunt Christum crucifigẽdum 1075
Iudæi seruierunt 509
Iudæi signa quærunt 333
Iudæi superbi & inuidi 250
Iudæi quare non crediderũt 587. 702
Iudæorum calumniæ 563
Iudæorum carnalis apologia de sua libertate 509
Iudæorum carnis cognitio de pane 330
Iudæorum conuictio 926
Iudæorum dies 188
Iudæorum dies festi Deo ingrati 414
Iudæorum dilectio simulata esse probatur 293
Iudæorum duricies 211
Iudæorum error 102
Iudeorũ & diaboli collatio 523
Iudæorum etiam inter lucentissimas tædas, cæcitas 1034
Iudæorũ exitiũ prænuntiatũ 442
Iudæorum ignoratio de vnigenito Filio 255
Iudæorũ ingratitudo 238. 287
Iudęorũ malitia & cõmẽtũ 1084
Iudæorum multiplices & captiosæ disputationes 127
Iudæorũ opinio de magno Messiæ aduentu 620
Iudæorum opiniones de Christi dicto, Ego sum panis vitæ 365
Iudæorum Pater 518
Iudæorum peculiaris acclamatio 715
Iudæorum Pontificum fucata religio 1062
Iudæorum prærogatiua 205
Iudæorum principes causa perditionis populi 418
Iudæorum principes vineæ spiritalis corruptores 418
Iudæorum prouocatio à Christo ad Mosen 333
Iudæorum purificationes 102
Iudæorum vanitas 29
Iudæis domus gentilis interdicta 1058
Iudæis Pater incognitus 437
Iudæis Romani gladium ademerunt 1061
Iudaica comitia 44
Iudas 761
Iudas adit Pharisęos 762

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudas diabolus 597
Iudas fur 708
Iudas incredulorum typus 391
Iudas hypocrita ibidem
Iudas non ad Christum sed perditionem pertinebat 1000
Iudas non fuit vera ouis 626
Iudas perijt 968
Iudas prodit Christum 1024
Iudas proditor, et latronum dux 1034
Iudas tolerâdus in Christi familia propter Scripturas 1001
Iudas vnde iscariotes dictus 418
Iudæ auaritia 699
Iudę Christũ sequẽtis studiũ 1000
Iudas frater Iacobi 355
Iudas Thaddeus 397
Iudex & accusator nemo sit 286
Iudex minister legis 475
Iudicis authoritas 1086
Iudicis iusti est maturè & non festinanter iudicare 1063
Iudicis iusti munus 1064
Iudices vt iudices, dicti filij dei 632
Iudicibus perpetuò prescriptũ 549
Iudicare 405. 463
Iudicare iustum iudicium 430
Iudicare nulli creaturæ competit 146
Iudicare secundum carnem 485
Iudicium 123. 235. 701
Iudicium carnale 495
Iudicium Christi 545
Iudicium discretionis 581
Iudicium discretionis & retributionis 293
Iudicium duplex 295
Iudicium Filij iustum sicut & Patris 240
Iudicium mundi in rebus spiritalibus 929
Iudicium mundi quale est ibidem
Iudicium populi de Christo 404
Iudicium prohibitum 461
Iudiciũ secũdum merita fiet 146
Iudicium verum 486. 928
In iudicium non venire 144
Iudicij iusti ratio 147
Iudicij dies ignotus 146
Iudicia hominũ defactis varia 676
Iudicio res mutantur 580
Iulianus apostata 175
Iuniores 1167
Iuramentum quando licitum 357
Iurare licet in re seria & vtili 335
Iustificatio iuxta opinionem Iudæorum 330
Iustificatio non est à Moyse 38
Iustificatio nostri vnico Chro 359
Iustificatio tria requirit 146
Iustificationis aduentus 147
iustificationis fructus 252
Iustificationis vsus 478
Iustificatus pacem habet 144
Iustitia hypocriticas 927
Iustitia per Christũ restituta, remanet pronitas ad malum 344
Iustitia vera quæ & quibus prodest 927
Iusti qui sint 25

Labor benedictus 312
Labor fructuosus 1160
Labor est in præcepto 1153
Labor maior est in serendo quàm in metendo 219
Laboris ofores 334
Labori nostri nostro quãdo adest Deus 1154
Lachrymæ Christi 675

Lachrymæ, initium gaudij 946
Lachrymæ pro mortuis commendatæ 663
Laicis nihil detrahitur, quòd sub altera tantùm specie communicent 375
Lapidare 587
Latro 585 599
Latro blasphemans 1101
Latro fidelis saluatur ibidem
Latrones 590
Latronibus crura frangũtur 1078
Lauare pedes 761. 772
Lazarus 645
Lazarus infirmus 639
Lazarus nobilis & potens 711
Lazarum occidere consultant Iudæi 699
Lemures 842
Legatio Christi non est commentitia 422
Legatus à Deo honorificè excipiendus 263
Legati cur ad Baptistam missi 45
Legatorum leuitarũ captio ibid.
Leuitarũ sordidus quæstus 68
Lex 956 426. 742
Lex ad literã nõ interpretãda 429
Lex cur gladium portat 471
Lex cur data 317
Lex data à Moyse, impleta per Christum 38
Lex de adulteris 470
Lex de loco adorationis 203
Lex de testimonio 487
Lex & Prophetæ de messia 79
Lex facies Dei iracti 489
Lex iram operatur 819. 974
Lex, omnes sub peccatum sed non sub pœnam concludit 474
Lex vmbris inuoluta erat 1007
Legis confirmatio 299
Legis & Euãgelij differentia 337
Legis impotentia 300
Legis intentio 24
Legis partes 458
Legem facere 426
Liberare 465
Libertas à solo Christo 513
Libertas animorum 509
Libertas Christiana 887. 508. 250
Libertas Christiana quibus consistit 887
Libertatis Spiritus 513
Liberum arbitrium 287. 392. 628 780. 292. 874
Liberum arbitrium etiam in rebus Dei 26
liberum est manere in dilectione Dei 880
Linteamina sepositа in sepulchro 1089
Linteaminum diuersitas ibidem
λίθος 1089
λιθόστρωτος ibidem
Liuor Christi, liberatio à peccatis 1081
Liuoris incendium 711
Loculi 708
Locus exprimens treis personas Trinitatis 849
Locus natalis christi putatiuꝰ 451
Longanimitas inter amicos simulatos 708
Longinus 1107
Loquelã Christi cognoscere 521
Loqui de terra 166
Lotio Christi necessaria 770
Lotio interna 771

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luctus propter Lazarum mortuum 641
Lumen 701
Lumen in lumine 43
Lumen intellectuale 18
Lumen in prædestinatis 610
Lumen Ioánes id vocat, quod Paulus mysterium Dei 20
Lumen vitæ 482
Luna decima apparatus agnus 715
Lunatio 1058
Lupum dissipare gregem 609
Lupi 608
Lupi qui dicuntur 606
Lutum formatũ in oculum 559
Lux 1.123.702.
Lux Christus 463.754
Lux in tenebris 17
Lux multiplex 21
Lux mundi 542.556
Lucis absentia causa ostensionis 658
Lucis radij 755
Lucem comprehendere 18
Lucem habere 744
Lucem lucere 17
Lucem odisse 156
Macedoniani hæretici 14
Macedonij confutatio 833
Mactare 600
Magdalena ad monumẽtum plorans 1118
Magdalena ad Petrum & Ioannem abit 1120
Magdalena Apostola designata 1128
Magdalena Apostolorũ apostola ibidem
Magdalena cum vnguento petit sepulchrum 1118
Magdalena indigna Christũ tangere 1128
Magdalena iuxta sepulchrum nõ credebat christũ resurrexisse 1119
Magdalena prohibetur tangere Christum 1128
Magdalena videns Dominũ, non videt 1128
Magdalena viso Dño rediuiuo adhuc infirma erat in fide 1127
Magdalenæ conuersio 646
Magdalenæ feruor 1110
Magdalenæ feruor ad vngendũ Dominum 1118
Magdalenę feruor et charitas 706
Magdalenæ feruor & dolor 672
Magdalenæ fides & charitas commendata 118
Magdalenæ perseuerãtia in quærendo Domino 1172
Magdalenæ sententia de non inuento Iesu in sepulchro 1126
Magdalenam Apostolam discipulis Christus designat 1124.551
Magister 122.761
Magister à discipulis imitãd. 774
Magistratus ciuilis 478
Magistratus ciuilis & Euãgelicus non pugnant 478
Magistratus ciuilis non punit vt satisfiat peccato ibidem
Magistratus ecclesiasticus ibid.
Magistratus est aliquãtisper se populi moribus accõmodare 1060
Magistratus qualem se agnoscere debet 1041
Magistratus ineuntium mos 714
Magistratus à Deo sunt 458
Magistrat. quales esse debẽt 590
Magistratuum cõmendatio 632
Magistratuum vsus à Deo, abusus à Satana 1087
Malachias vltimus Propheta 48
Maledicti 457
Maledictio in benedictionẽ 860
Maledictionem nostrã Christus in benedictionem mutauit 1094
Maledictionem prædicere 787
Malum, occasio boni 11
Malũ in suum authorẽ recidit 453
Malum per se non potest rectè fieri 1079
Mala nostra in gloriam dei versa 650
Mali corui, malum ouum 516
Mandatum Christi suaue 885
Mandatum nouum 795
Mandatũ Patris, vita æterna 758
Mandata Euãgelij præcipua 880
Mandata habere 839
Mandatorum contemptus 845
Manducare carnem Christi quid est 378
Manducare carnem Christi & bibere sanguinem eius 296
Manducatio corporis Christi, aliquid supra fidẽ nobis cõfert 374
Manducatio sacramenti 361
Manducatio sacramentalis 389
Manducatio sacramentalis ẽstne necessaria 369
Manducatio spiritualis 389
Manducatio spiritalis carni incognita ibidem
Manducationis modus 373
Manducantis & rei manducatæ coniuncto 379
Manere 1173
Manere in Christo 872.876
Manseritis, verbum 505
Mansiones ab initio 811
Mansiones variæ in beatitudine ibidem
Mansiones variæ in cælis 810
Manichæi 597
Manichæi confutati 218
Manichæorũ error cõfutatus 310
Manichæorum hæresis 292
Manichæi error 22
Manichæi hæresis 25
Manifestatio christi à spiritu 840
Manifestatiõis christi notulę 842
Manna 294.336
Manna ad corpus pertinet 358
Manna, esca spiritualis ex verbo credito ibidem
Mãna nõ erat cibus de cælo 382
Manna quid significat 338
Mannæ & corporis Christi collatio 338
Mãnæ spiritualis intelligẽtia 338
Manna typus 338
Manuum extensio in Petro 1168
Mansuetudo Christi 477
Mãsuetudo Christi erga Iudã 773
Mare quid signat 1187
Mare congregatio aquarum 298
Maria 646
Maria virgo nuptiarũ solicita 97
Maria & Martha ad Christũ mittunt 647
Maria Magdalene ad sepulchrum 1115
Maria soror Marthæ 639
Maria soror Marthæ vnxit pedes Iesu 699
Mariæ fides 98. fiducia 190
Martha 646
Martha ad Iesum 664
Martha allecta ad audiẽdum verbum

bum 327
Martha incredula 641
Martha mulier, adhuc mulier 656
Martha sedula 664
Marthæ fides de Christo 669
Marthæ fides & confessio 325
Marthæ simplicitas 671
Matrimonij commendatio 95
Matthæus & Ioannes conciliantur 310
Mediator Christus 879
Mediator dei & hominum Christus 882
Medicorum admiratio de sanato filio reguli 229
Meditationis mortis Christi fructus 946
Medium ad Euangelium 744
Medium nullum inter Deum & mundum 982
Medium quo Christus nobis est resurrectio & vita 667
Media ad Deum necessaria 148
Media ad finem non contemnenda 401.517.679.1018
Media ad salutē & vitā æternā 182
Memoria 721
Mendax 934
Mendacium 466
Mendacium diabolo propriū 522
mendacij domicilium 963
Mens Christi 841
Mercenarius 586.604.609
Mercenarij 606
Merces 217
Meritum 522
Meritum Christi 819
Merſio trina in baptismo 132
Messias 181
Messias Christus 73
Messias ex Dauide 45
Messiæ officium 208
messiæ regnum perpetuum 741
messiam inuenisse 73
messis 181
messis spiritalis 216
messis terrestris & spiritalis 215
metamorphosis spūalis 580.838
metaphora à cibo ad Spiritum 118
metere 180.838
methodus ad gloriam 856
methodus auxilij non præscribenda Deo 653
methodus cognoscendi Dei 1023
methodus perueniendi ad Christum 1012
Metreta 101
Metus silendæ veritatis causa 418
meus, pronomē, quum de personis Trinitatis loquimur 937
Miliare 662
milites sunt mācipium auri 1034
militum Pilati crudelitas 1080
Mimesis 304
ministrare Christo 701
ministri Sacerdotum conuersi ad Christum 407
ministri verbi officium 164
miraculum primum Christi post baptismum 67
miraculi de panibus amplificatio 314
miraculi scopus 93
miracula appēdices doctrinæ 146
miracula discipuli operati sunt maiora numero quā christ⁹ 827
miracula etiam sub cōmuni cursu naturæ 705
miracula fidem confirmant 230
miracula non sufficiunt ad probandum homine non esse peccatorem 563
Miracula ꝓpter infirmitatē 1145
Miracula quæ vulgo de pueritia Christi circunferuntur, apocrypha 64
Miracula quid faciant 292
Miracula sunt doctrinæ obligurationes 298
Miracula, sunt promissionis Dei obligurationes 1159
Miracula sunt verbi testimonia 826
Miraculorum author, Deus 335
Miraculorum vsus 105.230.713.722.1148
Miraculis nō temerè credendū 85
Misericordiæ opus nō violat Dominicum diem 228
Missio, id est incarnatio 487
Missio visibilis 848
Missiōis discipulorū scopus 1097
Non Missus, sed veniens 782
Mysterium sub his verbis, ecce homo 1082
Mysteria Christi sine Spiritus illuminatione nō agnoscūtur 1007
Mitto 442
Mittere attribuitur Patri nō proprietate 848
Moabitæ 695
Modicum 940
Mœstitia in Apostolis de abitu Domini vnde 921
Mœstitiæ finis fomentum 856
Monumenti nouitatis ratio 1112
Morbi & afflictiones pro gloria Dei 243
Morbi ex peccatis orti 252
Morborum immissio vnde 253
Mori in peccato 493
Mori necessarium Christo 739
Mori pro alio 810
Morimur cum Christo & quomodo 780
Morientes etiam viuimus 857
Mors 464
Mors animæ 481
Mors Christi 737
Mors Christi, clarificatio 370
Mors Christi est vita nostra 1105
Mors Christi honorifica 739
Mors Christi non autem martyrium sanctificat 605
Mors Christi spontanea 1035
Mors Christi, initium vitæ cælestis & perpetuæ 1105
Mors duplex 645.667.674
Mors extincta per Christum 792
Mors ianua vitæ 118
Mors impijs non autem pijs horribilis 1028
Mors impiorum horrida 531
Mors in solam carnem Christi potestatem habebat 118
Mors mortem vorauit 1104
Mors non est mors 656
Mors pij somnus est 531
Mors qūo à nobis vincitur 533
Mors, somnus 658
Mors victa 511
Mortis aculeus ibidem
Mortis Christi fructus 930
Mortis Christi virtus 793
Morti, damnatio res cognata 498
Mortem deflere 675
Mortem nolle in nobis, Christus vicit 1167
Mortificatio 717
Mortificatio nostri 133

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mortua omnia in nobis ante regenerationem 850
Mortui 728
Mortui in monumentis 146
Mortui dormientes 183
Mortui vagabantur 709
Moses accusator 237
Moses accusaturus Iudæos 286
Moses Christum docuit ibidem
Moses de Christo scripsit 237
Moses fidelis ostiarius 502
Moses non fuit miraculi author 335
Moses 40 diebus à Deo pastus 555
Mosi abnegatio 781
Mosi discipuli 545
Mosi officium 40
Mosi zelus 113
Mosen Iudæi Christo præferunt 334
Mosaici iudices 469
Mundus 23.28.130.484
Mundus à Christo mutatus 737
Mundus ab oratione Christi exclusus 989
Mundus alijs ad gloriam scbalis vtitur quàm Christus 1096
Mundus cæcus 835
Mundus damnatus 990
Mundus de iustitia quando conuictus 870
Mundus, & quis de mundo 989
Mundus horrida solitudo 313
Mundus illudit Christo spinis coronato 1081
Mundus in maligno 737.924
Mundus ingratus 895
Mundus innititur hypocritica & fucata veritate 1006
Mundus non est capax spiritus 834
Mundus non est locus quietis & solatij 1067
Mundus non habet iustas causas odij in Christum 904
Mundus nō sustinet lucem 1004
Mundus quare pios odit 897
Mundus quare pios persequatur 901.1003
Mundus quibus regitur 1067
Mundus respuit doctrinam Christi 1021
Mundus sanis semper aduersatur consilijs 895
mundus sola permissione in pios potestatem habet 1086
Mundus variè accipitur 337
mundus vult videri se non persequi pios 629
Mundi discipuli 495
Mundi diuitiæ hominibus communicatæ 754
Mundi genius 671.991
Mundi iacula 625
Mundi ingratitudo pro beneficijs Christi 1022
Mundi iudicati causa 153
Mundi iudiciū de Euangelio 564
Mundi iudicium de persona Christi 58
Mundi maligna indoles 27
Mundi nomine quid Scriptura intelligit 1031
Mūdi ornatus sunt mēdacia 894
Mundi præsidia & tela 624
Mundi proprietas 1074
De Mundo esse 897
De Mundo non esse 496
Mundo innata vis persequendi pios 965

Mūdo opera Dei stulta sunt 1097
Mundo placens, non purum habet verbum 1012
Mulier, caro 28
Mulier in adulterio 469
Mulier vas infirmum 1108
Mulier pariens 913.946
Mulieris parturientis, & in Christo renascentis collatio 947
Mulieri in adulterio deprehensæ condonantur peccata 463
Mulieres quæ Christo ministrauerunt victum 1106
Mulieres Hierosolymitanæ 1095
Musica nona 659

NA 714
Nardinum vnguentem 705
Nardus ibidem
Nasci denuò 122
Nasci ex aqua & Spiritu Sancto ibidem
Nasci ex Deo 28
Nasci ex sanguine ibidem
Nasci in peccatis 676
Natatorium 131
Nathanael 78
Nathanael etiam absens à Christo cognitus 83
Nathanael legis Mosaicæ peritus 79
Nathanael non est in Apostolatū accitus 82
Nathanael vnde dictus verus Israelita 81
Nathanaelis fides 5
Natio non secludit à salute 613
Natiuitas duplex 129
Natiuitas Christi in Bethlehē 79
Natiuitas Chr i nō de mūdo 964
Natiuitas nostra peccatrix 28
Natura Christi verax 282
Natura humana cæca 17
Naturæ affectus 673
Naturæ diuinæ nota 540
Naturæ duæ in Christo 438.753
Naturæ duæ in vna hypostasi vnitæ 143
Nauigium Christianorum 1157
Nazarænus 79
Nazarænus Christus 1036
Necessitas ascensus Christi ad cælum 458
Necessitas explicanda in oratione 648.954
Necessitati multorū præstat, quā vnius delicijs tribuere 707
Necessttati subueniendum 243
Negatio Petri inuitat nos nihil de nobis præsumamus 1054
Negatio Petri prædicta 820
Nemo nisi filius nouit Patrē 437
Nemo sua sorte contentus 1173
Neomenia 1058
Nescire 225
Nicodemus 407.1110
Nicodemus confertur Samaritanæ 194
Nicodemus curat sepulturā Christi magnificam 1111
Nicodemus ignorat renascentiam 130
Nicodemus noctu accedit ad Christum, vt doceatur 121
Nicodemus occultus Christi patronus 459
Nicodemi studium 126
Nomen à re cognitum 995
Nomen Christi 953.900 27.995
Nomē Christi impijs exosum 900
Nomen Dei 1023

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nomen Dei, propugnaculum aduersus Satanam 995
Nomen naturam rei designat 75
Nomen pro merito 829
Nominis Dei duplex manifestatio 118
Nominis mutandi ratio 79
Nomine Christi omnia impetrantur 892
Nomina piorũ ꝓpria cognita 593
Nomina rebus consona 75
Nominatim 593
Non esse in mundo 994
Non timere 321
Non videre 581
Nonni poetæ locus 373
Nos nostráque interibimus vt viuamus 700
Nouatus 370
Nox 556.744
Nox, absentia Christi 555
Nox non autem dies habet formidines 655
Nummus Romanus 708
Nuptiarum sumptus 96
Nutrimur eisdem quibus sumus 361

Obedictia grauissima deo 552
Obedientia in oratione 954
Obeditio, methodus ad cognitionem veri 424
Obligatio Christi 813
Obsessus à dæmone 780
Obsonatores 306
Obsonium ibidem
Obstinati animi exitium 452
Obstinatorum ingenium 527
Occasio amplexanda 656.742
Octauarum dies celebratus 1143
Oculus Christi 546
Oculus inuisibilis 815
Oculus, locuples testis 61
Oculus piorum 837
Oculus quo Christus videtur 392
Oculus spiritalis 18.755
Oculi charitatis 320
Oculi Dei 175
Oculi insentis 582
Oculorum eleuatio 6807
Oculorum subleuatio 969
Odium cum mundo pijs necessarium 894
Odij aduersus pios causæ 896
Odij seminarium in Iudæis aduersus Christum 711
Odij seminarium in Pharisęis aduersus Christum 183
Odoriferis rebus vti licet 709
Offendiculum 161
Officiositas Christi 767
Officium Christi 127.308.212.469.592.660.756.857
Officium Christi perpetuum 815
Officium suum Christus declarat 546
Officij Christi periphrasis 212
Officia Christi 38.74.681.960
Officia in Ecclesia Christi distinguenda 177
Officia quibus cognoscitur Christus 621
Officiorum omnium Christi, fides 685
Offula Iudæ tradita 785
Omnipotentia Dei 877
Opiniones vulgi de Christo 430
Oportet 208
Oppressis qua via succurrendum 1041
Opus Christi 912

Opus Dei 909
Opus Dei, fides 290
Opus malum 703
Opus quo demeremur Deum 331
Opera 123.804.827
Opera à Deo 863
Opera bona 1011
Opera Christi fide aspicienda 349
Opera Christi fiduciam nobis offerunt 148
Opera Christi ostendebant eum esse Deum 588
Opera Christi testificantur ipsum Deo 290
Opera Dei 554
Opera Dei etiam profunda solus scrutatur Spiritus 769
Opera diuina sub alio opere promouent 1105
Opera etiã Dei in nobis quomodo opera dicuntur 1160
Opera ex fide prodeunt 611
Opera mundi 414
Opera nostra vacent gloria 251
Opera nostra vnde sunt 874
Opera nulla sine fide 863
Opera quæ nõ violãt sabbatũ 277
Opera testificãtur de Christo 621
Opera trinitatis indiuisa 488
Opera verbo potentiora 622
Operum bonorum fructus 147
Operum Christi magnitudo 260
Operum Dei alia ratio quàm mũdi 663
Operibus probatur Christus esse Deus 633
Operari cibum 204
Operari opera Dei 542
Operarius mercede dignus 217
Orare nomine Christi qd est 892
Orandi formæ 870
Orandi modus 971
Orandum nomine Christi 953
Orantes in nomine Christi 829
Orãtes nihil præscribamus Christo de modo auxiliandi 648
Orantibus adsunt Spiritus & ca-
ro 877
Oratio absoluta 954
Oratio, arma contra afflictiones 969
Oratio Christi 1033.682.701
Oratio Christi ad Patrem 967
Oratio Christi petitoria 973
Oratio Christi pro tota Ecclesia est 1022
Oratio conditionalis nihil desinit 1173
Oratio cũ gestibus corporis 970
Oratio duplex 682
Oratio fidei efficax 101
Oratio habeat gratiarum actionem 972
Oratio qua Patrem & Filium glorificamus 995
Oratio qualis esse debet 951
Oratio vocalis necessaria 955
Orationis Christi efficacia 1038
Orationis Christi epilogus 1028
Orationis Christi fructus 1015
Orationis Christi scopus 1004.989.994
Orationis Christi summa 999
Orationis fidei virtus 877
Orationis fructus 913
Orationis impedimenta 951
Orationis interpretes 956
Orationis locus, templum 1083
Orationis materia 954
Orationis petitoriæ, vt exaudiamur

Universidad de Deusto
Biblioteca

mur,partes 877
Orationis vsus 950
Ordo quo filius electos adducit 182
Organa Dei 355
Orphanus 836
Ortus Christi 434
Ortus in quo Christi sepulchrum 1112
Os domini 694
Ore ad os loqui 41
Osanna 714
Osculum 1038
Ossa Christi in cruce non comminuta 1108
Ostendere pro Facere 620
Ostiarius 591
Ostiarius non furi sed pastori aperit 591
Ostium 585
Ostium,Christus 596
Otiosi 868
Otiosi nihil ad Euangelium 505
Otium 312
Otioum vitandum 326
Ouis inertissima 6012
Ouis priusquàm pastor 588
Oues 1164
Oues Christi 587
Oues nõ posse rapi de manu Christi probatur 625
Oues quomodo efficimur 603
Oues suũ cognoscũt pastorẽ 610
Ouium officium 594
ex Ouibus Christi esse 622
Ouile 585.612
Ouile ouium 590

PActum cum Deo 134
Palæstina siticulosa 102
Palàm loqui 961
in Palàm esse 418
Palingenesia 113
Palma victoriam adumbrat 613
Palmæ proprietas 713
Palmarum dies 612
Palmes 863
Palmitem fieri 860
Palpones 1174
Panis à Deo sigillatus 328
Panis angelorũ,siue de cælo 335
Panis cælestis toti mundo communicatus 336
Panis conuersus in carnem 336
Panis de cælo 336
Panis de cælo dat vitã æternã 382
Panis Dei 535
Panis eximius 336
Panis ille eximius quare de cælo dictus 337
Panis in carnem Christi transubstantiatus 364
Panis in carnem Christi transmutatus 363
Panis intinctus 785
Panis Mosaicus solis Iudæis datus 237
Panis verus,caro Christi 362
Panis verus,Christus 294
Panis veri typus,Manna 336
Panis vitæ 295.357
Panis vitæ,caro Christi 363
Panis vitæ omnibus præsentatus 342
Siue Panis vitæ,siue doctrina animam roborat 365
Ad Panem verum habendum tria necessaria 344
Panes in manu Christi 310
Panes nostri Christo committendi 311
Panum multiplicatio è verbo Dei 310
Parabolæ partes tantùm accipiendæ, quæ ad negotium faciunt 947
Paræneſis vitæ instituendæ 457
Paracletus 232.833.966.922
Paracleti cõsolatio & potẽtia 1153
Paralyticus Euangelicus 253
Paralyticus Christum compellat 245
Paralyticus verbo credens, sanus factus 247
Paralytici commendatio 246
Paralytici confessio de Christo 136
Parare locum 711
Paraſceue 763.1089
Parentes cæci timent Pharisæorũ excommunicationem 544
Parentes honorandi exẽplo Christi 1101
Parentum peccata sũtne causa qua filij affliguntur 549
Parœmia de re subita 842
Pascha 696.763.258
Pascha,Christus ex lege Dei: Iudæi ex patrum traditionibus celebrarunt 1060
Pascha feria secunda non celebrabatur 1059
Paschæ solenni festo liberabatur vnus è captiuis 1072
Paschæ obseruatio ex traditione Patrum 1059
Paschæ obseruationes duæ apud Iudæos fuerunt 1058
Paschæ solennitas 118
Pascere 1164
Pascua 599.1164
Pastor 585.586.591.164
Pastor bonus 601
Pastor conductitius 607
Pastor ecclesiasticus rebus infirmis interdum se immiscet 300
Pastor præcedit oues 593
Pastoris diligentia & patiẽtia 601
Pastoris mali tres notæ 600
Pastoris studium & cura 1165
Pastori quando licet fugere 638
Pastorum princeps Christus 601
Passio Christi quo affectu legenda est 1028
Passionis Christi à Ioanne descriptæ,summa 1117
Passionis Christi causa 764
Passionis Christi fructus 1019
Passionis Christi hora ibidem
Passiones in Christo voluntariæ 733
Pater alius à Filio 724
Pater Deus,cur iustus à Christo vocatur 1022
Pater & Filius vnum 503.626
Pater Filio omnia tradidit generatione 98
Pater fons,in quo Filius 6
Pater,Iudæorum Deus 466
Pater maior Filio 859
Pater,nomen essentiæ 206
Pater non potest esse sine verbo, & sapientia 9
Pater omnia demõstrat Filio 201
Pater omnia in manus Filij dedit 765
Pater ostendit Filij sui opera maiora quàm sit sanitas 260
Pater per Filium loquitur 473
Pater per Filiũ mũdo cognitus 984
Pater principium Filij 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

pater qñ à Filio glorificatus 973
pater quãdo Filiũ glorificauit 981
pater quo diligit Filium 879
Pater quomodo docuit Filiũ 503
Pater quomodo Filio dediſſe dicitur 278
Pater quos dediſſe fert Filio 342
Pater trahit ad Chriſtum 297
Pater tutor Chriſti 503
Pater verax 500
Pater viſus in Filio 821
Patris cognitio per verbum conceditur 901
Patris & Filij æqualitas 907
Patris & Filij diſtinctio 938
Patris & Filij eadem opera 553
Patris & Filij eadem potẽtia 257
Patris & Filij eadem poteſtas 272
Patris & Filij honor vnus 263
Patris & Filij indiuidua ſocietas 826
Patris & Filij omnia communia 825.938.
Patris & Filij vna doctrina 515. 529
Patris & Filij vna ſubſtantia 10
Patris & Filij vna virtus & ſubſtantia 258
Patris mandatum 881
Patris nomen Iudæis exoſum 681
Patris teſtimonium de Filio 535
Patris teſtimonia de Filio 272
Patris tutela pro Eccleſia 1000
Patri cur in Scriptura attribuitur verbum, Facere 12
Patri placita facere 504
Patrem adorare in Spiritu 205
Patrem amans, nõ odit Filiũ 904
Patrem cognoſcere 820
Patrem dediſſe Filio habere vitã, quid eſt 268
Patrem Deum honorificare 528
Patrem Deum noſſe 1022
Patrem diligere Filium ſupra omnes 169
Patrem glorificari 878
Patrem trahere nos, quid eſt 353
Patrem videre. 828
Patre cognito, cognoſcitur Filius 781
à Patre datum mandatum Chriſto 617
Paternitas ſiue in cælo, ſiue in terra eſt à Patre Deo 66
Patientia quid eſt 553
Patientia, ſacrificium Deo acceptum 552
Patientiæ neceſsitas 353
Patientiæ ſchola 1101
Patientiæ ſeges 303
Pauperes 699
Paupertas Chriſti propter nos 1113
Paupertas Euangelica 398
Paupertas vnde 312
Paulus Chriſtum imitatus, animo ad mortem parato 1035
Pauli exhortatio ad Epiſcopos 608
Pauli locus de Euchariſtia declaratus 303
Pauli Samoſaſeni error 183
Pax adempta reſtituta eſt 257
Pax etiam in profunda aduerſitate ibidem
Pax mundana ibidem
Pax mundi 852
Pax Chriſti 805.851
Pax vera 855
Pax vera quomodo in medijs afflictionibus conſiſtit 854
Pacis Chriſti officium 1168
Pacis chriſtianę cuſtos 851
Pacis fructus non timere 851
Pacem dare 856
Peccandi facilitas in nobis 1045
Peccantes in Chriſtum, & in Patrem peccant 903
Peccator 543.545.571.574
Peccator maximus 576
Peccator per fidem coram Deo iuſtus 574
Peccatores omnes 474
Peccatores ſunt cauſa paſſionis Chriſti 1029
Peccatrix facta Abrahæ filia 210
Peccatum 552
Peccatum antonomaſticè dicitur incredulitas 992
Peccatum Deus odit 89
Peccatum, incredulitas 493
Peccatum, peccati pœna 749
Peccatum Iudæ 1076
Peccatum mundi 57
Peccatum tollere ibidem
Peccati cognitio 203
Peccati Deus non eſt author 90
Peccati fons, cor eſt 765
Peccati origo 846
Peccati potentia 673
Peccati ſeruus 512
Peccati ſtipendia in ſe Chriſtus tranſtulit 732
Peccati tyrannicum dominium 511
Peccata condemnant 150
Peccata omnium Chriſtus in ſuos dtranſtulit humeros 1029
deccatorum ablutio 1104
ecratis oppreſſorum typus 244
Pectus Chriſti poſsidere 1170
Pectus debitũ Chriſtianis ibidem
Pectuſculũ à Moſe ſacerdotibus datum ibidem
Pecuniam habere, non eſt peccatum 190
Pedes 772
Pedum lotio 767
Pedes cuius primò lauerit Chriſtus 768
Pedum pedi 602
Pelagiani 874
Pendendum eſt ex ſolo Chriſti præſidio 1054
Per, particula 906
Per ipſum dicit Ioãnes, quod Paulus dicit In ipſo 22
Per ipſum & in Ipſo, idem 15
Pera 602
Perditio duplex 1038
Perditionis via lubrica 396
Perditionis filius, Iudas quòd perditionem elegit 1000
Perditionis filius ibidem
Periculum adire non niſi in tempore licet 655
Periculum eſt ſeiungi à Chriſto 318
Periculum imminens fugiẽdum, niſi adſit fauoris Dei certitudo 1035
Periculum præſens quãdo aggrediendum aut fugiendum 695
Pericula temerè nõ ſubeunda 636
Periculis temerè ſe exponere, eſt tentare Deum 656
Peripſema mundi 994
non Perire 147
Periens, ſibi non Chriſto imputet 20

Universidad de Deusto
Biblioteca

Permissio diuina 749
Permutatio rerũ admiranda 210
Perseuerandum in fide 668
Perseuerantes in sua vocatione, nunquam à Domino destituntur 555
Perseuerantiæ commendatio 506
Personæ æstimatio à virtute 509
Personæ diuinitatis tres 907
Personæ ex doctrina non fastuæ stimandæ 213
Personarum distinctio confitenda 892
Personarum trinitatis mansio in credente 844
Persuasio ad fidem Christi 636
Pertinaciæ signum 1143
Peruersitas 91
Peruestigare nos debemus in Christo 262
Pes 1159
Peteré 864
Petendũ in nomine Christi 804. 829.863.913
Petendum non alio quàm Christi nomine 958
Petra aquam dedit 573
Petrus 76
Petrus ante Pentecosten piscatione vixit 1153
Petrus aulicus factus veritatem negauit 1046
Petrus cursu tardior Ioanne 554
Petrus de proditore scisciatur 785
Petrus & Ioannes currunt ad sepulchrum 1114
Petrus & Ioannes de sepulchro desperatiores redeunt 555
Petrus & Ioannes ad sepulchrum Christi, adhuc fide infirmi 1120
Petrus fide in mare se misit 1157
Petrus futurus Ecclesiæ princeps, varijs modis probatus 1053
Petrus gladio feriens cur reprehensus 1040
Petrus gladio petit cohortẽ 1039
Petrus in aquam se demittit 1150
Petrus Ioannem sequitur ad domum Caiphæ 1025
Petrus iussus sequi Christũ 1169
Petrus negat Christum 1026
Petrus negaturus Christum 763
Petri nomen mutatum, fidei augmentum designatum 76
Petrus non vult sibi lauari pedes à Christo 760
Petrus recusat lauari à Chro 768
Petrus vltimo Neronis anno passus 1168
Petri confessio de Christo 395
Petri curiositas à Christo argut 1172
Petri de sui erga Christum amore confessio 1163
Petri feruens charitas 395
Petri magnifica cõfessio de Christo 396
Petri mors prædicitur 1151
Petri negatio 10
Petri negotio nos infirmitatis nostræ admonet 1052
Petri pœnitentia 771
Petri vocatio 75
Petri zelus 800
Petro committuntur oues 1165
Pharisæus quis 125
Pharisæi incredulí 544
Pharisæi visis Christi literis in terra, fugerunt 476
Pharisæorum cæcitas 494
Pharisæorum dilemma 471
Pharisæorum dogma 125
Pharisæorum duricies 454
Pharisæorum fastus 576
Pharisæorum impietas & hypocrisis 570
Pharisæorũ notæ & affectus 577
Pharisæorũ superbus animus 1061
Pharisæorum superciliũ 577
Pharisæorum techne 562
Phase 696
Philautia, magna cæcitas 583
Philippus probatur 302
Philippi ignorantia 823
Philippi prædicatio 81
Philippi terrena meditatio de saturandis hominibus 304
Philippi vocatio 77
Phinees 115
Picardorum error 1111
Pietas vera 285
Pij ad Patrem & Christum spectant 991
Pij ad quid videntur derelicti 945
Pij affliguntur non vt homicidæ 1002
Pij aliud à mundano expectant regnum 1066
Pij in afflictione soli non petuntur 903
Pij in communionem bonorum Dei per Christum recepti 959
Pij in mundo, sed non de mundo sunt 1004
Pij in mundo vt ouiculæ inter leones 1005
Pij non de mundo, sed è Christo nati 496
Pij non in gladio sed in patientia sua animas possident 1067
Pij quales esse debent 1006
Pij quare affliguntur 1003
Pij quare mundo inuisi ibidem
Pij semper abundant 304
Pij sunt bonus odor 687
Pij viuunt æternùm 624
pij vtvt docti, semper promouent in Euangelio 931
Piorum arma, sunt bona Christi 965
Piorum comes, Christus 96
Piorum consolatio 332. 453. 528. 615. 674. 838. 941. 963. 985. 992. 286
Piorum consolatio à meditatione bonorum Christi 300
Piorum consolatio in afflictionibus 731
Piorum custodia 1002
Piorum disciplina, afflictio 253
Piorum gaudium quale esse debet 883
Piorum in afflictionibus consolatio 944
Piorum locus munitissimus est apud Patrem propter Christum 601
Piorũ meditatio supplex de cruce 1096
Piorum pascua 599
Piorum præsentia afflictos solatur 1030
Piorum preces præuenit Christus 244
Pijs in afflictione adest Christus 578
Pijs omnia in bonum vertuntur: impijs omnia vertuntur in malum 439

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pijs sitientibus, mundus acetum porrigit 1103
Pios fructum ferre 879
Pilatus adhuc Christo flagellato patrocinatur 1082
Pilatus contendit culpam à se in Iudæos transferre 1083
Pilatus excusandûsne est flagellãs Christũ vt à morte ipsum liberet 1079
Pilatus cupit liberare Christum, Prætextu festi Paschæ 1072
Pilatus fabulam putabat de venturo Messia 1065
Pilatus fatetur peccatum suũ, dicens, Ecce adduco, &c 1082
Pilatus iniquus damnat Christum 1093
Pilatus lauat manus tanquam innocens 1092
Pilatus Iudæis ciuilior 1060
Pilatus non ignarus innocentiæ Christi 1090
Pilatus non persuasit sibi Christum affectasse regnum Cæsaris 1072
Pilatus priuatæ vtilitati cõsulens fit iniquus 1088
Pilatus quærit hominibus placere 1092
Pilatus seruiẽs vulgo, fit iniquus 1079
Pilatus timens interrogat Christum 1076
Pilatus timore seruili occupatus 1088
Pilatus titulo Christi se vlcisci voluit de Iudæis 1097
Pilati fauor erga Christum 1087
Pilati impietas 1086
Pilati mors & vltio 1043
Pilati oratio ad cõmiserãdũ 1082
Piscina 301
Pilati prudentia ad liberandum Christum 1072
Pilati sapiens responsum 1061
Piscina baptismi typus 242
Piscina baptismũ adũbrabat 230
Piscina Ierusalem 233
Piscinæ motæ affectus 242
Piscina vera 244
Piscinam solus qui primus ingrediebatur, sanus 241
Piscis assus 313
Piscium multitudo 1150
Plebeij Christum confitentur, prioribus obstinatis 440
Plebs credula 114
Plenum 34
Pleni scientia 950
Plenitudo Christi 35.37.812
Plenitudo Christi omnibus sufficiens 34
Pneumatomachi hæretici 14
Pœna vna vni causæ decernitur 1082
Pœnæ æternæ 475
Pœnæ infidelitatis 533
Pœnitentiæ discipuli 70
Pœnitentiæ locus quandiu hic vigitur 171
Pœnitentiæ pars 159
Pœnitentiæ pars, viuificatio 659
Pœnitentiæ partes 705
Pœnitentis verus genius 220
Pollinctores funeris Christi 1110
Pono 612
Pontifex vnus à Deo 690
Pontificis officium 187
Pontifices 697

Pontificũ cęcitas & duricies 1083
Populus fide discumbens 309
Populus paret discipulis ibidem
Populi moribus quandoque cedendum 1060
Portio superior & inferior 733
Porticus Salomonis 619
Porticus probaticæ 9
Posse 747
Posse pro velle 52
Pontẽtia Christi 14.304.308.547 616.684
potestas à Deo 1076
Potestas rẽmittẽdi peccata, hominibus communicata 1152
Potestatis vsus non abusus, est à Deo 108
Præceptor, internus Spiritus 301
Præceptore præsente, discipuli tacent 164
Præceptum in oratione 951
Præceptum de petendo & orando 957
Præceptũ Christi præcipuũ 884
Præceptum nouum & vetus 796
Præcepti nouitas 797
Prædestinatio 890
Prędestinationis nostrę signũ 262
Prædestinationis tentatio quomodo tollenda 985
Prædestinationis vox, neminem conturbet 345
Prædestinatum se inuenire 545
Prędicanté sequitur fructus etiam ingratis tutoribus 899
Prædicatio Christi duplex 857
Prædicatio Christi sub quatuor Pontificibus completa 1043
Prædicatio externa necessaria 355
Prædicatiõis apostolicę scop' 852
Prædicatiõis Christi fructus 1022
Prædestinationis Christi scopus 758
Prædicationis Euangelicæ scopu 931
Prædicationis fructus Deo committendus 899
Prædicator idoneus 596
Prædicator nõ est lux, sed testis 21
Prædicatoris officium 110
Prædicatoris partes 932
Prædicatores nõ sunt lux, sed ministri lucis 20
Prædicatores non suũ, sed à Christo acceptum, ministrent 312
Prædicatores organa Dei 354
Prædicatorum ab impijs afflictio 241
prædicatorum anchora 908
prædicatorum confessio 575
rædicatorum dignitas 910
Prædicatorum nomina à Christo scripta 591
rædicatorum officium 559
Prædicatorum partes 294
Prædicatorum qualis labor 188
Prędicatorum scopus 20.30.55
Prædicatoribus licet habere propria 789
Prædicatoribus vitanda popularis aura 1091
Prædicere, & Mandare, differunt 759
Præmiũ Apostolatus & piorũ 892
Præmium Christi 840
Præmium piorum 840
Præmium sequelę Christi 482
Præmiorum certitudo 781
Prærogatiuę Iudęorum finis 206
Præsens pro futuro positum 146

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præsensio futurorum 694
Præsentiæ Christi virtus 1000
Præsidium humanum 1157
Præsidia Euangelij 1040
Prætorium 1057
Prandium miraculosè Apostolis apparatum 1159
Praxis 575
Pretiũ vnguenti Magdalenæ 705
Primogeniti fiũtomnes in Christum credentes 242
Primogenita Christum adumbrabant ibidem
Primus Christi aduentus iucundus 584
Princeps huius mundi 805.856
Princeps mundi damnatus morte Christi 830
Princeps mũdi foras ejectus 737
Principes credentes timent excõmunicari 702
Principes mittũt satellites ad vinciendum Christum 441
Principes sanguinis sitibũdi 454
Principum negligentia in rebus fidei 751
Principium Christus 499
Principium pro primo 498
In Principio & Ab inirio.idem,19
Priuata iniuria patriæ condonanda 553
Priuata persona etiam magistratu tacẽte nõ accipiat gladiũ 2041
Priuatio gratiæ 749
Probatica piscina 248
Probatio Christi, quòd non violarit Sabbatum 255
Procedere & venire 520
Procedent iudicandi 281
Processio Spiritus 908
Prodigalitas vitanda 314
Prodigium 227
Proditionis Iudæ grauitas 209
Proditionẽ prædicit Christus 783
Proditorem suam Iudam indicat Christus 761
Profectio Christi ad Patrẽ, mors 492
Professio Christiana 1018
Progressus ad veritatem 507
Promissio Christi pax est & fiducia nostra 1015
Promissio de Messia 455
Promissio de resurrectione 377
Promissio liberationis 949
Promissio, virtus orationis 951
Promissionis verbum 27
Promissionis virtus 936
Promissioni Dei adhærẽdũ 559
Promissioni Christi & verbo adhæredum 203
Pronubus 68
Propheta 49
Propheta in patria non acceptus 223
Prophetæ partes 450
Prophetæ 467
Prophetæ ad mensuram spiritum habuerunt 368
Prophetæ fuerunt seminatores 217.218
Prophetæ, organa spiritus 448
Prophetæ quomodo viderunt Deum 821
Prophetæ viderũt verbũ fide 24
Prophetarum & Apostolorũ collatio 216
Prophetarum & Scripturæ certitudo 1090
Prophetia 694

Prophetia non aufert liberum arbitrium 905
Prophetiæ à Caipha dicta interpretatio 693
Prophetare ibidem
Propitiatoris officium 756
Propria 963
Propria Christi 25
Proprietates loquẽdi de Christo 145.270
Proselyti 923
Protestari 783
Prouerbium 957
Prouerbium quid est 595
Prouidentia Dei abiectis instrumentis vtitur ad opus suũ complendum 1097
Proximo inseruiendum 766
Prudentia carnis 691
Prudentia ex experientijs 424
Pseudoapostolus 594
Pseudoapostolorũ descriptio 590
Pseudodiscipuli 390
Pseudodoctores 596
Pseudoprædicatores 607
Publici peccatores puniẽdi 474
Pueritia, vetus testamẽtum 1167
Pulmentarium 1155
Purgatio animorum 871
Purgatio spiritalis 870
Purgationis modus 869
Putatio solùm in vite 870
Putati palmites in christo ibid.
Putei Iacob commendatio 197
Pythagoræ dogma 47

Quærere Christum 795
quærere Christum & non inuenire 444
Quærere regnum Dei 303
Quæramus nosipsos in solo Christo 348
Quærẽtes Christũ extra carnẽ 323
Quæstuariorum notæ 597
Quare Christus non docuit Iudæos quòd esset natus in Bethleem 452
Quare nõ omnes salui fiunt 740
Quare nũc nõ fiãt miracula 300
Quasi, particula 32.62
Qui non paruerit, nescit imperare 588
Quis verè liberat 510
Quibus adest Dominus 321
Quid à nobis credendum 1149
Quiescendum in Christo 964
Quinarius numerus quid significat 320
Quinquagenarius numerus 1160
Quinque panibus & duobus piscibus, saturantur quinque milia 292
Quomodo, vox incredulitatis 130.366
Quomodo qui videt Filium, videt Patrem 574

Rabbi quid significat 4.70. 127.547
Rabbinorũ ad Christũ verba 329
Rabboni 1127
Ramos accipere, & obuiam Christo ire, sunt fidei effectus 713
Rapere 603
Ratio humana à rebus Dei abijcienda. 387
Ratio humana in rebus Dei desperat 306
Ratio humana nihil spiritale attingit 12
Rationis humanæ iudicium in rebus Spiritus vanum 915

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rationibus nō alapis coram iudice contra reum agendum 1049
Ratiocinatio humana de potentia Christi 664
Rechabitarum studium erga parentes 120
Recidentium pœna grauior 152
Redemptionis mysteriū in Christi latere aperto 1107
Reditus Christi in Chanaan 124
Regeneratio 47.47
Reges & sacerdotes Christi 74
Regiones albæ ad messem 181
Regnantis proprium 449
Regnum Christi 692.715.1027
Regnū Christi nō mundiale 1065
Regnum Christi spinosum & purpureum 1081
Regnum Dei videre 129
Regnum Israel 654
Regnum Iuda, aquæ currentes cū silentio 558
Regnnum mundi 715
Regnum temporale à Christo nō affectatum 1095
Regni Christi initium 791
Regni cælestis subsistentia 1066
Regni Dei subsistentia 113
Regni temporalis munia 1066
Regula notanda 553
Regula theologa 947.902.908. 978
Regulus 225
Regulus Euangelij præco 229
Regulus qualem primò Christū credidit 226
Reguli fides 225
Reguli filius sanatur 182.1028
In Regulo, fidei magnitudo 228. 229.
Relatio an sit aliquādiu diuinis 539
Relatiuorum natura 490
Remedium aduersus scandalum crucis 915
Remitto, verbum, potestatem importat 1168
Renascentia 134 694.
Renascentia per baptismum 131
Renascentia spiritalis 129
Renati exultant 154
Reperire se in Christo 985
Reprehēsio vacet cōtumelia 1041
Res desyderata in oratione expli canda 954
Res visu auditúq; mirabilis 902
Resipiscentia magna Pœnitudine indiget 190
Resipiscētia Petri, fletus 677.1052
Respondere pro dicere 114
Responsum Christi durū ad Matrem 99
Responsum Christi ironicum ad Iudæos 436
Resurrectio 641
Resurrectio creditu difficilis 1126. 1144
Resurrectio duplex 193
Resurrectio sufficiens argumentum diuinitatis 115
Resurrectio vitæ 236
Resurrectionis fructus 1118
Resurrectionis fructus primo loco discipulis oblatus 560
Resurrectionis virtus 725
Resurrectionis Christi virtus 502
Resurrectione fracta est tyrannis mortis 1168
à Resurrectione Christus vita mundi esse probatur 481

Reticentia 733
Retinere peccata 1108
Reus aut absoluendus aut testibus conuincendus 1084
Rogandum pro mundo 990
Rogandum, non pro mundo ibi.
Romanorum mos in iudicijs ferendis 1061
Ruditas 584
SAbbatizare 429
Sabbatum 234.416.543. 1118
Sabbatum charitati cedit 563
Sabbatum propter hominem 249
Sabbatum quies dicitur ibidem
Sabbatum quo opere violatū 417
Sabbatū sanatione honoratur 249
Sabbati die sanatur infirmus 234
Sabbato feriandum. 247
Sabellius 626
Sabellij confusio 833
Sabellij error 9. 369
Sabellij hæresis 13
Sabelliani 815.907
Sacculus 509
Sacerdotes iubent Christum comprehendi 406.644
Sacerdotium Christi 971
Sacra tractātes & nunciantes, non vt homines, sed vt Dei præcones excipiendi 1010
Sacrorum participatio 371
Sacramentum Ecclesiæ, methodus ad vitam 1107
Sacramentum purgat 872
Sacramenti forma operatur quod significat 1153
Sacramēta ad gratiæ collationem 650
Sacramēta Ecclesiæ ex aperto Christi latere manauerunt 1159
Sacramentorum vsus 1148
Sacramētorū vsus necessarius 1149
Sacrata res 1011
Sacrificium 1153
Sacrificium laudis immolare 213
Sacrificij Christi vsus 1011
Sacrificia Mosaica, vmbræ 1012
Salim 158
Salire in vitam æternam 199
Salomonis gloria 1016
Salomonis oratio 325
Saltatio 96
Saluari aut perdi est nobis liberum 392
Saluator 181
Salus à Christo 1139
Salus ex Iudæis 180.205
Salutis causa 152
Salutis nostræ ordo 985.
Salutis nostræ primus gradus 675
Salutādi formulā, Pax vobis, quid Christus significauit 1140
Salutatio mutua salutaris 852
Salutatio repetita confirmatiores reddit discipulos 1141
Samaria 186
Samaria inter Iudæam & Galilæā ibidem
Samaritæ idololatræ à Prophetis dicti 205
Samaritarum confessio de Christo 221
Samaritarum cultus vanus 205
Samaritarum fides 220
Samaritarum laus 224
Samaritana Apostola 219
Samaritana annuntiat suis Christum venisse 180
Samaritana consulit Christum de sui iustificatione 202

Universidad de Deusto
Biblioteca

Samaritana ratiocinatur Christũ non esse maiorem Iacob & Mose 197
Samaritana Nicodemo prudentior 200
Samaritanæ pœnitentia & suæ salutis desyderium 209
In Samaritana fidei & doctrinæ gradus 208.
Samaritanus 527
Samaritanum dici, apud Iudæos conuitium ibidem
Samaritani ad Christũ exeunt 211
Samaritani cur à Iudæis idololatræ dicti 203
Samaritani Iudæis meliores 211
Samaritani medij inter Iudæos & gentes 220
Samaritani pentatheucum recipiebant 116
Samaritani vnde dicti 191
Samaritanorum & Iudæorum discordia 190
Sanabalath 191
Sanari nequit, cui morbus placet 244
Sanatio nõ violat sabbatũ 240
Sanum fieri velle 244
Sancta quæ dicuntur 1010
Sancti non sitientes in æternum, semper iustitiam sitiunt 231
Sancti, riuuli sunt à fonte Christo 37
Sancti sunt veluti vernæ & serui domestici 34
Sanctificare quid sit 1008
Sanctificare pro fungi munere Sacerdotali 1011
Sanctificare se 644. 696
Sanctificare in veritate 1006
Sanctitas Christi sola coram Deo accepta 1011
Sanctitas externa 1011
Sanctitas fucata 1058
Sanctitas nostra vnde venit 1010
Sanctulorum abusus 709
Sanguis 522
Sanguis Christi est nostri sanctificatio 1008
Sanguis Christi nõ clamat accusationem sed remissionem 291
Sanguis Christi non hyssopo, sed verbo aspergitur & fide excipetur 1008
Sanguis Christi peressusus 1096
Sanguis Christi virtus 770
Sapientes mundi quare non sunt capaces Spiritus 835
Sapientia Dei & ratio humana pugnant 530
Sapientiæ semen 22
Sarmentum 868
Satan in ecclesia Christi nihil iuris habet 861
Satan in rabiem concitatur 635
Satan pios semper oppugnat 570
Satanas 762
Satanas in Iuda 786
Satanas Iudæorum pater 515
Satanas conuictus 930
Satanæ in nos facultas 738
Satanæ imperium 930
Satanæ impostura 722
Satanæ ius 860
Satanæ relũ aduersus Christũ 203
Satellites hominum genus immite 453
Satisfactio pro genere humano 861
Saturitatis virtus 315

Scala

Scala ad cælum 443
Scala ad cælum Christus 144
Scala Iacob 87
Scandalizantur in Christo Iudæi 295
Scandalum 296
Scandalum Pharisæorum 787. 452.582
Scandalum Pharisæorum propria malitia acceptum 483
Scenopegia 403.409
Sceptrum Christi, flagellum 109
Schisma 564
Schola Christi 317
Scientia Christiana 980
Scientia Filij 888
Scientia ignorans 816
Scientia perfecta 959
Scipio 558
Scire aliquid ignoranter 816
Scita & cognita opere perficienda 369
Scopus vocationis Apostolorum 1129
Scribarum traditio 212
Scriptura de Messia venturo 48
Scriptura non potest solui 633
Scriptura noua in cordibus Apostolorum 1160
Scriptura, ostium 589
Scriptura sacra ab indoctis tractari non debet 741
Scriptura sine pietate pestifera 52
Scriptura verax 1091
Scripturæ clauis 145.150
Scripturæ cognitio à spiritu 710
Scripturæ 290
Scripturæ de Messia 289
Scripturæ impleudæ 1042
Scripturæ qualem prædixerunt Messiam 315
Scripturæ quomodo legendæ 209
Scripturæ sacræ 558
Scripturæ testes Christi 401
Scriptuarũ apertio à Christo 311
Scripturarum cognitio ad vitam æternam 595
Scripturarum encomium 401
Scripturarum sensus paulatim collatus 660
Scripturarum vsus 280
Sculptile 174
Sebaste 187
Secessus Christi à turba 68
Seditio à Iuda Galilæo orta 1064
Semen mulieris 669
Seminare 181.218
Senes 1167
Sententia Christi de adultera 474
Sententia iniqua lapidare volentium indicta causa 628
Sententiæ author lex, nõ iudex 475
Sepeliendorum mos 685
Sepeliendis mortuis mos patriæ seruandus 1112
sepelitur Christus non vt condẽnatus, sed vir magnus & Prophe ta 1111
Sepulchrum Christi 1114
Sepulchrum Christi lapide & sigillis obsignatum 1119
Sepulchra magnifica non damnãtur 1111
Sepulturæ sumptus non damnandus ibidem
Sequi Christũ 330.594.623.1169
Sermo Christi est veritas 1007
Sermo Dei efficax 77
Sermo Dei factus ad aliquẽ, quid significat 832

Sermo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sermo purgat 803
Sermo purgatiuus 870
Sermonis Christi custos 843
Sermonis Christi efficacia 221
Sermonis diuini energia 530
Serpens æneus 145
Serpens exaltatus 501
Serpens in deserto 123
Serpentis ad aspectum curabantur læsi 175
Serpentis caput 669
Serpentes igniti 1140
Seruari à malo 1005
Seruare verbum Dei 1140
Seruitus corporalis non pugnat cum euangelio 507
Seruitutis varium genus 510
Seruus 761. 864 887
Seruus in quo sapientiæ initium 898
Seruus non maior Domino 776
Seruus peccati 465
Serui 512
Serui, cultores legis 887
Serui & filij differentia 888
Sesquipes 1159
Sic, particula 147
Sichar 187
Sichar pro Sichem corruptè scriptum 178
Sichem 187
Sichimitæ 192
Sicut 264. 880
Sigilla doctrinæ 621
Signare quid notat 168
Signum 227
Signũ cognoscendi Messiam 440
Signum dilectionis diuinæ 880
Signum magnæ dilectionis 799
Signum discipulorũ Christi 797
Signum quo agnoscimus nos esse filios Dei 992
Signum quo ostenditur Spiritus datus 562
Signa ab incredulis petuntur 227
Signa & prodigia petere quid est ibidem
Signa petunt Iudæi 181
Silentij officina mysterijs meditandis commoda 1032
Silo, locus primò electus ad Sacra 203
Siloa fons 558
Siloa quid adumbrabat 559
Simeonis prophetia cõpleta 1101
Simile 581. 602. 635. 673. 727. 793. 794. 798. 854. 976. 891
Similitudo 71
Similitudo Patris & Filij. 824
Similitudo sumpta à nubentibus 68
Simon 75
Simon Cyrenæus 1094
Simplicibus Christus mitior 110
Sine, Particula 14
Sine Deo nihil factum 13
Sion 717
Sitire salutem 445
Non Sitire in æternum 198
Sitis & inediæ causa 214
Sitis in Christo veritatem humanitatis ostendit 1103
Sitis spiritalis 231
Sol absõs excæcat alios illuminat. 182
Sol piorum, Christus 657
Soliciti de Ventre 335
Solicitudo terrenorum abijcienda 313

Soluite, verbum, crucem indicat 116
Solutio debiti Adæ 1104
Sordium corporis ablutio 558
Specie sub vtraque non plus fructus quàm sub altera specie confertur 303
Spectrum 320
Spernens Christum 702
Sperata res piorum 209
Spes dilata, probatio est fidei 101
Spes fouet agricolas 216
Spes non confundit 243
Spiritus 122. 207. 662. 787. 267 Spiritus multiplex 787
Spiritus ventus 137
Spiritus & venti proprietas 138
Spiritus Christi 106
Spiritus Christi author omnis boni 157
Spiritus Christi pijs semper gaudium suggerit 1002
Spiritus Christi vbi est, ibi pax & bonorum copia 1152
Spiritus erroris in pœnam 294
Spiritus erroris & mendacij 908
Spiritus libertatis 38
Spiritus timoris ibidem
Spiritus veritatis 908. 932
Spiritus & Verbum 105
Spiritus sanctus 61. 865. 912
Spiritus à Filio missus 907
Spiritus à Patre 1050
Spiritus à Patre & Filio 937
Spiritus sanctus à Patre & Filio procedens 906
Spiritus sanctus procedens 909
Spiritus Apostolis promissus 906
Spiritus Apostolis scripturas aperuit. 117
Spiritus argutor mundi 924
Spiritus clamans in nobis 950
Spiritus confirmat cor nostrum de Christo 288
Spiritus sanctus consolator 804
Spiritus dicitur dari iuxta donorum rationem 1155
Spiritus dicitur illabi animis nostris 835
Spiritus sanctus doctor 805
Spiritus sanctus doctor omnis veritatis Christianæ 953
Spiritus scripturatum doctor 1150
Spiritus eadem quæ Filius docet 940
Spiritus gemens in nobis 955
Spiritus sanctus in corde nostro quid, & loquitur & agit 907
Spiritus non otiatur in nobis ibid.
Spiritus nos in alios viros trãsformat 923
Spiritus sanctus Patris & Filij amor 258
Spiritus sanctus per dona sua in nobis manet 832
Spiritus sanctus per se subsistit 956
Spiritus sanctus persona trinitatis 833
Spiritus sanctus promissus discipulis & credentibus 836
Spiritus quæ docuit 934
Spiritus quàm sit nobis necessarius 909
Spiritus quanuis pio præsens, non tamẽ semper à pio sentitur 844
Spiritus quare dicebatur añ Christi aduentum non esse 834
Spiritus quare non venisset nisi Iesus ascendisset 918

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritus ſanctus quid eſt 847
Spiritus quis dictus 833
Spiritus ſanctus quomodo venire dicitur 996
Spiritus reuelat nos eſſe in Chriſto 839
Spiritus ſtatis temporibus reuelatus 117
Spiritus ſanctus tertia perſona in diuinis 847
Spiritus ſanctus vna perſona eſſe probatur 907
Spiritus ſanctus vocatur aqua 193
Spiritus ablatio, interitus eſt 839
Spiritus affectus exauditus 777
Spiritus ſancti aduentus ad Chriſtum 61
Spiritus ſancti aduentus neceſſarius 923
Spiritus ſancti aduentus viſibilis 449
Spiritus ſancti attractus 332
Spiritus ſancti diuinitas 925
Spiritus ſancti dona duplicia 832
Spiritus ſancti viſibilis donatio, oſtendit Chriſtũ creatorem 562
Spiritus eſt perſuadere de Chriſto 491
Spũs ſancti miſsio tẽporalis 906
Spiritus ſancti miſsio, quid eſt 832
Spiritus nomine quid intelligimus 139.848
Spiritus officia 833.850.908. 932.975.
Spiritus ſancti opus 448
Spiritus ſancti principium, Pater & filius 906
Spiritus ſubſiſtentia 908
Spiritus teſtimoniũ in nobis 908
Spiritus virtus in Apoſtolis cogni ta miraculis 1108
Spiritus vt confirmator & ductor in veritatem, datus die Pentecoſtes 1162
Spiritum Sanctum audire à Filio verbo 934
Spiritum dedit Chriſtus viſibiliter 1160
Spiritum, ſiue Deum deſcendere quid eſt 61
Spiritum mitti quid eſt 900
Spiritum loqui nobis 934
Spiritum nomine Chriſti venire 849
Spiritu abſente, vanus prædicator 857
Spiritu Dei agi 113.787
Spiritu obſignari 167
Spiritualiter quàm carne euehimur 727
A Spiritu non omnia vno tempore reuelata 933
Spiritalis 368
Spiritalis hauſtus 447
Sponſæ officium 163
Sponſæ ornamenta 92
Sponſarum mos ſolennis 163
Sponſus 124
Sponſus ſponſæ caput 162
Sponſi partes 163
Sponſo debetur ſponſa 164
Sporta ſcripturam figurabat 313
Stadium 319.662
Status Chriſti qualis fuit 396
Status Chriſtianus in afflictionibus 781
Status occiſionis Chriſti 790
Studiũ Chriſti conſtans erga ſuam eccleſiam 1000
Studium Chriſti vt euehat homines ad nes ad pietatem 303
Studium Chriſtiani hominis 323
Studium vulgi carnale Chriſtus corrigit 325
Στρῶμα 1089
Στρώμνη ibidem
Στρωμνίη ibidem
Subſiſtentia 8
Subſtantia Dei cognoſci non poteſt 635
Subtractionis gratiæ cauſa 748
Succus vitis 967
Sudarium 1117
Sufficientia ex Deo 874
Sufficientia noſtra ex Deo 161
Superbia phariſaica 545
Superbia non eſt opus Dei 88
Supplantare 779
Supplantationẽ magnificare ibid.
Supplicium æternum 271
Supplicia 253
Supputatio viritim fiebat 309
Suprà, pro Ad 188
Suſcitare 235
Suſcitare & viuificare 261
Suſcitare mortuos, diuinitatis opus 260
Suſcitatur Lazarus 643
Suſpirium ad Deum 935
Syllogiſmi 269
Sýmbola mortis & reſurrectionis 137
Synagôga 384
Synagôga leoni collata 1074
Synagogæ telum 569
Synagogæ filij obedientes 413
à Synagoga ejici, eſt Chriſto iungi 577
Synecdoche obſeruanda 1102. 1119
TAbernacula patribus deliciæ 704
Tautologia 596
Templum 120
Templum à Virgine ſumptũ 367
Templum Chriſtianorum colendum 111
Templum Dei viui 844
Templum Hieroſolymitanũ locus electus à Domino ad ſacra 203
Templum in monte Sion 204
Templum non violandum 111
Tẽplũ ꝙ ſpiritus inhabitat 720
Templum ſiue corpus Chriſti ſol uendum à Iudæis 92
Templi dedicatio 618
Templi inſtaurationis tẽpus 116
Templorum cultus ab idololatria euocat 724
Tempus ſerotinum 318
Temporis partitio 497
Tenebræ 17.123.154.479.789. 701.702
Tenebræ dicimur à peccatis 17
Tenebræ in nobis 755
Tenebræ naſcimur 22
Tentat Deus vt probet, non vt perdat 1005
Tẽtat Deum, qui ſine fiducia orat 952
Tentare Deum 450
Tentandus non eſt Deus 557
Tentatio omnis verbo Chriſti abigenda 1008
Tentatio qua pij vident impijs omnia feliciter ſuccedere 551
Tentationes extrinſecæ non deerunt 511
Ternarius numerus 1160

Terræmotus in morte & resurrectione Christi 1119
Testamentum Christi 851
Testamenti noui doctor 49
Testes de Christi diuinitate & operibus 281
Testimonium 463
Testimonium à re ipsa 571
Testimonium Christi 142
Testimoniũ Christi accipere 167
Testimoniũ Christi de seipso 296
Testimonium Christi verum 483
Testimoniũ Dei habere in se 353
Testimonium cognatione suspectum 65
Testimonium efficax de Christo 454
Testimonium innocentiæ certissimum 1051
Testimonium innocentiæ Christi 1082
Testimoniũ Patris de Christo 256
Testimonium perhibere 414
Testimonium vocationis Gentiũ in scriptura 1011
Testimonij Baptistæ de Christo commendatio 283
Testimonij certitudo 1143
Testimonia vrgẽtissima beneuolentiæ Dei erga Iudæos 240
Theoria 575
Thesaurus Christi 600 519
Thesaurus Christianorum 1010
Thesauri Christi credentibus cõmunicati 1016
Thesauri sapientiæ Dei in Christo omnes 329
Thomas 640.661.1142
Thomas à Christo in fide stabilitur 1144
Thomas aliud vidit, aliud credidit 114.1147
Thomas corripitur à Christo 1117
Thomas è numero duodecim 1143
Thomæ animosa exhortatio ad sequendum Christum 661
Thomæ fides & cõfessio de Christo 1145
Thrasones glorioſi 800
Tiberias vrbs 298
Tiberiadis mare 298.1152
Timidi in circulis magnificè de victoria loquuntur 661
Timor apostolorũ inuitauit Christum vt suos viseret 559
Timor hypocriseos comes 510
Timor seruilis ex diffidentia 716
Timoris expulsio 321
Timoris proles, infirmitas 558
Titulus Christi Iudæis ingratus, vergens in ipsorum ignominiã 1098
Titulus Christi crucifixi, quare tribus linguis conscriptus 1098
Titulus Crucis 1077
Titulus sententiæ Christi 1079
Titus 442
Tollere 620
Tonitruum 701
Torrens Cedron 1030
Tractus Dei quibus cõceditur 352
Tractus diuinus 351
Tractus Patris non necessitat ibi.
Tradere Spiritum, est mori 1194
Trahere 740
Trahi à Patre 356
Tranquillitati publicæ maximè studendum 1064
Transformatio ad nouã vitã 923
Transire à morte ad vitam 201

Transitus Christi ad Patrem, fructus 927
Transitu Iesu cum discipulis præsagiebat ipsos ex passionis eodẽ fonte bibituros 1030
Tribunal 1089
Tribunal non est innocentiæ carnifex 1084
Triclinium 103
Triduum sepulturæ Christi 1119
Trinitas agricola 871
Trinitas in vna natura 635
Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus 10
Trinitas proprietatibus distingui tur 807
Trinitatis cognitio vnde oriatur 821
Trinitatis forma patribus apparuit 173
Trinitatis hypostases 9
Trinitatis opera iudiuisa 12.356. 505
Trinitatis vnitas 844
Trinitatis mysteria potius adorãda quàm inquirenda 9
Tristitia 912
Tristitiæ apostolorum prædictio 944
Tubæ clangor ad designandum Sabbati principium 1113
Tunica inconsutilis 1099
Turba cur sequebatur Christum 298
Turba non nouit legem 457
Turbæ affectus infidelis 324
Turbæ hominum in mundo duæ 989
Turbarum studium erga Euangelium 322
Turbari 809
Turbatio Christi 732.782
Turcæ imagines abominãtur 175
Turcæ, Iudæi & impij non verè adorant Deum 263
Tutela Christi erga nos 812
Tyrannus 718
Tyranni à quibus Christus liberat 510
Tyrannorum mores improbi 155

V

Vado, verbum 442
Vadere ad Patrem 941
Vale vltimum Christi 1152
Valentini error 286
Vaticiniũ etiam per os impij 693
Vendentes de tẽplo eijciuntur 92
Venire 39.597
Venire ad Christum 294
Venire ad lucem 156
Venire ad nos Deus dicitur varijs modis 842
Venire in nomine Domini 715
Venire in testimonium 20
Venit, pro veniet 208
Venientes nomine suo luerunt pœnas 292
Venter 447
Venter Deus Iudæorum 350
Vẽter eloquẽtia non flectitur 306
Venter latrans 348
Venti natura 138
Verax Deus 437
Verbum 19.392
Verbum à sanctis cognitum 24
Verbum ad omnes pertinet 22
Verbum æternum à Patre differens persona 11
Verbum audiendum 321
Verbum caro factum 30
Verbum Christi inuertit omnem

mundi ordinem 881
Verbū Christi pro afflicto ad Satanam 1020
Verbum cognoscere quid est 24
Verbum cur dicitur Filius 757
Verbum Dei 280.521.871.916
Verbum Dei audire 467.526
Verbum Dei impijs iudicium, pijs consolatio 1037
Verbum Dei nō est alligatū 1038
Verbum Dei non est otiosum 68
Verbum, Dies est 555
Verbū duplici ratione est vita 16
Verbum erat, nō de quolibet verbo dicitur 8
Verbum erat, nota æternitatis 6
Verbū esse apud Deum, quid est 9
Verbum & Pater duæ personæ 9
Verbum fidei 434
Verbum nūquam sine fructu 504
Verbum Patris 887
Verbum pro promissione 218
Verbum probatur esse Deus 168
Verbum qua ratione dicitur veritas 1009
Verbum quo aspergitur sanguis, est Christus pro nobis mortuus 1009
Verbum sine quo fides non subsistit 876
Verbū veluti columna nubis 71
Verbum, via ad Patrem 817
Verbum vocale est medium ad fidem 1012
Verbum volatile 540
Verbi accepti vsus 211
Verbi cognitio sensim augetur 84
Verbi contēptores pœnas luēt 223
Verbi Dei efficacia 441.476.491. 556.1008
Verbis fructus 231
Verbi Dei ministerium subsistentia 1148
Verbi Dei potentia 533
Verbi optimum testimoniū 502
Verbi recepti fructus 987
Verbi secūdæ personæ virtus 375
Verbi scripti vsus 1148
Verbi tēporis præsentis energia 57
Verbi virtus 701.170
Verbo credentes tractabiles 622
Verbo Dei, bona Christi distribuuntur 1150
Verbo constanter adhærere, donū Dei 291
Verbo firmiter adhærendum 546
Verbo potius quàm personæ adhærendum 251
Verbo simplici credendū 306.226
in Verbo res cognita 15
Verba Christi efficacia 404
Verba Christi in nobis manere 876
Verba Christi sunt spiritus & vita 389
Verba populi admirantis principū silentium 433
Verba venio, & vado 405
Verba vitæ 295.297
Verè Christianus agnoscet se imbecillum 1045
Veritas 803.933.1028.1070 34.39.206.465
Veritas immites habet aduersarios 664
Veritas liberat 507
Veritas per Christum facta 39
Veritas propter quàm Iudæi Christum persequuti 617

Veritas qui est 818
Veritas testis sui 20
Veritatis certa demōstratio 1048
Veritatis cognitæ oppugnatores relinquendi 452
Veritatis ofores 413
Veritatis propugnatores magis quàm nostri corporis 528
Veritatis virtus 1007
Veritatem confiteri 542
Veritatem dicere ad solum Christum pertinet 1068
Veritatem facere 155
Vespera Sabbati 1128
Vestimēta Christi diuiduntur 803
Vestimētorū Christi diuisio 1099
Via 703
Viam Domini dirigere 51
Vicarij Dei 632
Victima Domini, impiorum occisio 907
Victores sumus per Christū 1108
Victoria Christi 713.965
Victoria per Christū ad nos trāsijt 966
Victus in fide laborantibus non deest 1159
Videre 40.531.581.675.824
Videre Christum 754
Videre iterū Dominū quid 948
Videre, pro habere 201
Vilia capita sequūtur Christū 459
Vincimus dum vincimur 185
Vincimus in Christo 625
Vindicta à nobis prorsus abigenda 1050
Vindictæ animus in Iudæis 1092
Vinum acidum mortem accelerat 1103
Vinum Belnense 102
Vinum conuersum in sanguinem 300
Vinum ex aqua 105
Vinum nuptijs necessarium 97
Violentia & temeritas frequēs in vulgo 356
Vir sanctus quomodo vnum cum Deo 635
Viri voluntas 28
Virgo cum suis Christum in cruce contemplatur 1101
Virium humanarum imbecillitas 811
Virium humanarum impotentia in Petro explorata 1046
Viribus proprijs non fidendum 805.963
Virtus spiritus 848
Virtutis diuinæ opus 491
Vis & natura Christi erga credentes 27
Visio beata 558
Visus duplex 582
Vita 10.586.641.803.818.295
Vita à corpore Christi 402
Vita æterna 123.703 398
Vita æterna Christo à patre data 977
Vita æterna fidei viuæ res cognata 624.1148
Vita æterna hic cœpit 980
Vita æterna in Scripturis quærenda 289
Vita æterna per Christū 402.803
Vita æterna vnde cōsequatur 479
Vita animæ potior quàm corporis 266
Vita, effectus fidei 6
Vita & lux, voces effectuum & naturæ 16

Vita & mors in mànu Christi 636
Vita in morte & sub morte 659. 1105
Vitæ æternæ fructus 171
Vitæ nostræ finis à Deo præuisus 656
Vitæ probitas commendat doctri nam 525
Vitam ab exemplo comparare, pe riculosum 204
Vitam æternam habere 981
Vitam habere 600
Vitam habere, est opus Dei 501
Vitam impendere 729
Ad Vitam æternam ingressus 520
Vitam paciſci pro Euangelio 501
Vitellius Caipham à magistratu deturbauit 1043
Vitis 716.863
Vitis Christus 866
Viuere & non mori in æternũ 668
Viuens 818
Viuificare 235
Viuificatio nostra ex Spiritu 133
Viuificatio omnium 597
Vltio Deo relinquenda 530
Vltio innocentiæ Christi 442
Vmbra 359
Vmbra mortis 536
Vmbræ legis omnes antiquatæ 1010
Vmbræ legis, semina futurorum 216
Vnctio 848
Vngere Dominum 646
Vnigeniti nomen 152
Vnigenitus pro salute à Patre oblatus 153
Vnigeniti nomine quid significatur 148
Vnio qua Deo vnimur 1017
Vnionis nostrę ad Deum nexus est Christus ibidem
Vnitas Christiana consummata 1018
Vnitatis Christianæ vis & defensio 1013
Vnitatis consummatio necessaria in Ecclesia 1017
Vocatio exequenda 1169
Vocatio Gentium 389
Vocatio nostra quandiu viuimus maturanda 654
Vocatio piorum 592
Vocatio varia 1158
Vocatio vnicuique commodissima à Deo dispensata 1170
Vocatiõis Dei vis & energia 1127
Vocationis Gẽtium primitiæ 220
Vocationi inseruire 309
Vocis diuinæ potentia 1037
Vocis diuinæ virtus 77
Vocem Dei audire quid est 1150
Vocem Dei ferunt pij, non item impij 1037
Vocum incrementa 1042
Volo, verbum, ostendit in Christo omnipotentiam 1016
Voluntas Dei 489.295
Voluntas Dei, fides, vita 265
Voluntas Dei vocantis nos, non aspernanda 1172
Voluntas libera, & quomodo trahi dicitur 351
Voluntas Patris vt Filius immole tur 861
Voluntatis actus liber 344
Voluntatis libertas 354
Voluntatis diuinæ cognoscendæ ratio 550

Vo

Voluntati diuinæ non est resistendum 565
Voluntati humanæ non est subiecta natura 616
Voluntatem Dei per Christum, qualem esse pij senserunt 889
Voluntatem Dei qualem debemus agnoscere ibidem
Voluntates duæ in Christo 346
Voluptas animi 351
Vox Christi pacificantis conscientiam 1117
Vox clamantis 50
Vox & ventus 138
Vox de cælo 704
Vox, doctrina est 299
Vrbanitas 638
Vt, particula 547.649.746.749
Vt saturẽtur quærũt Christũ 294
Vtilitas priuata 708
Vulgus ad quæuis rapitur authoritate magnatum 1043
Vulgus Christum carnalem regẽ quærit 316
Vulgi carnale iudicium de Christo 315
Vulgi genius 315 leuitas 348 mobilitas 314
Vulgi opinio de Messia 433
Vulgi opinio de persona Christi 114
Vulneris Christi vestigium incredulis videndum exponetur in iudicio 1109
Vulnerum Christi refricatio ad crucem 1096

Zacharię prophetia appenditur 716
Zelus Christi 109.112
Zelus Iudæorum indiscretus 628
Zelus non secundum scientiam 293.572.966

FINIS.

Series chartarum.

A*. *a *b *c *d *e. a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt vv xx yy zz. AA BB CC DD EE. Quarum omnes sunt quaternæ demptis. A*. *e. & EE. duernis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca